




Charles George Young,
College of Arms.

J. W. IMHOF.

ITALIÆ
ET
HISPANIÆ
HISTORIA
GENEALOGICA



HISTORIA ITALIÆ ET HISPANIÆ GENEALOGICA.


E. Nunzer deli et fe:

HISTORIA
ITALIÆ ET HISPANIÆ
GENEALOGICA.

exhibens inſtar prodromi

STEMMA DESIDERIANUM

ab ima radice cum ſuis ſtirpibus ac ramis,

UNDE

ITALIÆ & HISPANIÆ REGES PROCERESQUE,

quorum ſyllabus altera abhinc pagina oculis ſubjicitur, pullularunt, deductum

EXEGESI HISTORICA PERPETUA

ILLUSTRATUM

INSIGNIUMQUE ICONIBUS

EXORNATUM.

ACCESSIT

continentis ergo hiſtoriæ, præcipue Inſubricæ,

FAMILIÆ SFORTIANÆ GENEALOGIA.

RECENSENTE

JACOBO WILHELMO IM-HOF.



NORIMBERGÆ,

Sumtibus JOANNIS HOFFMANNI Vid. & ENGELBERTI STRECKII, Bibliopol.

Literis ABRAHAMI de WERTH, ANNO MDCC I.





ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
COMITI AC DOMINO, DOMINO
LUDOVICO GODEFRIDO
COMITI AB HOHENLOE
DYNASTÆ IN LANGENBURG
FELICITATEM.



CONDITIONE temporis præsentis, quo Italia Hiſpaniaque omnium oculos ac ora in ſe convertunt, ſtimulante, cùm impetum cepiſſem emittendi in lucem publicam genealogias familiarum, quæ dictis in regionibus, eodem ſub ſole calentibus, olim imperitarunt, hodieque primas ſecundasve tenent, longo ſtudio,

nec facili negotio collectas, & in ordinem pro virili redactas, non diu circumſpexi, cui eas ex more ſcriptoribus recepto ſacrarem, cujusque nominis ſplendore veſtibulum libri auguſtius redderem. TIBI enim ILLUSTRISSIME COMES, publicum venerationis meæ documentum ſiſtere diu geſtiebam, Tuque non natalibus modo, ſed omnis elegantis doctrinæ ſtudiis inter cunctos eminebas, à quibus operi commendatio accederet. Quippe cum ea ortus ſis familia, quæ in Germania noſtra plurimorum jam ſpatio ſeculorum florentiſſima, Proceribusque ejus inſerta, & Cæſaribus Regibus, Principibus cognatione conjuncta, in Italiam quoque fulgoris ſui radios diffudit, & Romandiolæ Marchiones è gremio ſuo largita, ita jubar ſuum exeruit, ut gentilitium de ALTA FLAMMA cognomen impleret, in id omni cura & cogitatione incumbis ut Majorum gloriam propriis illuſtres augeasque virtutibus: enimverò pietatem, à religioſiſſimis Parentibus TIBI à teneris, quod ajunt, unguiculis inſtillatam, tanquam fundamentum omnium virtutum, præcipuè colis, DEI ſummi cognitione, in qua ſola ſapientiam eſſe Lactantius non verè minus, quàm piê, ſcripſit, nihil antiquius habes, eamque morum innocentia exprimendam eſſe rectè cenſes, atque exemplo doces; civili præterea prudentia imbutus, ſic vitam inſtituis, ut omnia conſilia, omnes actiones ratio moderetur, jus ſummum facultate & copia commodandi, non ſecuritate peccandi experiris, beneficentia & humanitate inter Tuos eminere, quàm poteſtate, mavis, nec videri modò patiens, ſed facilis audiri, è proximo accipis vota hominum Tuorum, Theodoſium Magnum Imperatorem imitando, cujus in virtutibus iſtas quoque Panegyriſtes poſteritati commendavit. Ubi verò ingentium curarum laxamenta quæris, inſtar refectionis exiſtimas laboris mutationem, avidè libris inhians, & interiores literas amœnioraque ſtudia, Hiſtoriam inprimis & Genealogicen, quibus ingenium illuſtre juvenis admodùm dediſti, etiam nunc in oculis & delitiis habens: hinc omnis

nis ævi acta, cunctarum gentium res gestas, omniumque in cultiore orbe stirpium illustrium origines, vicissitudines, & stemmatum flexuras, tanquam ungues digitosque Tuos ita novisti,ut haud facile quisquam toga vel sago clarus in annalibus occurrat, cujus genesin extemplò expedire non possis. Tam excellentes conspicuæque animi Tui dotes, quas certis auctoribus comperi, & rudi penicillo adumbravi, graphicè & condignè exprimendis impar, jam pluribus abhinc annis in TUI amorem & cultum me cæperunt allicere, vehementer auctum, postquàm TUA erga me propensio ac benevolentia mandatis, quibus me honestasti,aliisque argumentis & indiciis patefacta mihi fuit. Quoniam ergò, quò me affectus rapit, eodem ratio pellit, Tuique animi, studiis historicis & genealogicis impensè dediti, contemplatio trahit, TIBI, EXCELLENTISSIME COMES, hoc, quicquid est literarii muneris, do, dico,consecro, utinam virtutum Tuarum tam perenne, quàm observantiæ meæ sincerum monumentum. Ei si vultum lętum, oculosque benignos commodabis, & locum in penetralibus Tuis concedes, feram in cœlum istam humanitatem, colam animo, tuebor quibus potero officiis, uberrimumque laboris, quo hic mihi fœtus constitit, fructum me tulisse putabo. Ita DEus Optimus Maximus TE cum ILLUSTRISSIMA DOMO in hac rerum perturbatione incolumem florentemque quàm diutissime conservet!

Norimbergæ d. IV. Kal. Septembr.
Anno æræ Christianæ
M DCC I.

JAC. WILHELMUS IM HOF.

STEMMATIS DESIDERIANI SCIAGRAPHIA.

Stemmatis DESIDRIANI radix DESIDERIUS Rex Longobardorum, unde ortæ stirpes.

I. Berengariorum, Regum Italiæ & Imperatorum Roman.

II. Comitum Burgundiæ, qua enati sunt rami Comitum Viennensium, Cabilonensium & Palatinorum Burgundiæ, Principumque Arausionensium.

III. Regum Castellæ & Legionis, nec non Aragoniæ, & omnis denique Hispaniæ.

IV. Regum Neapolitanorum, ex Aragoniis.

V. Noroniana, in Lusitania, è qua prodierunt Comites de Villaverde, Marchiones & Duces de Villareal & Caminna, Comites & Duces de Linnares, Comites de Mon Santo & Marchiones de Cascäes.

VI. Henriqueziana, in Castella & regno Neapolitano, quæ produxit Comites de Melgar & Duces de Medina de Rioseco, Thalassiarchas Castellæ, Marchiones de Tarifa & Duces de Alcala, Comites de Alva de Aliste, Principes de Squinzano & al.

VII. Emanuelensis, unde prognati Domini de Belmonte in Castella, & Comites de Villaflor. in Lusitania.

VIII. Cerdana, quæ insititia est, & Duces de Medina celi Marchionesque de Cogolluto, Hispaniæ Magnates, protulit.

XI. SanMartiniana, in Pedemontio, è qua provenerunt Comites & Marchiones de Parella, Agliè & Sancto Germano.

X. Viscontia, sive stirps amplissima Vicecomitum Mediolanensium.



INDEX TITULORUM
in hoc opere occurrentium.

Literæ R. Pr. D. M. C. & Dn. diversa axiomatum genera, videlicet Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum & Dominorum significant.

 de Ouano





PRÆFATIUNCULA, SIVE INTRODUCTIO.



Illustriorum in Italia Hispaniaque familiarum genealogias Latinis illustrare literis, atque adeò telam historico genealogicam, quam orsus sum, continuare ac pertexere, horis succisivis, cùm gestiret animus, aliarum remissionum, inaniumque oblectationum, quibus illæ plerisque pereunt, jamdiu satur, visum est ab illa exordium capere familia, quam nobilissima Italiæ regio, veteris regni sedes, antiquioribus Gallia Cisalpina, recentioribus LOMBARDIA dicta, in exemplum antiquitatis, nobilitatis ac fœcunditatis ostentat. Enim verò VICECOMITUM MEDIOLANENSIUM gens, toto orbe clarissima, sicut nec vetustatis decore, nec imperii, quo antiquitus usque ad rei Italicæ arbitrium valuit, magnitudine, nec rerum gestarum gloria ulli concedit, ita oriunda esse creditur à vasta & fertilissima stirpe, cujus rami, per Italiam, Galliam, Hispaniamque & Siciliam diffusi, potentissimos Reges, præstantissimos Principes, Italiæ Hispaniæque semper proceres, denso agmine, longaq; pompa seculis omnibus sese offerentes, ediderunt; adeò ut magnum aperiant theatrum, quo utriusque regni, quorum familias persequi instituimus, historiam conjungere, & summa rerum medio ac recentiore ævo ibi gestarum capita exhibere liceat. Et quamquam splendidissima familia, varietate fortunæ jactata, in summo rerum humanarum apice, quem olim tenuit, perstare nequiverit, in secundis tamen tertiisvê haud minore hodieque fama consistit, & opibus, clientelisque ac honoribus, virtute ac industria partis, ita redundat, ut avitum decus referat magis, quàm deterat, summamque majorum fortunam animis æquet. A satore stirpis DESIDERIO nomen operi præsenti imponere, idque Stemmatis Desideriani genealogiam inscribere placuit exemplo Stemmatis Witichindei, quod ante centum & plures annos *Elias Reusnerus* edidit, in varias nec uni solo insitas stirpes, non secus ac præsens, diffusum divisumque. Locum illi proximum occupavit Stemma Sfortianum, ut inserviret continuationi ac seriei historiæ Insubrici principatus, quippe quem à Vicecomitibus inchoatum Sfortiadæ absolverunt. Favete Lectores, & facite æquanimitas vestra nostram ad edendum cætera, quæ in promptu sunt, augeat alacritatem & industriam.

TABULA STEMMATIS DESI-PRIMIQVE EJUS PULLULI

I. DESIDERIUS Rex Longobardorum ultimus ab anno

II. Adaloisus, *regni paterni consors factus An. 775.* ✠ *an. 788.* — Everardus *Comes.* — Anstrannus *Abbas S. Vincentii Mediol.*

III. Berengarius, *Comes.* — Hugo *Comes.*

IV. S. Everardus, *Comes Cisoniensis,* ✠ *An. 867.* *S. Gisla, Ludovici Pii Imp. fil.*

V. Unrochus, *Pr. Artesiæ.* — Berengarius, *Dux Forojulii Rex Italiæ An.* 888. *Imp. Rom.* 916. occ. an. 923. *Berthila.* — Adalardus *Comes Cison.* — Rudolphus, *Abbas Cison.* — Ingeltrudis.

VI. Gislia nup. *Adalberto March. Eporediæ.* — I. Berengarius II. ex March. Eporediæ *Rex Italiæ* an. 949. exautoratus an. 964. ✠ 966. exul. *Willa,* Bosonis M. Tusciæ fil. — I. Bertha, *Abbatissa* Mutinæ ad SS. Sixtum.

VII. Adalbertus *Rex Italiæ,* ✠ exul. *Gerberga, Comes Niverni, al. Burgundiæ.* — Vido, occ. an. 965. — Conradus. — Gerberga nup. *Alerano M. Montisferr.* — Gisla. — Duodo f. Odo, Marchio. *Bertrada.* — Susanna nup. *Arnoldo Jun. C. Flandr.* — Unca, ux. *Gozelonis D. Lothar. Mosell.*

VIII. OTTO WILHELMUS, *Comes Niverni, Divioduni & Burgundiæ.* *Vid. Tab. seq.* II. — Ardoinus, Marchio Eporediæ, dein *Rex Italiæ,* an. 1002, ✠ 2. Mart. 1018. *Berthæ duæ.*

XI. 1. Berengarius. — 1. Arduinus ✠ *ante patr.* — 2. WIDO, Comes CANAVESENSIS, *à quo familia Comitum* de S. MARTINO. *Vid. Tab.* XXVII. — 2. Otto, *à quo stirps Comitum de Coconato.* — 2. Hugo, *Episcopus Eporediæ* An. 1053.

I.

DERIANI RADIX
REGES ITALIÆ:

Christi 756. usque ad annum 774. Ux. Ansa. I.

Ansilberga, *Abbatissa ap. Brixiam 760.* — Adalperga ux. *Aragisi Ducis* Benevent. — Luitberga nup. *Thasilo-ni D. Bojor.* — Hermengardis, f. Desiderata, *Ux. Caroli M. R. Fr.* 770. repud. 772. — Berta, nup. *Caroiomanno, patrueli, R. Caroli M.* II.

Wido Comes illustris. *Rodelinda*, al. *Falenda.* III.

Atto Anscarius, Marchio Eporediæ, An. 876. *Felida*, al. *Volsia.* IV.

Judith. — Heilwicha. — Adalbertus *Marchio Eporediæ* ✠ circa Ann. 924. 1. *Gisilla, Berengarii Imp. & R. Ital. fil.* 2 *Ermengarda, Adalberti M. Thusciæ Fil.* — Manfredus Berengarius, *Comes.* — Hugo. V.

2. Anscarius, *Marchio Spoleti* cr. An. 934. occ. 939. — Hugo, Comes. *Berta*, f. *Erminza.* — Ermenulphus Algerius, Comes. *Maria Erminzæ Soror.* — Bertrada, *Abbatissa.* VI.

Fulco Autpertus *Comes.* — Wido, *Comes.* — Atto, *Episc. Vercellens. 440.* VII.

Obizzo, qui & Amizzo. Comes. *Mitildis, Luitolphi Duc. Sueviæ f. Ottonis M. Imp. neptis.* — Addo Comes, *Idda, Mitildis Soror.* — Adalbertus Marchio. VIII.

Adulfus Manfredus, *Comes.* — Bonifacius, qui etiam Facius Comes Mediolani & Angleriæ, Dn. Albizati & Besnati *Gisla, Adalberti Com. fil.* — Alinda Ux. *Widonis Marchionis.* IX.

Azzo, *Marchio & Comes Mediolani* ann. 1033. — ELIPRANDUS VICECOMES *Mediolani. Vid. Tab.* XXXI. — Algisla, *monialis.* X.

EXE-



EXEGESIS HISTORICA.



VICECOMITUM Mediolanensium origo, sicut plerarumque gentium illustrium, fabulosis involvitur initiis: neque enim desunt, qui eam à Venere ac Jove derivare, per Anchisen, Æneamq; & Ascanium deducere, postremo filium, cui ANGLO nomen, supponere, huncque ANGLERIÆ fundamentis inscribere sustinuerunt. (a) Equidem ab Angleriæ Comitibus prodiisse Vicecomites pervulgata est opinio; illos autem perhibent ante novissimum Mediolani sub Friderico I. excidium inter Longobardicos proceres dignitate ac potentia facilè princips extitisse, cumque Imperatori nunquam non acerrrimè restitissent, urbe capta ad supplicium universos raptos fuisse, uno tantùm, quem vel Vivianum vel Galvaneum vocant, ad triumphum servato. Hunc ajunt è custodia elapsum, ingenti virtute injurias domui suæ illatas ultum ivisse, & Germanis plus simplici vice cæsis restituendæ patriæ, & vindicandæ libertatis, tum instaurandæ stirpis autorem fuisse. Sed ab antiquis in fabulæ dulcedinem hæc quoque composita esse, cùm alii scriptores, tum imprimis TRISTANUS CALCHUS, sive CHALCUS, Mediolanensis historiographus, (b) agnoverunt. Magis explicatam atque exploratam stirpis suæ originem habere jam sibi videtur gens nobilissima fultam veteribus tabulis documentisque, quæ ab Excellentissimo Mediolanensi Senatu & Nobilissimo Jurisconsultorum in eadem urbe Collegio comprobata collegit, typisque exscripta evulgavit HIERON. BIFFIUS, (c) addito in calce voluminis schemate, quo à genitore ultimi Longobardorum Regis DESIDERII, ERMENULPHO, tanquam à stipite, initio stemmatis ducto, & vocatis in consangvinitatem *Berengariis*, Regibus Italiæ, Vicecomitum familiam, nusquam intercisa serie, à stirpe ad hanc usque ætatem percensuit. *Jo. Palatius*, haud inglorius apud Venetos scriptor, priorem schematis illius partem, atque ex documentis nonnulla excerpsit, & *Aquilæ* suæ *Saxonicæ* (d) inseruit, cum hac epicrisi: *Hæc si vera sunt, ut Mediolanensis decrevit Senatus, quàm plurimæ historicorum corruunt genealogiæ.* Constabilirentur verò etiam nonnullæ atque illustrarentur: deberemus enim iisdem indicium progenitorum utriusque Berengarii, qui imperium Italiæ seculo X. obtinuerunt, nec non consanguinitatis, qua sibi mutuò, præter affinitatis vinculum, juncti erant. Corroboratur porrò exinde Ottonis Wilhelmi, satoris Burgundicæ amplissimæ stirpis, quæ Reges Cstiliæ ac Legionis, omnisque tandem Hispaniæ ac Siciliæ edidit, genus, à Berengario II. aliis quoque derivatum scriptoribus, quos inter *Andream Chesneum (Du Chesne)* nominasse, sit causam vicisse. Denique, ne pluribus immorer, Ottoni Magno Imperatori duæ vindicantur neptes, è filio ipsius natu maximo Luitdolfo prognatæ: videlicet *Mitildis* quæ uxor Obizzonis Comitis, & *Idda*, quæ Addoni ejus fratri nupta fuisse dicitur.

Longobardi, quorum propenies Vicecomites nostri habentur, *ab intactæ ferro barbæ longitudine* ita appellati, ut habent *Pauli Warnefridi* verba, jampridem nativis in Scandia insula magna sedibus relictis in Germaniam, atque inde in Pannoniam, *Andoino* Rege, se effuderant,

(a) *Vid. præfat. in Antiq. Vicec. Georg. Merulæ.*
(b) *Hist. Mediol. Lib. X.*
(c) *Titulus operis hic est:* Gloriosa Nobilitas illustrissimæ familiæ Vicecomitum, &c. unà cum diplomatibus, publicisque tabulis, &c. Mediolani 1671.
(d) *pag. 176. & seqq.*

rant, eaque occupata mox Alboino, Andoini filio, regnante, quasi denuò avidi lætioris soli in Italiam transierant; evocatos fuisse à Narsete, Imp. Justiniani Duce bellico, Italiæ vindice, cum contumeliam, à Sophia Augusta acceptam, iret ultum, communis autorum est sententia. Aquileia & Forojuliensis regiuncula primæ sub illorum imperium ditionemque ceciderunt: his in formam ducatus beneficiarii redactis Longobardi arma longius protulerunt, & superato amne Abdua ad Insubres penetrarunt; ubi novo regno condito, & non minus legibus, quàm armis fundato, indigenæ facti sunt, sedemque imperii Ticini, quæ urbs nunc PAVIA dicitur, quarto lapide supra ostium fluvii cognominis sita, constituerunt, & universæ regioni perpetuum à se nomen dederunt. Incidit hoc Longobardici regni in Italia initium in annum seculi Christiani sexti septuagesimum. Neque verò illa Insubrum terra, ampla licet ac fertilis, omniumque copia rerum opulenta, Longobardorum cupidini suffecit; sed citeriori quoque Italiæ examine armato immisso Spoletum occuparunt, indeque Beneventum progressi, instituto utrobique ducatu, etiam usque ad Rhegium, extremam Italiæ civitatem, Siciliæ vicinam pervenerunt, & quia illic intra maris undas columna quædam fuisse posita dicitur, usque ad eam Regem *Autharim*, qui secundus ab Alboino numeratur, equo accessisse, eamque hastæ suæ cuspide tetigisse, dicentem, *usque huc erunt Longobardorum fines*, memoriæ *Paulus Warnefridus* mandavit. (*e*)

Regnante *Aistulpho* ad summum pervenit Longobardorum in Italia imperium, locum decremento imò periodo fatali facturum. Ille enim medio seculo octavo Ravenna potitus, Exarchatum Orientalium Imperatorum, jam sesquisecularem, delevit, & *tanquam freto ac Alpibus clausurus regnum universam*, saltem voto, *Italiam complexus est.* (*f*) Roma sola supererat, à qua, veluti jure sibi obnoxia postquam Ravenna manus dederat, tributum postulare, & Summo Pontifice ob gliscentem jam hierarchiam id detractante, vim adhibere cùm sustinuisset, arma Francorum in se traxit: horum quippe Rex novus Pipinus, à Stephano III. Papa in auxilium vocatus, præstò adfuit benè de se merito vice iterata, & Aistulphum coëgit relinquere Ravennam, & alias Exarchatus & Æmyliæ urbes cum Pentapoli, easdemq; Pontifici Romano tradere, qui eo ipso patrimonium Divo Petro se vindicasse videri voluit. Aistulphus cùm non ita multò post vitam in venatione amisisset, & quidem improlis, DESIDERIUS regnum obtinuit, qui illi Comes stabuli & Dux Tusciæ beneficiarius fuerat. Parentem ejus *Verissimi* nomen habuisse *Cosmus della Rena* in Commentatione Italica *de Ducibus & Marchionibus Tusciæ* nuper edita, tradit, in stemmate verò Vice-Comitum superius allegato *Ermenulphus Dux & filius Alachisi* appellatur. Desiderius desiderio modum ponere nesciens, nec antecessoris periculo cautior factus, & se & regnum pessumdedit. Pari enim, ac ille, lubidine universæ Italiæ dominandi correptus, Pontifici Romano turbas dedit, bellumque intulit, & civitates aliquot eripuit. Iste sedi suæ quoque timens opem ad exemplum antecessoris imploravit Regis Francorum Caroli, Pipini filii, quem inter & Desiderium iræ ac simultates jam exarserant, hîc ex repudio filiæ, illîc ex protectione uxoris & filiorum Carolomanni, à patruo profugorum, ortæ. Carolus itaque ad preces Papæ Hadriani anno DCCLXXIV. cum exercitu in Italiam erupit, & Desiderium, fugientem magis quàm pugnantem atque intra Ticini mœnia se recipientem, denique ad deditionem compulit, secúmque deinde unà cum uxore ejus *Ansa* in Galliam abduxit. Atque hoc pacto Longobardorum in Italia regnum vel finitum, vel saltem intercisum, atque ad Francos translatum est. (*g*)

Liberorum Desiderii numerus non satis exploratè cognitus est: apud antiquiores scriptores mentio occurrit gnatarum quatuor & filii unici, qui ADALGISI nomen habuit, & à genitore in societatē regni, more ab antecessoribus sæpius usurpato, adscitus fuit; idem orto cum Carolo Rege Francorum bello ad Veronam defendendam missus, sed imparem se ratus sustinendæ obsidioni, excessit, atque in Græciam evasit, ubi ab Imp. Constantino opibus copiisque auctus & munitus bellum in Calabria civit, Ducatumque Beneventi occupare tentavit; verùm conserta pugna fusus & captus, atque in tormentis habitus expiravit. (*h*) Filiarum Desiderii nomina hæc sunt: *Ansilberga*, quam genitor, *Sigonio (i)* referente, divino cultui virginem destinavit, atque ei monasterium ad urbem Brixiæ ædificare,

 uxore

(e) *de gestis Longob. Lib. III. Cap. 32.*
(f) *Eryc. Putean. Hist. Insubr. Lib. III. Cap. 14.*
(g) *Sigon. Hist. Ital. Lib. III. Putean. Hist. insub. L. III. C. 15.*
(h) *Sigon. Lib. III. & IV. Putean. L. IV. Cap. 3.*
(i) *Hist. It. L. III. ad an. 759.*

uxore Anſa & Adalgiſo adjuvante, inſtituit; abſoluto poſtea, cum tranſiiſſet an. DCCLX, *& Domino Salvatori, & S. Juliæ Martyri* dedicato, *Abbatiſſam* præpoſuit. *Adelperga*, conjux Aragiſi, quem Deſiderius Ducem Beneventi, in locum Giſulfi an. 762. mortui, creavit, (*k*) *Luitberga* nupta Thaſſiloni Regi Bojorum, &c, *Hermengardis*, quam *Coſmus della Rena* deſideratam, nonnulli Theodoram, multi Bertam, appellant, à Carolo R. Fr. an. 770 ducta, ſed poſt biennium è matrimonio exturbata. His modo dictus autor quintam adjicit, nomine *Bertham*, eamque Carolomanno Jun. cùm in Deſiderii clientelam ſe contuliſſet, in manum conveniſſe tradit; ſed *Valerianus Caſtilionæus*, qui *Eman. Theſauri Epitomen Regni Italiæ* notis illuſtravit, Seniori Carolomanno, qui frater fuit Caroli Magni, nuptam fuiſſe putavit, (*l*) inductus ſequentibus *Annalium Fuldenſium* verbis: *anno 770 Bertrada regina filiam Deſiderii Regis Longobardorum Carolomanno filio ſuo conjugio ſociandam de Italia adduxit.* Enumeratis Deſiderii liberis in ſchemate ſuprà citato duo adhuc adduntur virilis ſexus EBERHARDUS & ANSPRANDUS; ille ſub Comitis, hic ſub Abbatis *ad S. Vincentii Mediol.* titulo eosque innuiſſe arbitrantur *Antonium Archiepiſcopum Florentinum*, ita in Chronico ſuo (*m*) ſcribentem: *Deſiderius cum uxore & filiis comprehenditur, qui Caroli M. Regis ordinatione in Galliam deportantur;* nec non *Paul. Emilium*, *Deſiderius*, inquientem, *Longobardus cum uxore parvisque liberis Leodium Eburonum exilii cauſa à R. Carolo, & ibi diſſimulanter cuſtodiri juſſus eſt.* (*n*) *Caſtilionæus* (*o*), jam paulò ante laudatus, *Bernardum* appellat, qui nobis Everardus dicitur, & unum eundemque cum Aſprando, atque adeò *binominem* fuiſſe ſtatuit, ad teſtimonia provocans Scriptorum Italicorum benè multorum, & quidem inter antiquiores *Galvanii Flammæ*, & *Bernardini Corii*, qui *duos* tantùm *filios* Deſiderio tribuunt, videlicet *Adalgiſum* & *Bernardum* ſ. *Ansprandum;* hunc perhibent recuperata libertate in Italiam rediiſſe, & Angleriæ, ad lacum Verbanum ſ. Majorem ſitæ, nec non Eporediæ Comarchum factum illuſtrem Vicecomitum familiam condidiſſe. *Gualdus Prioratus* in vita Caſparini Vicecomitis, quam cum aliorum ſago & toga excellentium virorum vitis recenſuit, refert Everardum, Deſiderii filium, in cuſtodia apud Francos agentem morum ſuavitate & mira æquanimitate, qua infelicem domus ſuæ ſortem moderatè ferebat, maximam ſibi apud bonos omnes benevolentiam conciliaſſe, & ducta uxore ſe haud indigna numeroſam poſt ſe reliquiſſe ſobolem; duos præcipuè mares, videlicet BERENGAVIUM & WIDONEM, tertium *Hugonem* Biffii diatypoſis addit, tres alios Caſtilionæus ex Corio, nempe *Ottonem*, *Falconem* & *Facium*.

Berengarius pater conſtituitur EVERARDI Comitis, cui Imp. Ludovici Pii gnatam *Giſlam*, uxorem tribuunt. Hoc par nobile conjugum eam ſanctimoniæ famam tenuiſſe fertur, ut poſt obitum in Divorum calendarium reponeretur, & Sancti Everardi memoria die XVI- Decembris coleretur. Eo nomine ab *Auberto Miræo* in *faſtos Belgicos & Burgundicos* (*p*) re/latus eſt, cum encomio, quod addidiſſe non erit ôpinor lectori faſtidio: *Everardus Comes potentiſſimus uxorem habuit Giſlam, Caroli Calvi Imp. & Galliæ Regis ſororem germanam, ex qua plures utriusque ſexus liberos ſuſtulit. Poſſedit autem prædia ampliſſima variis in locis, ut in Longobardia, Comitatu Tarviſino, Alemannia, Hasbania, Taxandria, Condruſio, Auſtrovandia, Ciſonio. Vitriaco & alibi: ut ex Teſtamento conſtat, quod an. 837 ſcripſit, quodque ex autographo Florentinus Haræus lib. de Caſtellanis Inſulenſibus publicavit. Idem Ciſonii Eccleſiam ædificavit, ac dotavit, de qua ſic in Teſtamento ſuo loquitur:* Tertius filius meus, Adalardus, volumus, ut habeat cortem noſtram in Ciſonio, cum omnibus, quæ ad ipſam Eccleſiam in ſupra dicto loco Ciſonio pertinere diſpoſui, in tali tenore, ut ipſam Eccleſiam eo ordine, quo ego conſtitui, ſemper cuſtodiat, & nihil auferri de iis, quæ ei dedi permittat per ſe aut per quemcunque. *Obiit S. Everardus in Italia, indeque corpus ejus Ciſonium eſt advectum per Unrochum filium primogenitum.* Hic *Sanctamarthanis* fratribus in Hiſtoria Genealogica Regum Galliæ *Princeps Arteſiæ* appellatur. Secundus Everardi filius *Berengarius* fuit, *Dux* deinde *Forojulienſis* & *Rex Italiæ* factus, cui à genitore in teſtamento modò citato *Pſalterium cum auro ſcriptum* legatum fuiſſe in *Opere Diplomatico Mabillonii* legimus (*q*) In ſupputatione anni quo teſtamentum illud fecit Everardus erratum eſſe à Miræo *Anſelmus* monachus Pariſienſis *in Additionibus ad Hiſtoriam ſuam genealog. domus Franciæ* notavit: cùm enim in illo hæc ſub finem legantur verba; *actum in Comitatu Tarviſiano, in corte noſtra Muſieſtro, imperante Domino Ludovico Auguſto, anno regni ejus XXIV*, Miræus regnum Ludovici Pii innui exiſtimavit, qua ex ratione illi annus Chriſti ſupra octingenteſimum trigeſimus & ſeptimus prodiit. Anſelmus è contra revocatis ad exactiorem calculum annis, quibus Ludovicus Pius Italiæ regnum tenuiſſe dici poſſit, duos tantum ſupra viginti

(k) *Ibid.* (l) *pag. 232.*
(m) *Parte II. Tit. XIV. Cap. 1. §. 6.*
(n) *Hiſt. Franc. Lib. II.*
(o) *op. cit. pag. 385.*
(p) *pag. 741.*
(q) *Lib. I. Cap. 10.*

viginti numeravit, statuitque, de imperio Ludovici II verba illa intelligenda, atque adeò ad annum DCCCLXVII, qui vigesimus & quartus modò dicti Imperatoris fuerit, referendum esse Everardi testamentum; allegavit prætereà tabulam Cisoniensem, die XIV Aprilis anni sequentis 868 scriptam, in qua Gisla, conjux Everardi, *vidua & soror Caroli Calvi* disertè appelletur, ita ut ex ea tum genus & regia origo Gislæ corroboretur, tum concludi possit, illum ipsum annum Everardo vitæ postremum fuisse.

Fecit verò ille Miræi error, ut *Hadrianus Valesius*, cum jam dubitaret de Gisla, Ludovici Pii Imper. filia, nusquam sibi in veterum scriptorum monumentis repertæ, à Miræo, Chesneo & Sanctamarthanis gratis dictum, neque cuiquam historiæ & temporum perito credibile esse existimaret, quod BERENGARIUS, Everardi & Gislæ filius, Ducatum Forojuliensem ac posteà Regnum Italiæ tenuerit. Sanè Berengarii Regis Italiæ & denique Imperatoris natales resque gestas nemo exquisitius & diligentius Viro illo Eruditissimo persecutus est: eruit quippe è veteri codice Patavino *Carmen Panegyricum de laudibus Berengarii Aug.* à Poëta anonymo ei coævo scriptum, idque eleganti dissertatione, quinque capitibus constante, cui titulus *Berengarius Augustus*, & notis doctissimis illustratum anno 1663 edidit. Delibabimus ex eo opere quæ ad præsens institutum pertinent, & primùm, quæ Valesio de patria & genere Berengarii fuerit sententia dicemus. Ea à vulgata & plerisque autoribus, antiquis pariter & novis, recepta opinione toto, quod ajunt, cœlo differt, illaque stante fundamenta stemmatis, quod ex Bissio Palatioque transscriptum exhibuimus, nutant, imò labant. Totus enim in eo est, ut demonstret Berengarium regio Francorum genere ortum fuisse, illosque erroris convincat, qui cum Domnizone, Ottone Frisingensi, Gottfrido Viterbiensi & Platina eum natione Longobardum faciunt; itaque eò trahit, quicquid Panegyristes ille cecinit de Berengarii à Carolo Magno ortu, & cognatione cum Arnulfo & Ludovico, illo Germaniæ, hoc Provinciæ Rege, de regno Italiæ à sceptrigeris ejus propinquis dudum possesso, atque adeò avitæ instar hæreditatis ei à Deo collato; rationem tamen propinquitatis Berengarii cum regia Francorum familia aliam reperire non potuit, quàm ut existimaret, illum non aliter quam materno sanguine istam contigisse, & forsitan ex aliqua Ludovici Pii sorore avum Berengarii Aug. cognominem furto conceptum fuisse. (r) Quod si verò de materno tantùm Berengarii genere intelligenda sunt, quæ Panegyristes de origine ejus à Regibus Francorum scripsit, potuit paternum à Longobardis duxisse bona illius pace, à quo sub initium statim carminis *Princeps Italus* vocatur, quam quidem appellationem aliter Valesius interpretatur. (s) Materna autem Berengarii Aug. à Regio Francorum sanguine origo magis in aperto est, si matrem ei concedimus Gislam, Ludovici Pii Imperat. gnatam, tabula Cisoniensi, supra ex Anselmo citata, nixi, in qua *Gisla Everardi*, patris Berengarii, *vidua*, & R. *Caroli Calvi*, Ludovico Pio geniti, *soror* disertè dicitur. Fidem his adstruunt literæ Berengarianæ, quas *Andr. Chesneus* Tomo III. scriptorum *rerum Fr.* inseruit ex chronico monasterii Acutiani sive Farfensis, aliæque, quas ex libro Instrumentorum monasterii Casauriensis Valesius recensuit: (t) in prioribus enim Berengarius Aug. Carolum Magnum *proavum suum Carolum Serenissimum Imperatorem* nuncupat, in posterioribus *Ludovicum juniorem* Aug. Imperatoris Lotharii filium, Ludovici Pii nepotem, *Consobrinum suum* quater vocitat, quibus nominibus illos appellare jure haud poterat, nisi Ludovicum Pium avum habuisset, id quod ipse Valesius vidit, eaque propter Carolum Magnum Berengarii Aug. abavum potius dicendum fuisse scripsit, suam scilicet sententiam tuiturus. (u) Patrem Berengario Eberhardum sive Everardum Ducem Forojuliensium fuisse sicuti non dissentit Valesius, ita eorum, qui eidem Comitis quoque Cisoniensis titulum dant, nec non testamenti ejus à Miræo producti auctoritatem elevat. Everardum portò natum esse censet *Berengario Duce, Hunroci Comitis filio* (w) quem *Ducem fidelem & sapientem, Ludovici Pii propinquum* (consocerum voce propria secundum sententiam communiorem dicendum) anno regni ejus XXIII immatura morte præreptum esse *Theganus* in libello de gestis modo dicti Imperat. refert. *Hunrocus* Comes itaque, incompertæ originis, *Berengarii proavus paternus* fuisse *Valesio* videtur, in cujus locum *Itali* scriptores *Everardum* s. *Bernardum Ansprandum* surrogant, filium Desiderii Longobardorum Regis, quo equidem satum à virgine Regia ad concubitum furtivum admissum fuisse, qui dixerit, honori ejus magis velificabitur, quàm Valesius, de homine agenealogo tale quid suspicatus. Sed de his quemque pro arbitrio sentire cum viro sæpè laudato patior, atque ad res gestas Berengarii Aug. progredior, ductu & verbis Valesianis maximam partem eas enarraturus.

Italiæ

(r) *pag, 75.* (s) *pag. 63.*
(t) *p. 231. & seqq.* (u) *pag. 75.*
(w) *Bereng. Aug. Cap. III.*

Italiæ regnum à Carolo Magno armorum jure partum, cum ejus posteri per seculi & quod excurrit spatium utcunque tuiti essent, & Carolus Crassus anno DCCCXXCIIX. pridie Idus Januarii ex Imperatore & totius Franciæ Monarcha privatus obiisset in Alamannia, *regna Francorum veluti legitimo destituta hærede in partes à sua compage resoluta sunt, unoquoque de suis visceribus Regem sibi creare disponente*, sicut *Regino* scripsit. *(x)* BERENGARIUS, filius Eberhardi Dux Forojuliensis, in Italia, RODULFUS, Chuonradi filius, in superiore Burgundia, & ODO Dux, filius Rotberti, in Francia Occidentali & in Aquitania ac parte Burgundiæ Reges facti. Ex his BERENGARIUS hortantibus Optimatibus Ticini coronari se jussit, moxque cognito Arnulfum Regem Germaniæ Italiam cum validis copiis ingredi & regnum Italicum occupare decrevisse Tridentum ad eum venit, obtinuitque ut ille regnum Longobardorum totum sibi relinqueret, exceptis villis Regiis seu publicis quos *Curtes* vocant & pauculis aliis ut ex *Annalibus Fuldensibus* & *Chronico Hermanni* Valesius refert, (y) Dum ita Berengarius Ticino abesset WIDO Spoletinorum Dux, frustratus per Odonem spe regni Gallici, quod vivente adhuc Carolo sibi cum Berengario pactus esse LUITPRANDO fertur, *(z)* coactis copiis in Italiam reversus, Camertibusque & Spoletinis sibi adjunctis, nonnullis etiam Berengarii partium pecunia corruptis, *Rex Italiæ* sub finem ejusdem anni salutatur, bellumque Berengario infert. Bis inter utrumque pugnatum est, priore prælio ad flumen *Trebiam* circa Placentiam victum Widonem, & spolia cæsorum à Berengario collecta, ejusdemque permissu corpora cæsorum à Widonianis sepulta esse *Panegyristes* supra citatus, *(a)* nec non *Erchempertus* Monachus Cassinensis, auctor & ipse æqualis eorum temporum à Camillo Peregrino Neopol. editus *(b,)* memoriæ prodiderunt. Posteriore pugna multum utriusque exercitus sanguinis fusum, & nocte pugnam diremtam esse, Berengarium tamen tunc inferiorem discessisse, idem POETA scribit, discors à Luitprando, Sigeberto ac Sigonio, qui Berengarium utraque pugna esse superatum perhibuerunt. WIDO occupato Longobardorum regno anno DCCCXCI à Stephano VI. Papa Romam arcessitur ac IX. Kal. Martias *Imperator* constituitur consecraturque ; BERENGARIUS ex adverso regno pulsus Arnolfum Regem adiit, ejusque *patrocinia contra hostem expoposcit* quemadmodum *Regino* (c) refert, Panegyristes autem Arnulfum sua sponte nec rogatum Berengario, ut amico & propinquo suo, subvenisse & ducendas trans Alpes copias dedisse Zwentibaldo filio perhibet, *(d)* hunc post frustra oppugnatum per XXI dies Ticinum accepta à Widone pecunia domum rediisse inglorium *Liutprandus (e)* & *Sigonius (f)* scribunt. Anno DCCCXCII. Wido Augustus imperium ac stabile habere sibi visus LAMBERTUM filium suum consortem ejus adscivit. (g) Elapso abhinc biennii spatio Arnulfus tum Formosi Papæ tum Berengarii nuntiis precibusque excitatus cum valido exercitu fines Longobardorum intravit, atque à Veronensibus, comite Berengario, receptus, Bergomo expugnato, præfectoque ejus Ambrosio de arbore laqueo suspenso, cæterarum urbium incolas, inprimis Mediolanenses & Ticinenses, perterruit, ut occurrerent venienti, & pollicerentur se imperata facturos, cumque ad Placentiam venisset converso derepentè agmine per Alpes Penninas Galliam ingressus est, Acaunumque petiit, ut improviso incursu dudum invisum sibi Regem Rodulfum obtereret, cui munitissimis in locis latenti cum nocere non posset, regio in qua regnabat igne ferroque depopulata. Imperator WIDO excedentem Italia Arnulfum dum insequitur ad flumen agri Placentini *Tarum* vomitu cruoris exstinguitur anno regni Italici VI, Imperii IV, Christi DCCCIVC. *Lambertus* ejus filius cum matre *Ageltrude* regnum obtinuit, Romamque veniens à Pontifice diadema Imperatorium sibi imponendum curavit. *(h)*

Arnulfus Formosi Episcopi Romani literis ac nuntiis iterum invitatus & in auxilium vocatus adversus Sergianorum factionem, Lamberti patrocinio ferocientem, anno DCCCXCV. mense Septembri Italiam denuò intravit, & sequenti anno Romam pervenit, quam Ageltrudis præsidio militari tenebat; sed ea clàm profugiente, urbeque occupata *Arnulfus* à Formoso in Basilica SS. Apostolorum Petri & Pauli inunctus, coronaque capiti ejus imposita *Imperator* appellatus est. Inde castellum Picenum Firmum, quò se Ageltrudis contu-

(x) *Regino ad ann. 888.*
(y) *Bereng. Aug. Cap. 5.*
(z) *de reb. Impp. & Reg. Lib. I. Cap. 6.*
(a) *Lib. II.*
(b) *Hist. Langob. Benev. §. ultimo.*
(c) *Annal. Lib. II.*
(d) *Lib. III.*
(e) *Lib. I. Cap. VII.*
(f) *Lib. VI.*
(g) *Vales. Bereng. Aug. Cap. V. ex Chronico Casauriensi MS.*
(h) *Vales loco citato.*

contulerat, dum obsidet ab ea soporifero medicamento potionatus obsidionem solvere cogitur. Comes aderat Arnulfo BERENGARIUS, qui comperto Arnulfum excæcandi sui consiliũ iniisse Veronam, carissimam & fidelissimam sibi urbem, celeri fuga repetiit. Quare spretus ab Italis ob fidem violatam Arnulfus, Ticini multos suorum per tumultum oppidanorum amisit, & Eporediæ muris ab Anscario Marchione exclusus domum se recepit, insequente eum per Larium lacum Rotoldo notho ejus filio, quem Mediolani reliquerat. Tum Berengarius Regnum Italicum usque ad flumen Abduam recepit, cætera LAMBERTO reliquit, cumque is anno DCCCXCVII. per insidias suorum fracto collo interiisset, solus & sine consorte toto regno Longobardorum potitus est. (*i*)

Anno CMI Hungari Longobardorum fines ingressi cædibus, incendiis ac rapinis cuncta devastarunt & funestam Berengario Italiæque cladem circa Brentam agri Patavini amnem inflixerunt, illius magis culpa quam sua virtute victores. Novus eadem tempestate Berengario hostis æmulusque regni à Principibus Italiæ, ac præsertim ab Adalberto Tusciæ vel Lucæ Marchione, accersitur semel atque iterum *Ludovicus Rex Provinciæ*, Bosonis ex posteriore conjuge Hermengarde, Imperatoris Ludovici Junioris gnata, filius; is cùm secunda vice in Italiam præter jusjurandum Berengario datum descendisset, isto in Bojoariam expulso totum regnum Longobardorum occupavit, Romamque ingressus à Benedicto Papa ejus nominis quarto diademate capiti imposito *Imperator* est appellatus, sed aliquando post à Berengario, intra muros Veronæ noctu recepto, captus oculisque orbatus, cùm annos III regnasset in Italia, uti ex *Chronico Monasterii Cassinensis* Valesius refert. Destitutione Ludovici BERENGARIUS totius Longobardiæ compos iterum factus, nomenque & insigne Imperatorium sibi deberi ratus est, quod Wido & Lambertus & Ludovicus, etiam ab ipso victi, erant consecuti; Romam ergò venit anno CMXVI accitus a Johanne X. Papa, auxilium adversus Saracenos, Garelianum montem occupantes, implorante, ibique die Paschæ in Basilica S. Petri diademate cingitur, ungiturque & salutatur *Imperator*, quæ solemnia sæpe laudatus *Panegyristes* prolixè metris suis descripsit. Post illa *Adelbertus* Eporediæ Marchio, qui *Gislam*, Berengarii filium, duxerat, & *Odelricus* Comes Palatii natione Suevus, *Gileberdus* Comes, *Lantbertus* Mediolanensis Archiepiscopus, nonnullique alii Principes Italiæ à Berengario defecere, *Rodulphumque Regem Jurensis Burgundiæ*, Rodulfi filium & successorem, Burchardi Suevorum Ducis generum, per nuntios arcessivere; quos cum Berengarius Aug. ope Hungarorum magna rebellium, inprimis Odelrici, cæde edita vicisset, Gilebertus, quem captum Imperator dimiserat incolumem, datæ fidei & accepti beneficii oblitus, Rodulfum in Italiam adduxit; is postquam à conjuratis, optimatibusque & dimidia parte incolarum receptus fuisset, pugnatum est semel atque iterum; priore prælio superatus Rodulfus, posteriore vicit, & Berengarianos conjecit in fugam. Desertus à suis Berengarius media inter cæsorum cadavera procubuit, ut simulatione mortis evaderet, ac ne à quoquam agnosceretur corpus scuto texit. Quidam ex Rodulfi militibus Berengarii jacentis pedem, qui fortè intectus apparebat, hasta pupugit: cumque nihil moveri eum vidisset, mortuum ratus discessit. Nocte Berengarius ex media strage assurgit tacitus, solus palatium suum repetit, ac rursus rerum potitus Rodulfum vincit acie. Tandem pace facta ambo regnum Italiæ inter se divisere; sua utrique pars regionis cessit, ita tamen ut Rodulfus sub Berengarii ditione esset. Tot prælia & strages invitare exteros ad occupandum regnum Italicum videbantur. Igitur HUGO potentissimus *Arelatensium* vel Provincialium *Comes*, *Boso* ejus frater & *Hugo* alius, *Tagliaferro* (sector ferri) cognominatus cum copiis advenere; quibus Berengarius occurrens armatus, viis omnibus infessis nec opinantes undique inclusit, suisque interdixit, ne quemquam ex hostibus interficerent, sed quemcunque cepissent, naribus auribusque amputatis dimitterent. Quod cum esset factum, tres supradicti Duces, quibus circumventis & fame ac inopia pressis spes hostem evadendi nulla supererat, excalceati, manibus Evangelia præferentes, ad Berengarium veniunt, petitaq; venia jurant ipso vivo se in Italiam non reversuros: quos Berengarius incolumes cum suis domum redire permisit. Hæc a reliquis scriptoribus omissa *Constantinus Porphyrogennetus*, auctor æqualis, in libro *de administrando Imperio* memoriæ tradidit. *Berengarius* cum postea Veronam se contulisset, ibidem à *Flamberto* compatre ac familiari suo homine perfido, per insidias interfectus est anno Christi, si Luitprandum & Sigonium seqvimur, 923, si Frodoardum 924, si denique Sigebertum 925. Longævitas ejus, sex enim supra triginta ad minimum annos regnavit, Blondum, Platinam, Egnatium aliosque eò seduxit, ut duos ex uno illo facerent

(i) *Idem ex Regin. Annal. Met. Mariano Scoto & Sigonio.*

cerent Berengarios, & primum jam ante Ludovici Regis Provinciæ in Italiam adventum satis concessisse putarent. Uxorem Berengarius Augustus habuit *Berthilam*; ei patrem fuisse *Supponem*, & tres fratres, Supponis filios, quos viro suo auxiliares adjunxerit, Panegyristes sæpe citatus innuere videtur. Suppo autem iste in chronico monasterii Casauriensis vocatur *Suppo Piceni Comes, qui & Dux inscribitur, in Imperatoris* (Ludovici Junioris) *exercitu fulgidus. Berthilam* posteaquàm malum secuta consilium marito fidem non servasset tori, ab eodem *veneno sublatam* esse, idem Poëta solus memoriæ prodidit, cujus de illa versibus narrationem de Berengario Augusto obsignabimus:

Pariter tria fulmina belli
Supponidæ coëunt, Regi sociabat amico
quos tunc fida satis conjunx: peritura venenis,
sed postquam haustura est inimica hortamina Circes.

Berengario è vita sublato totum quidem Italiæ regnum RODULFUS occupavit, sed brevi temporis spatio tenuit, magnúmque væcordiæ documentum dedit, cùm non tantum ab Ermegarda, Adalberti M. Eporediæ vidua, regno illum emunctum eunte, sibi verba dari atque illudi pateretur, sed etiam ad primum nuncium de adventu Hugonis Comitis Arelatensis, quem ad capessendum Italiæ regnum, proceres iterum acciverant, id deferret, atque in Burgundiam suam revolaret. (k) Hugoni patrem *Sigonius* & *Puteanus* tribuunt Lotharium Comitem Arelatensem, qui filius fuerit Lotharii Regis Lotharingiæ; sed perperàm: nepotem quidem hujus Hugonem extitisse confessæ est veritatis verùm non è gnato cognomini, qualem Lotharius II. non habuit, sed è Filia Bèrtha, Theobaldo Comiti nupta, prognatum illum fuisse, à recentioribus genealogis demonstratum est. Haud intempestivè nec absurdè subtexturus videor diagramma geneseos & progeniei Hugonis, emendatius & plenius illo, quod Er. Puteanus in Historia Insubrica exhibuit.

(k) *Luitpr. L. III. C. 2, & 3. Sig. L. VI. Put. L. VI. C. 1, & 2.*

Bertha

Bertha, Lotharii II. Regis Lotharingiæ filia, nupta
1. Theobaldo Comiti,
2. Adalberto cogn. Diviti Duci & March. Tusciæ II. Hic obiit d. 17. Aug. 917. illa d. 10. Mart. 925.

1. Hugo C. Arelat. *Rex Italiæ* cor. Mediolani, an. 926. ✠ an. 947. 1. *Alda.* 2. *Marozia* Vidonis. D. & M. Tusciæ vid. 928. 3. *Bertha*, Burchardi D. Suev. f. Rodulphi R. Burg. vidua 937.	1. Boso *Dux* & M. *Tusciæ* V. *Willa*, Rudolphi I. Rex Burg. & & Ital. f. — Willa uxor *Berengarii II. R. Italiæ.*	1. Anscarius, *March. Fermensis.*	2. Vido D. & M. *Tusciæ III.* ✠ 928. *Maria*, dicta *Marozia*, Alberici C. Tusculani vid. 926.	2. Lambertus D. & M. *Tusciæ IV.* à R. Hugone fratre uterino excœcatus an. 931.	2. Ermegarda, Ux. 2da *Adalberti M. Eporediæ.*

1. Lotharius *Rex Ital.* ✠ an. 949. f. 950. 22. Nov. *Adelaida*, Rudolphi II. Rex Burg. Fil.	1. Alda nup. *Alberico C. Tuscul.* Pr. Romano.	Boso, *nothus*, ex *Bezola* pellice natus, *Episc.* Placentinus.	Ubertus *nothus*, ex *Wandelmonda*, *Dux & M. Tusc. Spolet. & Camer.* *Willa*, Bonifacii D. Spolet. & Camer. f.	Theobaldus, *nothus*, *ex Stephania*, *Archidiac.* Mediolan.	Bertha, *notha*, *ex Bezola*, missa Constantinopolim pro Romani Imp. nepote.

Emma Conjux *Lotharii Regis Galliæ.*	Hugo *Dux & March. Tusciæ.*	Waldrada ux. *Vitalis Candiani D. Venet.*

Hugo regnum Italiæ à Rudolpho Burgundo derelictum occupavit; sed Itali tædio sævitiæ ejus affecti Rodulfum Regem è Burgundia anno CMXXXI. revocarunt, cumque adventum ejus Hugo tempestiva pactione avertisset, illi Arnoldum s. Arnolfum Bajoariorum ac Carantanorum Ducem accersiverunt, quo fuso fugatoque HUGO, ut futuris malis occurreret, spemque inimicis novorum imperiorum adimeret, LOTHARIUM filium suum regni socium sibi adjunxit, eumque Mediolani ab Archiepiscopo coronari jussit, & *Adeleidem* Rodulfi Burgundiæ Regis filiam illi in matrimonium collocavit. Novum denique æmulum, ab Italis sibi objectum, nactus videlicet *Berengarium IIdum Eporediæ Marchionem*, cum eo, jam metropoli potito, ita transigere necessum habuit, ut ipse filiusque Regium servarent nomen, jus & potestas penes Berengarium esset. (*l*) Pertæsus autem inanis tituli convasavit thesaurum Regium omnem, & in Burgundiam abiit, ubi permagnifico exstructo monasterio, quod S. Petro consecravit, cilicium sumsit, quemadmodum *Leo Ostiensis* memoriæ prodidit. (*m*) LOTHARIUS post genitoris excessum haud diu superstes fuit, & quod ab eodem autore refertur, phrenesi correptus, & mentem & mox vitam amisit, regnumque Berengario reliquit.

BERENGARIUM *secundum*, prioris è filia unica nepotem fuisse, & *genitorem* habuisse *Adalbertum avum* paternum *Anscarium*, Eporediæ Marchiones, communi sententia scriptores statuunt; de progenitoribus verò Anscarii, in stemmate enumeratis qui avthentia tabularum veterum, speciatim *diplomate Berengarii & Adalberti Regum*, recognito à Roberto Cancellario anno 950, necnon *testamento Attonis Episcopi Vercellensis* à pluribus Episcopis subscripto an. 1194, nituntur, res non æque in confesso est, neque dubitavit Hadr. Valesius *Adalbertum*, Anscarii filium, *hominem Francum* vocitare. (*n*) ANSCARIUS, cui prænomen *Attonis* indunt, *Eporediæ Marchio* fuit illo tempore, quo Arnulfus Imperator in Italia agebat; testem habemus *Luitprandum* æqua-

(l) *Sigon. Hist. It. Lib. VI.*
(m) *Lib. IV. Chron. Cap. 64.*
(n) *Bereng. Aug. Cap. I. pag. 61.*

æqualem propè ſcriptorem *Arnulphus,* inquit, *cum Eporegiam pervenisset, Anſcarius Marchio iſtic aderat; cujus ex hortatu civitas rebellabat. Verum hic Arnulphus jure jurando promiſerat, numquam ſe à loco eodem diſceſſurum, quàm præſentiæ ſuæ repræſentarent Anſcarium. Is autem ut erat homo formidoloſus valdè ei omnino ſimilis, qui à Marone canitur: Largus opum, lingua melior, ſed frigida bello dextera, de caſtello exiit, & juxta murum civitatis in cavernis petrarum latuit. Hoc eo facit, quatenus licitè poſſent Regi Arnulfo jurejurando ſatisfacere, Anſcarium in urbe non eſſe. Itaque jusjurandum iſtud accepit Rex, atque iter quod cœperat, peragens abiit.* (o) ADALBERTUS Eporediæ civitatis Marchio fuit, imperante Berengario, cujus filiam unicam GISILAM primis nuptiis uxorem duxerat: ea mortua cum ERMEGARDAM, Adalberti præpotentis Tuſciæ Marchionis gnatã, penatibus ſuis induxiſſet, inſtigatus à Bertha, ejus matre, conjuravit adverſus Berengarium, & à virtute moribusque priſtinis deflexit. LUITPRANDUS enim Libro II *de rebus Impp. & Regum* Cap. X, *Adelbertus,* inquit, *nequaquam ſui ſimilis fuit. Nam dum fervente ætate juvenilem duceret vitam, miræ humanitatis miræque ſanctitatis fuit, adeò ſanè, ut ſi ei à venatione redeunti pauper occurreret, aliudque non eſſet, quod illi præſtare poſſet, cornu protinus, quod collo ejus fibulis aureis dependebat, ſine dilatione concederet; rurſumq; ab eodem, quanti æſtimabat, acquireret. Tam diræ autem poſtmodum factus eſt famæ, ut hujusmodi vera de eo tam à majoribus, quam à pueris cantio diceretur, & quia ſonorius eſt, Græcè illud dicamus: Adelbertus comis curtis,* makroſpathis mikropiſtis, *quo ſignatur & dicitur, longo eum uti enſe, & minima fide.* Porrò Cap. XVI prœlium inter conjuratos & Berengarium, qui Hungaros in auxilium vocaverat, ſic refert: *Adelbertus, ut erat vir non bellicoſus, ſed ſagacitatis miræ, nimiæque calliditatis, dum irruere Hungaros undique cerneret, eſſetque illi omnis ſpes fugiendi ablata, baltheum armillasque aureas, omnemque precioſum apparatum projecit, vilibusq; ſe militis induit veſtimentis, ne ab Hungaris quis eſſet dignoſceretur. Captus igitur, ſciſcitatusque quis eſſet, militis cujusdam militem ſe eſſe reſpondit, rogavitq; ſe ad vicinum caſtellum duci vocabulo Calcinaria, in quo parentes, qui eum redimerent, ſe habere aſſerebat. Ductus igitur, quia non agnitus, viliſſimo pretio comparatur; emit autem illum ſuus ipſius miles nomine Leo.* Cæterùm haud diu *Adelbertus* Berengario Auguſto, cui fidem fregerat, ſuperſtes manſit, ſicut idem autor literis mandavit; *Hoc eodem,* ſcribens, *tempore,* (quo nempè Papia Hungarorum rabie exuſta fuit, id quod ad diem IV Idus Martii an. CMXXIV. refert) *defuncto Adelberto Eporegiæ civitatis Marchione, uxor ejus Armegarda totius Italiæ Principatum obtinebat. Cauſa autem potentiæ ejus hæc erat; quoniam carnale cum omnibus non ſolùm Principibus, verum etiam cum ignobilibus commercium exercebat.* (p) Facta hæc eſt mater ANSCARII, quem Rex Hugo Spoletinorum & Camerinorum conſtituit Marchionem, in locum Theobaldi, demeriturus hominem ad quodlibet facinus promptum ſibique ſuſpectum: nihilo tamen minus res novas moliri deprehenſum, Sarlione, qui Theobaldi viduam duxerat, tanquam æmulo objecto, primùm Marchia, deinde vita exuit, hanc enim ille in pugna cum Sarlione commiſſa amiſit, poſtquam ſtrenui viri officium feciſſet, cum equo lapſus & ab irruentibus hoſtibus confoſſus. *(q)*

Ad perniciem quoque BERENGARII occaſionem Rex Hugo quærebat: erat is, ceu ex dictis liquet, Anſcarii frater conſanguineus & *Luitprando* referente, *(r) conſiliis providus, ingenio callidus,* eaque propter illi formidoloſus, maximè poſtquam fraterna cæde irritatus eſſet; itaque manus illi injicere & oculos eruere in animo habuit; ſed conſilio à Lothario, Regis filio ætate ac mente adhuc imbecillo, patefacto, fuga ſe ſubduxit Berengarius in Germaniam, atque ad Hermannum Ducem Sueviæ ſe contulit, à quo demum eſt ad Ottonem Regem deductus anno CMXXXIX. Inde poſt ſeptem circiter annorum exilium, prætentatis per Amadeum militem & fidum Comitem procerum Italicorum animis, atq; ad defectionem præparatis in Italiam majore fiducia quàm ſtrepitu rediit, & convolantibus ad eum undique turmatim militibus citius exercitum conflavit, quàm adeſſe hoſtem Hugo reſciſceret. Mediolano, favente Archiepiſcopo, potitus pro Rege ſe gerere cœpit, & Hugonem trepidantem jamque de ſe actum putantem ad memoratam jam ſuperius pactionem redegit, quæ iſti filioque Lothario inanem Regis titulum reliquit, Berengario vim poteſtatemque tradidit. Sublatis non ita multò poſt illis è medio ac vita ſolus tamen regnare noluit; ſed filium ADELBERTUM ſceptro ſocio inſignivit, eundemque cum Adelaide Burgunda, Lotharii vidua, matrimonio jungi cupivit, Ticinum urbem, veterem regni ſedem, quam illa dotis nomine ſibi aſſignatam tenebat, hoc pacto imperio ſuo adjuncturus. Spreta verò à muliere conditione, ira accenſus, vim adhibuit, urbemque obſeſſam cepit, ac reginam in poteſtatem adductam, animo tamen immotam, in caſtro Gardæ ad lacum Benacum cuſtodiæ tradidit; è qua, ope ſacerdotis ſui, elapſa, & in arcem Canuſſii ab Athone, propinquo ſuo recepta, ibidemque mox obſeſſa, Othonis Germaniæ Regis for-

(o) *de Reb. Impp. & Reg. Lib. I. Cap. 9.*
(p) *Lib. III. Cap. 2.*
(q) *Ibidem & Cap. 3.*
(r) *Cap. 2. Libri cit.*
(s) *ad an. 952.*

fortissimi opem imploravit, qua impetrata, liberatori vindicique suo in manum convenit; Berengarius verò cum Adelberto filio victoris potestati & clementiæ se permittere coactus, regnum tamen recepit, sed, *Reginonis* (*s*) verbo, *ut subditus*; *Witekindus* [*t*] ita rem narrat; *Berengarius manus filii sui Adelberti suis manibus implicans renovata fide, coram omni exercitu, famulatui Regis se cum filio suo subjugavit: & ita dimissus in Italiam remeavit cum gratia & pace.* Domesticis deinde turbis Slavicoque bello Othone districto, cum arma iterum sumsisset, & omnem Italiam turbaret, Proceresque & Antistites ipsumque Romanum Pontificem exagitaret, ab Othone totius Italiæ votis vocato denuò bello petitus & devictus est; namque cum *Willa* conjuge dura obsidione in monte Feretri pressus deditionem denique fecit, an. CMLXIV, & in Germaniam relegatus est; ubi exul post biennium obiit, *in Babenberg*, referente *Reginone*, [*u*] *Regio more sepultus est.* Ejus vidua *Willa*, antequàm sepeliretur velum sibi sanctimoniale assumsit; impudicitiæ fortassis expiandæ, cujus rea est LUITPRANDO, (*w*) scriptori coævo, sed nec ipsi nec marito Berengario, cui à sacello & secretis fuerat, offensa deinde abalienatus, satis æquo.

Ex liberis Berengarii & Willæ sequioris sexus *Gerbergæ* & *Gislæ* mentio apud Luitprandum (*x*) occurrit, *Susannam* Sam. Guichenonius, *Yuncam* Cosmus de la Rena addunt. In virili sexu circa *Adelbertum* & *Vidonem* nulla status est dubitatio, *Conradum* Sigonius nominat, eumque nec non Vidonem bona in agro Mutinensi & Bononiensi habuisse refert; (*y*) hunc porrò, *Vidonem* nempè, in pugna adversus Burchardum Sueviæ Ducem, ab Imp. Ottone contra Adelbertum missum, occubuisse memoriæ prodidit. (*z*) ADELBERTUS patre regni consors factus, illo ab Ottone capto & exautorato in Corsicam aufugit; exinde à nonnullis Comitibus & Episcopo Placentino sequenti statim anno revocatus, atque in Lombardiam reversus regnum recuperare summa ope nisus est; sed collatis cum Ottonis exercitu anno CMLXV. signis victus & in fugam conjectus ægrè evasit, Bariúmque in Apuliam confugit, unde misso oratore Constantinopolim Nicephori Imperatoris tutelam auxiliumque imploravit, eidemque octo millia loricatorum se jam habere mandavit; Annuit Nicephorus petitioni Adelberti, Conamque fratrem suum viris & argento instructum illi submisit, sed eo cum mandato, ut Adelbertus Barii diligenter custodiretur, donec potitus victoria ipse rediret; quod si ille tot hominum millia, quot se habere dictitasset, non duxerit, ut caperetur, vinciretur, & Ottoni Adelheidæque traderetur, quemadmodum LUITPRANDUS, eo ipso tempore legatione apud Nicephorum Ottonis Aug. nomine functus, literis prodidit. (*a*) Qualia verò extrema Adelberti fata fuerint, numque traditus Ottoni & ab eo in Germaniam relegatus sit, aut Barii tædio & mærore confectus decesserit, incompertum est, ad regnum certè nunquam rediit; hoc enim Imp. Otto sibi & successoribus ita asseruit, ut imposterum *qui Rex Germaniæ fuit, idem etiam regnum Italiæ Longobardicum & occidentale Imperium tenuerit*, ut SIGONII (*b*) verbis utar. Uxor Adelberto tribuitur GERBERGA è gente Francorum orta, ea filia ac hæres Hugonis Comitis Burgundiæ extitisse plerisque videtur; sed dissentit ANDR. CHESNEUS & Nivernensi Comite prognatam fuisse mavult credere. In hoc consentiunt, quod pater ex ea factus sit OTTONIS WILHELMI, satoris amplissimæ Comitum Burgundiæ stirpis.

In numerum filiorum Berengarii Regis, referunt quoque DODONEM, eidemque ab Imperat. Ottone II Eporediæ Marchiam restitutam fuisse tradunt; Hoc genitum ARDOINUN, Eporediæ Marchionem, postquàm Imp. Otto III sine prole vita defunctus esset, lubido invasit regni Italiæ capiundi, & juvit aliquandiu fortuna audacem; perfecit enim ut an. MII, Papiæ conventu antiquo Longobardorum more indicto, frequenti concilio Rex crearetur, extemploque regiis insignibus ornaretur; indignante equidem Archiepiscopo Mediolanensi, sine cujus autoritate id factum erat, & Henricum Germaniæ Regem subrogante; Tuitus tamen tunc est Ardoinus partam coronam, & profligatis Henrici copiis, prospero rerum successu aliquot annis usus. Ad extremum verò continuis & Henrici & Archiepiscopi Mediolanensis adversum se molitionibus defatigatus, cessit vertenti fortunæ, & regno abdicato, ultrò in monasterium *Fructuariense* in agro Taurinatium se abdi-

D dit,

(s) *ad an. 952.*
(t) *Annal. Lib. III.*
(u) *ad an. 966.*
(w) *Lib. V. Cap. 15.*
(x) *loco modo cit.*
(y) *Hist. Ital. L. 7. ad an. 963.*
(z) *Ibid. ad an. 965.*
(a) *In Histor. Legationis ad Niceph. quæ inter ejus opera Antwerpiæ edita extat, pag. 145.*
(b) *Lib. VII. ad an. 973.*
(c) *Sigon. Ib. L. VIII. ad an. 1015. Castilion. not. ad Thesaurum p. 714. & seq.*

dit, privatamque deinceps vitam, monasticæ similem egit, donec elapso triennio Valpergiæ mortem obiit; regio tamen funere à filiis elatus & in æde S. Benigni Fructuariensis sepultus est. A filio ejus VIDONE longa illustrium familiarum in Pedemontio propago defluxit, inferius ex parte recensenda; ab OTTONE verò stirps Comitum *de Coconatu* derivatur.

Cæterum quod fratres Adalberti Marchionis Eporediæ, Attonis Anscarii filios natu minores, *Manfredum Berengarium* & *Hugonem* attinet, probatur eorum existentia ac genesis diplomate Berengarii Imperatoris, quod anno regni ejus *trigesimo quarto*, imperii *quinto*, qui tamen non coincidunt, si anni regni ejus imperiique exactè numerentur, scriptum esse fertur. *Hugonem* in eòdem Berengarius *Episcopum Augustanum Sacrique Palatii sui Archicapellanum* appellat: at verò Episcopum Augustanum, cui Hugoni nomen fuerit, nullum, Udalricum econtra Sanctis posteà adscriptum, illo tempore Ecclesiæ Augustanæ præfuisse reperio. In testimonium porrò filiorum Manfredi Berengarii, nepotumque ejus, atque ex his prognatorum, quotquot tabula nostra prima enumerat diplomata adducuntur, Ottonis Imperatoris tabulæque donationis à MITILDI, quæ ejus neptis & OBIZONIS UXOR dicitur, nec non à BONIFACIO, hujus gnato Monasterio S. Mariæ majoris factæ.




STEm-



STEMMATIS *DESIDERIANI*
STIRPS I.
COMITUM ET PALATINORUM BURGUNDIÆ, NEC NON COMITUM VIENNENSIUM, MATISCONENSIUM, ET CABILLONENSIUM, PRINCIPUMQUE ARAUSIONENSIUM.









Urgundiæ primi Comites insignium loco usi sunt *aquila argentea*, in campo *rubeo* explicata; postquam verò Comites Palatini appellari cæperunt *leonem aureum* in solo *cærnleo*, *plinthidibus aureis* sparso, adsciverunt, aquila illis relicta, qui à lineis sequioribus primorũ Comitũ oriundi erant, videlic. Comitibus Viennensibus & Matisconensibus. Hugo, Johannis Burgundo-Cabillonii filius, cum hæredem Burgundiæ Comitatus in matrimonium duxisset, ea lege in id Ordines consensisse refert *Ludov. Gollut (Hist. de la rep. Sequanoise Lib. II, Chap. 37. & Lib. VI, Chap. 44.)* ut aquila abdicata solo *leonis* digmate uteretur, quod etiam ab illo, posterisq; ejus Burgundiæ Comitibus Palatinis, factum est, filiis tantum ejus natu minoribus *aquilam* retinentibus. Cæterùm fratres ejusdem Hugonis, & qui ab iis prognati sunt, cum *Cabillonensi* cognomine tesseram quoque ejusdem familiæ assumserunt, nempè *fasciam diagonalem auream*, rubeo scuto inductam. TA-

TABULA II.

PRIMI BURGUNDIÆ COMITES.

VIII.

OTTO WILHELMUS, Adalberti Ducis Lombardiæ & Exregis Italiæ ex Gerberga Com. Nivernii F. à matre, poſtquàm ea ad ſecundas nuptias cum Henrico Duce & Marchione Burgundiæ tranſiiſſet, è Lombardia in Burgundiam abductus, ibi PEREGRINI cognomen nactus, & matre nec non vitrico defunctis COMES NIVERNII, DIVIODUNI & BURGUNDIÆ dictus eſt. Obiit d. 21. Septembr. ann. 1027.

HERMENTRUDIS, RENALDI C. de ROUCY & ALBRADÆ de FRANCIA FIL.

IX.

Guido ✠ circa an. 1004.	Renaldus I. Comes Burgund. ✠ an. 1057. *Adeliſa, Richardi II. D. Normann. f.*	Bruno *Archidiac.* Lingon.	Mathilda ux. *Landrᴂi Dn. de Maers* cum tote Nivernii.	Agnes nup. 1. *Wilhelmo IV. C. Pict. & D. Aquit.* 2. *Godofredo II. C. Andium.*	Gerberga, ux. *Wilhelmi II. C. Arelat. & Provinc.*

X.

Wilhelmus II. cogn. Caput audax, Comes Burgundiæ, Viennæ & Matiſcon, Dn. de Salins, ✠ 11. Novemb. 1087. *Gertrudis, Theodorici C. Limburgici f.*	Guido Comes *de Brionne & Vernon* ex donat. Wilhelmi D. Normann.	Robertus Burgundus ſator ſtirpis *Craonenſis* quibusdam creditur.	Henricus.

XI.

Renaldus II. C. Burg. Vien. & Matiſc. ✠ in peregrinat. ſacra ann. 1100. *Beatrix de Zæringia.*	Stephanus cogn. Audax C. Burgund. ✠ in bello ſacro an. 1101. N. *de Zæringia.*	Hugo *Archiepiſc.* Veſunt. ✠ m. Sept. a. 1100.	REIMUNDUS de Burgund. Regiæ in Hiſpania ſtirpis ſator. Vid. TAB. VII.	Guido *Archi-Epiſc.* Viennenſ. denique *Papa* dictus *Calixtus II.* 119. ✠ Id. Dec. 1124.	Clementia, nup. 1. *Roberto cogn. Hieroſolymitano C. Flandr.* 2. *Godofredo C. Lovan.* Hermentrudis ux. *Theodorici C. de Montbeliard.* Giſla, nup. *Humberto II. C. Mauriennæ.* Mathilda ux. *Eudonis I. Duc. Burgund.*

XII.

Wilhelmus III. Comes Burgundiæ, cogn. Infans, occ. à ſubditis ſuis d. 9. Febr. 1126.	Renaldus III. Comes Burgundiæ, ✠ m. Jan. 1144. *Agatha, Simonis I. Ducis Lotharing. f.*	WILHELMUS COMES VIENN. & MATISCON. Vid. TAB. ſeq. III.	Iſabella uxor 2da *Hugonis Com. Campan.*	Margarita, nup. *Guigoni III. Delphino Viennenſi.*

XIII.

Beatrix hæres Comitatus Burgundiæ nup. *Friderico Barbaroſſæ, Imperatori* an. 1156. ✠ 15. Nov. 1173. ſec. Ott. Friſ. an. 1185. ſec. Alb. Stad. 1192. d. 14. Apr. ſec. alios.

TAB.

TABULA III.

COMITES VIENNENSES & MATISCONENSES.

XII.

WILHELMUS de Burgundia, Stephani C. Burgundiæ Vienn. & Matiſc. filius natu minor, Comes de Vienne, Matiſcon. & Ausſonne.

PONTIA, al. ADELAIS, DN. de TRAVES.

XIII.

STEPHANUS COMES BURGUNDIÆ & AUGUSTODUNI. *Vid. Tab. ſeq. IV.*	Gerardus Comes Vienn. & Matiſcon. Dn. de Salins. *Wigonna, Gualteri Dn. de Salins fil. & hær.*

XIV.

Wihelmus II. Comes Vienn. & Matiſc. ✠ circa an. 1123. *Scholaſtica, Hennrici I. C. Campan. fil.*	Beatrix uxor tertia *Humberti III. C. Saband.*	Alexandrina, nup. *Ulrico Dn. de Bauge & Breſſe.*	Ida. nup. 1. *Humberto Dn. de Coligny, 2. Simoni II. Lotharing.*	Gualtierius Dn. de Salins. *Mathilda, Arcembaldi VI. Dn. Burbon. fil.*

XV.

Gerardus II. C. Vienn. & Matiſcon. ✠ circa an. 1228 1. *Johanna, Ottonis C. Burgund. f.* 2. *Wigona, Guidonis C. Foreſti f.*	Henricus de Vienne Dn. de Pagny.	Wilhelmus *Decanus* Viſontin.	Beatrix ux. *Hugonis ab Antigny.*	Margarita Domina de Salins, nup. *Jocerano le Gros, Dn. de Brancon.*

XVI.

1. Wilhelmus III. Comes Vienn. & Matiſc. obiit cœlebs.	Aliſa Com. Vienn. & Matiſc. fratris hæres, nup. *Johanni de Dreux, cogn. de Breine, Roberti II. C. de Dreux, filio.*

TABULA
STIRPS CABILONENSIS ET CO
ex eo

XIII.
STEPHANUS Comes Burgundiæ titularis, & Auguſtoduni, Wilhelmi de Burgundia, C. Vien. Matiſc. & Aug. F.

XIV.

Stephanus Comes Burgund. & Auguſtod. ✠ circa an. 1239.

XV.

Johannes Comes Cabilon. & Burgund. Dn. de Salins, cogn. *Sapiens*, tranſtulit an. 1237. Comitatum Cabilon. in Hugonem IV. D. Burg. tit. permutationis, viciſſimque ab eo accepit Dominia *Bracon, Villafans & Ornans* in ſuper. Burgundia, ✠ an. 1267. d. 30. Sept.

XVI.

1. Hugo COMES PALATINUS Bugundiæ. *Aliſa, Ottonis III. D. Meraniæ & Com. Palatini Burgund. Sor. & hær. ducta* 1230. ille ob. 1266. ea nupta ſecundò Philippo C. Sabaud. 1267. ob. 8. Martii 1279.	1. Eliſabetha ux. *Henrici C. Viennæ.*	1. Margarita, nup. *Henrico I. de Brienne C. de Veniſy,* 2. *Wilhelmo de Courtenay Dn. de Champignelles* 1252.	1. Wilhelmina, *Abbat.* in Bajans 1261.	2. JOHANES de Chalon, Dn. de ROCHEFORT. Vid. Tab. ſeq. V.	2. Robertus ✠ in juv.

XVII.

Otto, f. Ottelinus Com. Palat. Burg. † an. 1303. 1. Philippina, Theobaldi C. Bar. fil. 2. Mathilda, Roberti C. Arteſ. fil. & hær.	Hugo Dn. Montboſon. ✠ improl. Bonna, Amadæi V. C. Sabaud. fil.	Stephanus ✠ improlis.	Aliſa, Ux. Hugonis C. Kiburgi.	Guya nup. Thomæ III. de Sabaud. C. Mauriennæ, 1274.	Agnes, ux. Philippi de Vienne Dn. de Mommorot.	Polia, ux. Ademari Pictavienſis C. Valentiæ.	Renaldus C. Montiſpelicard. per uxorem Wilhelminam de Neufchatel. ↠

XVIII.

2. Robertus Comes Palat. Burgundiæ, ✠ circa an. 1315. in adoleſcentia.	2. Stephanus, *Canon.* Veſuntinus.	2. Johanna Comes Palatina Burgundiæ & Dom. de Salins morte fratrum, nup. *Philippo V. cogn. Longo R. Galliæ* 1306. ✠ 21. Jan. 1329.	2. Blanca, ux. *Caroli pulchri Com. Marchiæ, dein Regis Galliæ,* ſed repudiata an. 1321.	2. Aliſa, Dom. Montrondi, nup. *Johanni de Burgundia, Ducis Roberti II. filio* 1297

TAB.

IV.

MITES PALAT. BURGUNDIÆ orti.

Juditha de Lotharingia, Matthæi I. Ducis Lotharingiæ f.

XIV.

1. *Beatrix, Wilhelmi III. Comitis Cabilionensis (de Chalon) filia ac hæres.*
2. *Agnes, Roberti II. C. de Dreux f.*

XV.

1. *Mathilda, Hugonis III. D. Burgund. f.*
2. *Isabella de Courtenay, Roberti Dn. de Champignelles f. Renaldi de Montfalcon, vid.* 1243.
3. *Laura, Simonis II. Dn. de Commercy, f.*

Stephanus *Dn. d' Oiselay,* stirpis hujus nominis sartor.

Beatrix, uxor 2da *Simonis Dn. Jonvillæ.*

XVI.

2. Petrus de Chalon, Dn. de Chateaubelin, ✠ impr. Beatrix, Amadei IV. Sabaud. fil.

2. Stephanus de Chalon, Dn. de Rouvres & Montenor. Johanna Dn. de Vignory. ∞

2. Blanca nup. 1. Guichardo VI. Dn. de Beaujeu 1260. 2. Beraldo IX. Dn. de Mercœur.

2. Mathildis, Monialis.

3. JOHANNES II. de Chalon, B. de ARLAY. Vid. Tab. VI.

3. Margarita ux. Hugonis de Burg. Dn. Avelo- ni.

3. Hugo de Chalon, Episc. Leod. 1296. Archiep. Vesont. 1301. ✠ 1316.

∞

XVII.

Henricus, Dn. de Jussé Tripoté & Fondremont.

Johannes Dn. de Montagu. *Alisa de Burgundia, Roberti II. Ducis f.* 1279.

Johannes de Chalon, Dn. de Vignory, ✠ improlis. *Margarita de Sabaudia, Ludovici B. de Vaud. f.*

Johanna nupta *Wilhelmo de Dampierre, Dn. S. Desiderii.*

XIII.

Otto de Burgundia, ✠ in juventa.

Agnes hæres Comitatus Montispelicard. nupta *Henrico Dn. Montisfalconis f. Falkensteinii.*

Johanna Dom. Hericurtii, Belfortii, Blammontii & Castelotii, nup. *1. Rudolpho C. Catimeliboc. 2. Rudolpho Hessoni March. Badæ.*

Alisa, nup. 1. *Johanni Cabilonio II. C. Auxerræ. 2. Ludovico Viennensi, Dn. d' Antigny.*

TABULA V.
COMITES DE AUXERRE ET TONNERRE stirpis Cabilonicæ.

XVI.

JOHANNES Burgundus s. Cabilonensis (DE CHALON) Dn. de ROCHEFORT, Johannis Com. Cabilon. & Burgundiæ ex secundo cum Isabella Curtenacensi conjugio filius; desponsata ei fuit an. 1255. ALISA, FRIDERICI Burggravii Noribergensis filia, sed nuptiis non peractis duxit

1. ELISABETHAM LOTHARINGAM Ducis Matthæi II. fil. Wilhelmi IV. Com. Viennæ Viduam, an. 1258.
2. ALISAM BURGUNDAM, Com. Autisiodurensem (d'Auxerre) Eudonis C.Nivernii fil.
3. MARGARITAM BELLIJOCENSEM, Ludovici de Forest, Dn. de Beaujeu, fil. 1290. Obiit ille an. 1309.

XVII.

2. Wilhelmus Cabilonensis, Comes Augustoriti & Tornedori *(d'Auxerre & Tonnerre)* ex hæreditate matris & materteræ, Dn. de *Montjay, St. Aignan, Celles & Valencay*, occubuit in pr. ap. Montcassel 9. Aug. 1304.
Leonora Sabauda, Comitis Amadei V. fil. 1292.

XVIII.

Johannes Cabilonensis II. C. Augustor. & Torned. M. Butiglarius Galliæ, occ. in pr. ad Crecyacum 26. August. 1346. 1. *Maria Genevensis, Comitis Amadei II. fil.* 2. *Alisa Burgunda, Renati C. Montispelic. f.*	Johanna nup. *Roberto Burgundo, Roberti II. Ducis Burgund.* filio *quarto*, ✠ improlis.

XIX.

1. Johannes Cabilon. C. Aug. & Torn. ✠ 1364. *Maria Crespin Wilhelmi VI. Dn. du Bec f.*	Humbertus ✠ in juven.	Margarita, ux. 2da *Johannis Sabaudi Dn. de Vaud.*	2. Johanna, nup. *Theobaldo IV. Dn. de Neufchastel.*	Beatrix ux. *Hūberti VI. Dn. de Thoire & Villars* 1342.	Henrietta, nup. *Hugoni Viennensi IV. Dn. de Poigny.*	Tristanus Cabil. Dn. Castribelini & Rupifort. *Johanna Viennensis, Philippi Dn. Pymontii f.*	Johannes Cabilon. Dn. *de Tramelay*, ✠ cælebs.

XX.

Johannes Cabilon IV. C. Aux. & Tonner. vendidit Comitatum Augustorit. Regi Carolo V. an. 1370. & ✠ improlis an. 1379.	Ludovicus Cabilon, successit fratri in Comitatū Tonnerr. ✠ circa an. 1398. *Maria, Wilhelmi Archevêque, Dn. de Partenay f.*	Margarita, ✠ innupta.	Mathilda, nup. *Johanni de Antigny, Dn. de Savigny*, 1364.	Johannes Cabilon. Dn. Castribelini ✠ improlis. *Johanna de Ghistelles.*

XXI.

Ludovicus Cabilon II. Co. Tonnerr. Dn. de Montiay, S. Aignan, Selles & Valencay occ. in pr. Vernuliensi an. 1423. improlis. 1. *Maria, Guidonis VI. Dn. de la Tremoille, f.* 2. *Johanna le Perilleux.* Johannes Cabilonius, *nothus.*	Hugo Cabilon, Dn. de Crusy & Argenteuil, ✠ apais. *Catharina de l'Isle Bonchard.*	Johannes Cabilon, Dn. de Ligny le Chatel, occ. in pr. Azincurt. 1415.	Wilhelmus Cabilon. *Eques Hierosolym.*	Amadeus Cabilon, *Abbas* Balmæ 1412.	Maria ✠ juv.	Johanna C. Tonnerræ nup. *Johanni de la Baume II. Dn. de Bonrepos* 1400.	Margarita C. Tonnerræ, ux. *Oliverii Dn. de Husson.*

TAB.

TABULA VI.

BARONES DE ARLAY & PRINCIPES ARAUSIONIS è gente Cabilonica.

XVI.

JOANNES Cabilonius, BARO d' ARLAY, Joannis Comitis Cabilon. & Burgundiæ ê tertio cum Laura Commercia matrimonio filius:

Ux. 1. MARGARITA BURGUNDA, DUCIS HUGONIS IV. F.
2. ALISA DE NEESLE, WILHELMI de FLANDRIA DN. TENREMONDÆ, F.

XVII.

1. Hugo Cabilon. Baro d' Arlay. *Beatrix Delphina, Humberti de la Tour, dicti Delphini Vienn. f.*

1. Johannes Cabil. *Episc.* Lingon. ✠ 1330.

Isabella, ✠ improlis 1322.

XVIII.

Johannes Cabilon. II. Baro d'Arlay. *Margarita de Mello, Mauritii IV. Dn. de Craon vid.*

Ludovicus Cabilon.

Hugo Cabilon

XIX.

Hugo Cabilon II. Dn. d' Arlay ✠ apaïs *Blanca, Amadei Com. Genev. f.*

Ludovicus Cabilon. Dn. d' Argueil ✠ ante fratrem in peregr. sacra an. 1367. *Margarita Viennensis Philippi Dn. de Montmorot. f.* 1352.

Margarita ux. *Stephani de Montfaucon C. Montispelicard.*

Beatrix nup. *Antonio Dn. de Beaujeu* 1382.

Johanna Ux. *Johannis de Vergi, Dn. de Champlite.*

XX.

Johannes Cabilon. Baro d' Arlay, PRINCEPS ARAUSIONIS, Camerarius Franciæ 1415. Gubern. Septimaniæ 1417. ✠ peste 1418. *Maria Balcia (de Baux) Reimundi V. Pr. Arausf. fil. ac hæres.*

Henricus Cabilon. Dn. d' Argueil, ✠ 1397. in bello contra Turcas cœlebs.

XXI.

Ludovicus Cabilon. Pr. Arauf. Dn. d' Arlay & d' Argueil, cogn. Bonus, ✠ 20. Sept. 1463.
1. *Johanna, Henrici C. Montispelic. f.*
2. *Eleonora, Johannis IV. C. Armaniac f.*
3. *Blanca, Wilhelmi II. Dn. de Gamaches f.*

Hugo.

Johannes Cabilon. Dn. de Cuisel & de Viteaux *Joanna de la Tremoille, Guidonis C. de Joigny fil.*

XXII.

1. Wilhelmus Cabil. Pr. Araus. ✠ 24. Sept. 1475. *Catharina Britanna, Richardi C. de Estampes f.* 1448.

2. Ludovicus Cabilon. ✠ 1476.

2. Hugo Cabilon. Dn. de Chateauquyon ✠ 1490. ap. *Aloisia Sabauda, Ducis Amadei* IX. Febr. 1479.

2. Johanna nup. *Ludovico de Seissel, C. de la Chambre.*

Carolus Cabilon. Com. de Joigny. *Johaña de Banquetin Arti Dn. de Chatillon. vid.*

Bernardus Cab. Dn. de Brignon *Maria de Rougemont.*

Antonius *Episc.* Augustod.

Ludovicus Cabil.

Isabella nup. *Liebaldo de Traves, Dn. de Tracy*

Margarita, ux. *Johannis de Baufremont, Dn. de Mirebeau.*

XXIII.

Johannes Cabilon II. Pr. Araus ✠ 9. April. 1502.
1. *Johanna Burbonia, Ducis Caroli I. fil.*
2. *Philiberta Lucemburgica, Antonii C. Brienne f.*

Carlotta, C. *de Joigny*, nup. 1. *Adriano de S. Maure, M. de Nelle.* 2. *Francisco Allegrio Dn. de Pressy.*

Theobaldus Cabil. Dn. de Brignon, ✠ 1512. apaïs.

XXIV.

2. Philibertus Cabilon. Princeps Arausionensis & Melphitanus, Dux Gravinæ, Prorex Neapol. & Generalis Locumtenens exercitus Imp. Caroli V. in Italia, occ. in oppugn. Florentiæ, 3. August. 1530. ætat. 28. cœlebs.

Claudia, Princeps Arausion. uxor. *Henrici Comitis Nassovii* & mater *Renati*, quem avunculus hæredem scripsit, obiit illa 1521.

Nassau



EXEGESIS HISTORICA.



ADalberti Exregis Italiæ uxor GERBERGA, postquàm ad secunda transiisset vota cum Henrico Duce & Marchione Burgundiæ inferioris, filium è priore marito susceptum OTTONEM WILHELMUM, ex Italia in Galliã deduxit. Hîc itaq; ille adolevit & sedem fortunarũ fixit, PEREGRINUS ab indigenis cognominatus. Matre ac vitrico rebus humanis exemptis *Comitis Niverni*, *Divionis & Burgundiæ* titulis usum esse *Andr. Chesnius* refert, (a) quo verò jure eos sibi sumserit conjecturas tantùm, certi nihil, in medium affert. *Divionensis* Comitatus, qui *Ducatus* BURGUNDIÆ nunc appellatur, jus ab adoptione vitrici derivant. NIVERNENSIS Comitatus pars antiquissimi regni Burgundici in Gerbergæ patrimonio fuisse, & ab ea ad filium devenisse creditur. *Burgundici Comitatus* nomine Burgundia *Transararica* venit, quam *liberum & immunem Comitatum* jam vocant: hunc uxorio jure Ottonem Wilhelmum obtinuisse arbitratur Chesneus; & Hugonem Comitem, cui Hermentrudis matrem, Albradam, nuptam fuisse è veteri charta monasterii S. Remigii in Remis probari posse ait, Burgundiæ Comitem fuisse conjecturam capit. At plerisque aliis scriptoribus Hermentrudis pater Reinaldus Comes Roceji (*de Roucy*) vocatur, illaque secunda Ottonis Wilhelmi uxor fuisse creditur: prior verò gnata unica ac hæres Alberici III. C. Matisconæ, fuisse, cumque ea Comitatus *Matisconensis* in hanc familiam transiisse creditur. Res ipsa hortari videtur, quoniam Burgundiæ Comitum stirpem latissimè, diffusam Otto Wilhelmus profevit, antiquiorem Burgundiæ statum, ejusque mutationes paucis repetere. BURGUNDIA antiquissimis temporibus *regnum* fuit, à Burgundionibus, origine Germanis, gente Vandalis, post varias migrationes denique in Gallia interiori, qua Sequani, Ædui & Allobroges jacent, imperante & favente Valentiniano III, circa an. CDXLII. conditum, Regibus, quos ex sua gente habuerunt, potentiæ sedem apud *Araris Rhodanique* confluentes statuentibus, atque ita paulatim ditionis suæ fines proferentibus, ut XXVIII. circiter civitates regnum Burgundiæ contineret, & supra Alpes pateret. Ob inimicitias verò & æmulationes inter illos ortas haud diuturnum fuit, sed intra seculi spatium Francis vicinis vectigale primò redditum, deindeqve anno nempè DXXVI. cum eorũ ditione imperioq; conjunctum est, ita tamen ut nonsolùm ætate Merovingorum sed etiam Carolingorum suis legibus & institutis Burgundi uterentur. (b) Multa nihilominus & gravia passi subindè sunt per bella civilia, quæ crebræ divisiones regnorum inter posteros tum Clotarii tum Ludovici Pii pepererunt. Quibus divisionibus etiam factum est, ut denique ipsa Burgundia varias in partes, easque inæquales discerperetur; & primò quidem cum inter tres Ludovici Pii filios regna Francorum dividerentur, Lothario cum Imperio, regno Italiæ & Austrasia maxima pars Burgundiæ atque Provincia cessit; Carolus cum Neustria reliquam contiguam minimamque portionem Burgundiæ obtinuit. (c) Exinde ex Lotharii Imp. filiis Lothario Jun. Burgundia *cisjurana*, Carolo *transjurana* cum Provincia obvenit, hæcque portio in partes iterum diducta est, cùm Caroli sine prole mortui hæreditatem Ludovicus II & Lotharius Jun. partirentur. Sed postquam isti quoque virilis sobolis expertes decessissent, majorem quidem Burgundiæ partem Ludovicus Germanicus, illorum patruus sibi vindicavit, & ad filios transmisit; haud tamen exiguam, eamque remotiorem, Carolo Calvo, fratri suo consanguineo reliquit, quam quidem hoc mortuo Ludovicus Junior Germanici filius recepit. Interea è sua parte Calvus Viennam Allobrogum, uxoris suæ Richildæ fratri *Bosoni*, regendam commiserat, eundemque mox *Regem Provinciæ* dixerat, ut more priscorum Impp. etiam regibus dominari videtur, sicut *Regino* prodit. (d) Hic verò sororio, ejusque filio, Ludovico Balbo, fato functis instigatus à conjuge *Hermengardi*, Imp. Ludovici II filia, quam propria uxore veneno extincta per vim rapuerat, (e) etiam regnum Burgundiæ occupare instituit, & optimatibus persuasit, ut Comitiis apud *Mantalam* in agro Viennensi

(a) *Histoire de Bourgogne Lib. IV. Cap. 15.* (b) *Schurzfleisch. Hist. vet. regni & pop. Burg. Cap. V.*
(c) *Vales. Notit. Gall. p. 107.* (d) *Regino ad an. 877.* (e) *Annal. Fuld. ad an. 878.*

ennensi habitis an. DCCCLXXIX. Rex crearetur & Lugduni ab Aureliano Archiepiscopo inungeretur. *(f)* Quo facto etsi in multa ac magna pericula incidit, & Viennæ à Carolomanno & Ludovico Jun. Ludovici Germanici filiis obsessus in angustias redactus est, callidè tamen se expedivit, & *Arelatum* evasit; ubi regni, quod an Burgundiæ, an Arelatûm, an Provinciæ appellandum sit, ambigunt scriptores, sedem fixit, & distractis bello Normannico, & domestica dissensione Carolingis, ad ultimum vitæ tempus servavit. *(g)* Id in diem X. Jan. anni DCCCLXXXVII. incidisse quidam tradunt, alii autem vitam ejus ad biennium prorogant, atque anno demum 889 supremum diem eum obiisse perhibent. *(h)* Eodem tempore *Ludovicus* ejus gnatus à quatuor Archiepiscopis, Lugdunensi, Arelatensi, Ebrodunensi ac Viennensi, multisque Coepiscopis, REX electus atque unctus est, *(i)* quem deinde Imp. Carolus Crassus in villa CHIRICHEIM ad Rhenum *suscepit ad hominem, sibique adoptivum filium conjunxit.* *(k)* Idem deinceps *Imperator & Rex Italiæ* contra Berengarium creatus, sed ab isto captus & ob perjurium excæcatus est, quemadmodum superius dictum fuit. Hæredem regni reliquit impuberem filium *Carolum Constantinum* sub tutela *Hugonis Comitis* & præfecti Arelatensis: qui illa functus est mala fide; namque ad capessendum Italiæ regnum accitus, Rudolpho, antehac ad eam dignitatem consequendam à Principibus Italiæ evocato, posteaque in odium ipsorum adducto, quidquid in Burgundia Provinciaque vel ipse habuerat, vel ex ditione pupilli suo adhuc tenebatur præsidio, tradidit, & sic ejus impensa regnum Italicum ab illo redemit. *(l)* Ea verò jactura Carolum Constantinum permovit, ut factus adultior nomen dignitatemque regis cum titulo ducis commutaret, & partem provinciæ Lugdunensis Viennamque retineret, quippe potentia & opibus impar futurus RUDOLPHO æmulo, cui subjectionem etiam pollicitus est. *(m)* Filius is erat RUDOLPHI I qui à proceribus BURGUNDIÆ, quæ *inter Juram Pœninasque Alpes* jacet, anno DCCCXXCVIII REX electus & apud *Acaunum* Veragrorum oppidum coronatus, novum in Burgundia *Transjurana* regnum condidit. Id ex descriptione *Alphonsi Delbene (n)* initium capiebat a flumine *Rheno*, continebaturque *Jura* monte & *Isara* fluvio, & finibus Sedunorum, complectens in se *agrum Helvetiorum, Rauracorum, Veragrorum & Allobrogum.* Hoc ille non contentus vicinorum Burgundionum, qui *Jura* & *Vogaso* montibus includebantur, Lotharienſiumque animos legationibus pollicitationibusque in se convertere tentavit; & nequicquam obnitente Arnulpho Imperatore, voti damnatus est, quemadmodum VIGNIERIUS memoriæ prodidit. *(o)* Accessisse posteà partes *Burgundiæ inferioris*, qua continentur civitates ad Rhodanum, atque in his præcipuè *Lugdunum, Viennam & Arelatum*, easque urbes, à Francis deficiente Bosonis regno occupatas, Regis Ludovici Ultramarini filiam Mechtildin *Conrado Regi Burgundiæ* dotis loco detulisse *Pontus Heuterus (p)* & ex eo *Schurzfleischius (q)* referunt; *Hadr. Valesius (r)* verò dotem illam ad solum Lugdunum restringit, & Arelatum, quam urbem illi cum plerisque scriptoribus regni hujus caput Regumque sedem fuisse dicunt, in eorum ditione fuisse negat; sed suum Provincialibus Comitem & dominum fuisse, qui Arelati sedem habebat ex *Glabero Rodulfo* it demonstratum; destruendo scilicet regno Arelatensi, quod ipse quidem planè imaginarium fuisse perhibet, alii tamen suæ nationis gravissimi scriptores revera extitisse, cumque regno Burgundiæ Transjuranæ conjunctum familia Rudolphidum extincta ad Reges Germanorum devenisse planè confitentur. *(s)* Nimirum duravit regnum illud per annos circiter CXLIV, & postquàm regnante CONRADO, paulò ante memorato, ab Imp. Ottone M. ad leges juris beneficiarii redactum fuisset, deindéque ejus filius RUDOLPHUS III, quem *Ignavum* cognominant, prole destitutus, Conradum Saliquum, Germanorum Regem, missis ad eum regni insignibus, hæredem instituisset, isque armis jus suum adversus Odonem Comitem Campaniæ, è Rudolphi sorore natum, vindicasset, regno Germanico illud annexum, & *firmo perpetuoque subjectionis nexu*, Schurzfleischii verbis, *obligatum est.* Non tempero mihi, quin ipsum *Regum Burgundiæ Transjuranæ stemma*, ex *Chesneo, Blondello* & *Guichenonio* contextum, huic commentationi inseram:

(f) *Regino ad an. 879.* (g) *Schurzfl. Hist. Burg. Cap. VI.* (h) *Vignier. Chron. Burg. p. 71.* (i) *Hadr. Vales. loc. cit.* (k) *Regino ad an. 887.* (l) *Pont. Heuterus Rer. Burg. Lib. I. Schurzfleisch. Cap. VI. Luitpr. L. 2. C. 16. & 18.* (m) *Frodoardus ad an. 931.* (n) *de regno Burg. & Arelat. L. I.* (o) *Chronicon Burgund. pag. 69.* (p) *Rer. Burg. Lib. I.* (q) *Hist. vet. regni pop. Burg. sub fin.* (r) *Not. Gall. p. 106. & 107.* (s) *Vid. Alph. Delbene de regno Burg. & Aret. Lib. III. & Thuan. Hist. Lib. II.*

TABULA II.

WELFUS COMES, de nobilissima stirpe Bavarorum, secundum THEGANUM ortus.

Conradus Comes, Alemanniæ Ducatui ab Imper. Ludovico Pio præfectus, ceu ex antiqua charta *à Vadiano* edita ap. *Goldastum Rer. Alemann. Tom. III.* probatur. ✠ 16. Febr. 862. Ux. *Aleida, Imp. Ludovici Pii fil.*	Rudolphus *Abbas* ad S. Richarii, ✠ 866.	Judith, uxor secunda *Imper. Ludovici Pii* an. 819. ducta, ✠ 24. Apr. 843.

Conradus II. Dux Rheticarum partium & Jurensium, Comes Lingonum & Paris. ex *Annal. Berthin, & Fulcoino Laubiensi à Blondello* dicitur, ✠ 879. *Ermentrudis, Luitfridi C. Altenburg. f.*	Welfus, *Abbas* ad S. Germ. Antisiod. ✠ 881.	Hugo, *Abbas* & *Magnus* cogn. summæ sub Carolo Calvo dignationis, ✠ 887.	Petronilla nup. *Terculfo C. Wastinensi.*

Rudolphus Rex primus Burgundiæ Juranæ an. 888. ✠ 912. *Willa.*	Adelaida nup. *Richardo Duci & March. Burgundiæ.*

Rudolphus II. Rex Burgundiæ Juranæ, nec non Italiæ, & hîc quidem quinquennis ab an. 921. ad 926. ✠ an. 937. *Bertha, Burkardi D. Sueviæ fil.*	Waldrada nup. *Bonifacio M. Spoletano* an. 922.	Willa uxor *Bosonis Ducis & March. Tusciæ.*

Conradus Rex Burgund. Jur. ✠ 993. *Mathilda, Ludovici IV. Ultramontani R. Fr. fil.* 967.	Rudolphus.	Burchardus *Episc.* Lausan.	Adelaida nup. 1. *Lothario R. Ital.* 2. *Ottoni M. Imper.* 951 ✠ m. Dec. 1000.

Rudolphus III. cogn. *Ignavus*, Rex ultimus Burg. Jur. ✠ 6. Sept. 1032. *Improlis*, ux. *Hermengarda.*	Gisla nup. *Henrico D. Bavariæ cogn. Rixoso.*	Burkardus, *Archiepisc.* Lugdun.	Berta, ux. 1. *Odonis C. Blesens.* 2. *Roberti R. Fr.* 995. sed ab eo separata 998.	Gerberga ux. *Hermanni, D. Sueviæ*, quibus nata est *Gisla*, Conrado Salico Imper. & R. German. nupta.	Mathilda nup. *Balduino C. Flandriæ.*

Cæterum

Cæterùm cùm à morte Rudolphi ultimi Regium nomen apud Burgundos obsolesceret, & in provinciæ formam regnum redactum esset, varii exorti sunt Comites, qui singuli ditiones suas clientelæ titulo tenuerunt, & in fide obsequioque Regum Germaniæ permanserunt, usque ad excessum Henrici V; cujus orbitatem plerique in suum convertere incrementum, & quasi exstincta familia, regni Rudolphini hærede, sese extollere, atque avtokratorían affectare cœperunt; nonnulli etiam suis diffisi viribus potentioribus vicinis se in clientelam dedere. Tandem Francorum Reges Capetici sanguinis, Galliarum Monarchiam ambientes, variis artibus quicquid regni Burgundici & Arelatensis nomine veniebat suo adjecere imperio; exceptis Helvetiis & Allobrogibus, ubi *Duces Comitesque Sabaudiæ, Zæringiæ, Kiburgi & Habspurgi* processu temporum imperitaverunt. (*t*)

Ea veteris regni Burgundici pars, quæ hodieque antiquum tuetur nomen, in Ducatum & Comitatum dividitur; hic Burgundia *superior, Imperialis, Transararica & Sequanica* quoque audit, ille Burgundia *inferior, Regia & Cisararica* vocatur, nonnunquam etiam Ducatus *Divionensis* appellabatur, propterea quod Duces, qui eam beneficio Regũ Francorum obtinebant Divione sedere consueverunt: (*u*) & videtur illa Burgundiæ portio esse, quam in prima ejus divisione Carolo Calvo cum Neustria conjunctam obvenisse supradictum est. Primi à modò dicti Regis ævo *Duces* Burgundiæ *Robertus & Richardus* in Annalibus reperiuntur, ille regiam in Francia occid. dignitatem deinde indeptus est, hic *Justitiarius* cognominatur & Comes Augustoduni fuit; eundem *Dux Espernonius in Commentario de vera Regum Franciæ origine* à Pipino Heristallo per filium natu minorem Childebrandum descendisse, & genitorem habuisse arbitratur Theodoricum Comitem Augustoduni; recentior sententia illa est, quæ patrem ei tribuit BUVINUM Comitem, fratrem BOSONEM Regem Provinciæ s. Arelatis. Præfuit autem Richardus Burgundiæ regnantibus in Francia Occid. Eudone & Carolo Simplice, obiitque supremum diem Kal. Sept. an. CMXXI, relictis ex ADELAIDE, Rudolphi I R. Burg. Jur. sorore, tribus filiis, *Rudolpho, Hugone & Bosone.* Rudolphus ex Duce Burgundiæ Rex Franciæ an. 923, post excessum Regis Roberti soceri sui electus, Ducatum Hugoni, qui NIGER cognominatur, fratri suo, tradidit; hunc verò is Rudolpho vivis exempto cum Hugone MAGNO, dicti Regis Roberti filio, Hugonis Capeti genitore; dispertiri coactus est, atque an. 952 improlis vita defunctus, Bosone fratre jam an. 935 præmortuo, suam Ducatus partem ad maritum ERMENGARDIS sororis suæ GISLEBERTUM transmisit. Huic pater fuit MANASSES, qui Espernonio Duci supracitato Comes in Burgundia & ex fratre Richardi Ducis Burg. satus esse dicitur; alii originem Manassis in medio relinquentes Ducem Burgundiæ eum inter Richardum & Rudolphum fuisse volunt. Gisleberto unica fuit filia LEUDEGARDIS, cujus cum Ottone, Hugonis Magni filio secundogenito, Duce Burg. nuptiis Ducatus iste iterum coaluit, & integer Ottone sine liberis mortuo ad fratrem ejus natu minorem Henricum transiit, qui GERBERGIN, Adalberti Exregis Italiæ viduam, & OTTONIS WILHELMI Comitis Burg. MATREM, in matrimonio habebat. Post mortem Henrici cum privignus ejus modò nominatus Ducatum invasisset, pulsus eo est à Rege Franciæ Roberto; qui eum in filium natu minorem homonymum transtulit; à quo tempore Ducatus Burgundiæ, *primi Pariatus* dignatione insignis, in Capetingica familia hucusque permansit.

Comitatus Burgundiæ, veterum *Sequanorum* sedem complectitur, & pars erat regni Transjurani, licet *cis juram* montem sit situs; primariæ ejus civitates *Vesuntio & Dola* censentur. Sub ultimo Burgundiæ Rege OTTO WILHELMUS, qui prolixæ huic digressioni locum præbuit, Comitatum illum rexit; inq; eo successorem habuit filium RENALDUM, qui dignitatem eam hæreditariam fecit; cum verò supremam quoque potestatem affectaret, & Henrico III Regi Germaniæ obsequium denegaret, bello victus & in ordinem coactus est. Hujus gnato Wilhelmo II *audax ingenium* in cognomen cessit; is Henricum quartum Regem Germaniæ, tertium Rom. Imperatorẽ, Vesontionem exeunte anno MLXXVI transeuntem magnificè excepisse, à *Lamberto Schafnaburgensi* prædicatur. In dictæ civitatis æde, S. Stephano sacra, monumentum exstare *Chesneus* (*w*) refert, in quo etiam Comitis Matisconensis & Viennensis titulus illi tribuatur; qua autem via hi Comitatus ad illum pervenerint, haud satis exploratum sibi esse fatetur, avi ejus matrimonium cum hærede Matisconensi non admittens; sed conjecturam capit GERTRUDIN, Wilhelmi II. uxorem, vel Gerardi C. Viennensis filiam, vel Vidi C. Matisconensis sororem fuisse, quæ tamen

G pleris-

(t) *vide Heut. Rer. Borg. L. I.* (u) *Vales. Notit. Gall. p. 107.*
(w) *Histoire de Bourgogne Lib. IV. Cap. 16.*

plerisque aliis Theodorici C. Limburgici gnata dicitur. In numero fratrum Wilhelmi II. ROBERTUS fuit, quem *Chesneus* & *San-Marthani*, referunt ab amitæ suæ viro Godefredo Andium Comite dynastia *Craonensi*, in Andibus sita, investitum ac donatum, stirpem hujus nominis profevisse, ducta firmandæ investituræ nepte & herede Suhardi, prioris domini, cui feloniæ damnato illa adempta fuerat. Longè aliam econtra originem Roberto, Craonensis familiæ conditori ANSELMUS, monachus Parisiensis, in *Historia Geneal. Regum Galliæ* assignat, filiumque fuisse vult Renaldi I. Comitis Niverniæ, ex Hadweida Regiæ stirpis genitum, & maritum secundis nuptiis Bertæ Domicellæ Craonii, viduæ Roberti Domini Vitræi. Jam pridem verò stirps Craonensis omnis emarcuit, migravitque Craonium ad Sullios, atque ab his ad Tremollios.

Filios Wilhelmus II post se reliquit in Ecclesiastica & seculari historia celebratos: namque HUGO Archiepiscopatum Vesontinum ab anno 1086 usque ad an. 1100 magna fama rexit, & monasterium S. Vincentis quod ibidem est in Abbatiam extulit. (x) GUIDO ex Monacho Cluniacensi, *Abbas Falleritanus*, deinde *Archiepiscopus Viennensis*, denique *Pontifex Romanus* creatus & *Calixtus* II. dictus est, eoque inprimis pontificatum suum nobilitavit, quod Imp. Henrico V. investituras Clericorum extorsit, & Concilium nongentorum patrum in Laterano coêgit. REIMUNDUS in Hispaniam militatum profectus, fortitudine sua regiam conjugem promeruit, sobolique suæ & longæ posteritati regna peperit. RENALDUS II. & STEPHANUS sacræ nomen dedere militiæ; de priore enim refert *Albertus Aquensis*, (y) quod Duci Welphoni comitem in peregrinatione Hierosolymitana sese adjunxerit; sed infirmitate correptus in via mortuus & sepultus sit, nec urbem sanctam attigerit. De Stephano *Wilhelmus Tyrius* (y) memoriæ prodidit quod *vir inclitus & multa nobilitate insignis* fuerit, & cum aliis quibusdam Occidentis Principibus, magno cum apparatu bellico, ad Godefridum aliosque in ea expeditione desudantes iter arripuerit. Deinde, commisso prælio apud Joppen nostros inter & Ascalonitas atque Ægyptios, *ceciderunt*, inquit, *in ea acie uterque Comes Stephanus* (nempè Stephanus Burgundiæ, & alter Stephanus Carnotensium & Blesensium Comes) *& alii Nobiles.*

WILHELMO III. Comiti Burgundiæ, qui *Puer* cognominatus & familiarium suorum scelere è medio sublatus est, Reinaldum II patrem tribuentes, *Chesneum*, aliosque ei assentientes scriptores sequimur; haud ignari, putare alios, illum Stephano prognatum esse, Reinaldo III è contra & Wilhelmo ejus fratri Reinaldum II genitorem fuisse. Verùm quoniam in confesso est Wilhelmum Puerum Comitatum Burgundiæ ante Reinaldum III tenuisse, huncque illi successisse, meruisset iste usurpatoris notam, à nemine tamen ipsi inultam, si Stephano fuisset natus; ad prolem enim Reinaldi II hæreditas Comitatus pertinebat, quippe qui legitimus Comes Burgundiæ fuerat, Stephanus verò vicarius tantum, postquam nempe ille peregrè profectus esset, id quod disertè *Albertus Aquensis* (z) notavit, Stephanum vice fratris Burgundiam rexisse referens. Cumque Stephanus, non secus ac Reinaldus II, procul à patria mortem oppetierit, haud est verisimile, gnato ejus, tunc haud dubiè adhuc minorenni, animi viriumque satis fuisse, ad rapiendum sibique asserendum Comitatum, patrueli debitum; certè ab hoc flagitio ipsum Pueri cognomen Wilhelmum III absolvere videtur, quod simplicem magis ac ingenuum, quàm pravum, & alieni appetentem, ne dum raptorem, illum fuisse arguit. Quia itaque justus ac legitimus Burgundici Comitatus possessor fuit, non alio patre, quàm Reinaldo II Comite Burgundiæ, ortus esse, neque Stephani proli legitimus ad Comitatum Burgundiæ aditus patere potuit, nisi postquàm illius progenies defecisset. Firmantur hæc illis quæ *Otto Frisingensis*, (a) scriptor illustris, & ab ævo, quo illi vixerunt, non longè remotus, literis consignavit; ita autem ille: *mos in Burgundia, qui penè in omnibus Galliæ provinciis servatur, remansit, quod semper seniori fratri, ejusque liberis seu maribus, seu fœminis, paternæ hæreditatis cedat autoritas, cæteris ad illum, tanquam ad dominum respicientibus. Ex qua consuetudine factum est, ut Guilhelmus, qui dicebatur Puer*, Reinaldi (patris Beatricis Imperatricis) *ex parte patris consanguineus, Conradi verò Ducis* (Zæringensis) *sororis filius, rerum summam, dum adhuc viveret, illa in provincia haberet*, (scilicet quia seniore fratre natus erat) *Quo fraude suorum rebus humanis exempto, Reinaldo Comiti*, minore fratre orto, *jure hæreditario dominium cessit.* Factus hoc modo RAINALDUS III comes Burgundiæ, cùm *nimis Justitiæ suæ* (ut iterum *Ottonis* verba referam) *confisus* in cultu & obsequio Regi Germaniæ præstando *remissior* esset, & *curias Principis adire negligeret*, ille indignatione motus Burgundiam Conrado Duci Zæringensi concessit; sed is non nisi vicinis sibi locis potiri potuit, Reinaldo majorem Comitatus partem armata manu tuente. Merentur subjici versus *Guntheri Ligurini* de hac re:

Hanc

(x) *Chiflet. Vesont. Parte II. p. 229 & seqq.* (y) *Expedit. Hierос. Lib. VIII. sub fin. Belli sacri L. X. C. 12. & 20.* (z) *loco cit.* (a) *de gestis Frid. I. Lib. II. c. 29. §. 43.*

Hanc comes antiquâ veniens ab origine regum
Guilhelmus quidam, puerum quem fama vocabat,
Possedit, quem conspicuo produxerat ortu
Chunradi germana ducis, quo fraude suorum
(ut perhibent veteres) humanis rebus adempto,
Proximus agnatus Comitis Reinaldus & hæres
Legitimus, tantæ nactus moderamina summæ,
Jure suo nimium, & claro sanguine fretus,
Teutonicos Reges edictaque sæpe vocatus
Sprevit, & Allobroges aliis sub Regibus esse
Indignum reputans, nimium memor ille vetustæ
Libertatis erat, Regemque superbus agebat.
Donec ob innumeros fastus, sententia tandem
Ultrices in eum deprompsit Regia vires,
Ereptamque viro, regni, sub judice, terram,
Nomine Chunrado fisci concessit habendam.
Ut quasi proscripto Regni spretore rebelli,
Proximus extincto succederet ille nepoti.
Qui mox concessos armato milite fines
Irrumpens, regale sibi defendere donum,
Et valida sancire manu tentabat: at ille
A patribus suscepta suis retinere laborans,
Plurima conseruit diverso prælia casu.

Verùm enimverò collapsam in Burgundiæ Comitatu Regum Germaniæ autoritatem egregiè restauravit Imp. Fridericus Barbarossa: ductâ enim in matrimonium *Beatrice*, ipsius Comitis *Reinoldi filia*, non solum Burgundiam, sed etiam, Ottone Frisingensi (b) notante *Provinciam Imperio jam diu alienatas sub uxoris titulo familiariter possidere cœpit.* Mox etiam Zeringensis Ducis prætensionem, *tribus civitatibus inter Juram & montem Jovis*, videlicet *Losanna, Gebenna & Seduno*, illi traditis, redemit. *Venere deinde ad Curiam Imperatoris*, Radevico (c) referente, *Stephanus Viennensis Archiepiscopus, & Archicancellarius de Burgundia, & Eraclius Archiepiscopus & primas Lugdunensis, & Odo Valent. episcopus, & Gaufredus Avinionensis, & Silvio magnus Princeps & præpotens de Claria, & Friderico fidelitatem fecerunt atque hominium, & beneficia sua de manu illius reverenter susceperunt; Arelatensis autem Archiepiscopus, & alii omnes archiepiscopi, Episcopi primates & nobiles missis per honestos valdè & industrios nuncios literis omnimodam subjectionem & debitam fidelitatem imperio Romano compromiserunt.*

AD TAB. III.

A WILHELMO BURGUNDO, Reinoldi III. Comitis fratre, ramus ortus est complurium ferax palmitum: ille in divisione patrimonii Comitatus *Viennensem, Matisconensem* & *Aussonensem* sortitus est, ex quibus priores duo deinde filio ejus natu minori GERARDO obtigerunt. qui cum eis *Salinarum* dominium uxorio jure conjunxit, & lineam condidit, haud diu duraturam: extincta enim est in pronepote WILHELMO III, cujus hæres soror ALISA Comitatus avitos marito suo Johanni Drocensi attulit, & deinde an. 1238 Matisconensem Regi Ludovico Sancto vendidit; Viennensis autem, postquam fine prole vivis exempta esset, ad HENRICUM Dom. *de Pagoy*. vel patruum ejus vel patruelem transiit, atque ab eo circa an. 1250 Johanni Archiepiscopo Viennensi venditus est; & notavit *Chesneus* (d) *tres* tunc Viennæ Allobrogum fuisse *Comitatus* diversos, unum, quem *Ecclesia* tenebat, inde à tempore Rudolphi ultimi Regis Burgundiæ Transjuranæ, à quo donatus illi fuerit, secundum illum, quem *Comites Matisconæ* possidebant, quemque titulo emptionis venditionis cum priore Archiepiscopatui consolidatum esse dixi, tertium, qui in peculio *Dalfinorum Viennensium* erat: *Dalfinos* hîc voco ex sententia *Hadr. Valesii*, qui Delfinos à picto in eorũ scuto delphino pisce perperàm vocari, *Dalfinum* verò *proprium viri nomen fuisse censuit Viennæ dominantis, quod ad posteros Viennæ finitimarumque urbium dominos transierit, & ad ipsam regionem, quæ Dalfinatus ab eis dicta sit.* (e)

AD TAB. IV.

Reinaldo III. Comite Burgundiæ sine virili prole rebus humanis exempto, ejus ex fratre Wilhelmo nepos STEPHANUS jus in Comitatum avitum sibi competere ratus, cum rem vindicare non posset, titulum Comitis Burgundiæ assumsit, quo etiam filius ejus ac

(b) *Vita Friderici Lib. V.* (c) *de gestis Imp. Frid. I. Lib. I. Cap. II.* (d) *Hist. Burg Lib. III. cap. 66.*

ac nepos usi sunt, continuas cum possessoribus Comitatus simultates exercentes, quæ in bellum quoque erupere; at felici denique conjugio HUGONIS & ALISÆ sublatæ sunt. Nimirum Imp. Fridericus I. Ottonem filium quartogenitum, è Beatrice natum, in Burgundiæ Comitatu hæredem instituit, addito ingenti nominis honore, ut *Rex Arelatensis* vocaretur, teste *Ottone Frisingensi.* Alii simpliciter eum scribunt *Regentem in Arelatensi regno,* quem titulum *Chesneus* interpretatur *Vicarium Generalem Imperatoris in regno Arelatensi, & primarium Comitem,* qui dicatur alias Palatinus. Itaque *Comitem Palatinum Burgundiæ* Otto sese dixit, dum Stephanus simplici Comitis Burgundiæ titulo uteretur. (f) Reliquit Otto post se gnatam unicam, è Margarita Blesensi susceptam, *Beatricem;* ea *Ottoni Duci Meraniæ* nupta Burgundiæ Palatinatum eidem attulit, & mater ex illo facta est *Ottonis III Comitis Palatini Burgundiæ* an. MCCXLVIII sine prole defuncti nec non ALISÆ, quam filiam Ottonis III à Vignierio, Chesneo, aliisque perperam dici *Sam. Guichenonius* ex ipso Ottonis III testamento, quod in Tabulario Diviodunensi servetur, fidem facit. (g) ALISA à parente HUGONI Comiti Cabillonensi nuptui locata, deindeque fratris hæres facta, contentioni, quam utriusque progenitores aluerant, finem fecit, marito ejus totius Burgundiæ Comitatus domino constituto. Hinc filius eorum natu maximus OTTO sive OTTELINUS *quartus* illius nominis *Comes Palatinus Burgundiæ* appellatur. Idem, ducta in uxorem *Mathilda Artesiensi,* post soceri excessum Artesiæ Comitatum invasit, eumque adversus Robertum III Artesiensem, ex Mathildæ fratre, qui ante parentem fato cesserat, prognatum, patrocinio Regis Galliæ Philippi IV tuitus est. Præsagiit Regi huic fortassis animus in suorum ditionem brevi concessuros Artesiæ pariter & Burgundiæ Comitatus; id enim usu venit, postquam mascula Ottonis IV & Mathildæ proles præmaturè decessisset, & gnatæ illorum in Regiam familiam elocatæ essent, quarum natu major JOHANNA Philippo, qui *Longus* cognominatus est, & fratri Ludovico X. in regnum deinde successit, nupta, eundem dictis Comitatibus auxit. Hi posteà cum Johanna illorum filia natu maxima ad Eudonem IV Ducem Burgundiæ transierunt, atque ab hujus stirpe, quæ in nepote extincta est, ad Ludovicum Malanum Comitem Flandriæ, è Margarita, Regis Philippi Longi & Johannæ C. Burgundiæ filia secunda, natum, porrò cum hujus filia unica Philippo Audaci Duci Burgundiæ nupta, in hujus familiam, cujus hæredes Austriaci facti sunt, devenere. Colophonem commentationi de Burgundia imponere lubet monumento, quod Vesontione in templo S. Stephani extans *Joh. Jac. Chiffletius* (h) descripsit, atque haud dubiè idem est, quod è Chesneo superius allegavimus. *In templi atrio,* inquit ille, *sepulti sunt octo Burgundiæ Comites; quorum epitaphium olim in lapide inscriptum, detrito eo & exeso, Canonici beneficiorum ab iis acceptorum memores, ad murum describi curaverunt, expressis singulorum imaginibus: addito in medio, S. Stephani Protomartyris habitu, Stephano electo in Archiepiscopum an. 1192 sed antequam ob ætatem confirmari potuit, mortuo. Subscripta sunt iconibus nomina hoc ordine:*

GERARDUS Comes Viennensis, Dominus de Salinis.
GUALTHERUS Comes Burgundiæ & Viennensis.
REGNAULDUS Comes Burgundiæ, Viennesisque & Matisconensis.
OTHO Comes Burgundiæ & Dux Meraniæ.
STEPHANUS de Burgundia, Electus Bisontinus, frater Othonis Comitis.
OTHO Comes Burgundiæ, qui instituit duos Capellanos ad altare S. Theodoli.
REGNAULDUS Comes Burgundiæ pater Beatricis Imperatricis.
WILERMUS Comes Burgundiæ, Matisconensis & Viennensis.
WILERMUS Magnus Exarches Burgundiæ, Viennensis & Matisconensis.

Epitaphium verò est hujusmodi:

SEPULTURA PRUDENTVM BURGVNDIÆ COMITUM.

Bis quater hîc Comitum sunt corpora, queis dedit ictum
Mors, & ibi solitum nobis solvere tributum.
Spiritus in cœlis horum manibus Michaelis
Sancti portantur, & in alta sede locantur.

Inter

(e) *Notit. Gall. p. 607.* (f) *Gollut. Memoir. des Princes de la Franche Comté L. VI. C. 31. Schubartus de Com. Palat. p. 201. & seq.* (g) *Hist. de Savoye Liv. II. Chap. 9.* (h) *Vesontionis Parte II. p. 252. & 253.*

Inter fratres Ottonis IV f. Ottelini Comitis Palat. Burg. HUGO Montbosonii Dynasta improlis fato cessit, HENRICUS autem filios, Chesneo notante, reliquit, qui dominia *Jussé, Tripoté, Fondremont, Toraise* aliaque possederunt, quorumque natu maximus, patri cognominis Isabellam *de Villars* in matrimonio habuit. JOHANNEM idem autor dominum constituit prædiorum *Montagu, Fontenay, Choix, Chastellet, Buffart, Chisé, Liéle* & *Fauvernay*, & uxorem ei tribuit *Alisam*, Roberti II Ducis Burgundiæ filiam, quæ tamen in horum Ducum genealogia nusquam occurrit, filiumque ex eadem susceptum HENRICUM, patrem JOHANNIS Dom. *de Montagu*, nec non *Margaritæ*, nuptæ Theobaldo *de Neufchatel*, Magno Magistro Franciæ. REINALDUS cum tori socia *Wilhelmina Novocastrensi* Comitatum *Montpelgardensem* nactus est, qui in Comitatu Burgundiæ situs, à castro, veteribus *Mons Biliardæ* vel *Piligardæ* appellato, nomen accepit. Quando & cujus gratia hic Comitatus institutus fuerit, nondum satis exploratum est: seculo XI vixisse in Annalibus reperitur Ludovicus Comes Montpelicardensis, pater ex Sophia, Friderici II Com. Barensis gnata ac hærede, Theodorici, qui utrumque Comitatum Monpelicardensem & Barensem tenuit, & cum Ermentrudi Burgunda Comitis Wilhelmi II filia complures suscepit liberos, inter mares natu minor Renaldus Comites Barenses, major Monpelicardenses continuavit. Ex his Theodoricus II circa an. 1280 vita defunctus nulla superstite sobole sororiis suis quorum unus *Comes de Novocastro*, quod est *ultra Dubim*, alter *Dominus de Novocastro in Comitatu Burgundiæ* erat, litigandi materiam reliquit. Posterioris gener Reinaldus Burgundus fuit; hic soceri sui partes ita stabilivit, ut ejus concessu comitatus illius jura possessionemque tandem in se transtulerit, quemadmodum in *Chronico rerum Burg. Vignierii* refertur. *(i)* Cum Rudolpho Imperatore in grave implicitus est bellum, tum ob hostilitates, quas adversus Petrum Basileensem Episcopum exercebat, tum quod æque ac frater ejus Otto Burgundiæ Comes, Gallorum regno, quàm Germanico Imperio, addictiores, suarum ditionum jura illius potius, quàm hujus beneficio accepta ferre viderentur, sicuti *Ger. de Roo* *(k)* literis prodidit. Pacem denique uterque petere, eamque nec non castrum Monpelgardense à Rudolpho interceptum Reinaldus multa octies mille marcarum argenti redimere coactus est. Quoniam filio, quem unicum habuit, prævmature orbatus fuit, *Agnes*, gnatarum ejus natu maxima, Comitatum in Falkensteinensem familiam transtulit, à qua denique ad Wirtenbergios devenit.

STEPHANUS, Stephani Comitis Burgundiæ & Augustoduni filius natu minor, Dominus *d'Oiselay* in tabula dictus, dynastia ejus nominis, à genitore, patrimonii loco, instructus fuit. Illam inter præcipuas Burgundiæ fuisse *Gollutius* testatur, apud quem ex instrumento donationis sequentia leguntur verba: *Ego Stephanus Comes Burgundiæ notum facio omnibus, præsentes literas inspecturis, quod ego dedi Stephano filio meo & hæredibus suis, de laude & consensu Joannis filii mei, Domini Salinensis, in perpetuum habenda ea quæ sequuntur. Videlicet castrum, quod dicitur Oiselet, cum omnibus appendicibus suis, ibidem acquisitis & acquirendis, & custodiam de Bonnevent, cum omnibus feudis, quæ sunt à Trena & superius, & quæ non sunt de Castellania Trenæ*, &c. Longa verò à dicto Stephano Oiseleti Domino propago defluxit, quæ in scutis suis *Cabillonensem fasciam diagonalem auream* retinuit *tortuosis* tantum *flexibus* ab illa *distinctam*, & hoc seculo Perenottorum de Granvella hæreditate locupletata fuit: namq; Franciscus Thomas Perenottus, Comes de Cantecroy & Dominus Granvellæ, Thomæ, qui Nicolaum, Caroli V. Imperat. Cancellarium, patrem, Antonium Cardinalem Granvellanum fratrem habuit, filius, anno 1608 improlis fato functus hæredem scripsit sororis suæ Peronæ filium *Franciscum Thomam de Oiselay*, Equitem Aurei Velleris. *(l)* Hic an. 1629 moriens ex *Carolina* Rudolphi II Imp. filia naturali, unicum reliquit gnatum *Eugenium Leopoldum de Oiselay*, qui *Princeps de Cantecroy* dictus est, atque an. 1635 *Beatricem du Cussance* uxorem duxit, sed non ita multò post cum vita familiam, nisi fallimur, finivit: anno enim 1637 Beatrix jam vidua in Caroli Ducis Lotharingiæ contubernium thalamumque transiit, in quo commorandi fata ei, non habitandi locum dedere.

AD TAB. V.

A Burgundica stirpe ad *Cabillonensem* transimus, cujus sator est JOHANNES, Stephani Com. Burgundiæ ex *Beatrice* Comitatus Cabillonensis *ad Ararim* siti hærede, filius. Is licet modò dictum Comitatum alienaverit, & unà cum Auxonensi in Hugonem IV Ducem Burgundiæ transtulerit, cum dominis *Brasson, Villafans* & *Ornans* in Burgundia superiore illum permutando, *(m)* nihilosecius liberi ejus, quos è secundo tertioque matrimonio sustulit, horum-

H

(i) *pag. 154. ad an. 1264.* (k) *Annal. Austr. Lib. I. p. 41. & seq.* (l) *Jac. le Roy Notit. March. Antverp. Lib. II. Cap. 4.* (m) *Permutationis tabulas recensuit Louis Gollut Hist. de la republ. Sequan. Liv. VI. Chap. 45.*

horumque posteri, relicto Burgundico cognomine, *Cabillonense* asciverunt, eoque perpetim usi sunt. Filio quem è secunda uxore *Isabella Curtenacensi* primum suscepit, & à quo tabula V. incipit, JOHANNI nempè, Alisa, Friderici Burggravii Noribergensis gnata, uxor destinata fuit, sed sponsalia successu caruere; de qua re ita Chronic. Vignierii: *De despondẽda Alide sive Alisa Friderici Burgravii Nuremburgensis & Elisabethæ uxoris ejus, quæ soror Othonis Meraniæ Ducis fuerat, filia Johanni, Johannis Burgundiæ Comitis ex secunda uxore filio, hoc anno (1255) actum est, adeò ut Burgravius omnia jura, quæ illi in Comitatu Burgundiæ, tum Imperat. Guilielmi donatione, tum emtione, & ex successione Ducis Meraniæ soceri sui contigerant, Joanni genero suo futuro, eo nomine cessurum se pepigerit, præter Advocatiam Bisontinensem, quam sibi adhuc reservabat. Sed cum istud in damnum Hugonis filii majoris natu Joannis Comitis & Alizæ uxoris ejus verti intellectum esset, metueretur que ne inde belli discordiarumque gravissimarum seminaria inter fratres exorirentur, connubio dissoluto pacta etiam, quæ illud sequebantur, an. 1256 rescissa sunt. Ideò Burgravius, quæ dotis nomine genero suo dedisset, ipsi Hugoni fratri ejus magno pretio eodem anno vendidit.* Ter postea Johannes uxorẽ duxit, & secundã quidẽ benè dotatã: ea enim Comitatũ Autisiodurensem (*Auxerre*) & dominia *Saint Aignan* & *Montiay* in mariti familiam attulit, quæ bona ex matris mathildis Borboniæ hæreditate sortita erat. Hinc filius ex ea natus titulo *Comitis Autisiodurensis* usus est, eidemque Ternodorensem (*Tonnerre*) adjunxit, postquàm hunc etiam Comitatum Matertera, Margarita Burgunda, ipsi testamento legasset. Et quamvis posterior gnatæ illius Johannæ, in Ducum Burgundiæ familiam elocatæ, dotis loco concessus deinde fuisset, rediit ille tamen ea sine prole mortua ad fratris filium JOANNEM III. Hujus gnatus cognominis Autisiodurensem Comitatum Regi Carolo V an. 1370 vendidit, quamobrem prodigi instar habitus, ne alia quoque avita bona dissiparet, fratrem LUDOVICUM curatorem pati debuit. Hic postquam fratri improli in Ternodorum successisset à dicto Rege Comitatum Autisiodurensem jure retractus repetere, cumque eo desuper in jus ire sustinuit, quam litem filius quoque ejus LUDOVICUS II persecutus est, & denique anno 1411 ad transactionem Regem perpulit, qua summam CM scutatorum ab eo accepit. Dissipari successu cum Johanne Duce Burgundiæ contentionem suscepit: ab eo enim malè multatum & imperata facere coactum fuisse *Chesneus* refert. Postquam in prælio, quod apud Vernolium Gallos inter & Anglos commissum est, nobili concidisset fato, nulla legitima sobole relicta, & fratres quoque ejus improles decessissent, JOHANNA & MARGARITA, sorores, in bona ab illis relicta successerunt; prior ex eis partem suam Ludovico agnato, Principi Arausionensi, vendidit anno 1440, reservatis sibi tantùm Ligniaco & Durestalio, quæ in familia Balmensi, in quam denupsit, manserunt. Sed Margaritæ filius Johannes Hussonius dicto Ludovico, deindeque ejus gnato Wilhelmo dicam scripsit, & videtur causam vicisse, quoniam posteri ejus Comitatum Ternodorensem possederunt, à quibus is matrimonii via ad Claromontanos devolutus est.

AD TAB. VI.

JOHANNES Cabillonius, *Baro Arlæanus* appellatus, & ex tertio Johannis Comitis Burgundiæ & Cabillonii matrimonio ortus, peculiarem prosevit ramum, qui pulchrè effloruit, & stirpi Cabillonicæ decori ac præsidio fuit. Filius Johannis HUGO *Beatricem Dalfinam* in conjugio habuit, amitam Humberti II Dalfini, qui amissa prole sua Dalfinatum Regi Galliæ Philippo Valesio in tutelam tradidit, proprietatem verò & jurisdictionem gnato ejus Johanni, filiisque Regum primogenitis, in perpetuum addixit. Quoniam verò id fraudi esse Beatrici intelligebat Johannes, jam Rex factus, transactionem cum illa, filioque ejus JOHANNE II iniit, & amborum jus in Dalfinatensem successionem pecunia redemit. Formulam transactionis, Lugduni d. 10. Julii an. 1349 confectæ *Josephus de la Pise* Historiæ suæ Arausionensi inseruit. (*n*)

JOHANNES Cabillonius Baro Arlæanus hujus nominis IIIus felici cum *Maria Balcia* connubio Arausionensem Principatum familiæ suæ acquisivit: nomen is habet ab *Arausione* antiquissima Galliæ Narbonensis civitate, quæ Caput Cavarum, & ob coloniam Romanorum per milites secundæ legionis eò deductam *Colonia Arausio Secundanorum* cognominata fuit, quemadmodum *Hadr. Valesius* ex nummo Neronis probavit. (*o*) Hinc non uno Romanæ antiquitatis monumento hodieque nobilitatur, & visuntur ibi *theatri ingentis & Aquæductus thermarumque ruinæ, & stupendi operis murus* quadrato affabrè lapide, & *arcus triumphalis* cum insculpta equestri pugna, quem in honorem C. Marii & Luctatii Catuli post Cimbros Teutonos-

(n) *pag. 99. & 100.* (o) *Not. Gall. p. 35.* (p) *Exhibentur monumenta illa æri incisa in Jos. de la Pise Historia Arausionensi Hagæ Comitis an. 1640 Gallica lingua edita.*

nosque triumphatos exstructum volunt. (p) Post Caroli M. ævum Arausio imperio Franco-Germanico subjecta fuit, quod ex tabulis privilegiorum Arausionensis Academiæ, ex moneta item, cum Imperii insignibus cusa, aliisque evidentibus testimoniis constare *Thuanus (q)* pro candore suo testatur. Principatus peculiaris quando ibi conditus sit haud facilè dictu est & probatu: *Wilhelmus Cornetus* eum inchoasse, & Saracenis an. 793 ereptum Caroli M. beneficio tenuisse vulgò fertur. Is Nostradamo (r) & quibusdam aliis scriptoribus *Court-nez* cognominatur, eò quod in pugna cum Saracenis nasi extremitas præcisa ei fuerit; sed *Jos. de la Pise* cognomen *Corneti* ei asserit, atque *à cornu venatorio*, quod in clypeo gestaverit, id deducit; huncque clypeum, cornu ingenti insignitum, sua adhuc ætate in æde monasterii Gellonensis ostensum esse affirmat. Hoc quippe monasterium Wilhelmus ille in diœcesi Lodevensi in Septimania fundasse, ibidemque extremum vitæ tempus cum fama sanctimoniæ exegisse traditur, ob quam Sanctorũ cœtui deinde adscriptus fuit. Principatum gnatæ suæ *Herimbruæ* magnati Provinciali nuptæ dotis loco illum dedisse vult Pisanus, à quo etiam successores ejus enumerantur, videlicet *Ugo* & *Rorgo* fratres, ille Marchio hic Comes Arausionis dictus, & fortè Herimbruæ filii, *Alatais* Rorgonis gnata in æde S. Florentii sepulta cum hoc epitaphio: *Quarto Idus Octob. obiit Alatais Aurasicæ Comitissa, soror sancti Florentii*, talem verò non natura, sed affectu & devotione fuisse, ex vita Florentii ille demonstrat. Alataim filius *Rambaldus* I excepit, hunc *Baso*, quem sequuntur *Geraltius Adhemarus, Rambaldus* II pater *Tiburgis*, quæ Principatum cum *Wilhelmo Auriaco* viro suo, ab Ugone, Rorgonis fratre, orto, communicavit, atque ad filios *Wilhelmum* III & *Rambaldum* III transmisit. Illo natus est *Wilhelmus* IV, cujus cum filio *Rambaldo* IV prima principum Arausionensium stirps circa an. 1185 defecit.

Balziorum sive Bausciorum *(de Baux)* familia exinde Principatum tenuit, nobilis & potens in Provincia, etiam antequàm Arausione aucta esset; id quod vel ex eo colligere est, quod ad supremum Provinciæ imperium aspirare sustinuerint *Reimundus Bancius*, Wilhelmi F. qui sub initium seculi XII vixit, & quatuor ejus filii, videlicet *Hugo, Wilhelmus, Bertrandus*, & *Gilbertus*, ex Stephania Gerbergæ quæ hæres Comitatus Provinciæ fuit filia, geniti; ob eam jus sibi in dictum Comitatum competere rati, Reimundo Berengario Comiti Barcellonæ & Provinciæ, marito Dulciæ, cujus soror natu minor Stephania erat, bellum intulerunt conatu irrito. *Bertrandus* Tiburgin, sororem Wilhelmi III & Rambaldi III Principum Arausionensium, uxorem accepit, & deficiente illorum stirpe Principatum obtinuit. A percussore, quem Raymundus V Comes Tolosæ subornaverat, an. 1183 interfectus tres post se reliquisse dicitur filios, *Wilhelmum, Bertrandum*, & *Hugonem*, qui omnes florentissimam habuere propaginem: illa quam Bertrandus & Hugo prosevere non tantùm in Gallia Narbonensi Dynastas *Puirichard, Roquevaire & Mairargues* edidit, sed etiam, postquam Andini Principes, iidemque Provinciæ Comites, regno Neapolitano potiti fuissent, illuc transplantata ad summas dignitates opesque pervenit. Breviter illas enumerat monumentum, quod Neapoli in æde S. Claræ *Hieronymus Bancius* anno MDCXV condidit, quodque huc transscripsisse non erit, opinor, atopon.

Illustrissimæ Banciorum familiæ, quæ à priscis Armeniæ Regibus, quibus stella Duce Mundi Servator innotuit, originem duxisse traditur. (s) *Hinc potentissimorum virorum, qui in Gallia Arelatentium, atque Viennentium Regiis decorati fascibus, Auraciæ Principes, Geneuæ Comites, & in Provincia Magni Reguli, ejusdem Principatum sæpius sibi bello comparaverunt. In Grecia Imperatores, Romaniæ Despoti, Acajæ Principes. In Neapolitano Regno primo Ducali stemmate redimiti, Tarenti, atque Altemuræ Principes, Andrianensium, Venusinorum, atque Neritonorum Duces, Montis Caveosi, Avellini, Soleti, Vigiliarum Cupertini Castri, Ungenti, Nobæ, Alexani, atque Acerrarum Comites, Regni Magni Comestabuli, Justitiarii, Camerarii, Senescalli sub Andegavensibus Regibus, ac summis Pontificibus exercitus Imperatores. Ossa hinc inde dejecta, quotquot colligi potuere Hieronymus Bancius gentilium suorum pietate, Antoniæ quoque Banciæ Siculorum Reginæ, & Isabellæ Banciæ Reginæ Neapolis, Ceciliæ Comitissæ Sabandiæ, Sibillæ Pedimontium Principis, Mariæ Delfinæ Vienne & Isabellæ Dispotissæ Serviæ memoriæ Monumentum P.*

Wilhelmus Bancius parentibus Bertrando & Tiburgi in Principatum Arausionensem successit; is ab Imp. Friderico II, regnum Arelatense dono accepisse per diploma Metis d. 13 Jan. an. 1214 datum Pisano dicitur, quapropter titulum *Regis Arelati* assumsit, quo posteros etiam ejus aliquandiu usos esse idem autor tradit. Filii Wilhelmo tribuuntur *Wilhelmus* VI. & Ray-

(q) *Hist. Lib. XXXI.* (r) *Hist. Provinc. p. 2. p. 166. ap. Spen. Op. Her. sp. p. 658.*

(s) *Inepta ista est traditio, & ridicula, etsi ab insignibus, in quibus stella Bancii utuntur, petita sit; sanior sententia Hug. Grotii arbitrati à Baltois regibus, Gotthorum gentilibus, qui Galliam Narbonensem din tenuere, Baltios, gallicè de Beaux, L, uti ante consonantem, in U mutato appellatos, descendisse, in Prolegom. ad Hist. Gotth. pag. 53.*

& *Raymundus* I. qui Principatum indivisum tenuerunt, illo nati sunt *Wilhelmus* VII, improlis, & *Raimundus* II, cujus filius *Raimundus* III suam Principatus portionem agnato *Bertrando* III tradidit facta permutatione, qua dominium *Courtezon* accepit. Erat Bertrandus III Raymundi I filius & pater *Raimundi* IV, quo natus *Raimundus* V postremus suæ gentis Princeps Arausionis extitit, utpote sine virili prole d.3.Febr.an.1393 fato functus, unica tantùm filia post se relicta videlicet *Maria*, Johanni *Cabillonio Ardeo* nupta. Is itaque eodem adhuc, quo socer supremum diem obiit, anno Arausionensis Principatus possessionem cepit, Vir fortis & providus, qui Johanni Duci Burgundiæ in contentionibus ejus adversus Aurelianensem familiam maximo fuit usui, ipsiusque Regis Caroli VI gratiam demeruit: ab eo enim ann. 1415 dignitate Magni Camerariæ Galliæ, morte Philippi Burgundi Com. Nivernensis vacuefacta, auctus est, quam tamen ob oppositiones Ducis Burbonii demum anno 1418 capessere potuit, sententia supremæ curiæ in ea confirmatus. Eo ipso autem anno epidemico morbo correptus è vivis excessit. (*s*)

LUDOVICUS Cabillonius *Princeps Arausionis* pro Ducibus Burgundiæ, quibus ob ditiones suas Burgundicas obnoxius erat, non minore ac parens fide & fortitudine arma tulit, & postquàm Johannes Dux Burg. instinctu Delphini è medio sublatus fuisset, inimicitias cum hoc suscipere non dubitavit, usque adeò ut particeps esset consilii, Trecis in Campania à R. Carolo VI an. 1420 capti, quo is filio Delphino exheredato, regnum in Regem Angliæ Henricum V generum suum transtulit. Malè verò ab illo, post parentis mortem Rege facto, multatus, & tota ditione sua exutus est, & licet Aurasio virtute civium in libertatem se vindicasset, attamen quod continuis præfectorum regiorum, vicina loca insidentium, vexationibus obnoxia esset, Ludovicus urbem & Principatum tutelæ Renati Andini Regis Siciliæ & Comitis Provinciæ an. MCDXXX submisit. Denique fortuna duce viam reperit, qua non tantùm illa ditionis suæ loca, quæ regii detinebant, recuperaret, sed etiam Principatum à Renati clientela, jam ingravescente, liberaret. Nimirum relictis Anglorum castris, quæ cum Philippo Duce Burgundiæ secutus erat, Regi Carolo VII se, operamque suam ad Burgundum etiam ab illis abalienandum & ei reconciliandum addixit, eaque re magno Regis ac regni Galliæ bono ad effectum perducta, in ditionẽ suam restitutus est. (*t*) Ad Renati verò imperium ab Arausione depellendum captivitas ipsi profuit, quam ille Divione post infelicem cum Antonio Lotharingiæ Duce pugnam patiebatur, ut enim lytrum conflaret, quindecim librarum millia ab Arausionensi mutuò sumsit, utq; ei de hujus summæ restitutione caveret, jus supremi imperii, quod ipse in Principatu habebat, obligavit; cumque carcere liberatus, æs illud dissolvere paratum se ostenderet, Cabilonii tergiversatione effectum est, ut negotium exitu caruerit. (*u*)

WILHELMUS Cabilonius postquam parenti in Principatum Arausionensem successisset, peregrinationem in Palæstinam suscepit, è qua redux factus, sub Duce Burgundiæ adversus Leodienses militavit, eoquo ex bello multum gloriæ nec parum vulnerum retulit. Exinde cum Arausionem se recepisset, Parlamentum ibi tanquam supremum quoddam tribunal anno MCDLXIX. instituit. Postea transitione JOHANNIS Cabilonii, filii sui, à Duce Burgundiæ ad Regem Ludovicum XI in graves implicitus est molestias, Duce ditionem, quam ille in Burgundia tenebat, invadente & vastante, Rege, quod filii exemplum imitari & partibus suis se applicare tergiversaretur, ei magis magisque infensò, denique subditis Arausionensibus etiam obsequium ipsi detrectantibus, eò quod, referente *Thuano*, (*w*) summo imperio licentiosè atque adeò injuriosè abuteretur: quare vicinorum interventu, ita inter partes transactum cautúmque est; ut Arausionensibus à Principis magistratibus appellare jus esset. Id actum anno MCDLXXI mense Januario. Secreta exinde inivit consilia cum Duce Burgundiæ, & restitutionem ditionis suæ Burgundicæ, facultatemque ac securitatem illic degendi sibi depactus, iter eò fecit, sed in via à Philiberto Groleo Linsio, Regio Lugduni, præfecto, detentus, in custodiam traditus, & XLM aureis taxatus est, quam summam cum conflare nequiret, jura majestatis Arausionensis Principatus in Regem transtulit, ita ut fidem inposterum illi & Delphino Viennensi tanquam beneficiarius obligaret, & ejus subditis ad Gratianopolitanum Senatum appellare jus esset: ceteroquin ipse titulo Supremi Principis uti, seque gratia Dei Principem Arausionensem indigitare, monetam percutere, gratiam delictorum impertiri, aliaque ejusmodi quæ summi imperii sunt, facere posset. (*x*) Hisque conditionibus d. VII Kal. Jun. 1475 in fidem acceptus & post captivitatem XXVIII mensium libertati redditus est, cui haud diu supervixit, sed eodem adhuc anno mœrore confectus decessit.

JOHAN-

(s) *Jos. de la Pise p. 116.* (t) *Id. p. 125. & seqq.* (u) *Thuan. Lib. XXXI.*
(w) *Loco cit.* (x) *Ibid.*

JOHANNES II Cabilonius *Princeps Arausionis* post parentis obitum Carolo Audaci Burg. Duci iterum se applicuit, atque in bello Helvetico strenuam operam navavit, prœlii Grancejensis, quo ille victus & castris exutus est, magna pars; in quo etiam patruus ejus LUDOVICUS *Dn. Castriguidonis* inter confertissimos pugnans haud degeneri funere jacuit. Paulò post ab amicitia Caroli Ducis secundò discessit: nimirũ (*Cominæo* (y) referente) moverat ei litem avunculus de possessionibus aliquot ex bonis, eaque controversia fuit ad Carolum introducta, qui adversus ipsum pronunciavit. Ea re commotus transiit ad Regem, qui opera ejus peropportunè usus est in bello quod Carolo Duce è medio sublato in Burgundia civit. Delectibus enim illic agendis Johannem præfecit, quoniam in utraque Burgundia plurimùm valebat & facultatibus amplissimis, & gratia & clientelis. Promisit verò ei restitutionem eorum, quæ sibi per judicium erepta esse dicebat. Sed cùm Craonius, Regis in Burgundia legatus, eorum bonorum nactus possessionem ea reddere recusaret, neque ad id à Rege seriò compelleretur, indignatus Arausius mense Jun. an. MCDLXXVII adjuncto HUGONE *Castelloguione*, patruo, tumultuariam manum suis sumptibus coëgit, & maxima Burgundiæ parte ad rebellandum excitata bellum Maximiliani Austriaci & Mariæ Burgundæ, quæ illi nupserat, nomine gessit. An. MCDLXXX parvo quodam apud Dolam prælio à Craonio victus, inque eo Castelloguionius captus est. (z) Pace facta in Armoricam ad avunculum suum, Franciscum II Ducem, se contulit, ibidemque discordiis intestinis, ob Petri Landoji, qui in gratia Ducis flagrantissima erat, insolentiam & sævitiam ortis, se commisit. Arma deinde cum avunculo nec non Ludovico Duce Aurelianensi adversus Regem Carolum VIII sociavit, sed in prœlio ad Albini fanum a. MCDLXXXVIII commisso una cum Aurelianensi in adversariorum potestatem incidit. Post mortem avunculi matrimonii, inter ejus filiam unicam ac hæredem Annam cum Maximiliano Austriaco tunc viduo contracti, præcipuum instrumentum fuit; sed cum Rege Carolo reconciliatus, non obstitit, quo minus illud dissolveretur, & Anna Regi Carolo VIII nuberet; hujus operæ præmium præfecturam Armoricæ tulit, cum Burgundica posteà commutatam. (a) Eundem Regem in Italiam ad bellum Neapolitanum adversus Aragonios proficiscentem comitatus est. A successore ejus Ludovico XII veterum in Armorico bello meritorum magis memore, quam recentis apud Novariam Insubrum offensæ & contentionis, ad convitia usque egressæ, (b) recepit supremum jus in Arausionensem Principatum, & in omnia Majestatis jura restitutus est, non tamen, sicuti Thuanus memoriæ prodidit, (c) sine contradictione: nam cognitor regius intercessit, & ad Delphinum & Delphinatus gubernatorem appellavit, protestatione facta, & monumentis publicis eodem anno MCDXCIX Id. Sept. consignata. Verum spreta sub umbone Regis protestatione cognitoris, Johannes ex eo supremo jure in Principatu suo usus est, & curiam Parlamenti ab avo institutam restauravit.

PHILIBERTUS Cabilonius *Pr. Arauf.* tertia statim à nativitate sua septimana genitore orbatus, sub cura & tutela matris, *Philibertæ Lucemburgicæ* prudentissimæ & gravissimæ fœminæ, ita adolevit, ut omnia bona in spe haberet. Decimo ætatis anno hæreditate THEOBALDI Cabilonii *Brignonii* auctus est, sed post triennium graviorem fecit jacturam cum Regi Ludovico XII, Franciscus I successisset, & publico edicto omnes ab antecessore de regio patrimonio factas alienationes revocasset; id enim Senatus Grationopolitanus eò extendit, ut etiam jura Majestatis in principatu Arausionensi, à Rege Ludovico Philiberti Principis parenti non donata sed reddita, invaderet, rursumq; de Arausionensium judicum appellationibus cognitionem sibi sumeret; Rege haud ægrè ferente, Arausionem hoc pacto in suam clientelam reductam esse. Sed abalienavit ea res animum Principis, ita ut relicta Gallia Austriacis operam suam addiceret, & statim in Castris Caroli V. ad Tornacum, quod is tunc oppugnaverat, militiæ tyrocinium faceret fama egregia. Confiscatus ea propter à Rege Principatus Arausionensis Caspari Colignio Marescallo Galliæ traditus est, in cujus jacturæ delinimentum Philibertus à Carolo Comitatum S. *Pauli* & dynastiam *Oise* accepit. (*d*) Peditum præfectura paulò post ab eodem auctus, expugnatæ Fonterabiæ ad Pyrenæum decus retulit an. MDXXIII. Anno proximo cum fama obsidionis Marsiliensis excitus ex Hispania navicula trajiceret, à Gallis fuit captus, & Avaricum in custodiam missus. Post cladem Gallorum ad Ticinum & Regis Francisci captivitatem Madritiana pace non libertatem

I

(y) *Comment, Lib. VIII. Add. Belcar. Comment. Rer. Franc. Lib. IV.* (z) *Comin. Lib. IX. Belcar. Ibid.*
(a) *Joh de la Pise p. 143.* (b) *Comin. de bello Neap. Lib. IV. Guicciard. Hisp. Ital. Lib. II. Lib. XXXI.* (c) *La Pise p. 158.*

tem tantùm, sed etiam quicquid à Gallis ipsi ereptum fuerat, inprimis Arausionem cum summo imperio, recepit. (d) Novo deinde bello Carolum inter ac Franciscum gliscente, & apud Insubres erumpente, Philibertus è Germania, ubi tunc agebat, Italiam pedes mutato habitu cum tribus alumnis, ne à Venetis, qui hostes erant, caperetur, petiit, & Mediolanum pervenit, ibidemque legatus Ducis Borbonii insigni laude meruit. Eidem, posteaquam ad Romam mortem oppetiisset, in suprema militiæ Cæsareæ præfectura suffectus urbem totam expugnavit, & Papam Clementem VII, qui in Angelicam arcem se incluserat, ad deditionem adegit. Exinde Neapolim, cujus obsidionem Galli, post pleraque alia regni loca occupata, magno conatu urgebant, jamque rerum ad vitam necessariarū ingentem penuriam effecerant, magno & diuturno labore liberavit, & denique versa rerum vice hostes obsedit, deditionemque facere coëgit; Aquilanos etiam ac Matricarios qui contra Cæsarem arma tulerant, subegit. Tum in bello, quod Cæsar in gratiam Papæ & Medicæorum ejus gentilium Florentinis intulit, Perusiam, Cortonem, Aretium, Nepotianum, Lastram, Impolim cepit, reliquasque Etruriæ civitates, Volaterra Pisisque exceptis, terrore perdomuit; dum verò metropolin Etruriæ Florentiam it expugnatum, ipse mortis præda factus est. Referam ultima Philiberti ex commentariolo *Dominici Melguitii* Medici: (e) *Florentinorum jam vires infringi videbantur, quas Volaterrani & Pisani ut reficerent, Cavinianum propè Pistorium oppidum instructa acie veniunt. Quo Philibertus, cum majori parte militum, Ferdinando Gonzaga pro Imperatore relicto, obviam progreditur. Primusque omnium bellum acerrimè ciens, mortifero vulnere ictus cadit. Quo casu miles noster minimè animum viresque amittit; sed hostes post magnam cædem persequens, in fugam convertit, montesque effuso cursu petere coëgit. Gloriosa victoria, uno tamen claro funere tristis.* Ita, ut hæc ex ejus oratione funebri à *Ludovico Pellatano* habita addam, *illustrissimus Princeps in ipso ætatis flore, quum nondum annum XXVIII attigisset, una morte omne gloriosum facinus, uno facinore unam gloriosam mortem pariter fuit complexus: maxima spe sui, & posteris amicis, ac ipsi Cæsari relicta. Vir quidem non modò bellicis artibus, verùm etiam eloquentia ad movendos omnium animos adeò pollens potensque, ut magno imperio Cæsaris accessionem fecerit.* Corpus defuncti in Burgundiam deportatum & in æde fratrum Minimorum oppidi suæ ditionis, cui *Lonsle-Saunier* nomen, ingenti funeris pompa terræ mandatum est. Hæredem quia cœlebs erat instituit filium sororis suæ CLAUDIÆ, Henrico Nassoviæ Comiti nuptæ, *Renatum Nassovium*, eundemque in Cabillonicum nomen adoptavit. Is post XIV annos in obsidione S. Desiderii improlis fato cedens omnem illam hæreditatem, & Arausionensem Principatum ad patruelem suum *Wilhelmum Nassovium* transmisit, de cujus progenie alibi abundè dictum est. (f)


(d) *Pis. pag. 159. & seqq. Thuan. Lib. XXXI.* (e) *ap. Sagitt. in Orig. & success. Pr. Arausf.*
(f) *In Notitia Procerum Imperii Lib. V. cap. 6.*



STEM-

STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS II.
REGUM CASTELLÆ ET LEGIONIS.







l'Ordre de la Bande instituée Alfonse XI



INsignia quæ ſcutum Regum Caſtellæ & Legionis implent ex numero illorum ſunt, quæ feciales *paronomaſtica* ſive *æquivoca*, Galli *armes parlantes*, vocant, quoniam figuræ ipſæ quaſi loqvuntur id quod ſignificant: nimirum hoc loco *caſtellum aureum* in ſolo coccineo Caſtellæ regnum, *leo* verò *rubens* in campo argenteo Leonenſe ſive Legionenſe regnum denotant.

Scutum ſecundum poſteris Ferdinandi Infantis Caſtellæ, qui *Cerda* cognominatus eſt, peculiare fuit; ita ut à filio ejus natu majore prognati ſcuto ex Caſtellenſibus, Francicis & Legionenſibus inſignibus, paternam maternamq; eorum originem indicantibus, quadripartito ſint uſi, qui verò à nato minore orti ſunt *Larenſe* ſymbolum, *abena* videlicet *aurea*, ex quibus ad utramq; anſæ partem *ſeptena anguium colla capitaq;* proſpiciunt, in ſolo rubeo, illis adjunxere; Larenſis quippe domus hæredem filius Ferdinandi Infantis natu minor cognominis uxorem habuit.

Tertio ſcuto Johannis de Caſtella, qui Petri crudelis Regis filius fuit, ex Johanna de Caſtro utcunque genitus, propago uſa eſt, Tabula IX. enumerata.

TAB.

REGES CASTELLÆ ET LEGIONIS,

XI.

RAIMUNDUS DE BURGUNDIA, Wilhelmi II Comitis Burgundiæ & Gertrudis Lucemburgicæ filius quartogenitus, in Hiſpaniam profectns, ibidemque ſplendido matrimonio auctus, mortuus eſt an. 1106, ſepultus Compoſtellæ.

XII.

ALPHONSUS VII. Rex Caſtellæ & Legionis, IMPERATOR Hiſpaniæ dictus & coronatus aureo argenteoque diademate ann. 1135. ✠ 21 Aug. 1157.

XIII.

1. SANCTIUS Rex Caſtellæ III. hujus nominis, cogn. *Deſideratus*, natus an. 1135. ✠ 31 Aug. 1158. *Sanctia, Garziæ Ramiri, R. Navarræ fil.* ✠ 24 Jun. 1158.	Alphonſus, ob. infans.	Conſtantia, ux. *Ludovici VII. R. Gall. 1151.* ✠ *1160.*	FERDINANDUS Rex Legionis II, hujus nom. ✠ 1188. Ux. *1. Uraca, Alphonſi R. Luſit. fil.* *2. Thereſia Fernandez de Trava, Ferdinandi Perez, C. Traſtamaræ fil. Nunii Perez de Lara, Com. Caſtil. vid.* 1176. ✠ 1178. *3. Uraca, Lupi Diaz de Haro Dn. Biſcagliæ f.*

XIV.

ALPHONSUS VIII. Rex Caſtellæ, cogn. *BONUS*, n. 1155. ✠ 22 Sept. al. 6. Octobr. 1214. *Eleonora, Henrici II R. Angl. fil.* ✠ 31 Octobr. 1214.	Garſias, n. & ✠ 1156.	1. ALPHONSUS IX REX LEGIONIS & CASTELLÆ. *Vid. Tab. ſeq. VIII.*

XV.

Sanctius, ✠ inf.	Ferdinandus, n. 1189. ✠ 1211.	HENRICUS I. Rex Caſtellel. n. 1203. ✠ 7 Jun. 1217. *Maſalda, Sanctii I. R. Luſit. f.*	Berengaria, Ux. 2da *Alphonſi R. Legion.*	Blanca, nup. *Ludovico VIII Reg. Gall.* 1200, ✠ 30 Nov. 1253.	Uraca, Ux. *Alphonſi II. R. Luſit.* 1206. ✠ 3 Nov. 1220.	Conſtantia, *Abbatiſſa de Huelgas.*

Didacus Sanchez de Fines II. Dives homo Caſtellæ, Præfectus limit. & viduus M. Prior Ordin. St. Johannis Caſtell. ✠ 1296. Ux. *1. Johanna Ruiz de Baeza, Roderici Lopez de Haro f.* *2. Maria Nunnez de Lara, Diegi Gomez de Eza, Dn. de Probaos vidua.*

1. Johanna Diaz de Fines, hæres domus ſuæ, Uxor *Roderici Inniguez de Biedma II.*

VII.

E STIRPE BURGUNDICA.

XI.

Uxor: Uraca Comit. Galliciæ, Alphonsi VI. Regis Castellæ & Legionis filia ac hæres, quæ ad secunda vota cum Alphonso I. Rege Aragoniæ transgressa eis dissolutis vixit usque ad an. 1126. d. 10 Mart.

XII.

Ux. 1. *Berengaria, Raimundi Berengarii Com. Barcinon. fil.*
2. *Ricca, Ladislai Ducis Polon. fil.*

XIII.

Sanctia nup. *Sanctio VII.* cogn. *Sapienti R. Navarr.* 1162. ✠ 1179.	Garsias ✠ juv.	2. Sanctia, nup. *Alphonso II. R. Aragon.* cogn. *Casto* 1174.	Ferdinandus ✠ inf.	Uraca, *notha*, nup. 1. *Garziæ Ramiro R. Navar.* 1144. 2. *Alvaro Roderico de Asturia,* ✠ 1179.	Stephania, *notha*, ux. *Ferdinand. Ruiz de Castro* sed ab eo occisa 1180.	Ferrandus, al Johannes, Alphonsi *nothus, Dn de Benavides.*

XIV.

2. Sanctius, Infans Legionis, Dn. de Aquilar de Campo, Monteagudo &c. ✠ 1217 *Theresia Diaz de Haro, Didaci Lupi de Haro Dn. Biscajæ f.*	3. Sanctius, ✠ improlis.	3. Garcias, ✠ 1184.	3. Ferdinandus, ✠ 1187.	Petrus - Ferrandiz II Dn. de Benavides

XV.

Eleonora, nup. *Jacobo I R. Aragon.* 1221.	Didacus Sanctii de Fines I. *Dives homo*, Præfectus limitaneus. ✠ 1260. *Theresia Gomez de Roa, Gonesii Gonsalvi Dn. de Roa f.*	Lupus Sanctii, sator stirpis Dominorum *de Valenzuela, Lopera & Carpio.*	Maria Sanctii nup. *Petro Ferdinandi de Castro, dicto Castellano.*	Suerus-Petri, III Dn. de Benavides.

XVI.

Johannes Didaci de Fines, natus 1246.	Maria Sanchez nup. *Gomesio Henriquez, Dn. de Probaos.*	Maria Sueri IV. Dom. de Benavides, nup. *Petro Alphonsi de Leon.*

TAB.

GENEALOGIÆ REGUM CASTELLÆ

XVI.

ALPHONSUS IX. REX LEGIONIS, Ferdinandi II. Regis & Uracæ Lusitanæ F. ✠ 24. Sept. 1230. Ux. 1. Therefia, Sanctii I. R. Lusit. fil. dimiſſa ob cognationem 1197. 2. Berengaria REGINA CASTELLÆ, Henrici I. soror, dimiſſa an. 1209. ✠ 1244.

XV.

1. Sanctia.

Ferdinandus ✠ 1214.

Dulcia.

2. FERDINANDUS III. Rex Caſtell. & Legion. cogn. *Sanctus*, n. 1198, ✠ 30 Maji 1252. Ux. 1. *Beatrix Sueva, Philippi Imperat. Rom. fil.* 1220, ✠ 1235. 2. *Johanna de Dammartin, Simonis C. d' Aumale, & Mariæ C. de Ponthieu f.*

Alphonſus, Infans, Dn. Molinæ, ✠ 1272. Ux. 1. *Majora, Alphonſi Tellez de Meneſes f.* 2. *Maſalda Perez, Dom. de Molina.* 3. *Tereſia Perez, Petri Fernandez Bragancon f.* ↮

Conſtantia, *Monialis.*

XVI.

1. Alphonſus X. cogn. Sapiens & Aſtrologus Rex Caſt. & Leg. n. 23. Nov. 1221. elect. IMP. ROM. 1257. ✠ 21 Apr. 1284. Violanta, Jacobi I R. Aragon. f.

Fridericus, occ. Burgis juſſu fratris R. Alphonſi 1277. Ux. Malaſpina, Deſpotæ Romanæ f.
— Beatrix, ux. Simonis Ruiz de Haro, Dn. Camerorum.

Ferdinandus ✠ inf. 1242.

Henricus, n 1224. Tutor R. Ferdinandi IV. & regni Procurator, † 1304. Cœlebs.

Philippus Archiep. Hiſpal. dein Maritus 1. Chriſtianæ ex Dania. 2. Eleonoræ Rodriquez de Caſtro.
— 2. Beatrix de Caſtro nup. Diego Perez Sarmiento.

Sanctius, Archiepiſc. Hiſpal. dein Tolet. Cancellarius Caſtellæ occ. à Mauris 1262. vel 1268.

Eleonora. ✠ infans.

XVII.

Berengaria, 1253. innup.

Ferdinandus, Infans, cogn. de la Cerda, n. 1254. ✠ ante patrem m. Auguſt. 1275. Blanca Ludovici IX R. Gall. f. 1269. ob. 1320.

SANCTIUS IV. Rex Caſt. & Leg. Vid. Tab. ſeq. IX.

Petrus Dn. de Ledeſma, † 1283. Margarita Narbonenſis 1281.

Johannes Dn. Valentiæ & Oropeſæ, m 26 Jun. 1319. 1. Margarita Ludovici M. Montisferr. f. 1281. 2. Maria de Haro, Lupi Dn. Biſcajæ f. de Biſcaglia f. 1287.

Jacobus Dn. de Cameros, † improlis.

XVIII.

Alphonſus de la Cerda, Dn. de Lunel, ✠ in Gall. 1327. Ux. 1. Mathilda de Clermont. 2. Iſabella Dn. d' Antoing & Eſpinoi.

Ferdinandus de la Cerda Johanna Nuñez de Lara. ↮

Sanctius cogn. di Paz. m 1310.

1. Alphonſus Dn. Valentiæ, ✠ ante patrem 1316. 1. Thereſia, Johannis Nunii de Lara f. 2. Johanna Ferdinandi Ruiz de Caſtro, Dn. de Lemos fil. ↮

2. Johannes cogn. Cocles, Dn. Biſcajæ, occ. 1327. Iſabella Alphonſi de Portugal. Dn. de Portalegre fil.
— Maria, nup Joh. Nuñez de Lara & Cerda. ↮

XIX.

Ludovicus Hiſpanus de la Cerda, Pr. Inſul. Fortunat. Com. de Clemont, Admiralis Franciæ, *Leonora Guzmanna, Alphonſi Perez de Guzman fil.*

1. Agnes de la Cerda, ux. *Ferdinandi Ruiz, Dn. de Villalobos.*

2. Carolus Hiſpanus Com. Enculiſmenſ. Comeſtabil. Franciæ, occ. 6. Jan. 1354. *Margarita, Caroli de Chatillon & Blois, D. Brit. fil.*

Blanca, ux. ſecunda *Joh. Mannel, Dn. de Villena.*

Maria, nup. 1. Carolo d' Evreux, C. d'Eſtampes. 2. Carolo II. Com. Alenzon, 1336. ✠ 19. Nov. 1369.

XX.

Johannes Çerda, occ. 1357. 1. Maria Dionyſii R. Luſit. notha. 2. Maria Coronelia.

Iſabella de la Cerda, nup. 1. Roderico Alvari de Aſturia Dom. Noronæ. 2. Bernardo de Bearnia, Gaſtonis Phœbi C. Fuxenſis & Vicec. Bearniæ fil. notho, ſatori ſtirpis Cerdarum Comitum & Ducum Medinæ celi.

Theobaldus ab Hiſpania, nothus, è Cæcilia de Levi genitus, Dn. de Montbrun, pater Johannæ nup. Raimundo Berengario de Cominge Dn. de Solano.

Johanna, nup. Tellio de Caſtel. Com Biſcajæ & Aquilar. 1353. occ. 1359.

Iſabella, ux. Johannis Aragonii 1354. occ. 1361.

XXI.

XXII.

Alphonſus de Valentia, Mareſcalcus poſtremus. *Johanna de Sotomajor, Johannis de Portas in Zamora fil.*

XXIII.

Antonia, hæres patris, nup. 1. *Valentiæ de Benavides*, amitino ſuo, 2. *Friderico Manrique*, à quo Manrici de Valentia.

VIII. Et Legionis Pars Secunda.

Concubinæ: (a) Aldara Lopez de Ulloa. (b) Aldoncia Martinez de Silva (c) Agnes Inniquez de Mendoza. (d) Theresia Gil de Sosa. XIV.

XV.

Berengaria, nup. Johanni de Brienne Reg. Hierosol. 1222.

Eleonora ✠ 1210.

a) Ferdinandus Alphonsi, Decanus ad St. Jacobi.

b) Rodericus Alphonsi, Dn. de Aliguer. Progenitor familiæ de BENAVIDES.

Petrus Alphonsi Magister Ord. S. Jacobi 1225.

Aldoncia ux. Petri Ponce de Minerva.

c) Uraca nup. Lup. Diaz de Haro XIV. Dom. Biscajæ.

d) Martinus Alphonsi ux. 1. Sanctia Gonsalez de Orbenea 2. Maria Mendez Giron.

Sanctia ux. Simeonis Ruiz de Haro, Dn. de Cameros.

Uraca nup. Petro Nunez de Guzman.

Maria.

XVI.

1. EMANUEL, Dn. Escalonæ. Vid. Tab. XXIII.

Berengaria, Monialis.

Maria ob. 1272.

2. Ferdinandus de Castella, Comes Aumalæ. Lora de Montfort, Dn. de Pernon □

Johannes, Dn. Marchænæ.

Eleonora nup. Eduardo, Pr. Walliæ, dein R. Angl. 1254. ✠ 27 Nov. 1290.

Ludovicus.

1. Maria, ux. Sanctii IV. R. Cast. & Leg. 1282. ✠ 1322.

Johanna, ux. Comitis Lupi Dom. Biscajæ.

Alphonsus Infans de Molina. Teresia Alvarez, Petri Alvarez de Asturias f.

2. Blanca Dom. de Molina ux. Alfonsi Fernandez de Castella.

3. Berenguela, amica f. uxor Jacobi R. Aragon.

Leonora, Ux. Alphonsi Garciæ de Celada.

Tellus Dom. de Monte-Allegre & S. Roman. ✠ 1311. Maria Alfonsi de Portugallia, Dom. de Portalegre f.

Isabella, ux. Jo. Alfonsi Dn. de Albuquerque è stirpe Regia Portugall.

XVII.

Beatrix nup. *Wilhelmo VI. M. Montisfer.*

Violanta, ux. *Didaci Lopez de Haro, Com. Biscaiæ.*

Isabella.

Eleonora.

Alphonsus Fernandez, *nothus, Blanca, Alphonsi Dn. Molinæ f.*

Martinus Alphonsi, *Abbas Vallisoleti.*

Beatrix, ex *Maria Guzmanna*, nup. *Alphonso III. R. Lusitan.*

Johannes de Castella, dictus de Ponthieu, Com. Aumalæ. *Ida de Meulent.*

XVIII.

Lupus.

Isabella, nup. *Johanni Nunnez. Laræ Domino.*

Johannes de Ponthieu Com. Aumalæ. *Catharina de Artesia Roberti Com. de Beaumont le Roger f.*

XIX.

Johannes Nunnez de Lara & Cerda, Biscajæ regulus per ux. *Mariam, Johannis fil.* ductam 1329. ✠. 28 Nov. 1351.

2. Ferdinandus Alphonsi Dn. Valentiæ, *Posthumus. Maria de Portugal.*

Alphonsus, *gemellus* Ferdinandi, *Episc. Zamoræ.*

Blanca Com. Aumalæ. nup. *Johanni V. C. de Harcourt,* ✠ 1387.

Johanna, ux. *Johannis Com. Vindocin.*

XX.

Nunius ✠ paulò post patr.

Petrus Nunnez de Lara, *nothus*, Com. de Mayorga cr. 1381. ✠ f. lib. 1384. *Beatrix de Castro, Alvari Perez Com. de Arroyolos fil.*

Johannes de Valentia, Marescallus Castellæ in Zamora, *Dives homo. Beatrix de Acunna-Giron, Martini Vasquez de Acuña fil.*

Alphonsus de Valentia.

Ferdinandus de Valentia *monachus* dictus P. Hieronymus.

XXI.

Dieghus f. Jacobus de Valentia, Maresc. Cast. *Aldoncia de Bracamonte & Mendoza.*

Ferdinandus de Valentia, *Commendator S. Jacobi.*

XXII.

Beatrix de Valentia, ux. *Jo. Alphonsi de Benavides, Dn. de Javalquinto.*

Joanna, nup. *Hurtado de Mendoza.*

Isabella.

TABULA GENEALOGIÆ REGUM CASTELLÆ

XVII. SANCTIUS IV. Rex Caſtellæ & Legionis, Alphonſi X. filius ſecundogenitus, natus 1265, ob. 25 Apr. 1295.

XVIII.

FERDINANDUS IV. cog. *Citatus*, Rex, n. 6. Dec. 1285. ✠ 7 Sept. 1312. *Conſtantia, Dionyſii R. Luſit. fil.* ✠ 1313.	Alphonſus, n. 1287. ✠ 1291.	Iſabella, n. 1283, deſp. Jacobo II, R. Arag. ſed matrimonio ob conſanguin. non conſummato nup. *Johanni III. Duc. Britann.* 1310.	Henricus, n. 1288. mutus.	Petrus, n. 1290. Dn. Camerorum, Tutor Regis Alphonſi XI, ✠ 1319. *Maria, Jacobi II. R. Aragon. fil.* △

XIX.

Eleonora, n. 1307. nup. *Alphonſo IV. Aragon.* 1329.	ALPHONSUS XI, Rex, n. 11. Auguſt. 1311. ✠ 26. Mart. 1350.

XX.

Ferdinandus, nat. 1332 ✠ 1333.	PETRUS cogn. *Crudelis*, Rex, n. m. Aug. 1334. occ. à fratre notho Henrico 23 Mart. 1369. ux. 1. *Maria Padillia, Joh. Dn. de Villagera fil.* 1352. ✠ 1361. 2. *Blanca, Petri D. Burbon. fil.* 1353, occ. 1361. 3. *Johanna de Caſtro Petri Ferdinandi Dn. de Lemos f. Didaci Hari vid.* 1354, ✠ 1374.	Petrus, è Guſmanna, nat. 1330. ✠ 1338.	Sanctius Dn. Ledeſmæ, n. 1331. ✠ puer.	HENRICUS II. Rex Caſtellæ & Legionis. Vid. Tab. ſeq. X.

XXI.

1. Beatrix n. 1353. paulò ✠ poſt patrem 1369.	Conſtantia, n. 1354. ux. *Johannis de Gaunt, D. Lancaſtriæ in Anglia* 1359, ✠ 1369.	Iſabella, n. 1355. nup. *Edmundo D. Eboracenſi* 1372, ✠ 1394.	Alphonſus n. 1359. ✠ 19 Octobr. 1362.	3. Johannes de Caſtella, ✠ in cuſtodia 1405. *Elvira Erilis, Bertrandi f.*	Maria *notha*, monialis ✠ 1424.	Sanctius & Didacus, *nothi*, obiere in carcere.

XXII.

Catharina, uxor *Henrici III. R. Caſtell. & Leg.*	Petrus de Caſtella, *Archidiac.* Alarconis, *Epiſc.* Uxamenſis, dein Palentinus. Concubin I. *Maria Bernar.* 2. *Iſabella de Drobelin.*	Conſtantia, *Priora* monaſterii S. Dominici Madrit.	Elvira, *monialis.*

XXIII.

1. Sanctius de Caſtella, Moderator juventæ Johannis Infantis filii R. Ferdinandi Catholici, legitimatus à R. Joh. II. 1445. *Agnes Henriquez ſoror Com. de Monteaugudo.*	Petrus de Caſtella, ſator ſtirpis *Laſos de Caſtella ex Catharina Laſo de Mendoza.*	Catharina, ux. *Dieghi de Roxas, Dn. de Poca.*

XXIV

Petrus, *monachus*, Ord. S. Hieronymi.	Didacus ſ. Dieghus de Caſtella, Dn. de Gor & Boluduy in regno Granatenſi, Hippocomus Imp. Caroli V. *Beatrix de Mendoza, Dieghi Hurtadi primi Ducis de Infantadgo f.*	Sanctius de Caſtella.

XXV. Sanctius de Caſtella, Dn. de Gor & Herrera de Valdecannas.
1. *Margarita Manrique, Johannis Chacon ex Agnete Manrique fil.*
2. *Anna de Cardenas.*

XXVI. 1. Dieghus de Caſtella, Dn. de Gor & Herrera de Valdecannas. *Leonora de Benavides, Gomeſii Dn. de Fromeſta f.*

Sanctius de Caſtella Dn. de Gor, obiit improlis. Ux. 1. *Mariana de Mendoza, Andreæ March. de Cannete f.* 2. *Maria Manrique, Dn. de Bedmar f.*

ET LEGIONIS PARS TERTIA.

Uxor: Maria, Alphonſi Infantis Caſtellæ, Dom. Molinæ fil. 1282. ✠ d. 1. Jun. 1322. XVII.

XVIII.

Philippus n. 1292. Dn. Cabreræ, 1324. vel 1328. *Magarita*	Beatrix n. 1293. nup. *Alphonſo IV. R. Luſit.* 1306.	Alphonſus, *nothus*, *Maria Diaz de Salcedo*, ſine prole.	Violanta, *notha*, nup. *Ferdinando Ruiz de Caſtro Dn. de Montforte é Lemos.*	Thereſia, *notha*, ux. *Johannis Alphonſi de Meneſes & Albuquerque.*

XIX.

Ux. *Maria, Alphonſi IV. R. Luſit. f.* 1329. Pellex *Eleonora Guſmannia*, Petri f. Joh. Velaſci vidua occ. 1351.	Blanca, *poſthuma*, deſponſata *Petro Pr. Luſitaniæ* 1329.

XX.

Fridericus, Henrici *gemellus*, Sator ſtirpis Henricianæ *Henriquez.* Vid. Tab. XVIII.	Ferdinandus n. 1335. Dn. Ledeſmæ ✠ ſ. lib. *Maria Ponce de Leon, Petri Dn. de Marchena, f.*	Tellius, n. 1337. Comes Biſcaiæ & Caſtinedæ, Dn. Aquilariæ, ✠ 15. Octob. 1370. *Johanna de Lara & Cerda, Johannis Dn. Biſcaiæ fil.* 1353, occ. 1359. ſine lib. Concub. *Elvira de Villamayor.*	Sanctius, n. 1339. Comes de Albuquerque, Dn. de Haro, ✠ 19 Mart. 1374. *Beatrix Petri VIII. R. Luſit. f.* 1373. ✠.	Didacus & Johannes occiſi à R. Petro 1360.	Johanna, nup. 1. *Ferdinando Ruiz de Caſtro* 1354. 2. *Philippo de Caſtro.*

XXI.

Johanna, notha, nup. Johan. Alphonſo de Haro, Dn. de Empudia.	Maria, notha, ux. Joh. Hurtadi de Mendoza Dn. de Mendibil.	Iſabella, notha, nup. Petro Velez de Guevara Dn. Onnate.	Conſtantia, notha, ux. Joh. de Albornoz, Dn. de Moya.	Johañes de Caſtella, nothus Dn. de Aquilar & Caſtaneda, occ. in pr. ap. Aliubarrotam contra Luſit. 14. Auguſt. 1385 Leonora de la Vega.	Ferdinandus Comes ab Albuquerque, occ. in pr. ap. Aliubarrotam 1385.	Leonora, nup. Ferdinando Infanti Caſtellæ, Duci de Pennafiel dein R. Arragon. 1393. ✠ m. Dec. 1435.	Leonora notha, nup. 1. D. . . . . de Moncon. 2. Friderico de Caſtella, Duci de Benavente.

XXII.

Aldonza de Caſtella Dom. Aquilariæ, nup. *Garciæ Hernandez Manrique, primo Comiti de Caſtanneda*, & ſatori ſtirpis Marchionum ab Aquilar.

XXIII.

Conſtantia, *Priora* monaſterii St. Mariæ Regalis.	2. Alfonſus de Caſtella cogn. *Sanctus.* *Johanna de Zuniga.*	Ludovicus de Caſtella *Prior* Arochæ, & Præſes Conſilii R. Philippi Primi.	Aldonza nup. *Roderico de Ulloa.*	Iſabella, *monialis.*

XXIV.

Johannes de Caſtella, *Decanus* Hiſpal. Præſes Conſilii Caſtel. *Epiſcopus* Salamancæ.	Agnes.	Iſabella.	Maria.

XXV.

Iſabella de Mendoza nup. *Henrico de Toledo Dn. quinque oppidorum Manceræ.*	Anna de Caſtella, ux. *Ludovici de Velaſco, Dn. de Carrion,* progenitori March. de Salinas.

XXVI.

2. Petrus de Caſtella. ux. *Maria de Sylva fil. March. de Montemayor.*	Alfonſus de Caſtella ✠ puer.

XXVII.

Dieghus de Caſtella, ✠ apais. *Iſabella Laſo de Caſtilla.*	Johannes de Caſtella. *Anna de Madriz & Guevara.*

XXVIII.

Didacus de Caſtella, Dn. de Gor, Boluduy & Herrera de Valdecannas. *Franciſca Laſo de Caſtilla, Dieghi Dn. de Villamanrique de Tajo f.*

Johannes ✠ adoleſcens.	Anna de Caſtella, nup. *Gabrieli Tellez Giron, Eq. Alcantaræ Dn. de Cardela.*

GENEALOGIÆ REGUM CASTELLÆ

XX. HENRICUS II, Alphonsi XI. Regis filius, ex pellice Eleonora Guzmannia, natus an. 1332, Comes Trastamaræ initio, denique REX Castellæ & Legionis, coron. 1369. obiit 30. Maji 1379.

XXI.

JOHANNES I. Pr. Biscaiæ, dein REX, n. 20. Aug. 1358. ✠ 9 Octobr. 1390. Ux. (1.) *Eleonora, Petri IV. R. Arag. f. 8. Jun. 1375.* ✠ 1382. (2.) *Beatrix, Ferdinandi R. Lusitan.* f. m. Majo 1383.	Eleonora, nup. *Carolo III. R. Navar.* 27. Maj. 1375, ✠ 5 Martii 1416.	* Alphonsus Henriquez de Castella, Comes de Güon & Noronna, à quo amplissima posteritas, quam vid. infra Tab. XIV.	Maria, nup. *Diego Hurtado de Mendoza, Dn. Mendoza,* Admir. Castellæ.

XXII.

HENRICUS III. REX Castell. & Leg. n. 4. Octobr. 1379. ✠ 25. Dec. 1406. *Catharina, Johannis Ducis Lancastriæ in Anglia fil.* 1393.	FERDINANDUS, cogn. *JUSTUS*, Rex ARAGONIÆ. Vid. Tab. XI.

XXIII.

JOHANNES II. Rex Castellæ & Leg. n. 6. Mart. 1405. ✠ 20. Jul. 1454.
Ux. [1.] *Maria Aragonia, Ferdinandi Justi, R. Aragon. fil.* 1420. ✠ m. Febr. 1445.
[2.] *Isabella, Johannis Infantis Portugal. fil.* m. Aug. 1447. ✠ m. Aug. 1496.

XXIV.

1. Catharina, n. 5. Octob. 1422. ✠ 10. August. 1424.	Eleonora, n. 10. Sept. 1423. ✠ 1424.	HENRICUS IV. Rex Cast. & Leg. n. 5. Jan. 1425. ✠ 11. Decemb. 1474. Ux. 1. *Blanca Aragonia, Johannis II. R. Navar. & Arag.* f. 1440. *repud.* 1453. 2. *Johanna, Eduardi R. Lusit. f.* 21. Maji 1455.

XXV.

2. Johanna, n. 1462. hæres regnorum Castell. & Leg. ab Henrico IV. declarata, & desponsa 1. *Carolo de Francia, Duci Bituric.* 1470.
2. *Alphonso V. Regi Lusitan.* avunculo suo, 3. *Johanni, R. Ferdinandi Catholici filio*: Sed nulli nupta & denique monasterium ingressa, senecta ætate decessit.

ET LEGIONIS PARS QUARTA.

Ux. Johanna Manuel de la Cerda, Johannis Dom. Villenæ filia, obiit 27. Maji 1381. XX.
a Elvira Inniquez de la Vega.
b Leonora Ponce de Leon.
c Johanna de Cifuentes, amicæ.

XXI.

Beatrix, ux. Jo. Alphonsi de Guzman. Com. Nieblæ.	Constantia, nup. Johanni Infanti Portugalliæ, Duci Valentiæ Campestris in Gallicia.	b Fridericus, Dux Beneventi, cr. 1379. Leonora de Castill. Sanctii, C. de Albuq. f. notha, Dom. de Moncon. vid.	Henricus, Comes Cabræ, Dux Medinæ Sidoniæ.	Leonora, Desponsa Alphonso Aragonio.	Johanna, nup. Petro Aragonio. N. Villenæ.	Agnes, monialis S. Claræ Tolet.	c. Johanna, ux. Dionysii Infant. Portug. Dom. de Cifuentes.	Isabella, monialis ibid.

XXII.

2. Maria, ob. cum matre post partum 1382.	2. Michaël, ✠ infans 1385.	Eleonora de Castella, nup. *Petro Manrique, Dn. de Hamusco.*

XXIII.

Maria, n. 14. Nov. 1401. nup. *Alphonso V. Regi Arag. Sic. & Neap.* patrueli suo 1414. ✠ 4. Sept. 1458.	Catharina, n. 1406. ux. prior *Henrici Aragonii Duc. Villenæ* 1420. ✠ 1440.

XXIV.

2. ISABELLA, n. 23. Apr. 1451. REGINA Castellæ & Leg. nup. *Ferdinando Regi Aragoniæ* 18. Octobr. 1469. ✠ 26. Novemb. 1504. Vid. pl. Tab. XI.	Alphonsus, n. 17. Decembr. 1453. Rex adversus fratrem electus 1465. ✠ 5. Jul. 1463.



EXEGESIS HISTORICA.



RAIMUNDUS Burgundus, quem innumero filiorum natu minorum Wilhelmi II Comitis Burgundiæ Tabula II exhibuit, in Hispaniam profectus Alphonso VI Regi Castellæ & Legionis militarem navavit operam, ea fide ac fortitudine, ut virtutis præmium *Uracam* Regis filiam, ex Regina Constantia susceptam & in regna, deficiente virili prole, successuram, acceperit. Hoc ex matrimonio natus est ALPHONSUS Rex Castellæ & Legionis jure materno factus, cujus posteri non tantùm universam Hispaniam in unius potentiæ molem coëgerunt, sed etiam extra ejus fines imperii sui reverentiam protulerunt. De illis antequam verba faciamus, paucis repetere juvat antiquiorem Hispaniæ statum, quo modo compluria ibi regna sint exorta, quosque singula Reges ad illud usque ævum habuerint.

Hispaniam inclinata re Romanorum, quibus per sex seculorum decursum servierat, *Vandali, Silingi, Alani, Suevi & Gothi* invaserunt ac diripuerunt, donec primis in Africam transgressis, Alanis verò Silingisque à Suevis domitis, istisque vicissim à Gothis devictis, hi soli regnarent, id quod circa annum Chr. 585 ductu & imperio Lewigildis accidisse rationem nonnulli subducunt, alii verò serius, nempè an. 621 factum esse supputant. Cintilla, quibusdam Flavius Svinthila dictus, Lewigildis ex filio Recaredo nepos, primus omnium Gothici nominis Regum, expulsis profligatisque Romanis, Hispaniæ monarchiam consequutus esse Vasæo è S. Isidoro memoratur. (*a*) Hæc autem Gothorum monarchia ad breve duravit tempus, atque a. 713, Roderico, Cintillæ abnepote, regnante, destructa fuit, quum Saraceni sive Mauri, à Juliano Septæ Comite ob vitium filiæ suæ à Roderico illatum ex Africa evocati, freto trajecto Hispaniam latè ferro ignique vastarent, & intra exiguum temporis spatium subjugarent, Gothorum reliquiis passim in fugam dissipatis & in montana Asturiæ se compingere coactis. Hoc pacto rerum in Hispania potiti Mauri tria condiderunt regna: primum erat Cordubæ, quod Abenaliberti regnum dixére; alterum apud Hispalim; tertium apud Carthaginem novam, quod posteà sub Granatæ nomine inclaruit. Rediit tamen victis Gothis in præcordia virtus, ita ut arma corripere, & summa rerum Pelagio delata manus cum Mauris conserere sustinuerint.

Originem Pelagius à veteri Regum Gothorum stirpe ducebat, eratque filius Favillæ Ducis Cantabriæ, nepos Regis Chindaswindi, & patruelis Theofredi, patris Regis Roderici, quem proinde in sepulchrali Epigraphe ultimum Regem Gothorum perperam dici statuendum est. Pelagius insigni de Mauris victoria reportata Legionem aliasque urbes cepit, & regnum Ovetanum, ab urbe Asturiæ primaria sic dictum, condidit, fatisque A.C. DCCXXXVII. concessit, relicto successore filio Fafila. Is postquam altero ab hinc anno inter venandum à feris discerptus decessisset, soror ejus Hermenesinda, sive Ormiselda, ejusque maritus Alphonsus regnum adierunt. Hic eodem genere Ricaredi scilicet Gothorum Regis prognatus Regis Liubæ II qui Cintillæ frater natu major erat, abnepos, Petri Ducis Cantabriæ filius, primus Catholici cognomine insignitus fuit, quoniam Arrianum dogma quod à Recharedi Regis morte in Hispania pullularat, eradicavit, urbesque & oppida

(a) *Chron. Hisp. ad an. 621. Exstat id in Tomo I. Rer. Hisp. Scriptorum è Bibliotheca Roberti Beli Francof. an. 1579 editorum.*

da complura ejecto Maurorum præsidio recepit. (b) Ab ejus posteris propagatum atque inter continua cum Mauris bella auctum est regnum Ovetanum, hocque nomine antiquato Legionense dictum, postquàm Ordonius II Alphonsi Catholici trinepos sedem imperii Oveto in Legionem urbē transtulisset. Defecit tandem omnis Regum Gothorū stirps mascula in *Veremundo* sive *Bermudo* III, Ordini II atnepote, & Alphonsi V filio, translatumque est Legionense regnum in Regum *Navarricorum* familiam circa A.C. MXXXVII.

Initia regni Navarrici quod initio *Pompelonense* dictum fuit, à tempore Pelagii, primi Asturiæ seu Ovieti Regis & anno circiter 724 vulgò repetunt, *Garsia, Ximenii filio*, primo Rege constituto, cui equidem *Suprarbiensis & Ripacurciensis Regis* titulum indunt, atque anno Chr. 758 vita functo successorem in regno tribuunt filium *Garsiam Eneconis*, Pompelonis expugnatorem, huic *Fortunium*, Fortunio *Sanctium*, cui universa Navarræ provincia in ipso regni sui initio i.e. sub annum Chr. 815 paruerit, *Ximinum*, Ximino *Garsiam*, eoque sine liberis mortuo regnū nova electione ad *Eneconem* cognomento *Aristam* dicunt pervenisse, abavum *Sanctii Majoris*. At verò vulgatam hanc opinionem multis solidisque argumentis refellit *Arn. Oihenardus* in *Notitia utriusque Vasconiæ*, (c) veterumque scriptorum testimoniis comprobavit, nullum proprium Regem Pompelonensibus seu Navarris ad Ludovici Pii Imperatoris ætatem imperasse, sed ipsos aliquandiu immunes imperii, tum Asturiæ, aliàs Francorum Regibus, nonnunquam etiam Sarracenis, subjectos fuisse: porrò Suprarbiæ Regis titulum ante Sanctii Majoris ætatem neminem gessisse, denique prima Navarrici regni fundamenta ab *Encone Arista*, ex dynastis sive Vicecomitibus *Baigorriæ*, qui pagus est in Vasconiæ Aquitanicæ regione montana situs, aliusque à Bigorra seu Bigerronum Comitatu, oriundo, jacta fuisse, illa tempestate, qua Francorum in Hispania imperium Aizonis defectione, & bellis civilibus à Ludovici Pii filiis excitatis labefactari cœpit, videlicet post annum Chr. 824. Ab Encone Arista itaque *Oihenartus* stemma Regum Navarræ orditus est & pertexuit serie longè alia, ac cæteri Scriptores: cum enim his *Sanctius* cognomine *Major* istius abnepos fuisse videatur, ille trinepotis sui nepotem, neque quarto, sed octavo gradu ab illo remotum fuisse demonstravit, cujus genealogiæ exemplum infra scriptum est.

Eneco- Garsiæ, cogn. *Arista*, regni Pompelonensis seu Navarrici conditor circa an. 826. Uxor *Ximina*.	I.
XIMINUS- Eneconis, obiit ante an. 839. Ux. *Munia*.	II.

ENECO- Ximini, regnavit ab anno 839. usque ad an. 842. Uxor. *Oneca*.	GARSIAS- Ximini, fratris in regno successor, obiit circa an. 858. sine pr. Ux. *Toda, Muzæ Abenkazi, Regis Cæsaraugust. fil.*	III.

GARSIAS- Eneconis, Rex post patruum, ✠ circa an. 887. Uxor, *Uraca* è stirpe Azuarii Aragoniæ Comitis X.	IV.

FORTUNIUS Rex post patrem, & denique *monachus*, anno circiter 904. Uxor, *Aurea*. — Enecus, Lupus, Azuarius, *Enecæ* amitæ suæ maritus.	SANCTIUS- Garsiæ fratris successor an. 905. Ux. 1. N. *Galindi Com. Arag. fil.* 2. *Tota Azuarii fil.*	Ximena uxor *Alphonsi III. R. Austur.*	Eneca, nup. 1. *Azuario- Fortunionis.* 2. *Abdallæ R. Cordubæ.*	V.

1. Garsias Sanctii Curvus Comes Gasconiæ a quo Duces Gasconiæ, Comites Burdigalæ, Fidentiaci & Astaraci.	Sanctia, ux. Ferdinandi Gundisalvi, Com. Castellæ.	2. GARSIAS Sanctii, regnavit post patrem usque ad an. 969. Ux. Eximina, f. Theresia, Endregoti-Galindonis è Comit. Aragon. f.	Xemena, ux. Froilæ II Regis Legion.	Tereia, ux. Ramiri II Regis Legion.	Maria ux. Seniofredi Com. Barcinonensis.	Velasquita, nup. Munioni Com. Biscajæ	VI.

SANCTIUS cogn. *Abarca*, Rex post patrem. Uxor, *Uraca*, Ferdinandi f.	Ramirus Rex *Vicariæ*.	Sanctia nup. *Ordonio II. R. Legion.*	Uraca ux. *Willelmi Sanctii Com. Gasconiæ.*	VII.

GARSIAS Sanctii, cogn. *Tremulus*, patris in regno successor, quo ex *Ximena* ejus uxore natus est SANCTIUS cogn. *Major*.	Ramirus ante patrem mortuus.	Gonsalvus, regnans in *Arragonia*.	VIII.

(b) *Mich. Ritius de Reg. Hisp. Lib. II.* (c) *Lib. II. cap. 4. & 10.*

In Sanctii Majoris jus ditionemque haud minima Hispaniæ pars concessit; in diplomate enim, quòd è tabulario Pompelonensi *Oibenartus* depromsit, tenuisse se potestatem ait *in Pampilona & in Aragonia, in Suprarbia & in Ripacurcia, in Nagera, in Castella & in Alava,* quæ ex sententia autoris modo dicti *Biscajam & Ipuscuam tunc complexa* est. Itaque opibus, armis, potentia plus quàm majores sui valens Legionense quoque regnum orbitate Regis *Veremundi* illectus concupiscere cœpit, bellumque ei intulit, & magnam ditionis partem eripuit. Pax deinde in eas conditiones facta est, ut Sanctius capta retineret, *Ferdinandus* verò filius ejus secundogenitus *Sanctiam*, Veremundi sororem, in regnum isti sine prole morienti successuram, in matrimonium duceret. Dilatis ita majorem in modum imperii sui finibus ad malum ac perniciosissimum consilium illud dividendi delapsus est: cum enim filios quatuor haberet; *Garsias* natu maximus successit patri in regno Navarræ, matri in parte Comitatus Castellæ Vetulæ, *Ferdinandus*, Legionense regnum post affinis obitum habiturus, in reliqua Castella, *Gonsalvus* f. *Gundisalvus* in Suprarbia & Ripacurcia, *Ramirus nothus*, in Aragonia. Hi quum paternas æquare opes cuperent, angustioribus se finibus circumseptos rati, mutuis mox dissidiis collisi & attriti sunt, usque dum omnis eorum progenies extingueretur. Garsiæ R. *Navarræ* stirps diutius equidem cœteris floruit, & demum in ejus atnepote *Sanctio* cogn. *Incluso*, a. 1234 sine prole mortuo, emarcuit, succedente in regnum Theobalo Comite Campaniæ & Briæ, Theobaldi filio ex Blanca Sanctii sorore nato, qua via Navarræ imperium ad Campanicam, illustrissimam eo ævo in Gallia familiam, devenit, atque ab ea porrò ad Regiam Gallicam, inde verò ad Fuxiam, Albretanamque, & denique ad Borbonicam, mutilatum equidem ac divulsum, devolutum est. Ferdinandus *Castellæ* Rex, postquam *Legionensi* etiam regno, ex pacto quidem ipsi debito, sed armis antecapto, potitus esset, prætereaque magnam Lusitaniæ partem Mauris eripuisset, novam inter filios, quos tres habuit, imperii divisionem instituit, *Sanctio* natu maximo Castellam, *Alphonso* Legionem, *Garsiæ* Galleciam assignando. Inter hos non secus ac inter patruos eorum domestica exarserunt bella, quibus captus à Sanctio Garsias, neque illo vivis exempto liberatus, vitam in custodia improlis finivit; Alphonsus, *Sextus* hujus nominis inter Hispaniæ Reges, regno pulsus, sed post Sanctii ad Cannoram urbem cædem in id restitutus, Legionense etiam sui juris fecit, & Toletum aliaque oppida Mauris extorsit; à quibus tamen magna vicissim clade affectus, filioque unico *Sanctio* orbatus est. Haud verò inultus vitam cum morte a. MCIX. commutavit, & quia legitima prole mascula carebat, regnum *Uracæ* filiæ reliquit, cum qua *Raimundus* noster, è Burgundiæ Comitibus ortus, novam Regum Castellæ Legionisque & denique universæ Hispaniæ familiam prosevit, non secus ac Henricus, è Ducibus Burgundiæ prognatus, cum notha Alphonsi VI Theresia stirpem Regum Lusitaniæ hodieque virentem condidit. Gonsalvus, tertius R. Sanctius Majoris filius, improlis è vita expulsus est, occupante regnum ejus fratre Ramiro Arragoniæ Rege, (d) qui vicissim suo à Navarræ Rege Garsia exutus hoc mortuo ejus recuperandi opportunitatem nactus est. Duravit Ramiri propago mascula ad breve tempus, atque in ejus nepotibus, *Petro* I, *Alphonso* I, & *Ramiro* II, qui sibi invicem successerunt, exaruit. Postremo autem eorum ex uxore Agnete Pictaviensi filia erat *Petronella* nominata, quam is *Raimundo Comiti Barcinonis* elocavit, eidemque resumpto, quod cum trabea commutaverat, cilicio, regnum vivus tradidit. Hujus virilis posteritas, quæ cum Aragoniæ regno, etiam Valentiæ, nec non Insularum Balearium Siciliæque & Sardiniæ imperium conjunxit, usque ad seculum XV superstes mansit, & demum in Martino, anno 1410 regni & vitæ munere perfuncto, defecit, succedente Ferdinando Castellensi, ex illius sorore Eleonora nato, quemadmodum loco congruo dicturi sumus; hîc illustrandis iis, quæ modo dicta sunt, residuam schematis superioris partem subjicientes.

SAN-

(d) *Mariana de Reb. Hisp. Lib. IX. Cap. 2.*

IX.

SANCTIUS-Garsiæ, cogn. MAJOR, Rex Navarræ nec non in Arragonia, Suprarbia, Ripacurtia & Castella, obiit anno 1035. Uxor, Majora Munia, Sanctii Comitis Castellæ filia.

X.

GARSIAS Rex *Navarræ*, occ. in pugna contra Ferdin. fratrem ann. 1054. Ux. *Stephania.*

FERDINANDUS Rex *Castellæ & Legionis*, dictus *Magnus & Imperator*, ✠ 1067. *Sanctia*, Veremundi III. *R. Legion.* soror. ⁂.

GONSAVUS Rex *Suprarbiæ & Ripacurciæ*, occ. improlis 1045.

RAMIRUS, nothus, ex N. Ayvarii Domina, Rex *Arragoniæ*, nec non Suprarb. & Ripacurc. post fratrem, occ. an. 1067. Uxor *Gerberga*, Berardi Rogerii Com. Bigorr. f. ⲭ

⁂ ⲭ XI.

SANCTIUS-Garsiæ Rex Nav. oc. an. 1076. à fratre Raimundo & sorore Ermissenda. Ux. Placentia.

Ramirus Dn. Calagurris & St. Stephani. ※

Raimundus, fratricida.

SANCTIUS Rex Castellæ, occ. ad Zamoram 1073. Ux. Blanca.

ALPHONSUS VI. Rex Legionis & Castellæ post mortem fratris, ✠ 1109. Ux. 1. Constantia, Roberti Duc. Burgundiæ, fil. 1080. 2. Ceida, Saracena, dicta post baptismum Maria.

GARSIAS Rex Galleciæ, ✠ in vinculis an. 1081.

SANCTIUS-Ramiri, Rex Arragon. & Navarræ post R. Sanctii Garsiæ cædem, ✠ in obsid. Oscæ ann. 1094. Ux. Felicia Hilduini Cō. Rociensis f.

※ XII.

Ramirus D. Montisonis, † ann. 1116. Christina Roderici Bivarii fil.

1. URACA Regina Castell. & Legion. nup. 1. Raimundo de Burgundia, 2. Alphonso R. Aragon. & Navarræ.

2. Sanctius occ. in pugna contra Mauros, admodum juvenis, an. 1100.

Teresia, notha, è Ximena Gusmanna, Uxor Henrici Burgundi, à quo stirps Regum Portugalliæ.

PETRUS Rex Aragon. & Nav. † f. lib. 1104. vel 1105. Agnes, Wilhelmi VIII. Com. Pictav. f.

ALPHONSUS Rex Aragon. & Nav. post fratrem, † 1134. Uraca, Regina Castell. Alphonsi VI. fil.

RAMIRUS II. post fratres Rex sed Aragon. tantùm ex monacho 1134, abdic. 1137, † 1147. Mathilda, Wilhelmi IX. C. Pictav. f.

XIII.

GARSIAS-Ramiri Rex *Navarræ* post Alphonsum Aragonium, ✠ 21 Novemb. 1150. Ux. 1. *Margarita*, Gisleberti Aquilensis, è Juliana, Rotronis Com. Perticensis sorore, filia. 2. *Uraca*, Alphonsi Hispan. Imp. fil. *naturalis.* ♈

Alphonsus-Ramiri Dn. Castri Veteris.

PETRONELLA, Regina *Arragoniæ, Raimundo-Berengarii Com. Barcinonis*, unà cum regno condicta an. 1137, ducta 1150, mortua 1173.

♈ XIV.

1. SANCTIUS cogn. *Sapiens* Rex Navarræ ✠ 27. Jun. 1194. Ux. *Sanctia*, Alphonsi Hispan. Imp. fil. 1162. ✠ 1179.

Sanctia nup. *Sanctio Desiderato R. Castell.*

Margarita Ux. *Wilhelmi I. R. Sicil.*

2. Sanctia, nup. 1. *Gastoni Vicec. Bearniæ*, 2. *Petro Com. Molinæ.*

Rodericus, *nothus.*

XV.

SANCTIUS cogn. *Inclusus* Rex Navarræ, ✠ improlis 7. April. 1234. *Clementia*, Raimundi Com. Tolosæ fil.

Berengaria, nup. *Richardo I. Regi Angliæ.*

Blanca, nup. *Theobaldo Com. Campaniæ*, à quo nova Regum Navarræ stirps.

Ad *Uracam* in præsentia redeundum, Alphonsi VI Regis Castellæ & Legionis filiam, eamque RAIMUNDI Comitis Burgundiæ, nec Tolosæ aut Barcinonis, sicut à multis perperàm traditum est, uxorem. Ea Raimundo vivis exempto, dum pater Alphonsus superstes esset, nuptiis secundis in manum convenit Alphonso I Regi Aragoniæ, Petri I & Ramiri II fratrum suorum ætatibus medio interjecto. Is mortuo socero Castellæ Legionisque regna uxorio jure an. 1109 obtinuit; matrimonio autem obtentu consanguinitatis libidinumque reginæ posteà dissoluto, cum ille Castellam nihilominus jure dotis retinere contenderet, & Uraca ob publicatam pudicitiam odium apud bonos omnes adepta esset, ingentes extitere motus, qui eum denique finem nacti sunt, ut Alphonso pariter & Uracæ regna Castellæ & Legionis abrogarentur; illo in Aragonia suas sibi res habere jusso, hac verò coacta, ut certis reditibus, unde vitam sustentaret, contenta filio ALPHONSO, è priore viro

suscepto, regna cederet, quæ populi & procerum eximia ac propensa voluntate jam delata ei fuerant. Ita rerum potitus ALPHONSUS *Septimus* hujus nominis apud veteres audit scriptores, quibus vitricus ejus in nullo Castellæ Regum numero ponitur, *neque fas est fixas vetustate opiniones novis placitis convellere; quod quidam faciunt Regem illum Aragonicum Alphonsi nomine septimum inter Castellæ Reges numerantes: in quam quid juris habere potuit, legitimo hærede ex priore conjugio nato, posteriori matrimonio vitioso, & legibus repugnantibus invalido?* ut præstantissimi scriptoris *Joh. Marianæ* verbis utar? (e) Ad acre bellum vitri cum inter ac privignum omnia spectabant, eò quod ille præcipuas Castellæ urbes & munitissimas arces Aragonicis præsidiis occupatas detineret, & repetitas à privigno evacuare ac reddere tergiversaretur; verum Præsulibus utriusque Provinciæ annitentibus concordiæ via tentata est, eo successu, ut precibus eorum, nec non reverentia Romani Pontificis Calixti II, qui Alphonso Castellensi patruus erat, flexi, in pacem & fœdus coirent, quique cruentis depugnaturi videbantur armis jam modestia & comitate certarent. Itaque, *Mariana* commemorante, (f) ab iis Regibus maxima concordia, tanquam à duobus conjunctissimis fratribus, res publica domi forisque administrata, & ab sævis ingruentium undique bellorum procellis industriè fortiterque defensa deinceps est. Atque hæc anno à Christo nato MCXXII gesta sunt. Uterque verò Regum otii pertæsi in Mauros arma verterunt, & Castellensis quidem Cauriam urbem, post avi obitum ab illis occupatam recepit, indeque per regionem universam, quæ *Ana* & *Tago* fluminibus continetur, prædas egit. Verùm Alphonso Aragonico à Mauris an. 1134 cæso, nullamque sobolē post se relinquente, nova inter Christianos Hispaniæ Reges bella orta sunt: cùm enim Vascones, quorum regnum Alphonsi pater, Sanctius suæ ditionis fecerat, Garsiam veteri Regum suorum sanguine cretum, Aragonii verò Ramirum, Alphonsi fratrem quamvis monachum, Reges sibi legissent, Alphonsus Castellæ Rex utrumque imperium ad se hæreditate devolutum prædicavit, à Sanctio Majore Rege Vasconum abavo suo materno, jura successionis arcessens, & belli aleam tentavit, fortuna usque adeò secunda, ut maxima Aragoniæ, Vasconiæque parte occupata in concilio frequentissimo Legione habito *Imperator Hispaniæ* renunciaretur, atque à Toletano præsule Augusti instar coronaretur, ipso Vasconum Rege Garsia & Legionensi Episcopo Arriano diadema tenentibus, festo Pentecostis die an. MCXXXV. Repetita deinde eadem est solemnitas æmulatione Imperatorum Germaniæ (quos superiore seculo Ferdinandum M. Regem Castellæ & Leg. nomen Imperatoris sumentem adversos habuisse nondum memoria excesserat (g) *Toleti*, eaque civitas ab eo tempore insignium loco *Imperatoris sedentis, aurea veste ornati, orbem sinistra, dextra gladium tenentis* imagine uti cœpit, quemadmodum *Mariana* literis prodidit. (h) Composita ad extremum omni controversia Vasconum sive Navarræ regnum Garsias recepit, Aragonicum autem ad Raymundum Barcinonensem, Ramiri generum, isto abdicante, translatum, & uterque Castellæ Regis *beneficiarius* dictus est. Decessit hic cùm ab expeditione adversus Mauros suscepta domum remearet ad Fresnedam oppidum in tentorio, quod morbo oppressus sub quercu erigi jusserat, postquam annos circiter XXXV regnasset, vir, Marianæ (i) elogio, *omni laudum genere cumulatus, gratissima ad posteritatem memoria ob perpetuam in adjuvanda republica voluntatem;* cui tamen malè consuluisse dicendus est facta inter filios imperii divisione.

SANCTIUS Castellæ regnum ex suprema patris voluntate obtinuit, & licet perbrevis ei vitæ regnique usura obtigerit, ea tamen egregiæ virtutis specimina dedit, ut post immaturam mortem *Desiderati* cognomen tulerit. Vasconum Regem Sanctium ultrò bellum inferentem bis prœlio vicit, Calatravam, oppidum loco munito ad Anam fluvium situm, & propugnaculi instar Templariis militibus adversus Maurorum irruptiones datum, sed ab istis ad rumorem de adventu Maurorum protinus derelictum, opera Raimundi Abbatis liberavit, ex qua expeditione militia sive *Ordo Balatravensis* exortus est, quem deinde Papa Alexander III confirmavit, *Garsia* ejus ordinis *primo Magistro* an. MCLXIV. Domicilium, quod *Calatravæ* primò collocatum, *Cirvelos* deinde, *Buxedam* mox, *Corcolem* deinceps & *Salvaterram* atque ad extremum *Cuvos* translatum est. Uti instituerunt Calatravæ Equites in comitiis publicis *veste candida, cruce rubra, cujus extrema in lilia desinunt, distincta.* Paulus III Pontifex an. 1540 iisdem indulsit, ut unicam quisq; uxorem possit ducere, secundis nuptiis exclusus. *Postremus* Ordinis *Magister* fuit *Garcias Lopezius de Padilla*, quo an. 1489 defuncto, locum ejus Rex Ferdinandus Catholicus excepit, & Pontificum Rom. indultu sibi hæredibusque asseruit, salvo tamen Ordine, Equitumque numero. (k)

ALPHON-

(e) *De Reb. Hisp. Lib. X. cap. 8.* (f) *Cap. 12.* (g) *Vid. Baron. ad An. 1055. & Mariam. Lib. IX Cap. 5.* (h) *Lib. X. cap. 16.* (i) *Lib. XI. Cap. IV.* (k) *Mariana Lib. XI. cap. 6. Aub. Mir. Orig. Ord. Eq. L. 1. c. 8. Christyn. Jurispr. Heroic. Tom. I. p. 525. & seqq.*

ALPHONSI VIII. R. Castellæ, Sanctii Desiderati filii, regnum memorabile nobilitavit prælium, ad *Losam* urbem an. MCCXII. factum, quo ducenta Maurorum millia cecidisse & crucem è cœlo apparuisse tradunt, (*l*) quoque adeò cumulatim repensata est clades à Mauris Alphonso apud *Alarcum* an. 1195 illata. Filii ejus & successoris HENRICI, quem postremo partu Regina Eleonora edidit, pueritia magnis in regno tumultibus locum materiemque præbuit, quibus tamen illum fata subitanea morte subduxerunt: namque tertio regni sui anno in Palentia urbe dum in area ædium Episcopi cum æqualibus luderet, tegulæ ictu caput ei comminutum, ex quo vulnere undecimo post die decessit. (*m*) Regnum Castellæ, quod vacuum reliquit, maturatis comitiis procerum & populi consensu sorori ejus BERENGARIÆ, quam Alphonsus Rex Legionis secundis nuptiis duxerat, sed deinde propter consanguinitatem è matrimonio dimiserat, delatum est.

FERDINANDO R. Sanctii fratri, genitor Alphonsus VII *Legionis* regnum & *Calæcos* assignavit, quibus unum & triginta annos varia fama præfuit. Belli quàm pacis artibus meliorem esse habitum, Mariana refert, (*n*) & ingentes animi corporisque dotes regnandi inexhausta libidine, præsertim Castellæ Rege puero, contaminasse; patientem laborum, acri ingenio, satis providum contra pericula & insidias animo firmissimo. Gravia domi ac foris bella gessit, sed prospera plerumque fortuna usus. Nunnium Raviam civilis belli autorem & rebellium Ducem pugna victum captumque supplicio affecit. Alphonsum Lusitaniæ Regem, qui ob instauratam & munitam à Ferdinando Mirobrigam belli discrimen ultrò subire sustinuerat, justo prælio iterata superavit vice, & in fuga ex equo præcipitatũ cepit; omni verò & humanitate & benignitate cultum dimisit, neque accepit conditiones, quas ille ex gratæ mentis impetu liberalius obtulit, satis magnum victoriæ fructum existimans moderationis atque humanitatis laudem. (*o*) Uxores tres habuit; prima *Uraca*, Lusitaniæ Regis primi filia *Alphonsum* peperit, in regno successorem. Secunda *Therejia* fuit, Ferdinandi Travæ Comitis Trastamaræ filia, priori matrimonio Nunio Peresii de Lara Comiti Castellæ nupta, atque in regio toro mater facta *Sanctii*, satoris stirpis *Fines*, quemadmodum Vir Reverendus atque in studiis historiarum & genealogiarum egregius *Diegus Vicentius de Vidania*, Regis Catholici in reno Neapolitano Sacellanus major & Consiliarius in *Historia genealogica familiæ Benavides* (*p*) probavit, adversus alios scriptores, qui Tresiam ex Larensi domo prognatam & sterilem, Sanctium autem illum ex tertia Regis Ferdinandi conjuge *Uraca de Haro* ortum fuisse putarunt, errore inde hausto, quod *duos Sanctios* dictus Rex genuit, priorem è secundo, posteriorem, huncque improlem, è tertio conjugio.

SANCTIUS, Ferdinandi R. & Teresiæ *de Trava* F. de quo dictum est, primus dicitur nomen gessisse *Infantis*, frequens posteà regiæ soboli. Post mortem Henrici Regis Castellæ cum bellum inter Alphonsum IX. R. Legionis, Sanctii fratrem, & Berengariam, Henrici sororem, eandemque Alphonsi uxorem, sed è matrimonio dimissam, & Ferdinandum ejus filium ortum esset, Sanctius fratris copias ductavit, teste *Roderico*: (*q*) *nuntiatum est etiam*, inquiente, *quod Sanctius Ferrandi, Frater Regis Legionensis, contra reginam & filium ejus magna cum multitudine adveniret*. Sed eodem adhuc anno Sanctius in montibus Canamerensibus venans ab urso discerptus, repertumque cadaver ad monasterium Peralense, ab ipsius matre conditum, delatum, ibidemque sepultum & tumulo, hoc quod sequitur, epitaphium inscriptum fuit.

Hic requiescit Sanccius, Mansuetus ut Agnus,
quem diris ursus læsit, & dira mors oppressit.
Filius Ferrandi Regis, divinæ cultor legis,
Flore juventutis, sospes æternæ salutis,
Jacet cum genitrice, de hac æde fundatrice,
Regina Tarasia, & Conjuge de FARO Tarasia,
Quæ post Viri mortem lugens acerbam sortem,
Hic Christo Sponsa vota, fuit Abbatissa devota.
Obiit Æra MCCLXV.

Ex *Teresia de Faro*, sive *de Haro* Sanctius tres genuit liberos, filiam unicam, mares duos; horum natu minor LUPUS stirpem Dominorũ de *Valenzuela, Lopera & Carpio* prosevit, quam *Thomas Tamayo de Vargas* in Genealogia Dominorum Valenzuelæ, Sargozæ anno 1654 edita, sed

(l) *Fr. Tarapha de Reg. Hisp.* (m) *Fr. Tarapha de Reg. Hisp. & Marian. Lib. XII. Cap. 6.*
(n) *Lib. XI. Cap. 16.* (o) *Lib. XI. cap. 15.* (p) *pag. 33. & seq.* (q) *Lib. IX. Cap. 4.*

sed nobis nondum visa, recensuit, sicuti supra laudatus D.V. *de Vidania* refert. Natu major DIDACUS cum castrum *Fines* in valle Porchena Mauris eripuisset, cognomen ab eo sibi sumsit & ad posteros transmisit. Idem tamen castrum Ecclesiæ Toletanæ anno æræ 1280, qui Christianæ 1242 est, donavit. Eximia postea ejus extitit opera, quam R. Ferdinando Sancto in bello cum Mauris gesto navavit, quoque promeruit ut an. 1259 limiti, Murciæ videlicet & Andalusiæ, præficeretur, quam provinciam filius quoque ejus *cognominis* ornavit, & liberatæ ab oppugnatione Regis Granatensis civitatis *Jaen* decus an. 1295 retulit.

Cæterùm, quoniam Didacis de Fines, de quibus modò dictum fuit, titulum *Divitum hominum* in Tabula adscripsimus, notasse convenit, in usu illum in Hispania, & præcipuè in Castella, fuisse, antequam axioma Magnatum *(de los Grandes)* introductum esset. *Petrus Salazar de Mendoza* in *origin. dignitat.* ita: (r) *Lex Partidæ X, tit. 25. ait: Divites homines ex more in Hispania recepto illos vocari, qui in aliis regionibus Comites & Barones dicuntur: tunc enim cum lex illa conderetur Comites nulli eo in regno erant.* Et paulò post, *multum,* inquit, *differebat, utrum quis* DIVES HOMO, *aut* HOMO DIVES *appellaretur: namque* DIVES HOMO *erat, qui amplam istam dignitatem erat consecutus;* HOMO DIVES *autem qui divitiis affluebat.* Itaque non omnes clientelis possessionibusque abundantes Divites homines audiebant; sed aderat huic titulo dignitas à Rege collata, cujus exemplum *Becmannus* in *Notitia Dignitatum* adduxit. (s) Insignia Divitum hominum erant *vexillum cum emblemate & ahenum,* quæ Reges dabant, postquam illud una nocte in æde aliqua sacra repositū & quasi consecratum fuit. Cum vexillo facultatem concedebant conscribendi milites ad subita bellorum promptos; ahenum autem indicabat paratas opes illis alendis sufficientes. Licebat quoque Diviti homini uti prænomine *Don,* quod alioquin Regibus tantùm, Infantibus & Prælatis proprium erat.

AD TAB. VIII.

ALPHONSUS IX. patre Ferdinando vivis exempto regni Legionensis gubernacula suscepit. Uxores idem duas duxit, cum utraque autem postquam aliquot liberorum matres factæ essent, lege propinquitatis jussuque Pontificis divortium fecit. Mortuo deinde sine liberis Henrico Rege Castellæ, BERENGARIA ejus soror, eademq; posterior R. Alphonsi uxor, cum Castellæ Regina ab optimatibus salutata esset, id operam dedit, ut in filium *Ferdinandum,* quem ex Alphonso susceperat, regnum transferret; quare protinus & priusquam rumor de morte fratris Legionem emanaret, filium, aliud quid obtentui sumens, ad se evocavit, atque à genitore rei ignaro dimissum Regem appellavit, & solemni cerimonia Anagari inaugurari curavit. Iniquo id tulit animo Alphonsus, atque instigatus ab Alvaro Lara aliisque factiosis bellum filio & Berengariæ intulit, quod non nisi morte Alvari & metu belli Maurici sublatum est. Hoc exorto Emeritam & Pacem Augustam Alphonsus Mauris extorsit. Majori posteà apparatu id bellum resumturus, dum Compostellam religionis ergò proficiscitur in itinere morbo tentatus oppressusque est, cum aliarum virtutum, tum inprimis justitiæ laudibus clarus, quas tamen perpetuo erga filium odio contaminavit; hoc supremæ etiam ejus tabulæ prodiderunt, quibus illo exhæredato *Sanctiam* & *Dulciam,* ex priori conjugio sibi natas, hæredes regni scripsit. Inter *nothos* quos benè multos è diversis sustulit fœminis, eminuere *Ferdinandus, Rodericus* & *Petrus,* Ferdinandus *Decanus S. Jacobi* fuit, gnatumque post se reliquit *Johannem Fernandez,* Ruffum (*Cabellos de Oro*) cognominatum; hic primis nuptiis duxit *Joannam,* Nunii Alvarez *de Lara* filiam, secundis *Mariam,* Andreæ Fernādez *de Castro* gnatam, & duorum marium pater factus est, videlicet *Johannis* & *Ferdinandi,* Divitum hominum, quos improles decessisse *Salazar de Mendoza* refert. (t) A Roderico & Petro posteritas haud ingloria provenit, posterioris propago cognomen *de Tenorio* gessit, à dynastia hujus nominis, quæ *Diego,* Petri filio, jure uxorio obvenit. Prioris filius *Petrus Alphonsi de Leon* cognominatus, ducta in matrimonium *Maria* Sueri filia, Domina *de Benavides* ab Alphonso Imperatore Hispaniæ oriunda, & domus suæ hærede, novis possessionibus auctus, appellationem quoque novam posteris suis indidit: eorum stirps virilis in ejus pronepotibus *Petro* & *Johanne* Alphonsi filiis emarcuit, quorum posterior Majoratum Benavidensem anno 1358 instituit, ejusdemque, quia ipse prole carebat, hæredem scripsit filium primogenitum sororis suæ *Mariæ* uxoris Didaci Sanctii *de Biedma,* à quo illustris familia, quæ hodieque cognomento *Benavides* utitur, & Comites *Sancti Stephani,* aliosque Hispaniæ Magnates, produxit, quamque *Diegus Vincentius de Vidania* nuper stylo suo illustravit, oriunda est: non gravabor schema posterorum Roderici, qui cognomen *de Benavides* sumsere, quosq; Tabulæ VIII inserere chartæ angustia vetuit ex autore modò laudato excerptum, hoc loco subnectere.

RODE-

(r) *Lib. I. cap. X.* (s) *Dissert. VII. cap. 1. §. 7.* (t) *Orig. dignit. Lib. III. cap. 3.*

RODERICUS, Alphonsi IX. Regis Legion. filius naturalis, ex Aldoncia Martinez de Silva genitus, Dn. de Aliquer, Præfectus limitis.
Uxor, Agnes Rodriguez de Cabrera.

Johannes-Alphonsi, ✠ improlis.	Aldoncia, ux. *Stephani Fernandez de Castro.*	Petrus Alphonsi de Leon. *Maria Svarez de Benavides IV. Domina de Benavides,* cujus majores Tab. VIII. exhibet.	Diegus-Alphonsi.	Teresia-Alphonsi, nup. *Nunio Gonzalez de Lara, Dom. Laræ.*

Alphonsus Perez de Benavides, V. Dom. de Benavides, obiit an. 1284.
Uxor, *Teresia Rodriguez Tenorio, Petri Ruiz, Dn. de Tenorio fil. Petri, Alphonsi IX. filii naturalis, proneptis.*

Johannes Alonso, VI. Dn. de Benavides.
Teresia, Alphonsi Godinez, fil. Domina de Cillervello.

Petrus Alonso VII. Dn. de Benavides & de Tenorio, ✠ sine prole legit.	Johannes Alonso VIII. Dn. de Benav. & de Tenorio ✠ improlis. Ux. 1. *Maria Giron, Gonsalvi Ruiz Giron fil.* 2. *Majora Vasquez de Minzo.*	Alphonsus Perez de Benavides ✠ 1358.	Maria nup. *Diæ Sanchez de Biedma,* à quibus stirps Benavidensis hodierna.	Agnes, ux. *Martini Fernandez de Toledo.*

FERDINANDUS, Alphonsi IX Regis Legionensis filius, cùm post avunculi sui mortem Castellæ Rex coronatus esset, ceu dictum fuit, annos natus octodecim, duris & difficilibus regni initiis usus, & gravibus diuturnisque ac repetitis bellis à patre & Laranis fratribus, hominibus factiosis & avidis potentiæ, jactatus est; sed mira cunctas adversitates felicitate superavit, formæ dignitate & fortitudine studia suorum sibi concilians, hisque præsidiis regnum sibi asserens. Pace cum genitore facta bellum adversus Mauros in Bætica suscepit idque haud improsperum. Isto vivis exemto Legionense regnum celeritate in consilium adhibita fluctuantibus adhuc procerum animis occupavit, & pacto cum sororibus consanguineis, in quas pater regnum transferre intenderat, inito sibi constabilivit, atque adeò duo regna, ar e LXXIII annos distracta, iterum conjunxit vinculo perpetuo. Mauros præтереà *Carduba, Murcia & tota Bætica,* quam D per annos insederant, exuit, idque omne suo adjecit imperio Granatæ quoque regem sibi stipendiarium fecit. His victoriis fidei Christianæ cultum cùm propagasset, metropolitanam Ecclesiam Hispalensem fundavit & dotavit. In apparatu denique belli Africani morte Hispali interceptus est. Morum probitate *Sancti* cognomen promeruit, omnesque fortis & justi Principis partes implevisse *Marianæ* celebratur. (*u*) A Pontifice Romano Clemente X in Sanctorum Hispaniæ patronorum catalogum, rogatu Regis Catholici Caroli II anno 1671 sollemni cermionia relatus est. Acta vitæ ejusdem, & universam canonizationis Ferdinandeæ historiam *Dan. Papebrochius* scriptis suis celebravit.

ALPHONSO X Castellæ Legionisque Regi Historiæ & Astronomiæ scientia, qua valebat, *Sapientis* cognomen peperit, cui equidem dicta factaque ejus non usquequaque responderunt. Sanè indignum viro sapiente vocem emisit, cùm arroganter & blasphemè diceret *Roderico Santio* narrante: (*w*) *si à principio creationis Dei consilio interfuisset, nonnulla melius ordinatiusque condita* fore. Neque sapientiam in consilium adhibuit, cùm egestatis ærarii sublevandæ causa monetæ valorem deminueret, factaque ea propter rerum caritate, certum mercibus pretium constitueret, unde penuria rerum orta est, plerisque res suas detentare, quàm vili pretio vendere malentibus. Prætereà parùm abfuit, quin grave sibi accersivisset bellum præcipiti consilio de repudianda *Violanta Aragonia* uxore sua, quod non statim primis matrimonii sui annis prolem ex ea suscepisset, & ducenda *Christiana Dana,* quam missis oratoribus palàm petiit & in Hispaniam deduci curavit. Iniquè enim id tulit Violantæ pater Jacobus Rex Aragoniæ, & inito cum Navarræ regina fœdere acre paravit bellum, quod equi-

(u) *Marian. L. XIII. c. 8.* (w) *Hist. Hisp. Part. IV. cap. 5.*

equidem Episcoporum prudentia & Violantæ uterus tempestivè intumescens averterunt. Confectus autem propè est pudore Alphonsus, postquàm advenisse Christianam cognovit, nec scivit, quo modo levitatem suam palliaret, & virginis honori consuleret, donec PHILIPPUS frater, Abbas Vallisoleti & electus Ecclesiæ Hispalensis Præsul, conspecta ipsius perturbatione intercessit, & sacrata veste deposita se obtulit *Christianam* ducere uxorem; quam conditionem ea, spe regni depulsa, accepit quidem, sed ex dolore contumeliæ brevi contabuit. Inconsultum quoque hoc Alphonsi factum habetur, quod filiam notham *Beatricem* Regi Lusitaniæ nuptui datam *Algarbia* dotavit, & deinde in gratiam nepotis, quem ex ea sustulit, Dionysii, regnum Lusitanicum à tributo, quo Regibus Castellæ & Legionis tenebatur, liberavit. Porrò dubium fecit Alphonsus prudenter ne an secus egerit, quod Imperium Romanum, à parte Electorum adversus Richardum Anglum sibi an. 1257 delatum diu neglexit, neque in animum induxit capessere nisi post festum, nuncio, de electo in Imperatorem Rudolpho Habspurgensi demùm excitatus; dedit itaque an. 1274 se in viam, sed in Provinciam usque duntaxat progressus suasu Pontificis Gregorii X, in Gallia tum morantis, iter relegit, domumque reversus, multa tristitia intereà contigisse reperit; nempè FERDINANDUM filium natu maximum præmatura morte abreptum esse, & Reges Granatæ ac *Bellamarini* (erat is *Jacobus à Benyuzaf*, ortus ex familia *Merinorum*, quæ Marrocii & totius propè Africæ imperium, compressa Almohadum gente, nuper armis occupaverat,) magnas in Vandalia & Bætica intulisse clades, quemadmodum *Rodericus Santii* & *Mariana* referunt. (x) Maximam ad extremum & fatalem Alphonso calamitatem peperit injustum consilium, quo Sanctium filium secundogenitum in jus primogenituræ adscivit, ordinesq; ei tanquam successori suo sacramentum dicere adegit, neglectis & propè exhæredatis nepotibus è Ferdinando defuncto, cui, & post illum gnato ejus, Alphonso *de la Cerda*, jam tum antequam iter paulò ante memoratum suscepisset, Ordines juramento obstrinxerat: Nimirū pessimè retulit gratiam Sanctius patri tam benè de se merito & facta rebellione regno eum exuit, adeoque afflixit, ut Hispali mœrore consumtus animam exhalaret. Cæterum in egregiis & fortibus Alphonsi X factis commemoratur, quod adversus Mauros feliciter pugnaverit, regnum Murciæ sibi asseruerit; quod leges Romanas in regnis suis coli fecerit, easque in *Partitas* digesserit; & tabulas publicas Hispanica lingua exarari jusserit; quod sacra biblia in eandem linguam verti, rerumque in orbe gestarum librum conscribi curaverit, quem *Generalem Historiam* Hispani appellant; quod denique astrorum contemplatione maximopere delectatus, unde & *Astrologus* appellatus est, *tabulas* ediderit, quas *Alphonsinas* vocant earumque compositioni usque ad CCCC millia scutatorum impenderit.

FERDINANDUS, R. Alphonsi X filius natu maximus, *Cerdæ* cognomentum accepit à crine in dorso insigni, cum quo est natus; à parente, ad capessendum imperium Romanū profecturo, successor in regnis Hispanicis designatus, cum substitutione filii sui Alphonsi, præmaturè vita caruit, neque genitoris reditum vidit. Hic deinde nepote impubere neglecto ad filium secundogenitum Sanctium, qui in bello Maurico strenui, neque ad pericula segnis animi signa novissimè dederat, animum adjunxit, eundemque regni hæredem nuncupavit; cujus facti cùm ob Sanctii ingratitudinem sera pœnitentia eum subiisset, conatus equidem est id emandare per tabulas supremas, quibus Sanctio regnum abrogavit, atque ALPHONSUM & FERDINANDUM nepotes suos hæredes scripsit; sed ita jam ille res suas stabiliverat, ut facilius esset, quod in proverbio dicitur, clavam Herculi extorquere, quàm Sanctio regnum. Jam anteà verò, & priusquàm Rex Alphonsus Sanctiusque colliderentur, Violanta regina, vicem nepotum dolens, ut se eosque ludibrio Sanctii subduceret, cum iisdem in Aragoniam ad fratrem suum abierat; cujus discessus autores habiti FRIDERICUS Regis frater, & Simon Ruizius Camerorum regulus, suspicionem sive culpam morte luerunt, hic enim igne, ille fune enectus est. Verùm Aragonius sorore in Castellam redire jussa, pueros custodiæ tradidit, & post decem demum annos, orta inter eum & Sanctium offensione, in libertatem restituit. (y) *Alphonsus* assumto Regio titulo contractis protinus, quantas Aragonum & exulum Castellensium ope poterat, copiis bellum Sanctio intulit, idq; in tertium usque annum continuavit, exiguò imò nullo suo emolumento; quamvis enim facta cum patruo an. MCCXC. pace, cujus arbiter Rex Galliæ Philippus Pulcher, matruelis ejus, erat, sibi regnum Murciæ cum aliquibus dominiis ei contiguis, nec non successionem in regna Castellæ & Legionis, si Sanctium improlem vivis excedere contingeret, depactus esset, prætereaque de matrimonio inter ipsum & *Isabellam*, patrui filiam, aliquid conti-

(x) *Rod. Loc. cit. cap. 4. Mar. Lib. XIII. cap. 14.* (y) *Mariana Lib. XIV.*

constitutum fuisset, nihil tamen ejus ad effectum perductum est. (z) Hinc post Sanctii excessum novũ cum Rege Aragonũ fœdus fecit, cui etiã *Johannes*, defuncti Regis frater, accessit, iterumque bello Castellam vexavit;, cujus non perinde se dedit fortuna; cùm enim in principio eo successu usus esset, ut an. 1296 ad S. Facundi oppidum Rex salutaretur, ad extremum tamen sors omnia retrò egit, ita ut pacis, inter Reges Castellæ & Aragoniæ ad Campillium, mediatore Rege Lusitaniæ anno MCCCIV. initæ, leges subire, regium nomen abdicare, arces & oppida, quæ occupaverat, reddere, inque eorum vicem alia à patruele accipere, unde vitam se dignam utcunque duceret, coactus fuerit. Ita spe regni recuperandi amissa *Exhæres* vulgò cœpit appellari. (a) Exinde in Galliam, ubi mater ejus, ex quo in viduitatem conjecta erat, agebat, sese contulit, remque ibi & uxores reperit, & denique in castro *Gentilly*, haud procul Lutetia Parisiorum vivendi finem fecit. E duplici matrimonio duos reliquit filios; è posteriore CAROLUM *de Hispania & de Cerda* cognominatum. Is à Johanne Gallorum Rege ad supremum coronæ Francicæ munus provectus, & *Comes Stabuli* an. 1347 creatus, prætereaque an. 1351 Comitatu Enculismensi auctus est; qua ex re in summam invidiam Caroli II, cogn. Mali Regis Navarræ, incidit, ita ut is percussores subornaret, à quibus Aquilæ in Normannia in lecto quietem capiens interfectus est. Prolem legitimam nullam, sed *nothum* post se reliquit *Theobaldum*, à Rege Fr. Carolo VI an. 1384 jure legitimorum donatum. (b)

LUDOVICUS *Cerda*, è priore Alphonsi Exhæredis conjugio susceptus, *Comes Claromontii* in Gallia fuit, & cognomentum *Infantis fortunæ* habuit, ex quo à Papa Clemente VI Avenione *Rex insularum fortunatarum* dictus est, ea lege, *ut barbaris earum incolis Christianæ religionis lumen inferendum curaret*, quemadmodum *Mariana* ad an. 1348 refert; quò minus verò, licet comparata Regis Aragoniæ permissu opéque classe, mare trajiceret, bella Gallica, clademque Philippo Regi apud Creciacum inflictam impedimento fuisse idem præstantissimus Scriptor literis consignavit; (c) à quo equidem non gnatus Alphonsi, sed ejus ex Ludovico filio nepos, dicitur, dissentientibus aliis omnibus, quos ego vidi, tam Gallicis tam Hispanicis Scriptoribus. Idem Thalassiarchæ Galliæ munere an. 1341 functus est, filiumque genuit JOHANNEM *Cerdam*, Alfonsi Coronelii, viri magnarum opum, magnæque inter Bæticæ regulos auctoritatis, generum; Is à socero præsidia adversus Petrum Crudelem Castellæ Regem quærente, ad Mauros legatus fuit, ubi dum moras nectit, deindeque audita soceri cæde in Lusitania exulat, *Maria*, mariti absentiã non ferens, ne tamen pravis cupiditatibus cederet, mortem sibi conscivit, ardentem fortè libidinẽ igne extinguens, adacto per muliebria titione. (d) *Johannes* cum Albuquerquio, qui legationem apud Lusitaniæ Regem obierat, in Castellam non ita multò post reversus, atque à Petro in gratiam receptus est; sed quia ut ablata socero oppida sibi restituerentur, impetrare non poterat, ad defectionem facilè rediit, & ad extremum in Bætica oppressus interfectusque est. (e) Soror ejus ISABELLA avitum *de Cerda* cognomen in familiam mariti sui secundi intulit, cui Rex Henricus II *Medinam Celinam* præmium fidei ac fortitudinis cum Comitis titulo contulit, quia florentissimam progeniẽ habuit, hodieque in Ducibus *de Medina Celi* superstitem, quemadmodum inferius ostensuri sumus.

FERDINANDUS, Ferdinandi de Cerda Principis Castellæ filius natu minor, ex uxore sua *Joanna*, Joannis-Munionis Laræ Reguli sorore ac hærede, pater factus est JOANNIS, qui ex avi materni nomine patronymicum *Nunii* vel *Munionis* nec non cognomentum *de Lara* assumsit, cumque *Mariam* Johannis Coclitis Biscajæ reguli filiam, cum qua comunẽ partiebatur proavũ, connubio sibi sociasset, dictæ provinciæ principatũ adeptus est, & *Vexillarii* munus majorum exemplo in Castella gessit. Idem Petro Crudeli primo regni sui anno gravi & propè lethali morbo decumbente inter eos, quos vulgus proceresque prout fieri assolet, successores destinabant, locum habuit; quæ res invidiam ei ac offensionem apud Regem, postquam is in gratiam cum valetudine rediisset, conflavit; ea impulsus in Ulteriorem Castellam discessit; ubi dum provinciæ studia tentat morte Burgis oppressus est, relicto filio bienni, cui *Nunio* nomen fuit. Hic dum Regis, Principatui Biscajæ inhiantis, sævitiæ avaritiæque à fœmina, cujus curæ erat concreditus, subducitur, in fuga intra paucos dies discessit; sororibus verò ejus in Regis potestatem redactis, *Biscaja*, *Lerma*, *Lara* aliaque oppida

O sub

(z) *Sainthe Marthe Hist. de Fr.* (a) *Marian. Lib. XX. Cap. 8.* (b) *Sainthe Marthe Hist. Geneal. de Fr. Lib. XXII. Cap. 7. Anseaume hist. des gr. Offic. de Fr. Cap. 2.* (c) *Marian. Lib. XVI. cap. 14.* (d) *Id. Lib. XVI. cap. 17.* (e) *Id. Lib. XVII. cap. 1.*

fub ipfius imperium conceſſerunt. Illæ poſteà, ferentibus ita regiis rationibus, viris ſe dignis elocotæ, ſed poſt brevem matrimonii uſuram juſſu Regis indigniſſimè vita privatæ ſunt; altera earum *Iſabella*, Johannis Aragoniæ Infantis uxor, filiam poſt ſe reliquit *Florentiā*, quæ poſt parentum necem ad Gaſtonem Phœbum Bearnenſem Regulum confugit, à quo humaniter accepta & habita, Petro ejus fratri naturali nupſit; harumque nuptiarum beneficio Biſcajæ principatum recuperavit, & maritum conſortem poteſtatis fecit, ex quo duos procreavit liberos *Petrum* & *Adrianum*; his una cum matre mortuis Henricus II Rex prætextu *Joannæ* uxoris, filiæ Blancæ Laranæ, quæ à Comitibus Biſcajæ genus ducebat, illam regionem invaſit, & Caſtellæ regno incorporavit. (*f*)

JOHANNES, Alphonſi X filius, ordine nativitatis quartus, Hiſpali & Paci Auguſtæ ſub clientela Regis Caſtellæ imperitare ex teſtamento parentis debebat; ſed à fratre Sanctio hæreditatem hanc adire prohibitus, malè contentis & ſeditioſis identidem ſe adjunxit, & arma adverſus illum cum eis ſociavit, ad extremum quoque in Africam ad *Abeniacob* Machometum Regem *Bellamarini* tranſiit, quemadmodum *Rodericus Santii* refert. (*g*) *Mariana* (*h*) Tingim ad *Maroccium* Regem veniſſe ait, qui idoneum hominem nactus, per quem Hiſpaniam turbaret, benignè acceptum cultumque & viris armisque inſtructum ad recuperandam Tariffam, à Sanctio non ita multò ante expugnatam, miſit; ſed diſcuſſit atque eluſit omnes oppugnantium machinas & conatus induſtria præſidiariorum & mira conſtantia Præfecti, *Alphonſi Guzmanni*, filii ſui ſalutem fidei, quam Regi dederat, poſthabentis, unde & *Probi* cognomen nactus eſt; ita ut poſt ſex menſes obſidionem ſolverent & Africam re infecta repeterent. Poſt Sanctii exceſſum *Johannes* ex Africa in Hiſpaniam reverſus, regnum Caſtellæ ivit ſibi vindicatum, Ferdinandum fratris filium illegitimis nuptiis procreatum eſſe accuſans; itaque cum Rege Aragoniæ & Alphonſo Cerda, Regis Caſtellæ & Legionis titulos utente, in fœdus coiit, è cujus formula Legione expugnata, *Legionis Calæciæ atque Hiſpalis Rex* ibi eſt ſalutatus an. MCCXCVI. Poſt quadriennium clade, à Johanne Haro, Camerorum regulo, fœderatorum copiis illata, territus, pacem cum Rege adoleſcente fecit, urbesque ac oppida tempore belli occupata reddidit. Ferdinando Rege rebus humanis exempto, *regni Procurator* unà cum PETRO, illius fratre, conſtitutus eſt; huic cum ob rem adverſus Mauros fortiter & feliciter geſtam invidere inciperet, & præpoſtera æmulatione incitatus alieno maximè tempore, media nempe æſtate, usque in conſpectum Granatæ urbis ſe penetraret, & ſibi & Petro, qui copias ſuas cum ejus exercitu conjunxerat, exitium accerſivit. Mauri enim urbe egreſſi, æſtu, ſiti & itinere defatigatos facilè turbarunt, cumque Johannes ac Petrus ſuos colligere & ad pugnam reducere ſtricto enſe & magna vociferatione laborarent, interclufi repentè anima conciderunt, & *Petrus* quidem ſtatim expiravit *Johannes* verò alienata mente ad noctem ſpirare viſus eſt. (*i*) Hic è diverſis uxoribus ALPHONSUM & JOHANNEM genuit. Prior *Valentiæ Dominus* patris fata prævertit, *Johanna de Caſtro*, conjuge ſua fecunda, gravida relicta: ea decimo à mariti morte die gemellos enixa eſt, Zamoræ poſteà educatos, cujus oppidi Epiſcopatum alter ex illis denique nactus eſt, *Ferdinandus* autem ducta uxore prolem genuit, à qua ſtirps *Valentiorum, Mareſcallorum Caſtellæ*, orta eſt. (*k*)

JOHANNES, alter Johannis filius, cognomine *Cocles*, eò quod in pugna cum Mauris oculum amiſiſſet, Biſcajæ regulus jure materno, & octoginta oppidorum caſtrorumve dominus fuit. Erat quippe illi mater *Maria de Haro*, Lupi-Didaci Biſcajæ Comitis filia, ex Johanna, Infantis Alphonſi, Molinæ Reguli gnata, procreata, eademque ſoror Didaci-Lupi, qui patris ſui cædè, juſſu Regis Sanctii IVti perpetrata, graviter commotus, omne erga dictum Regem obſequium exuit ſeque in Aragoniam cum matre, ſorore & patruo recepit, ibidemque anno 1309 ſine prole obiit, ſuccedente ei in Biſcajæ Comitatum patruo Didaco. Is enim Biſcajam in fiſcum redactam cum Rege reconciliatus obtinuit, excluſa Maria, Didaci mortui ſorore atque hærede legitima, ad quam tamen patruo mortuo ille devolutus eſt, cum intereà Johanni Caſtellæ Infanti, Regis fratri, nupſiſſet; eundem illa poſtmodum unico filio *Joanni Cocliti* transſcripſit. Hic quoniam turbis & ſeditionibus paſcebatur, potentiæque avidus quieta usque movebat, & denique defuncta uxore *Iſabella Luſitanica* Blancæ, filia Petri Infantis Caſtellæ, Regis Alphonſi XI patrui, nuptias, ampliſſima ejus dote invitatus, ambiebat, pravis artibus, malumque in finem, minatus, niſi impetraret Alphonſum Cerdam ex Gallia ad ſpem aviti regni ſe revocaturum, à Rege modò nominato, ſpecie amicitiæ

(f) *Marian. Lib. XV. cap. 12. & 20. L. XVI. cap. 16. 18. & L. XVII. cap. 3. Oihenardus Notit. Vaſcon. Lib. II. cap. ult.* (g) *Parte IV. cap. 7.* (h) *Lib. XIV. cap. 16.* (i) *Marian. Lib. XV. cap. 16.* (k) *Salazar. Orig. de las dign. ſegl. Lib. III. cap. 1.*

citiæ, & ſpe Eleonoræ ſororis ipſi jungendæ; ut ad ſe veniret allectus, ipſiusque juſſu inter epulas obtruncatus eſt. Unica ejus filia, quæ in nutricis poteſtate erat, Bajonam in Tarbellis, quæ urbs Anglico imperio tenebatur, fuga delata. *Maria*, Johannis mater, Peralii in virginum collegio à ſuperioribus annis vitam exigens, & tunc atroci nuncio luctu oppreſſa, Biſcajæ principatum Regi vendidiſſe fertur, iniqua conditione, importuno mercatu, quia *neptis* ſuperſtes erat, *Joannis Nunii Laræ*, Ferdinandi Cerdæ gnati, poſteà *uxor*, cui tandem, Regis ira remittente, Biſcaja reddita; paterna verò Johannis oppida arcesque pars armis pars voluntate occupata penes Reges perpetuò jure ſubſtiterunt. (l)

In numero filiorum Regis Ferdinandi Sancti HENRICUS, etiam occurrit, Arientiæ, Berlangæ aliorúmque locorum dynaſta, *vario vir ingenio, inquietoque, morum inconſtantia mirabili, gloriæ avidus usque ad extremam ætatem potentiæque.* (m) Hic poſtquam cum proceribus, a Rege Alphonſo Sapiente fratre ſuo, abalienatis, in fœdus coiiſſet, anno MCCLVII, Nebriſſæ, quam paulò ante Mauris eripuerat, populos ad defectionem ſolicitabat, ſed viribus Regi, ſibi incumbenti, imparem ſe videns, mari Valentiam fugit ad Regem Aragoniæ Jacobum, qui cum ob amicitiam, quæ ei cum Caſtellenſi erat, profugum recipere nollet, in Africam navigavit; ubi quadriennio apud Tuneti Regem conſumto, vagus atque egens in Galliam primùm, deinde in Italiam abiit, bellum reparaturus in fratrem, ſicunde auxilia inveniret. (n) Romam delatus *Senator* ejus urbis factus eſt, faventibus ei quibusdam nobilibus, (o) necnon Clemente Papa, à quo filiam inter Græcos Principes nobiliſſimi *Michalippi*, in matrimonium illi deſtinatam, & Corſicæ Sardiniæque regna delata fuiſſe, eò quod operam ejus in bello adverſus Conradinum Siciliæ Regem flagitaret, *Bzovius* refert; (p) at Henricus pro juſtiore ſtare cauſa maluit, & Conradino operam ſuam commodavit. Eo a Carolo Andegavenſi victo & capto, Henricus quoque Rietii à monacho proditus & comprehenſus, ſpectator diræ mortis, qua Conradinum è medio ſuſtulit Carolus, adeſſe coactus, deindeque cuſtodiæ datus, inque ea XXVI annorum ſpatio habitus eſt: namque demum an. MCCXCIV ex illa dimiſſus in Hiſpaniam rediit. (q) Mortuo haud ita multò poſt Rege Sanctio IV, filii ejus ac ſucceſſoris impuberis, Ferdinandi IV, tutelam geſſit, regnumque adminiſtravit. Supremum diem ætate gravis *Roæ* explevit cœlebs, acciditque ejus obitus, *Mariana* dicente, *magno commodo, lætitiaque provincialium: nam unum maxime, pacem ne interturbaret, verebantur.* (r) Filium *nothum* poſt ſe reliquit, D. *Gomez Henriquez* dictum Dominum *de Probaos & Nendos*, & bis maritum, primò *Mariæ Sanchez de Fines*, cujus geneſin Tabula IX refert, dein *Majoris*, Alphonſi Sarrazæ gnatæ, ex utraque prolem ſuſcepit, unde illuſtris orta eſt propago *Henricorum de Probaos & Villalba* (s)

SANCTIUS IV poſt Alphonſum X genitorem ſuum imperium in Caſtella & Legione tenuit; imò occupavit antequam ille de vita & regno deceſſiſſet; itaque non tantum injuſtus fuit ergà fratris ſui natu majoris filios, ad quos ſucceſſio in regnum jure pertinebat, ſed etiam impius adverſus parentem; cujus diras execrationes in publico conventu dictas, fulminaque è Vaticano cœlo in caput ſuum vibrata ſprevit & pro nihilo putavit; his tamen flagitiis partum imperium bonis artibus exercuit. Erat in eo vividum ingenium, fortis animus, & in quamcunque ſe partem dediſſet ſolers, morum etiam comitas, & in loco liberalitas. Mauros terra marique vicit, & variis oppidis, inprimis *Tariſa,* olim *Cartheia* vocata, atq; à Saracenis ætate Regis Roderici inter prima Hiſpaniæ oppida occupata, poſt longam & pertinacem obſidionem exuit. Diſciplinam militarem ſeveriſſimè & propè crudeliter exegit, cumque ea propter aliquando in exercitu gravis ſeditio orta eſſet, nudus & vix lacinia tectus in medium tumultuantium gregem ſe conjecit, clamans, *aut Saracenos hoſtes aut me percutite, qui vos percuſſi, nec hodiè eisdem infidelibus tantam detis gloriam, & vobis ipſis tam funeſtam ignominiam, ut gladiis veſtris, non hoſtibus, pereatis,* hacque confidentia & animi præſentia ſtupefactos ad obſequium redegit. (t) Supremum diem Toleti obiit, in eam urbem lectica militari deportatus, poſtquam Compluti letali morbo correptus fuiſſet, anno regni ſui undecimo.

AD TAB. IX.

FERDINANDUS IV cum patri in imperium ſuccederet decimum ætatis annum vix exceſſerat, itaque in conventu Valliſoletenſi Henrico, ejus propatruo regni procuratio de-

 creta

(l) *Marian. Lib. XV. cap. 18. & 19.* (m) *Marian. Lib. XIV. Cap. 7.* (n) *Id. Lib. XIII. Cap. 2.* (o) *Rod. Sant. Hiſt. Hiſpan. Parte IV.* (p) *Hiſt. an. 1263.* (q) *Marian. Lib. XIV. Cap. 16.* (r) *Lib. XV. cap. 7.* (s) *Vidania Hiſt. de Benavides pag. 49.* *Salazar de Mendoza, Orig. dign. Lib. III. cap. 4.* (t) *Roder. Sant. P. IV. c. 7.*

creta est, educandi verò Regis cura penes reginam matrem mansit. Gravibus verò & diuturnis turbis jactatum est hoc regimen, primas Dieghus Harus & Laræ fratres dederunt ex odio & invidia adversus Henricum; mox patruus Regis Johannes, ex Africa, ubi eatenus se tenuerat, reversus, factiosorum numerum auxit, consiliisque & armis cum Rege Aragoniæ nec non Alphonso Cerda sociatis, bellum Ferdinando intulit, varia fortuna gestum. Postquam satis diu tumultuarum fuit, & Ferdinandus interea ad ætatem moli regiminis parem venit, de pace agi ceptum, eaque Dionysio Rege Lusitaniæ arbitri partes suscipiente, ad Campillium quo tres Reges ad colloquium convenerant conclusa est d. 8 Aug. an. 1304. Exinde Castellæ & Aragoniæ Reges inita societate arma adversus Mauros converterunt, & Granatenses apud Almeriam bis castris, & denique etiam Heraclea, quam *Gibraltar* vulgò vocant, an. MCCCIX exuerunt. Post triennium cùm Ferdinandus Maurico iterum bello intentus esset, mortem propè subitaneam Giennii obiit, in strato post prandium exanimis repertus, die trigesimo, ex quo Petrum & Johannem Carvalajos fratres, homicidii accusatos, sed nec convictos nec crimen fassos, de rupe præcipites dari jusserat, atque ab iisdem, de innocentia sua frustra Deum hominesque testificatis, coram Divinum tribunal ad diem trigesimum citatus fuerat; cui provocationi quoniam eventus præcisè respondit, in miraculum res tracta, & Ferdinandus inter Castellæ Reges *Citatus*, sive in jus vocatus, cognominari cœpit. Decessit in ipso ætatis flore & medio virtutis cursu, annis XXV nondum expletis, relicto filio & successore nondum bienni. (*u*)

ALPHONSUS XI continuò ab obitu patris Rex proclamatus est, quamquam vix anniculus; magnis tenera adeò ejus ætas turbis fenestram aperuit, matre ejus, avia, patruis, propatruo, avunculo magno nec non agnato *Johanne Emanuele* in societatem educationis regiæ & regiminis vel ex toto vel aliqua ex parte venire cupientibus, suasque singulis machinas adhibentibus. Unum ex tot æmulis præferre qui cæteris omnibus imperaret, & difficile & periculosum videbatur, jamque in duas factiones proceres & urbes scindebantur, cùm mors reginæ matris *Constantiæ Lusitanæ*, quæ, dolore filii erepti, seu potius Abulæ sequestrati, nec non inopia rei familiaris contabuit, rationem reip. constituendæ expeditiorem fecit. Itaque cura Regis educandi Reginæ aviæ, regni verò procuratio Johanni & Petro, Regis propatruo & patruo, demandata est. Postquàm verò ambo in bello Maurico pariter unaque periissent, quemadmodum ad tabulam præcedentem dictum fuit, novæ contentiones ortæ sunt, factumque est ambitu Philippi, Regis patrui, Johannis Emanuelis & Johannis Biscajæ Principis, agnatorum remotiorum, sed animo opibusque pollentium, ut in tres partes discederetur & tumultus ad cædes vigerent, donec Rex auctis aviæ ipsius obitu reip. calamitatibus, regni habenas capesseret anno ætatis decimo quinto. Nec sic tamen à turbis cessatum fuit, novas subindè Emanuele & Biscajensi dantibus, & prior quidem identidem cum Rege in gratiam rediit; Biscajensi verò exitio illæ fuerunt, sicut superius dictum fuit. Compositis denique intestinis turbis, & Rege Aragonio affinitatis vinculo ad amicitiam suam perducto, Alphonsus bellum adversus Mauros diligentissimè comparavit, & felicissimè gessit, Abomelicum Regis Maroccii filium, qui ex pacto cum Granatensi Rege inito, in Hispaniam trajecit, se Algeziræ & Arundæ Regem dixit, & Heracleam expugnavit, apud Arcobrigam cæcidit, neque ita multo post die 29. Octobr. anno MCCCXL de utroque Rege Maroccio & Granatensi Tariffam obsidentibus memorabilem, supra quam cuiquam credibile est, reportavit victoriam, supra ducenta enim Maurorum millia in prœlio fugaque occubuisse, Christianorum verò non amplius viginti desideratos esse *Mariana* literis mandavit. (*w*) Exinde Algeziras civitates recuperavit, & Regi Granatensi pacem sub pacto annui stipendii concessit. Denique in obsidione Gibraltaris, quam urbem denuò amiserat, morbo epidemico correptus supremum diem obiit. Cum bellum Mauricum adornaret, novam militiam in urbe Victoria an. 1332 instituit, & *Bandæ* nomine appellavit; ea vulgari Hispanorum lingua *tænia* est, quam novi milites *rubro colore quatuor latam digitos* à dextro humero sub sinistro brachio corpori circumducebant, honoris insigne; ingenui tantùm & qui decem minimum annis in castris aulaque versati essent ad eum ordinem allecti, nobilium modò filiis majoribus exclusis: Rex ipse Magister novæ militiæ institutus; ea aliquandiu in pretio habita denique exolevit. (*x*) E legitima uxore duos tantum filios Alphonsus genuit, quorum natu majorem vita in ipso limine destituit, è pellice verò *Eleonora Gusmania*, quam viro suo Johanne Velasco viduatam deamare cœpit, numerosam,

(u) *Roder. Sant. P. IV. c. 9. Mariana L. XV. c. 2.* (w) *Lib. XVI. cap. 7.*
(x) *Mariana Lib. XVI. cap. 2.*

ſam prolem ſuſtulit; illa poſt Alphonſi obitum juſſu Petri ejus filii, & reginæ viduæ inſtinctu in cuſtodiam Talaveræ in Carpetanis data, moxque ibidem interfecta eſt. (y) Sed neq; Regina naturalem obiit mortem: cùm enim parùm honeſtè pudicitiam haberet, prætereaque turbis civilibus ſe committeret, à filio in Luſitaniam ad penates ſuos dimiſſa, ibidemque Martini Tellii Luſitani amoribus indulgens vel patris vel fratris juſſu veneno peremta eſt. (z)

PETRUS decimum & ſextum ætatis annnm agebat, cum defuncto patri in regnum ſuccederet; qualis futurus eſſet, protinus apparuit: nimirum crudelis ac ſanguinarius. Primum ſtatim imperii ſui annum cædibus *Eleonoræ Guſmaniæ* procerumque nonnullorum inquinavit, neque dum ſpiraret earum modum finemque fecit, nunquam non alacris guſtare vel potius exſorbere ſuorum ſanguinem. Vel ex regia ſtirpe, atque adeò propinquorum ſuorum numero octo virilis partim, partim imbecillis ſexus jugulari & luce privari juſſit, videlicet FRIDERICUM, JOHANNEM & DIDACUM fratres, ELEONORAM Aragoniæ reginam, amitam ſuam, *Johannemque Aragonium* ex ea natum, *Johannam & Iſabellam*, Johannis Laræ filias, & denique uxorem ſuam *Blancam Burboniam*. Hanc priusquam nuptiis ſibi adjunxiſſet, vixque puber aliquot nefanda ſtupra fecerat, & ex *Thereſia de Ayala*, cui in gynæceo matris ſuæ verſanti vitium intulit, *Mariam*, ex *Iſabella Sanctium & Dieghum* genuerat, tunc verò animum *Mariæ Padilliæ* amore occupatum habebat; hinc faſtidire Blancam in ipſo matrimonii limine cœpit, faſtiditam deſeruit, deſertam paulò poſt Aſſidoniæ carceri mancipavit, & denique veneno interfecit. Quamvis verò eum Padillia vadatum amore vinctumque attinuerit, dum vixit, laxaſſe tamen iſtis ſe vinculis viſus eſt, cùm *Johannam Caſtriam*, Dieghi Hari viduam, ſectaretur. Hujus pudicitiam, cujus laude non minus ac formæ præſtantia florebat, ut expugnaret, conjugii ſtipulationem adhibuit, fingens ſe cœlibem eſſe, Blancæ nuptias toto animo nunquam non averſatum, teſteſque ſubornans, in Epiſcopali dignitate conſtitutos, qui rem ita ſe habere, Regemque matrimonii nexu liberum eſſe, pronunciare haud verebantur. Ita decepta Johanna nuptiis feſtinatis in regios amplexus convenit, ſed citò copia faſtidium pariente relicta, regio titulo retento acceptam velavit ignominiam, filiumque ex hoc concubitu ſuſtulit *Johannem*, futurum matri ſolamen, fortunæ ludibrium. (a) Cœterum immodica crudelitatis licentia, qua uti conſuevit Petrus, ſeditionibus belliſque civilibus identidem anſam præbuit; & inprimis quidem turbis, cùm totius regni defectionem vereretur, tempore ſerviit, ſeque ultrò conjuratorum poteſtati permiſit, mox tamen iiſdem ſe ſubduxit & recuperata autoritate multa ſævè & atrociter factitavit. Itaque *Henricus* Comes Traſtamaræ, *frater* ejus *nothus*, novum ſe conjuratis ducem præbuit, & Bertrandi Gueſclini, fortiſſimi in Gallia viri, ope auctus grave bellum Petro intulit, eo ſucceſſu, ut is Toleto & omni pæne Caſtella amiſſa in Aquitaniam fugeret, & Anglorum auxilia imploraret, quibus impetratis in Caſtellam rediit, & Henricum prælio victum viciſſim fuga ſalutem quærere, & in Galliam abire coëgit. Hic verò contra fortunam niti certus, atque à Gallis armis copiiſque denuò inſtructus bellum redintegravit, & pugnam decretoriam pridie Id. Mart. an. MCCCLXIX. iniit. Victus Petrus in Montielem oppidum ſe recepit, ubi obſeſſus, atque à Gueſclino, cujus fidem ingentibus promiſſis ſolicitaverat, deceptus, in ejuſdem tentorio ab Henrico pugione percuſſus, mox brachiis inter ſe eluctantibus uterque proſtratus, Henricumque Gueſclino juvante Petrus multis vulneribus confectus eſt. (b) Hæredes regni teſtamento, jam exeunte anno 1362 & paulò poſt obitum Alphonſi filii, condito, filias inſtituit, ſuſceptas è Maria Padillia, quam legitimis nuptiis junctam ſibi à primis annis fuiſſe publicè declaravit. Illis Johannem ſubſtituit ex Johanna Caſtria genitum; ſed aliter ſuperis viſum erat, eo in regnum illi ſuccedente, quem maximè nolebat. (c)

JOHANNES, Petri Regis è Johanna Caſtria filius, juventæ ſuæ annos Bajonæ in Aquitania exegit, quo à genitore, cùm is ad Anglos profugeret, deductus fuerat. Illo è vita ſublato in Caſtellam reverti non auſus, illic ſe continuit, usque ad pacem inter Johannem I Regem Caſtell. & Johannem Ducem Lancaſtriæ, cujus uxori Conſtantiæ jus in paterna regna ſuppetebat, an. MCCCXXCVIII. initam: tunc enim Bertrando Erili, Soriæ Præfecto, in cuſtodiam traditus fuit; à quo equidem impetravit, ut filiam *Elviram* ſibi nuptui daret, ut verò è carcere ſeſe elabi pateretur, id quod & ipſe & uxor frequenter ad preces lacrymasque effuſi, & pedibus advoluti petierunt, necquaquam obtinuit, tanta Bertrandi erga

P Regem

(y) *Loco cit. cap. 16.* (z) *Ib. cap 21.* (a) *Mariana Lib. XVI. cap. 18.*
(b) *Idem Lib. XVII. cap. 13.* (c) *Libro cit. cap. 6.*

Regem erat fides. Itaque in vinculis deceſſit, gemina prole relicta, diverſi ſexus; filiam Rex continuò nactus Madriti in Dominicano cœnobio monialem ſacrari juſſit. Gnatus ſubtractus, deindeque Reginæ amitinæ ſuæ tunc puerperæ interceſſione à Rege in gratiã acceptus, atque ut eſſet, unde vitam ſuſtentaret, & in ſtudiis literarum erudiretur, Alarconis Archidiaconatu donatus eſt. Poſteà *Uxamenſis* Epiſcopus, ac tandem *Palentinus* creari meruit. Excelſi etiam animi & generoſi ſpiritus ſpecimina dedit in prælio Olmedano, quo an. 1445 pro Rege Johanne adverſus Aragonios ſtrenuè dimicavit. Neque in caſtris Veneris ſegnem ſe virum præbuit, ſed dum Salamancæ ſtudiorum ergò ageret, ex duabus concubinis *Iſabella de Drobellin* ex Anglia orta, & *Maria Bernarda* nobili fœmina numeroſam prolem genuit, cui cognomentum *de Caſtella* fuit & longa ejuſdem appellationis poſteritas. (*d*)

SANCTIUM & DIEGUM, Petri Regis filios *nothos*, Rex Henricus II cuſtodiæ mancipavit, in qua uterque vita defunctus eſt, prior in caſtro *Curiel,* alter in oppido *Coca* ſenecta ætate. Hic ex filia Caſtellani Curielenſis duos genuit liberos *Petrum & Mariam.* Hanc *Gomezius Carillo de Acunna,* Dn. *de Miedes* nuptiis ſibi adjunxit. Petrus ducta in matrimonium *Beatrice Fonſeca,* Alphonſi, Archiepiſcopi Hiſpalenſis ſorore, pater factus eſt *Petri de Caſtella,* Præfecti domus Reginæ Johannæ, uxoris R. Henrici IV, à quo Hiſpali & Guadolaxaræ propago floret. (*e*)

TELLIUM, Regis Alphonſi XI filium è pellice Guzmannia genitum, uno eodemq; partu cum Henrico, qui regno potitus eſt, editum fuiſſe nonnulli tradunt; plurium verò conſenſu & rectius de *Friderico* id refertur. Cæterum quoniam Tellio jus erat uxorio nomine in Biſcajam, auctus eſt à fratre R. Henrico an. MCCCLXVIII. titulo *Comitis,* in Caſtella hucusque inſolito, & dictus *Comes Biſcajæ & Caſtanedæ,* nec non *Dynaſta Aquilariæ.* Supremum diem in Calæcis obiit, cunctis vitæ officiis, *Mariana* (*f*) dicente, æquabilis, multis exercitus calamitatibus, fratri Regi ad extremum infenſus, quæ occaſio extitit in vulgus jactandi noxio medicamine infectis viſceribus occiſum. Liberis ejus *nothis,* in tabula enumeratis, *Alphonſus Lopez de Haro* addit *Johannem Henriquez Dom. de Camporredondo,* à quo progenies aliqua defluxit.

SANCTIUS Comitis *Albuquerquii* titulum à fratre Rege an. MCCCLXXIII. accepit, eodemque pronubo uxorem regia ſtirpe ſatam. Vitam immatura & adacta morte amiſit Burgis, quò proceres ad delectos ob periculum ab Anglis imminens habendos confluxerunt. Eodem enim Sanctius appulſus in tumultu nocturno haſta transfixus & peremptus eſt, cum ejus & Petri Mendozæ milites de hoſpitiis decertarent, & ad compeſcendos tumultuantes famulos heri eſſent progreſſi. (*g*)

AD TAB. X.

HENRICUS II, Regis Alphonſi XI filius, ſed è pellice *Eleonora Guzmannia,* genitus, à Roderico Alvari *de las Aſturias,* Dynaſta *Noronæ, Gegionis & Traſtamaræ* adoptatus, omniumque ejus bonorum hæres factus eſt, quibus dominia *Cabreræ, Riberæ, Lemoſiæ & Sarriæ* genitor addidit, cum titulo *Comitis Traſtamaræ,* quo uſus eſt usq; dum regium adeptus eſſet faſtigium. (*h*) Erat in eo mite ingenium, multaque oris ſuavitas, & morum elegantia, quæ non tantum cognomentum Politi & Gratioſi (*El Conde Locano y de las mercedes*) ei peperit, ſed etiam benevolentiam & favorem paſſim conciliavit. Hinc ad ipſum oculos animumque converterunt, quotquot Petri Regis crudele imperium oderunt & exſecrabantur. Itaq. an. MCCCLXV. Calagurri ad Iberum primùm à conjuratis Rex ſalutatus, Petrum ex Hiſpania pepulit; ſed ab eodem brevi cum auxiliaribus Anglorum copiis reverſo profligatus & viciſſim Hiſpania ejectus eſt. Poſteà ob continuam Petri ſævitiam à Caſtellanis revocatus, atque à Gallis viris armisque & forti clariſſimi bellatoris Bertrandi Gueſclini brachio auctus atque corroboratus, in Caſtellam rediit, & Petrum pugna decretoria prid. Id. Mart an. MCCCLXIX. victum, & artibus Gueſclini in poteſtatem ſuam redactum regno & vita privavit. Neque verò in quietam ſtatim regni poſſeſſionem hac cæde Henricus pervenit, ſed cum multis initio incommodis conflictatus eſt, quum non tantùm Dux Lancaſtrius in Anglia, Petri gener, regnum affectaret, ſed etiam æmuli ac finitimi Reges pro ſe quiſque partem imperii ſibi

(d) *Marian. Lib. XIX. Cap. 12. Nobiliar. de Eſpanna Lib. IV. cap. 13.* (e) *D. Salazar Orig. de las Digа. Segl. Lib. III.* (f) *Lib. XVII. cap. 15.* (g) *Libro cit. cap. 18.* (h) *Salazar. de Mendoza. Orig. de las dign. Segl. de Caſtell. Lib. XIII. pag. 87.* (i) *Hiſt. Hiſp. Pars IV. c. 9.*

bi contiguam &commodam decerpere conarentur. Ex iis tandē feliciter eluctatus pacem dedit magis quàm accepit, regnumque sibi asseruit. Fuere tamen inter proceres Castellæ, qui imperium ejus præfractè abnuebant, usque adeò ut solum vertere, aut comprehensi in carcere mori mallent, quam in ejus verba jurare. Qui verò in fide ipsius fuere ac permanserunt eis largè liberaliterque gratiam retulit, & maximos honores ac opes contulit, qua occasione tituli feudales Comitum, Ducum & Marchionum in regno Castellæ introducti, & Barones Hispaniæ longè quàm anteà ditiores & potentiores effecti sunt, non sine regiæ coronæ diminutione, quemadmodum *Rodericus Santii* literis prodidit. (*i*) Mortem Henrico insidiis Regis Granatensis per ocreas Maurico opere eleganter confectas, sed præsenti & efficaci veneno tinctas, atque ipsi dono missas, conflatam fuisse fama vulgavit, prudentioribus autem constitisse nervorum dolore extinctum esse, *Mariana* testatur. (*k*)

JOHANNES I, Henrico II patri in regnum successit, quod ex materna etiam successione ad eum pertinuisse *Roder. Santius* (*l*) observavit, *constabat,* inquiens, *nec Petrum ipsum, sed nec Alfonsum ejus genitorem, nec Ferdinandum IV. avum suum aliquo jure fuisse legitimos Reges, pro eo maxime, quia Alphonsus X pater Santii IV, antequam genuisset eundem Santium genuit Ferdinandum de la Cerda, qui contraxit matrimonium cum domina Blanca, filia legitima S. Ludovici R. Fr. ex qua genuit duos filios Alphonsum de la Cerda, qui se intitulavit Regem, & Fernandum: hic ex Johanna filia Johannis Nunnez de Lara genuit quandam filiam, quæ contraxit cum Johanne, filio Infantis Emanuel, qui ex ea genuit dominam Johannam, uxorem legitimam Henrici II, patris R. Johannis Imi, ad quem ex hac supputatione regna liquidò pertinebant.* At enimverò, longa Johanni I pace frui non licuit; nam tertio statim regni sui anno bellica ex Lusitania tempestas in eum ingruit; à Johanne Anglo-Duce Lancastriæ concitata, qui Ferdinandum Regem Lusitaniæ facilè in fœdus & armorum societatem pertraxit: utrumque enim interceptæ regnum Castellæ obtinendi spei dolor urebat, quod hic jure materno, ille uxorio ad se pertinere contendebant; sed adversa fortuna in ipso belli initio usi, & navali pugna victi, mox pacem à Rege Castellæ oblatam acceperunt; quæ hac inter alias lege composita fuit, ut *Beatrix,* Lusitani gnata unica, de cujus nuptiis multoties licitatum, quæque postremò Eduardo, Emundi D. Eboracensis filio, condicta fuerat, *Ferdinando,* Castellensis minori filio, rescissis prioribus pactis desponderetur, in quo, notante *Mariana,* (*m*) providebatur, ne si Henrico majori fratri nuberet, Castellæ Lusitania jungeretur. Verum cum paulò post Eleonora Castellæ Reginæ fatis concessisset, *Johannes* viduus, annuente & offerente Lusitano, vicem filii, adhuc pueruli, explevit, & *Beatricem* secundis nuptiis sibi adjunxit. Exempto deinde rebus humanis Rege Ferdinando Johannes spe minimè dubia potiundi regni Lusitanici inflatus eò profectus est, & copias armatas sequi jussit; sed memorabili ad *Aliubarrotam* clade d. XIV Aug. an. MCCCXXCV. à Johanne, defuncti Regis fratre notho, & Avisiii Magistro, posteà Rege, affectus, magna illa de spe decidit, vixque periculum, quod Castellæ à Lusitanis successu elatis imminebat, propulsavit, pace cum Anglis, qui huic quoque bello sese illigarunt, seorsim facta, his conditionibus, ut Catharinam, Lancastrici Ducis è Constantia Castellensi gnatam unicam, Henricus, Johannis filius & regni hæres, uxorem duceret, & Lancastrio ejusque conjugi dum viverent XL Francorum millia annua solverentur. Tertio abhinc anno Johannes, dum diem Dominicum spectaculo cursus equestris violat, ipseque ostentandæ peritiæ equum in vervacto subditis calcaribus in orbem concitat, loci inæqualitate, in sulcos offendens, cecidit equus, & Regem sub se & sella recipiens, lignis sellæ stomacho letaliter vulnerato, tam graviter oppressit, ut illico animam exhalaverit. (*n*) Fuisse prædicatur, *præstanti indole, facili ingenio, sedatis moribus, animo probo, minimè per se præceps, festinusve, sed aliis consiliis facilè aures præbens, sermone brevi, exigua corporis statura sed oris dignitate eminens.* (*o*)

HENRICUS III postquam tertio à parentis obitu anno, quo ætatis suæ decimum quartum attigit, regni administrationem suscepisset, procerum discordias ac factiones, quæ exortæ fuerant dum minorennis erat, nullo propè negotio sustulit, idque specimen sui dedit, ut magni, prudentis justique Principis in eo indolem esse appareret; sed summam spem, quam de eo omnes conceperunt, mox inanem reddidit diuturna ejus gravisque valetudo, quæ in cognomen quoque ei cessit; hinc *perpetua oris macies, corporis vigor vacillans, & animus curis gravioribus impar, ita ut præstare reliqua ætate nequiret, qualem prioribus annis promiserat principem, & vix cognosci posset* (ut *Marianæ* verbis utar) *quid deinceps rerum gesserit, non scriptorum incuria magis, quàm ipsiusmet cessatione Principis; republica tamen divino beneficio nullis aut levibus tempestatibus jactata.* Bella eodem regnante gesta sunt cum Lusitanis & Granatensibus Mauris haud improspera; prius per

 indu-

(i) *Hist. Hisp. Part. IV. cap. 19.* (k) *Lib. XVIII. cap. 2.* (l) *Lib. cit Cap. 22.*
(m) *Ib. Cap. 5.* (n) *Alph. à Carthagena Reg. Hisp. Anaceph. cap. 90.*
(o) *Mariana Lib. cit. cap. 3.*

inducias restinctum; posteriori verò Henricus immortuus est in frequentibus comitiis, quæ Toledum indixerat, ut deliberaretur de subsidio in istud bellum conferendo pecuniaque genti imperanda, unde equitum millia XIV, peditum L, conscribi, & triremes XXX instrui possent. Ægrotantis vicem *Ferdinandus* frater explevit, qui etiam Rege defuncto filii nondum biennis curam & tutelam suscepit, summaque fide gessit, cumque regnum sibi à proceribus delatum gloriosè repudiasset, Aragonicum deinceps, juvante Deo remuneratore benefactorum, adeptus est.

JOHANNIS II imbecillam ætatem, in qua patrem amisit, fides atque industria patrui sustentavit; hoc duce Granatense bellum, victoria terra marique parta, feliciter confectum est, eodemque auspice halcyonea Castellæ reddita sunt; postquam verò ille ad Aragonicũ regnum vocatus, triennioque elapso rebus humanis exemptus fuisset, moveri cœperunt Castellæ regna, velut rectore destituta navis, hebescente inter discordes proceres autoritate reginæ matris, quæ Regem puerum, ne ab illis subtraheretur, materiaque existeret rerum novandarum, Vallisoleti sex amplius annis & usque ad obitum suum quasi caveæ inclusum continuit, erepta libertate exeundi, & quemquam præter ministros aulæ ad se admittendi. Hinc, ut *Marianæ* verba iterum mea faciam, defuncta matre, *quasi è tenebris, & ex materno utero in hanc lucem rursus egressus perpetuò hallucinatus est; magnitudine negotii obruebatur animus, aulicorum semper obnoxius imperio, quæ maxima pernicies est: unde continui motus extiterunt & graves.* (p) *Al*varus *Luna* principatum in aula & gratia Regis tenebat; quem inde à pueritia familiariter atque effusissimè dilexit, cujus semper voluntatibus assensit, consiliisque palmam dedit, quem etiam maximis exaggeravit honoribus; cùm itaque unus omnium in regno maximè floreret, & pollens potensque esset, neq; modestiam in consilium adhiberet, incidit in invidiam odiumque multorũ, inprimis propinquorum Regis, bellisque civilibus propè continuis ansam præbuit, quorum duces & quasi signiferi erant *Johannes & Henricus Aragonii* fratres, Regis Castellæ patrueles. Cùm verò denique ipse Regis filius rebellium faveret partibus, & Toletana civitas in Regem consurgeret, pertæsus is est potentiæ ac insolentiæ Alvari, atque ab eo, quem XXXV annorum spatio in sinu habuerat, celerrrime satietate quadam abalienatus, ita ut in vincula conjectum & majestatis damnatum Vallisoleti securi percuti juberet, tertio Nonas Junii an. 1453. Caput abscissum palo impositum, & truncus tribus diebus in suggestu relictus est, pelvi juxta posita ad stipem colligendam, qua sepeliretur homo paulò ante Regibus potentia exæquandus. Rex ipse sequenti anno eadem in urbe fatis concessit. Fuisse in eo prædicantur „ non prorsus nullæ virtutes, sed majora „ vitia, molli educatione alta, corpus procerum & candidum, facies indecora; ingenium „ haud absurdum, animus quoque impiger & strenuus: „ cujus identidem specimina præbuit, tum in civilibus bellis, tum in Granatensi, quo feliciter cum Mauris apud ipsam urbem Granatam exeunte an. 1430 pugnavit, & insigni victoria potitus est. (q)

HENRICO IV, Castellæ & Legionis post parentem Regi, *Liberalis atque Impotentis* cognomina vulgò indita sunt; hoc ob naturæ vitium, illud ob munificentiam, cujus effusissimus erat, ita ut donandis oppidis, profundendis sine judicio thesauris majores omnes superasse videretur, imperii etiam majestatem imminuisse; ea tamen, nec non popularitate & clementia, qua usque ad futilitatem usus est, multitudinis studia adjunxit, nullo ut tempore ea obsequentior fuerit. Econtra maxima pars procerum alienata dissolutis ejus moribus, inertia ac socordia, quodque omni salutis & reipublicæ cura & cogitatione abjecta tantum genio suo indulgeret, & nihil non ex libidine & voluntate gratiosorum suorum ageret. Hos inter autoritate & opibus præpollebat *Johannes Paciechus* Villenæ Marchio & D. Jacobi Magister, cui se totum permisit, & quamvis maximis identidem injuriis affectus, & indignè habitus, immutata benevolentia deditus fuit, ita ut probabilem reddiderit suspicionem, injectam ipsi ab illo fuisse amentiam magicis sacris. Secundas ab illo tenebat *Bertrandus Cueva*, magnis titulis opibusque auctus, & ad Reginæ Johannæ familiaritatem admissus, eamque turpiorem ac par erat, idque conscio & hortante Rege, à quo stupri mercedem Ledesmæ Comitatum tulit. Nimirum cupiebat Rex conjugis suæ utero, vel alieno contactu intumescente, impotentiæ suæ opinionem hominibus eripere, cui evellendæ insanis quoque amoribus se occupavit; primùm *Catharinæ Sandovaliæ*, dein *Guiomaræ*, atque in illa Zelotypi amatoris specimen dedit, rivali, quem forte detexit, capitali supplicio affecto. *Blancam* etiam, priorem uxorem, non alio prætextu, repudiaverat, & ad patrem remiserat, quàm hoc, quod veneficio veneris usu prohibita esset. Ex illa verò Reginæ

(p) *Lib. XX. Cap. 11.* (q) *Mariana Lib. XXI. & XXII. Rod. Sant. P. III. Cap. XXX. & seqq.*

ginæ cum Cueva conſuetudine prognatam fuiſſe, *Johannam*, perſuaſum plerisque tunc erat, & conſequentibus annis aucta fides, licet Rex & Regina, cùm Johanna Duci Bituricum deſponderetur, jurarint juſtam prolem eſſe, proceribus etiam Sacramento adactis, non aliam regni hæredem fore: enim verò magis poſteà pudorem profanavit regina, cum à juvene quodam cui nomen Petro, in quem procaces oculos ipſa conjecerat, ſtupro oblato prægnans & geminæ prolis mater facta eſſet, videlicet *Ferdinandi* atque *Apoſtoli*, quos Toleti in D. Dominici regio virginũ monaſterio educatos occultè fuiſſe *Mariana* memoriæ prodidit. (r) Itaque cum impudicitia reginæ in propatulo jam eſſet, æternum Caſtellæ dedecus arbitrati proceres, ſi Johanna, adulterio prognata, in regnum ſuccederet, conjurationem fecerunt, & Rege ad ejus nuncium ne manum quidem vertente, neque veternum excutiente, ad nefandum facinus progreſſi ſunt. Nimirum apud Abulam in patenti campo Henrici ſtatuam regiis ornatam inſignibus ſuggeſtui impoſuerunt, publicæque variorum criminum poſtulatam & damnatam detractis ornamentis cum verborum contumelia deturbarunt. Nonis Junii an. MCDLXV. id accidit. ALPHONSUS, Henrici frater, qui toti actioni aderat, ſuggeſto impoſitus, atque humeris procerum elatus, *Rex Caſtellæ* proclamatus eſt; Maximæ inde & funeſtæ turbæ ortæ ſunt, quæ regnum miſerandum in modum afflictarunt, adeò ut ad manus etiam & juſta prælia ſit ventum; inter hos tumultus cum Alphonſus è medio exceſſiſſet, ISABELLÆ ejus ſorori regnum à magnatibus delatum, & Henricus perpulſus eſt, ut jus, quod illa in regnum haberet, confirmaret. Nupſit ea exinde *Ferdinando Aragonio*, quo cognito Henricus confirmationem illam irritam facere, & Johannam inprimis ornare conatus eſt, per idem tempus Carolo Duci Biturienſi, Ludovici X R. Gall. fratri, deſponſatam; ſed illo ante conſummatum matrimonium mortuo, & Alphonſo Luſitaniæ Rege, cui deinde Johanna ab Henrico in conventu apud Pacem Auguſtam oblata fuit, tergiverſante, poſtremisque Johannæ cum Henrico Aragonio ſponſalibus in irritum redactis, patuit denique Iſabellæ & Ferdinando reditus in gratiam Henrici, qui non ita multò poſt lateris dolore oppreſſus è vita diſceſſit, inque eo ramus Regum Caſtellæ, ex Henrici nothi progenie ortus, emarcuit, diſpari ac cœperat fama. Namque ut *Marianæ* Epíkriſin ſubjungam „ fuit in Henrico familiæ conditore vividum ingenium, & ſupra ortus conditionem „ animus major; in Johanne filio felicitas multò minor, neque par induſtria vigorque in „ Henrico nepote ignea mens, animus orbis terrarum ac cœli capax; ſed imbecilla valetu„ dine, brevique ætate præſtare diu non potuit, quas promiſerat virtutes. Johannes eo „ nomine ſecundus ingenio fuit erudito magis literis, quàm ad res gerendas idoneo. In „ hujus filio Henrico conſenuit majorum gloria fœdataque eſt: induſtriaque & virtus ſi„ bi viam ad Caſtellæ regnum atque adeò univerſæ fermè Hiſpaniæ patefecit: " namque Ferdinandus & Iſabella in Caſtellæ regna ſucceſſerunt, cum quibus ille, genitore poſt quinquennium defuncto, Aragonica conjunxit, & Granatenſe, pulſis tota Hiſpania Mauris, armis ſuæ ditione adjecit. *Johanna* non unis ſponſalibus ludificata denique Conimbricæ in S. Claræ cœnobio velum induit an. 1480, ibidemque confecta ætate deceſſit. (s)

Antequam manum de Tabula X deponamus, dicendum non nihil ſupereſt de liberis, quos Rex *Henricus* II extra thalamum Johannæ Emanuelidis genuit cum diverſis mulieribus. Illorum decem *Salazarus* (t) recenſuit, quorum omnia nomina in Tabula legere eſt; *Juſtinianus* (u) undecimum addit, nempè *Petrum*, ſeptimo ætatis ſuæ anno infelici caſu extinctum. Inter maſculos primus tribuitur Locus ALPHONSO, ex *Elvira de Vega* ſuſcepto, & ſatori ampliſſimæ ſtirpis *Noronianæ*, inferius ſuo loco enumerandæ. Poſt illum FRIDERICUS & HENRICUS recenſentur, eadem matre, videlicet *Beatrice Pontia de Leon*, editi, quamquam prioris genitricem dubiam eſſe, & dari, qui *Beatrice de Angulo* illum natum eſſe perhibeant, *Alph. Lupus de Haro* (w) refert. *Henricum*, quem hic autor ſilentio præteriit, *Salazar* uſus eſſe ait titulis *Comitis Cabræ & Ducis Medinæ Sidoniæ*, idque è privilegiis, ab eodem confirmatis, liquere. *Fridericus Beneventi* oppido à genitore donatus, & *Ducis* axiomate primus inter Hiſpanos an. MCCCLXIX. honeſtatus eſt. Virgo quoque regii generis ei deſponſa fuit, videlicet *Beatrix*, Ferdinandi R. Luſitaniæ gnata. Verùm diſſoluta deinde iſta ſunt ſponſalia, Beatrice Regi Johanni, Friderici fratri, in manum conveniente. Magna cæterum Dux Beneventanus pars fuit rerum & turbarum, quæ regnantibus Henrico III & Johanne II in Caſtella contigerunt, & iterata rebellione effecit, ut à priore an. MCCCXCIV cuſtodiæ

(r) *Lib. XXIII. cap. 11. & 13.* (s) *Mariana Lib. XXII. Cap. 15. 19. & 20. Lib. XXXIII. cap. 2, 4, 7, 9, 13, 15. & ſeqq. Lib. XXIV. cap. 4. Æl. Anton. Nepriſſ. Dec. I. Lib. I.* (t) *Orig. de las dign. ſegl. Lib. III. cap. 2.* (u) *Hiſt di Spagna Lib. III. cap. 42.* (w) *Nobiliar. Lib. IX. cap. 22.*


mandaretur, primò in caſtro Burgenſi, poſteà in monte regali; ex hoc cùm interfecto Caſtellano, Jo. Apontio, in Navarram evaſiſſet, ejusque Regis, sororii ſui, opibus, amicitiaque fretus rebus novis ſtuderet, Ferdinando, Regis Johannis II patruo ac tutori, per legatos eum expetenti, datus, & in Almodanaris arce, agri Cordubenſis, carceri denuò mancipatus eſt, cujus & vitæ ſuæ eundem finem habuit. (*x*) Filia, quam poſt ſe reliquit, utrum legitima aut notha dicenda ſit, in dubio eſt, non minus ac cœlebs ne fuerit pater, an conjugatus.


(x) *Mariana Lib. XVIII. cap. 3. Lib. XX. cap. 1.*




STEM-

STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS III.
REGUM ARAGONIÆ ET HISPANIÆ.









Scuto majori quadripartito *Ferdinandus & Isabella Reges Catholici* usi sunt, postquàm eorum conjugio Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliæq; regna, & posteà jure belli Granatense quoque regnum sub unam potentiæ molem redacta fuerunt. Castellæ & Legionis insignia prima & ultima quadra repræsentari jam constat, in secunda tertiaq; quadra, *pali* quatuor *rubei* in campo *aureo* Aragoniam, *pali* verò *aquilis nigris in solo argenteo utrinque stipati* Siciliam denotant; *malum granatum* in triquetra areola, quæ inter quadrantes intercipitur, regnum Granatense, quod significat, loquitur.

Clypeum tripartitum ex insignibus Aragonicis, Castellanis Legionensibusq; & Siculis Henricus Aragonius Dux Villenæ, à quo *Segorbii Duces* orti sunt, gessit.

Tertio scuto cui quadripartito ex symbolis regnorum Aragoniæ, Castellæ & Legionis parmula incumbit rubea *lupos duos* gradientes continens, & Gurreanam familiam designans, *Comites Ripagorciæ & Duces Villæformosæ* usi sunt, in memoriam ductæ à Johanne Aragonio Ripagorciæ Comite è Gurreana domo uxoris.

TABULA

REGES ARAGONIÆ SICILIÆQUE

XXII.

FERDINANDUS cogn. JUSTUS, Infans Castellæ, Regis Johannis I. filius secundogenitus, natus 27. Novemb. 1380. Dux Pennafielis creatus an. 1390. REX ARAGONIÆ & SICILIÆ el. 30. Jun. 1412. coron. 11. Febr. 1414. obiit 2. April. 1416.

XXIII.

ALPHONSUS, cogn. *Sapiens* & *Magnanimus*, REX Arag. Sicil. & Neapol. n. 1494. . . . . . ✠ 27 Jun. 1458. *Maria, Henrici III. R. Castell. fil.* 12 Jul. 1414. ✠ 14 Sept. 1458. *Liberos illius naturales. Vid.* Tab. XIII.

JOHANNES II, REX Navarræ, Aragon. & Sicil. n. 29 Jun. 1397, ✠ 19 Jan. 1479. Ux. (*1*) *Blanca, Caroli III, R. Navarr. fil. Martini Jun. R. Sicil. vid.* 1420, ✠ 1 Apr. 1441. (*2.*) *Johanna Henriquez de Cordua & Ayala, Friderici Admiralis Castell. f.* 1444. ✠ 13. Febr. 1468.

Maria, nup. *Johanni II. R. Castell.* 1420, ✠ m. Februar. 1448.

XXIV.

1. Carolus, Pr. Vianæ n. 28 Maji 1421. ✠ 23 Septemb. 1461. Ux. *Anna Adolphi primi Ducis Cliviæ f.* 1439. ✠ sine prole. 1448. d. 4. Apr.

1. Blanca, n. 1425. Ux. prior *Henrici IV. R. Castell.* 1440, separata 1453. ✠ 1464.

1. Eleonora, nup. *Gastoni II, Com. de Foix* 22 Decemb. 1434. *Regina Navarræ* post patrem, ✠ 12 Febr. 1479.

2. FERDINANDUS, cogn. CATHOLICUS, REX HISPANIÆ n. 10 Mart. 1453, ✠ 23. Jan. 1516. Ux. [1] *Isabella Regina Castell. & Legion.* 1469 ✠ 2 Nov. 1504. (*2*) *Germana de Foix, Johannis Vicecom. Narbonæ f.* 1506.

XXV.

Philippus nothus, Magist. Ord. S. Mariæ Montesiæ 1484. occ. à Mauris 1488.

Johannes Alphonsus, nothus, Episc. Husecæ.

Anna, notha, ux. Ludovici Cerdæ, D. Medinæ Celi, 1471.

1. Isabella, n. 2. Oct. 1470, nup. 1. Alphonso, Inf. Portug. 24 Nov. 1490. 2. Emanueli R. Portug 1497. ✠ 23. Aug. 1498.

Johannes Pr. Hisp. n. 28 Jun. 1478. ✠ 4. Oct. 1479. impr. Margarita Austriaca, Maximiliani I. Imp. f. m. Apr. 1497.

JOHANNA, REGINA HISPAN. n. 6. Nov. 1479. nup. Philippo Archiduci Austriæ, 1496. ✠ 4 Apr. 1555.

Maria, n. 29 Jun. 1482. Ux. 2da Emanuelis, R. Portug. 30 Oct 1500. ✠ Mart. 1517.

Catharina, n. 16 Dec. 1485, nup. 1. Arturo Pr. Walliæ, 14 Nov. 1501. 2 Henrico ejus fratri, R. Angl. 24 Jun. 1509 ✠ 8 Jan. 1536.

XXVI.

Ferdinandus Aragonius *Archiepisc.* Cæsaraugust. 1539. *Maria.* . . .

Anna, nup. *Joh. Alphonso de Guzman, Duci IV Medinæ Sidoniæ.*

Johanna, ux. *Johannis Borgiæ, Ducis III. Gandiæ.*

XXVII.

2. Petrus Aragonius. 1. *Raphaela de Hijar,* 2. *Leonora de Gurrea & Castro.*

Ferdinandus Aragonius.

XXVII.

1. Johannes Aragonius, ✠ improlis. *Juliana Aragonia*, ex stirpe Ducum Villæ formosæ.

2. Petrus Gabriel Aragonius *Monachus Franciscanus.*

Maria Aragonia, familiæ hæres, nup. (*1*) *Petro de Moncayo.* (*2*) *Petro Perez Calbillo de Luna.*

XI.

NAVARRÆ ET HISPANIÆ.

Ux. Eleonora de Castella, Sanctii Com. ab Albuquerque fil. 1393. ✠ m. Dec. 1435. — XXII.

XXIII.

Eleonora, ux. *Eduardi I. R. Portugall.* 1428. ✠ 18 Febr. 1445.	Henricus Aragonius, Dux Villenæ, Magister Equitum S. Jacobi, ✠ m. Jun. 1445. Ux. (1.) *Catharina, Henrici III. R. Castell. f.* 1420. ✠ 1439. (2.) *Beatrix Pimentel, Roderici Alphonsi C. Benevent. f.* 1444.	Sanctius Aragonius, Magister Ord. Alcantar. ✠ m. Mart. 1416.	Petrus Aragonius, Comes de Albuquerque, occ. ap. Neapolin. 18 Oct. 1439.

XXIV.

1. Johanna, ux. 2da *Ferdinandi Aragonii R. Neapol.* 1576. ✠ 28 Aug. 1518.	1. Marina ✠ inf.	Johannes Aragonius, *nothus, Archiepiscop.* Cæsaraugustan. ✠ 13. Nov. 1475.	ALPHONSUS, Aragonius, *nothus,* Dux Villæ Formosæ. *Vid. Tab. XII.*	Leonora, *notha,* ux. *Ludovici Beamontii C. Lerini* 1468.	2. Henricus Aragonius Dux Segorbii, cogn. *Infans Fortunæ,* n. 1445 post mortem patris. ✠ *Giomara de Castro, Alphonsi de Portugall. Com. de Faro fil.*

XXV.

1. Johannes Pr. Gironæ n. & ✠ m. Majo 1509.	Alphonsus, *nothus.* n. 1469. *Archiepisc.* Cæsaraugust. Prorex Arag. ✠ 1520. *Anna de Gurrea.*	Johanna Angela, *notha,* ux. *Bernardini de Velasco, Comestab. Castell.*	Maria, *notha,* Prior monast. S. Aug. de Madrigal.	Maria, *notha* è fœmina Lusitana, *monialis* Madrigal.	Alphonsus Dux Segorbii Comes Empor. *Johanna Ramon Folch, Ducissa Cardonæ, March. de Pallas & Com. de Prades.*	Isabella, nup. *Inico Lopez de Mendoza Duci IVto. dell' Infantadgo.*

XXVI.

Francifcus Folch de Aragonia Dux Segorbii & Cardonæ, M. de Pallas, C. de Prades, ✠ impr. 1575. *Angela de Cardenas, Bernardini Ducis Maquedæ f.*	Johanna Ducissa Segorbii & Cardonæ, familiæ suæ hæres, nup. *Didaco Ferdinando de Corduba, March. IIIo de Comares.*	Magdalena uxor 2da *Didaci Hurtadi de Mendoza, I Duc. de Francavilla & Pr. de Melito.*

Ludovicus ob s.p.
sive Henricus D Segorbe [illegible]
Ludovic Raimund D Segorbe [illegible] 1670
Joh. Fran. de la Cerda = Catharina D[ssa] Segorbe [illegible]
Dux Medinaceli
Figueroa = Felicia
Dux Feria
[illegible]
Les Ducs de Medinaceli Segorbe
de la Famile Figueroa

TABULA XII.

DUCES VILLE FORMOSÆ, COMITES RIPAGORSIÆ.

XXIV.

ALPHONSUS Aragonius, Johannis Regis Aragoniæ & Navarræ filius *naturalis*, DUX VILLÆ FORMOSÆ (*de Villahermosa*) & Comes Ripagorsiæ, 1470. obiit an. 1485. Ux. ELEONORA SOTA, ducta an. 1476.

XXV.

Alphonsus Aragonius, Dux Villæ Formosæ II. ✠ puer.	Marina, nup. 1. *Roberto Sanseverino, Pr. Salerni, & III. Duci Villæ Formosæ* 1505, & eo an. 1508. mortuo. 2. *Jacobo Appiano, Pr. Plombini.*	Johannes Aragonius, *nothus*, Comes Ripagorsæ & Lunæ. Ux. . . . Gurrea.	Leonora ux. *Jacobi Milan. Comitis de Albayda.*	Alphonsus Aragonius, *Episcopus* Tertusæ, dein *Archiepisc.* Taracon.	Ferdinandus Aragonius, *Prior* ad S. Joann. in Catalon.	Henricus Aragonius.

XXVI.

1. Ferdinandus Sanseverinus, Princ. Salern. Dux Villæ Formosæ IV, n. 18. Jan. 1507. exutus ditionibus ob defectionem ad Gallos 1552, ✠ Avenione 1568. improlis.

Alphonsus Gurrea Aragonius, Comes Ripagorsæ.
Isabella Ramon Folch, Johannis Ducis Cardonæ I. fil.

Martinus de Aragonia & Gurrea Com. Ripagors. Dux de Villahermosa.
Luisa Borgia, Johannis D. Gandiæ f.


Ferdinandus de Aragon. & Gurrea, Dux de Villaherm. Com. de Ripagors.
Johanna de Pernstein, Uratislai Dom. de Pernstein in Bohemia & Mariæ Manrique f.

Maria de Aragon. & Gurrea, hæres Ducatus de Villahermosa nup. *Carolo de Aragonia & Borgia, Com. de Ficallo.*

Martinus de Aragonia, *nothus* Hispaniæ militiæ in Italia Dux, occ. ap. Cengium in Pedemont. an. 1639.

vide p. 5[illegible]2

Yxar sive Hijar
Jacobus I R. Aragon 1276
Petrus Fernandes Dns de Hijar 1295
Marchesia F. [illegible] Rex Navarr.



Les ducs de Hijar jusqu'à present 1807

Duc [illegible] de Hijar Duc de Lecera et Almazon Comte Duc d'Aliaga de Castellet Prince de la Portella

Fernando d'Aragon et Borgia [illegible] Dux Villa Form.
Luisa d'Aragon [illegible] de Luna

Charles de Aragon Borja Gurrea et Aragon IX Dux Villahermosa [illegible]
vice Rex de Catalogne ob 56 1692.

EXEGE-



EXEGESIS HISTORICA.



ERDINANDUS, Johannis, hujus nominis inter Reges Castellæ & Legionis Primi, filius, Henrici III frater, natu minor, à genitore an. 1386 Comitatum *Majorgæ* dein an. 1390 *Laræ* Principatum & *Pennafielis* oppidum, *Ducis* nomine accedit solemni ceremonia, qua *corona* ejus capiti imposita fuit, *nullis extantibus floribus, quod collatæ dignitatis insigne erat,* ut habent verba *Marianæ,(a)* JUSTI cognomen idem memorabili facto sibi peperit: nimirum, cum frater ejus, Rex Henricus, decessisset, filio anniculo, Johanne, post se relicto, & proceres, eo ob infantiam contemto, Ferdinandum, tanquam perspectæ virtutis virum, Regem exoptarent, non solùm ille negavit, tanti se ducere regnum, ut ejus gratia inhumanitatis atque injustitiæ culpam vellet in se derivare, innocenti puero spoliato, Regina vidua neglecta, quorum patrocinium suscipere fas esset piumque, sed etiam cum in frequenti magnatum populique conventu à Sanctio Davalo, Equitum magistro, publico nomine interrogatus esset, ecquem Regem renunciari vellet, se ne, an Alphonsum, gnatum suum, an Johannem, è fratre nepotem? indignantis habitu & voce, *ecquem,* respondit, *alium nuncupabis quàm eum cui regnum jure competit, Johannem videlicet, fratris mei filium,* & confestim prolatum, quem sub chlamyde absconderat, puerum, humeroque impositum, cœtui universo ostendit, exclamans: *en Johannem vestrum!* deindeque in Regio solio colloccatum primus ad pedes ejus procumbens veneratus est, atque in verba ejus juravit. Porrò tutelam pueri pariter & regni haud segniter suscepit, & fortiter prudenterque obiit, nec, licet æmulatione & injuriis Reginæ viduæ agitatus, à fide & virtute sua transversum discessit unguem. *(b)* Neutiquam verò passa est Divina bonitas & justitia, ut careret prœmio virtutis suæ, sed alia corona piè repudiatam pensavit. Regnabat illa tempestate in Aragonia, Valentia & Catalonia *Martinus,* qui fratri suo Johanni sine virili prole defuncto, successerat; is jam senescens & ex obeso corpore veterno gravescens, cùm filium unicum cognominem, Siciliæ Regem, præmaturo fato abreptum, amisisset, cupidine novæ prolis, & procerum suasu impelli se passus est, ut juvenculam, regio sanguine cretam, *Margaritam Pratensem,* uxorem duceret, libidinis avidus magis, quàm potens; cujus facultatem exquisitis medicamentis excitare dum conatur, vitalia labefactavit, & fatalem periodum acceleravit. Antequam verò supremum obiit diem, cùm de futuro regnorum hærede in præsentia ejus disputatum esset, & in diversa studia proceres scinderentur, declaravit Rex, nullum nec jure potiorem esse, nec magis ex usu Regni fore Regem, quàm *Ferdinandum Castellensem:* è sorore sua natum. Attamen non obstitit hæc morituriturі Regis nuncupatio, quò minus illo extincto regnum complures jure hæreditatis ambirent, videlicet præter *Ferdinandum* Castellensem, *Ludovicus* Andegavensis Rex Neapolitanus, *Fridericus* Aragonius Comes Lunæ, *Matthæus* Comes Fuxensis, *Alphonsus* & *Jacobus* Aragonii, ille Dux Gandiæ, hic Comes Urgellæ. Subjungere lubet diatyposin, cognationem singulorum ob oculos ponentem:

(a) *Hist. Hisp. Lib. XVIII. cap. 13.* (b) *Id. Lib. XIX. cap. 15. & Laur. Valla Hist. R. Ferdin. Lib. I.*

JACOBUS II. REX Aragoniæ.

Alphonsus IV. Rex Aragoniæ. — Petrus Comes Ripacorf.

Petrus IV. Rex Aragoniæ. — Jacobus Comes Urgellæ. — ALPHONSUS Dux Gandiæ, C. Ripacorf.

Johannes I Rex Aragoniæ. — Leonora ux. Johannis I. Regis Castellæ. — Martinus I Rex Aragoniæ. — Petrus Comes Urgellæ.

Johanna, ux. MATTHÆI Com. Fuxens. — Jolantha, ux. LUDOVICI Reg. Neap. D. Andium. — FERDINANDUS Castellensis, Dux Pennafielis. — Martinus Rex Siciliæ. — JACOBUS Comes Urgellæ.

FRIDERICUS, *nothus* Comes Lunæ.



Ergò cùm super successione in regna Aragonica non solùm inter competitores funestæ æmulationes, sed etiam inter Aragones, Valentinos & Catalanos, in partes discedentes, maximæ contentiones gliscerent, atque ad civile bellum cuncta spectarent, meliore genio afflati proceres, populique rem totam ad compromissarios referre, & *novem viris*, ternis nempè ex singulis provinciis, virtute vitáque probatissimis, committere decreverunt, quorum judicio & sententia Rex eligeretur. Hi delecti Caspam, Aragoniæ oppidum, convenerunt, ibique auditis per XXX dierum spatium & acceptis competitorum rationibus, in oppidi arce inclusi sunt, ea lege, ut illinc prodire nisi Rege declarato nefas esset; Itaque die octavo, ex quo se concluserant, qui erat XXV Jun. an. MCDXII convocatis partibus ad audiendam sententiam, in loco edito ante valvas templi consederunt, & *Vincentio Ferrario*, Monacho ordinis Prædicatorum, qui ex delectis Valentinis erat, verba faciente, *Ferdinandum*, Infantem Castellæ, *Regem* pronunciarunt, lætante & acclamante Feliciter omni populo. Missi confestim in omnes partes nuncii, delectique legati sunt ad Ferdinandum, Conchæ in Celtiberis tunc agentem, qui ad regnum capessendum eum invitarent; nec ille cessavit, rebus in Castella ordinatis, iter in Aragoniam facere, & Cæsar augustam, se conferre ubi à cunctis ordinibus ad III Nonas Augusti Rex proclamatus, atque in verba ipsius, filiique *Alphonsi*, designati successoris, eáque propter *Principis Gerundæ* nomine salutati, juratum est. Adfuere cæteri competitores domestici, excepto Urgellitano Comite, quem rebus novis studentem Ferdinandus deinde Balagueri, ditionis ejus metropoli, obsedit, atque ad deditionem adactum in Castellam misit, ubi in custodia decessit. (c) Cæterum Regem *Siciliæ*, quod Regnum Martinus Senior post filii obitum sibi asseruit, & cum Aragonico jure postliminii conjunxit, se appellare vetuit Ferdinandus, donec in ejus possessionem venisset: ingentes enim in Sicilia motus imminebant ob vastam *Bernardi Cabreræ*, coronam pariter & matrimonium Blancæ Reginæ viduæ affectantis, ambitionem; tam dextrè verò Ferdinandus per idoneos arbitros Siculorum animos versavit, ut hi Cabreram vinctum legatis ipsius traderent, à quibus confestim Barcinonem missus ad Regem fuit; tunc itaque, rerum in Sicilia potitus, *Regis* quoque *Siciliæ* nomen assumsit, (d) nunquam tamen eam adiit, eò quod morte præventus esset. Tertio enim regni sui anno Nicæam, ad colloquium cum Imperatore Sigismundo de tollendo Romano schismate habendum proficiscens, morbo tentatus est, ita ut Perpinianum superare nequiret, sed ibi subsistere cogeretur; voti tamen colloquiique cum Cæsare compos factus est, isto post acceptum de Regis morbo nuncium Perpinianum usque progresso. Exinde Barcinonem pedem retulit, indeque in Aragoniam remeavit, verùm ex itineris molestiis & corporis agitatione in graviorem relapsus valetudinem ad *Ingualadam* fato cessit, dignus longiori vita habitus, utpote „ eximiis animi cor„ porisque dotibus, forma egregia, & cui non minus auctoritatis inesset, quàm gratiæ, „ multùm ingenii, multùm artis, vel fortunæ ad promerendas omnium voluntates, non „ suo tantùm, sed quod difficillimum est, alieno imperio. „ Corpus ad Populeti humili sepulcro est conditum; sic ipse testamento cavit, quod ante menses aliquot Perpiniani nuncuparat. Laræ principatum, Medinam Campestrem, Memblancum in Catalaunis, aliaq; *Johanni* filio legavit, *Henrico* Albuquerquium, *Sanctio* Montalbanum. *Alphonsum* natu maximum regni hæredem scripsit. Sublatis sine prole fratribus, sororum Mariæ atque Eleonoræ filios nepotesque hæredes regni substituit, ipsas exclusit, quod ad memoriam insigne visum est. (e)

ALPHON-

(c) *Luc. Marin. de reb. Hisp. Lib. XI. Laur. Valla* l. c. (d) *Fazellus de re reb. Sic. Lib. IX.*
(e) *Mariana Lib. XX, cap. 8.*

ALPHONSUS, R. Ferdinandi filius natu maximus & successor, *Sapientis & Magnanimi* cognomina, quibus posteritati commendatus est, memorabilibus & præclaris dictis factisque implevit; ea *Antonius Panormita* collegit, & IV libris descripsit, *Æneas Sylvius* verò exemplis parallelis illustravit. Primus imperii sui annis Alphonsus Sardiniam, sæpè rebellem & secum ipsam discordem, domuit ac pacavit, cumque Corsicæ etiam subigendæ intentus esset, à Johanna Regina Neapolitana in auxilium adversus Ludovicum Andinum advocatus, & certa ejus spe Reginæ facta, ab eadem in filium & regni successorem adoptatus, *Ducque Calabriæ* pronunciatus est, publicè in conventu Principum ad d. XVI Kal. Octob. Anno MCDXX tabulis adoptionis recitatis: hanc deinde Pontifex Romanus ratam habuit; Johanna verò rescidit, & mutata velificatione ad Andinum iterum animum appulit, eumque in Aragonii locum & jus successionis substituit; postquàm scilicet hic, levitati Johannæ diffisus, firmare res suas illamque in potestate sua habere molitus, ab adversa factione, opera inprimis Sfortiæ Cotigniolæ, acie exutus, & regno pulsus fuisset. Ita tempori cedere coactus Alphonsus, cùm in Hispaniam renavigaret, & Massiliam præterveheretur, quæ tunc in ditione Andium Ducis erat, urbem ex improviso adortus est, captamque diripuit atque incendit. Post aliquot annos à quibusdam magnatibus Neapolitanis, Gallicæ arrogantiæ pertæsis, revocatus, instructa classe in Siciliam profectus est, atque inde ad Insulam Ænariam accessit, ex propinquo opportunitatem regni recuperandi captaturus, cujus magnam in spem morte Ludovici Andini erectus fuit. Major animum ejus subiit, postquàm Regina Johanna quoque vivis excessisset; sed illam omnem adversa pænè evertit fortuna, quæ eodem adhuc anno MCDXXXV Alphonso, Cajetam oppugnanti, classem Genuensium objecit, eundemque post infelicem pugnam captivum eorum fecit, unà cum ipsius fratribus *Johanne* & *Henrico*. Mutavit tamen cito fortuna vultum, & Alphonso iterum arridens adversitatem illam in materiam majoris gloriæ vertit: perducti enim captivi Principes ad Philippum Ducem Mediolanensem, in cujus tum fide Genua erat, ab illo in summo honore habiti, muneribusque affecti & libertati redditi sunt, facto prius inter Regem & Ducem fœdere, eosdem sine exceptione amicos inimicosque se habituros. Ab eo tempore cuncta Alphonso proniora fuerunt: namque Cajeta, cùm Petrus Aragonius, ejus frater, prædandi tantùm studio excensionem fecisset, deditionem fecit, Acheræ deinde & Aversa fame domitæ, ad extremum ipsa regni metropolis, post longam & arctam obsidionem, astu, immissis ab Alphonso per aquæductus nocte intempesta militibus die IV Kal. Julii an. MCDXLII. capta est, neque ita multò post arces, in quarum unam, Regiam dictam, Renatus Andinus, Ludovici frater & hæres, se receperat, quamque spe omni amissa deseruerat, mari in Galliam reversus, extremam necessitatem spontanea deditione prævenerunt. Ita subacto regno Neapolitano, deindeque pacato, & rebus omnibus ex sententia compositis Alphonsus ad pacem toti Italiæ reddendam animum adjecit, & legatos ad Basileense concilium misit, quorum opera Eugenius, qui Andinis partibus favebat, de Pontificatu remotus, ejusque in locum Amadeus Dux Sabaudiæ, ascito *Felicis* nomine suffectus est. Cùm verò Florentinorum, aliarumque Italiæ civitatum intercessione *Eugenius* pristinum in locum restitutus esset, ut is Alphonsum sibi conciliaret, filio ejus Ferdinando, *è pellice genito*, jus natalium & successionis in regnum Neapolitanum impertiit. Post illa Alphonsus, annitente Papa Nicolao, cum Venetis, Mediolanensibus ac Florentinis in amicitiam, fœdus ac societatem pro communi Italiæ quiete & salute coiit ad annos XXV; verùm tertio nondum elapso, ætate ingravescente, febre oppressus & fato functus est in arce Lucullana, quam vulgò vocant *Ovi*. Princeps sua ætate clarissimus, doctissimus & magnificentissimus. Ex legitima uxore sua, pietate & pudicitia eminentissima, liberos nullos suscepit; nothos verò utriusque sexus sustulit, atque ex his *Ferdinando* regnum Neapolitanum, quasi armis partum, per testamentum legavit, in regnis Aragoniæ Siciliæque fratre *Johanne* hærede scripto. Extrema ætate puellam præstanti forma, *Lucretiam de Allanio*, deperiit, ita ut de ea in matrimonium ducenda, & Maria uxore repudianda consilia eum agitasse literis proditum sit. *(f)*

JOHANNES Aragonius, Regis Ferdinandi Justi filius secundogenitus, vigore paterni testamenti *Dux Pennafielis*, & *Princeps Laræ*, factus est; Vivente verò genitore Siciliam *Proregis* & *Archithalassi* titulo rexit, postquam *Blanca*, Martini R. vidua, à Rege Navarræ parente suo revocata fuisset, futura regni sui hæres. Eandem posteà Johannes Aragonius uxorem accepit, multis Principibus, qui certatim eam procabantur, à Navarro prælatus,

S tum

(f) *Ritius de Reg. Neap. Lib. IV. Mariana Lib. XX, XXI, & XXII. Luc. Marineus Lib. XI.*

tum ob eximias virtutes, tum ob ſpem fraterni regni; dos dicta CDXX millia florenorum, cautumque eſt, ſicuti *Mariana (g)* & nonnulli alii autores ſcripſere, ut ſi contingeret Blancam ante virum vivis excedere, iſte nihilominus reliquo vitæ tempore regnum Navarræ poſt ſoceri mortem teneret; verùm adverſari huic traditioni ipſas tabulas, quæ in chartophylaciis Pompelonenſi & Palenſi aſſervuntur, *Arn. Oihenardus* in *Notitia Vaſconiæ (h)* teſtatur. Sponſalia *Oliti* in Vaſconibus celebrata IV Kal. Jun. an. 1419, nuptiæ verò poſt Johannis è Sicilia reditum Pompelonæ peracta ſunt. Exempto an. MCDXXV rebus humanis Rege Navarræ, qua tempeſtate gener ejus turbis Caſtellenſibus diſtinebatur, miſſi ſunt confeſtim à Blanca, qui & nuncium de ſoceri morte, & regium vexillum, inſigne imperii, illi afferrent; eo accepto & prælato *Johannes* in caſtris *Rex Navarræ* proclamatus, neque ita multò poſt *Ripagorſæ* Principatu, per obitum Alphonſi Aragonii Jun. Ducis Gandiæ, auctus eſt. Pace deinde cum Rege Caſtellæ ſancita, rebusque ſuis in Navarra confirmatis, abiit in Italiam, fratri in expeditione Neapolitana operam navaturus, vel potius futurus ſocius captivitatis, in quam illum incidiſſe ſuperius dictum fuit; cum eodem verò libertati redditus, Hiſpaniam repetere, & Aragoniæ regna vicaria regere poteſtate juſſus eſt. Exinde cum civilibus in Caſtella fluctibus iterum ſe commiſiſſet, in grave, varium ac diuturnum bellum implicitus eſt, quo flagrante *Blancam* uxorem Navarræ reginam, amiſit, atque in gratiam conjuratorum Caſtellenſium gnatam Friderici, maris præfecti, illorum facilè principis, *Johannam,* ſecundis nuptiis ſibi adjunxit. Eas nova belli civilis in Navarra flamma excepit, concitata factionibus Agramontanorum & Beamontanorum; è quibus poſteriores Carolum Vianæ Principem, Johannis Regis filium, ad partes ſuas traduxerunt, & ad capienda adverſus parentem arma inſtigarunt, injuria ab iſto interceptum & detentum regnum ipſi hæreditario jure debitum, divinasque & humanas res violatas eſſe dictitantes. Sopitum hoc bellum magis quàm compoſitum ſubindè recruduit, nec tamen unquam Carolo proſperum fuit, eo denique redacto, ut ex Hiſpania in Italiam ad Alphonſum Regem, patruum ſuum, confugeret, non ita multò antè, quam is ſupremum explevit diem. *Johannes* fratris obitu *Aragoniæ* etiam *Siciliæque Rex* factus, filium in gratiam utcunque recepit, & paulò poſt morte, aut fatali, aut inſidiis novercæ conflata, oppreſſum, amiſit, nec tamen in pacis & quietis portum pervenit; ſed novis Catalaunorum motibus exagitatus eſt, qui in grave exarſerunt bellum, quod annos decem & quatuor menſes perduravit, Barcinonenſibus pertinaciſſimè Regi obſequium detrectantibus, & inter omnes rebelles poſtremis in ejus fidem gratiámque redeuntibus. Verum neque hoc bello finito pace frui potuit Johannes; in aliud & inopinatum enim cum Rege Galliæ Ludovico incidit, ob *Perpignanum,* quod oppidum unà cum Roſcinonenſi provincia Gallo oppignoraverat, pro magna pecuniæ ſumma, ſub initium belli Catalaunici ab illo mutuò ſumta. Hanc itaque ſibi reſtitui, aut in loca, pignori oppoſita, proprietatis jura cedi cùm Gallus petiiſſet, & Aragonius neutrum ſe facere poſſe reſpondiſſet, vi armata uti ille decrevit, & Perpignanum obſidione cinxit; ſed Johanne, licet jam ætate LXXVI annorum gravi, ſuapte præſentia civium militúmque fidem ac virtutem acuente, & denique Ferdinando, ejus filio, cum auxiliaribus copiis adventante, Gallus ſeptimo menſe obſidionem ſolvere, & pactis induciis à finibus diſcedere coactus eſt. Ita hoc quoque bello confecto Rex Johannes *triumphantis inſtar, curru cyanea veſte conſtrato ſublimis, agentibus quatuor candidis equis,* & ingenti nobilium, magiſtratuum, militumque turba ſtipatus, Barcinonem intravit; ubi quinto abhinc anno labore ſenioque coofumptus & febri oppreſſus, naturæ conceſſit. Corpus ad Populeti ſepultum eſt; *inferias ut darent, funusque curarent, regius cultus oppignorari debuit; tanta erat pecuniæ inopia.* Vixit annos XXCI, *vegeto ſemper corpore, & belli ac venationis laboribus par, animo vivido, magnitudine & varietate rerum geſtarum, ac diuturnitate imperii maximis Regibus exæquandus.* Extremam ætatem ſuam dedecoravit amoribus puellæ, cui *Franciſcæ Roſæ* nomen fuit, libidinis avidus magis, quàm potens; ſed vegetiore etiam ætate amoribus vagis deditum fuiſſe, liberi documento fuerunt, ex concubinis geniti, & in tabula notati. In his *Johanni* & *Alphonſo* Caſtellanæ & generoſæ matres fuerunt; *Leonora* verò fœminam Navarram, de *Anſarum* familia, matrem habuit, qua etiam *Ferdinandus* & *Maria,* in puerilibus annis exſtincti, nati ſunt. Legitima proles, è diverſo matrimonio ſuſcepta, in regna ſucceſſit, nempè *Eleonora* materno jure in Navarrenſe, *Ferdinandus* in Arragonica. *(i)*

HEN-

(g) *Lib. XXII. Cap. 10.* (h) *pag. 351.* (i) *Mariana Lib. XX. cap. 8. & ſeqq. usque ad Lib. XXIV, cap. 18. Luc. Marin. Lib. XX. & ſeqq. usque ad Lib. XVIII.*

HENRICUS Aragonius, inter filios R. Ferdinandi Justi ordine nativitatis tertius, eodem propè temporis spatio, quo genitor Aragoniæ regnum obtinuit, *Magister ordinis S. Jacobi* creatus est; cumque deinde *Catharina* soror Johannis II R. Castellæ, hoc haud invito ipsi nuberet, impetravit à Martino Papa, ut ditio ad Magisterium dicti ordinis pertinens, in Principatum mutaretur, ipsiusque posteris hæreditaria esset; sed hoc decretum à Rege modò nominato, majore ætate, rescissum est. Enim verò Henricus fratresque ejus perpetuas in Castella turbas serere satagebant, Regem, qui à nutu Alvari Lunæ, gratiosi sui, pendebat, in sua potestate habere, aut saltem autoritate in ejus aula præpollere cupientes; itaque nunquam non bellum ostentarunt, tùm etiam, cum Catharinæ nuptias Henricus ambiret: quas illa ideò aversata est initio, negans eum virum passuram, qui armis & immanitate extorqueret, quod officiis & benevolentia erat impetrandum. Victa tamen sive imbecillitate sive inconstantia *Talaveræ* in Carpetanis in manum illi convenit; dos dicta *Villenæ* principatus *Ducis* nomine. Eodem verò, omnibusque, quas in Castellensi regnó ex hæreditate paterna perceperat, ditionibus multatus est deinde ab affine, ob repetitam crebrò seditionem, in qua deniq; etiam vitam amisit: namque in pugna adversus Castellenses apud *Arevalum* oppidum die XIV Kal. Jun. an. MCDXLV vulneratus & fugatus, ex eo vulnere, quod in sinistra acceperat, noxio, ut creditum est, medicamine contabescente brachio, *Calatajubæ* brevi extinctus est; *vir magni quidem, sed inquieti animi, neque otium patientis.* (*k*) Uxor ejus secunda *Beatrix Pimentelia* posthumo partu filium enixa est, HENRICUM nominatum. Hic an. MCDLXIX *Segorbii Dux* creatus, cognomen *Infantis Fortunæ* tulit, ob varios fortunæ casus, quibus fuit jactatus, maximè ob spem conjugii cum *Johanna* Principe, qua à Rege Henrico IV lactatus, in Castellam an. MCDLXXIII venit, ibidemque multo cum honore exceptus est. *Major* autem *expectatio*, scribente Mariana, *quàm successus fuit; quem ex fama proceres probarant, visum contemsere, insigni hominem arrogantia; quippe qui proceribus complexum ferentibus manum osculandam in os ingereret, nondum opibus fundatis, neque veritus rerum mobilitatem, hinc conjugium est impeditum.* (*l*) Intervenisse quopue artes Jo. Pacieci Magistri S. Jacobi, potentia ap. R. Henricum præpollentis, & tunc à genero suo Comite Beneventano, qui autor fuerat Henrici Aragonii ad Johannæ nuptias evocandi, capitali odio dissidentis, *Æl. Anton. Nebrisiensis* memoriæ prodidit. (*m*) Mortuo Rege Henrico factiosis initio se adjunxit, eaque propter ditionum jacturam fecit; brevi verò à Ferdinando & Isabella Regibus in ordinem coactus veniam commissorum impetravit, & Segorbium Emporitanosque recepit. (*n*) Posteà cum Johannes, Regum modò memoratorum gnatus unicus, è vivis excessisset, & Isabella, soror ejus natu maxima, Castellæ hæres dicta esset, nec perinde Aragoniæ, ob aversam magnatum regni hujus voluntatem, contendit noster sibi & Alphonso filio regiæ hæreditatis jus post Ferdinandum relinqui, eò quod genus paternum à Rege Ferdinando Justo continuato per viros stemmate duceret, fœminæ verò instituto & legibus ab Aragonico sceptro arcerentur. (*o*) At enim verò de regni spe dejecti filio ALPHONSO, cujus mentio modò facta est, alia incrementa obvenerunt felici cum hærede. Folchiorum, Cardonæ Ducum, connubio; stirps verò ejus in nepote FRANCISCO Segorbii & Cardonæ Duce defecit, cujus proinde hæreditatem soror JOHANNA crevit, & utrumque Ducatum aliaque avita & materna bona in *Cordubensem* familiam transtulit.

SANCTIUS Aragonius, quartus R. Ferdinandi Justi filius, nondum pueritiæ annos egressus, *Alcantarensis* militiæ *Magister* in locum Ferdinandi Villalobi an. 1409 substitutus est, ætatis legem Benedicto Pontifice solvente; paucis verò post annis præmaturè vita caruit. Frater ejus natu minimus PETRUS Alphonso Regi in bello Neapolitano fortem & continuam præ reliquis fratribus operam navavit, sanguinemque & vitam in obsidione urbis impendit: quodam enim mane paulùm è castris speculandi gratia egressi caput pila tormentaria, ter ad terram illisa, quarto ictu comminuit, ita ut protinus animam exhalaret, magno fratri Alphonso desiderio relicto, *militiæ florem atque omnis elegantiæ hac die, milites, amisimus*, ingeminanti. (*p*)

CAROLUS, Johannis Aragonii è Blanca Navarra filius, secundo ætatis suæ anno ad avum maternum, Navarræ Regem, missus, & *Vianæ Princeps* dictus est, novo in Vasconibus exemplo, & ex imitatione finitimarū gentiū: eo enim tempore, videlicet an. MCDXXIII, d. 13 Kal. Febr. lege in perpetuum lata sancitum esse, ut is principatus Regum Navarræ majoribus filiis legitimus esset. *Mariana* literis mandavit. (*q*) Quinto abhinc mense in verba

S 2 infan-

(k) *Mariana Lib. XIX. cap. 19. Lib. XX. cap. 2. & Lib. XXII. cap. 2.* (l) *Id. Lib. XXIII. cap. 19.*
(m) *de Reb. gest. Ferdin. & Isab. Lib. 2. cap. 6.* (n) *Lib. XXIV. cap. 7.* (o) *Lib. XXVII. cap. 3.*
(p) *Id Lib. XXI. cap. 13.* (q) *Lib. XX. cap. 13.*

infantis à cunctis regni ordinibus juratum est Oliti, ubi Rex ingravescente ætate frequenter diversabatur: ad illum itaque post mortem avi, aut saltem matris, quam ætate grandior & vicennis amisit, jus regni devolutum fuit; attamen pro cultu, quo patrem prosequebatur Carolus, eum regnare, seque vicarium illius dici facilè passus est; usque dum idem ad secundas progressus esset nuptias; tunc enim cùm in administratione regni novercæ postponeretur, jus suum armis persequi statuit, Beamontana factione partes ipsius tuente. Apud *Ayvarem* montem castra castris opposita, signisq; collatis mense Octobri an. MCDLI Carolus victus & captus est. Restitutus à patre in libertatem bellum redintegravit, sed post infelicem apud *Stellam* conflictum, suorum aliis occisis, pluribus captis, pæne solus aufugit, & Neapolim ad Regem patruum trajecit. Hoc, dum reconciliare filium cum patre conatur, morte intercepto, regnum Neapolitanum Carolo ab omni ferè populo oblatum est, quod tamen ille, non sine magno virtutis exemplo recusavit, pauloque post propter ingentes Italiæ tumultus, qui Alphonsi Regis mortem exceperunt, in Siciliam se contulit, ibidemque modestia sua, humanitate & vitæ integritate cultum & amorem omnium sibi conciliavit. Facta denique per mediatores cum parente pace in Hispaniam multis Siciliæ magnatibus eum comitantibus, reversus, & Barcinone magna cum lætitia exceptus est. Verùm haud diu quievit; sed tertia vice contra genitorem fortunam experturus secreta cum amicis agitavit consilia, quæ cum aliqua ad illum emanassent, Ilerdam evocatus, ibidemque in custodiam datus est. Ex ea, postquam Catalani pro ejus libertate arma corripuissent, dimissus, sed non ita multò post lethali morbo oppressus, & extinctus movit suspicionem lenti veneni in custodia accepti. Meliore fortuna, patreque benigniore & justiore dignum fuisse, una omnium scriptorum est sententia: *erat* quippe, *Marinei Siculi* (r) elogio, *omnium virtutum splendore præclarus, moribus integerrimus, & justitia, modestia, liberalitate, clementia, humanitate, cæterisque rebus, quæ ad optimum perfectumque principem pertinent, omnes quidem principes antecessit.* In juventa ingeniū studiis dederat, non ut otio marcesceret, sed ut præceptis sapientiæ instructior ad rempublicam accederet; extare quoque ingenii ejus monumenta *Mariana* memoriæ mandavit: videlicet *libros Aristotelis de moribus*, vulgari Hispanorum lingua donatos; brevem *de Vasconum Regibus historiam*, prættereà versus non inelegantes, quos ad lyram pangere solitus erat. (*s*) De matrimonio liberisque ejus refert *Oihenardus*, (*t*) uxorem fuisse Carolo Vianæ Principi *Annam Clivensem*, anno MCDXXXIX ductam, testesque citat Enguerrandum Monstreletium, & monumentum quoddam Tabularii Fani S. Johannis ad imum Pyrenæum; illam porrò ait decessisse Oliti postridiè Non. April. MCDXLVIII nulla edita prole, corpusque ejus Pompelonem humandum in ædem D. Virginis illatū fuisse, ex quodam Pompelonensis tabularii libro constare. Nec diffitetur *Teschenmacherus* in *Annalibus Cliviæ* (*u*) Caroli eum Clivensi virgine connubium, multoties tamen ab Oihenardo discrepat, dum illi cognomen Vindocinæi tribuit, hancque Agnetem appellat, & demum an. 1479 vivis excessisse tradit. *Mortua Anna*, pergo jam *Oihenardi* verba referre, *Carolum de novis cum filia Harensis Comitis nuptiis faciendis sollicitatum a Rege parente obtemperare abnuisse, dispar genus & inæqualem utriusque partis dignitatem causatum, elicitur è quibusdam schedis tabularii Palensis.* Denique & extremo vitæ ejus tempore de ipsius & *Isabellæ Castellensis* nuptiis magna contentione actum fuisse, *Marinæus Siculus* memoriæ prodidit. (*w*) Liberos habuit non justo matrimonio prognatos, ex pellice *Cappa Sicula*, PHILIPPUM & JOHANNEM. Ille, referente *Mariana*, (*x*) initio Panormitano Episcopatui destinatus, postmodum à Rege Ferdinando militari B. *Mariæ Montesanæ* Ordini præfectus, in pugna quadam cum Mauris apud Bastam mortem oppetiit. Alter verò Pontificatum *Oscensem* gessit. Nata est insuper Carolo ex nobili muliere, *Maria Armendarizia*, quam injecta spe matrimonii stuprassè dicitur, filia *Anna*, quæ Ludovici, primi *Medinæzelim* Ducis, uxor fuit. Is deinde Navarræ regnum concupiscere sustinuit, tanquam uxori suæ debitum, vitium natalium subsecuto cum matre connubio, veniaque Pontificum emendatum fuisse, prolatis publicè tabulis, veris an fictis incertum, perhibens. (*y*)

BLANCA, Caroli Pr. Vianæ soror, Henrico IV Regi Castellæ ex lege pacis inter Castellā, Aragoniam & Navarram an. MCDXXXVI. initæ, in manum convenit, nuptiis celeberrimo apparatu & solemni ludo militari Vallisoleti peractis. Verùm *nova nupta*, ut habent verba Marianæ (*z*) *ex virgine mulier facta non est, & post XIV annos à marito repudiata remissaque ad patrem, quasi maleficio, sacrisque magicis Veneris usu prohibita, alienæ culpæ pœnas dedit.* Denique victima fœde-

(r) *De reb. Hisp. Lib. XIII.* (s) *Lib. XXI. cap. 16.* (t) *Notit. Vasconiæ pag. 352.*
(u) *Parte II. pag. 256.* (w) *de reb. Hisp. Lib. XIII.* (x) *Lib. XXV. cap. 6. & 12.*
(y) *Mariana Lib. XXIV. cap. 5.* (z) *Lib. XXI. cap. 15. & Lib. XXII, cap. 14.*

fœderis inter parentē, quem motus Catalaunici angebant, & Regem Galliæ an. MCDLXII sanciti, facta est: cum enim morte Caroli fratris ad ipsam Navarræi regni jura devoluta essent, *Fuxensis* Comitis, sororii sui, potestati, urgente Gallo, permissa, & Oleto deducta est, multùm superum hominumque fidem obtestata, datis quoque ad Henricum, quondam maritum, mandatis, *ut pristini amoris memor infelicis quidem, sed conjugis tamen, jamque afflictæ misereretur; ad alias ærumnas eripi libertatem, mox vitam ereptum iri*; nec vanus erat hic metus; namque in *Ortesia*, Fuxensi arce, asservata, veneno haud multò post periit, *nullo inter mortales vindice*. Corpus in urbe Lescare tumulatum. (*a*) Supremum verò Numen pœnas tandem repoposcit; neque sivit Fuxensem regno, parricidio quæsito, potiri, sed in robore ætatis ante socerum eum abripuit, postquàm prius filii natu maximi, & in spem regni educati, funus turbato mortalitatis ordine extulisset. ELEONORA ejus uxor patri quidem superstes fuit, & Navarræ regnum materno jure obtinuit, verùm intra mensem primum morte intercepta est. Successit in regnum nepos è filio natu maximo, eoque ceu dictum præmortuo, sed hic etiam præmaturè, & vix ephebus factus, veneno extinctus est, relicta sorore, quæ Navarræ regnum ad Johannem Albretanum, tori socium, transtulit, sed maxima ejus parte à Ferdinando Rege Hispan. exuta, præ mœrore inde contracto animam efflavit.

FERDINANDUS, Johannis Regis Aragoniæ filius, è posteriore ejus matrimonio prognatus, quo die *Sosii*, Aragoniæ oppido, lucem primitus aspexit, monachum Carmelitani ordinis fatidicum Neapoli Alphonso Regi dixisse perhibent: *hodiè in Hispania citeriore puer tui generis est natus, cui cœlum nova imperia pollicetur, ingentes opes, felicitatemque pio præ cæteris, religionisque cultori & amplificatori præclaro.* (*b*) Abundè illa omnia Ferdinando obvenerunt: principio *Castellæ Legionisque* regna felici connubio, quod cum *Isabella*, illorum *hærede* junxit, nactus est; cujus quidem imperii initia multa cum molestia conjuncta erant, proceribus regni auctoritatis suæ cothurnum graviter ubique custodientibus, & potestati regiæ id tantum, quod volebant; concedentibus. De jure quoque successionis gubernationisque inter Regem & Reginam disceptari cæpum est; de quo equidem ita à primoribus regni statutum fuit, „ regni hæreditatem successionemq; & administrationem pertinere ad Reginam tametsi „ fœminam, propterea quod esset unica Johannis Regis filia superstes, à Regibus Castellæ „ & Legionis recto stemmate descendens, neque posse ad alium quempiam pertinere hæ„ redem, qui per lineam lateralem ab eisdem Regibus descenderet; „ Regina tamen unicæ tunc filiæ mater quid imposterum accidere posset, quidque ex utilitate regni esset animo secum volvens, cum marito, quem amabat & colebat, suaves sermones habuit, & imperatum est ab utroque, ne hac de re imposterum disceptaretur, constitutumque inter eos, ut diplomata & dicta literæque publicæ sub utriusque nomine ederentur, & sigillis, quibus Castellæ Aragoniæque regni insignia impressa essent, munirentur; in monetis quoque utriusque imago cum nominibus exprimeretur. (*c*) Turbatum deinde fuit ob Johannam, Reginæ Johannæ in Castella filiam, quam Rex Lusitaniæ illius avunculus, à Marchione Villenæ & Archiepiscopo Toletano, aliisque factiosis excitus, irruptione in Castellam facta, Reginam proclamari jussit; sed victi Lusitani, & arcibus, quas occupaverant, iterum exuti, pacem denique acceperunt, cumque Johanna etiam regno & seculo valedixisset, monasticamque amplexa esset, halcedonia secuta sunt. Eorum beneficio Ferdinandus prava superioris temporis instituta, quæ in tanta rerum perturbatione irrepserant, emendaturus, autore *Alphonso Quintanilla*, codicem legum condidit, quæ *leges Tauri* appellatæ sunt, ab urbe Tauro, sed post Reginæ Isabellæ mortem demum promulgatæ fuerunt. Tribunalia item sacrarum quæstionum, quæ vulgò *Inquisitio Hispanica* dicuntur, an. MCDLXXVIII. instituit, & bis mille hominum crematione initiavit; quod *horrendum & detestabile reliquis natiotionibus judicium* Illustri *Pufendorfio* (*d* meritò dictum est. Inter hæc Ferdinandus, morte genitoris sui Aragoniæ, Siciliæque & Sardiniæ Rex factus, iisque regnis cum Castellensi conjunctis, ad ejiciendos Hispania Mauros animum opesque appulit, & expeditionem adversus Granatenses an. 1472. suscepit; in qua initio adversa usus est fortuna: gravem enim eodem adhuc anno cladem copiæ ejus ad Loram, aliamque sequenti annò ad Malagam acceperunt; verùm orto inter Mauros dissidio, duobusque, quos habuere, Regibus, Albohaceno & Boabdile, pertinaci inter se contentione certantibus, prospera & prona Christianis cuncta se dederunt: namque alter Regum Maurorum Boabdiles captus, Ferdinandi beneficiarius, commodusque factus est, qui fatale gentis dissidium aleret; præ-

T terea

(a) *Mariana Lib. XXIII. cap. 4.* (b) *Id. Lib. XXV. cap. 18. Luc. Mar. Sic. Lib. XIX.*
(b) *Æl. Ant. Nebriss. Lib. III. cap. 2. & C.* (c) *Mariana Lib. XXV. Cap. 18.*
(d) *In Introduct. ad hist. regn. cap. II.*

tereà feliciter cum Mauris identidem pugnatum, alia ſuper aliam urbs capta, donec ad extremum ipſa metropolis Granata magna vi obſeſſa, & poſt ſeptimum menſem exeunte anno MCDXCI. deditionem facere coacta eſt, quo pacto Maurorum regnum, quod per annos DCC. ſteterat, in Hiſpania penitus everſum eſt. Ferdinandus etiam, ne vires denuò colligeret hoſtis, Maurorum Judæorumque familias ad millia XVII. ex Hiſpaniæ finibus ejecit; illæ verò immenſis ſecum opibus ablatis vaſtam paſſim ſolitudinem hominumque penuriam effecerunt. In medio Belli Granatenſis æſtu Ferdinandus fortuna ſibi adſpirante ad id quoque uſus eſt, ut magnates, qui maximam ſibi autoritatem, ſpiritusque intolerabiles ſumſerant, coërceret, atque in ordinem cogeret, prætereaque magiſteria militarium ordinum, videlicet Calatravæ, Alcantaræ & S. Jacobi, quorum opes in immenſum creverant, ad ſe transferret, & Coronæ vinculo perpetuò adjungeret. Exinde varia oppida in oris Africæ ſita, cepit, Gades inſulam, Roderico Pontio Leoni ademtam, Regio patrimonio reſtituit, Palmam, unam è Fortunatis ſubjugavit, & denique pacto cum Rege Galliæ Carolo VIII. inito Ruſcionenſes & Ceretanos, à parente ejus coronæ Gallicæ pro CCC. millibus ſcutorũ oppignoratos, gratis recepit, atq; ad Aragonicum imperium ditionemque reduxit; quo in negotio technas & præſtigias monachorum duorum ordinis S. Franciſci, auro corruptorum, qui ſuperſtitione Caroli mentem implevisſent, adhibitas fuiſſe Gallici quidam Scriptores tradunt. (*e*) Cæterum grave tunc vitæ periculum Ferdinandus Barcinone ſubiit, à Catalano quodam, *Joanne Canamario*, diſtricto gladio impetitus, & ſub aure vulneratus d. 7. Dec. an. MCDXCII. Per idem ævi ſpatium America à *Chriſtophoro Columbo*, Ligure, detecta eſt auſpiciis Ferdinandi & Iſabellæ, quos ille ab Angliæ & Luſitaniæ Regibus ſpretus, ſeptennii patientia tandem pervicit, ut XVII aureorum millibus mutuò ſumtis tres inſtrui curarent naves, quibus navigatio feliciter ſuſcepta & repetita infinitas opes vaſtasque provincias Hiſpanis attulit. Inſulæ quoque Fortunatæ omnes ad extremum in Hiſpanorum poteſtatem opera Alphonſi Luci redactæ ſunt. At domi interea acre idque primum inter Hiſpanos Gallosque bellum rupto fœdere, de quo dictum eſt, ortum erat, inde quod Rex Gallorum Carolus expeditionem Neapolitanam ſuſcepiſſet, nequicquam dehortante Ferdinando, qui reſtitutionem Ruſcinonis & Ceretaniæ ſibi factam tanti haud reputare videri volebat, ut propterea amplum atque opulentum Neapolitanum regnum, deſerto Rege agnato, Gallorum in manus delabi inſinuatis manibus ſpectaret, viribus præſertim ſuis per affinitates cum Imp. Maximiliano & Regibus Angliæ Luſitaniæque contractas auctis. Itaque effecit, ut inter Pontificem, Imperatorem, Remp. Venetam & Ducem Mediolani ſeque ipſum ſocietas armorum adverſus Gallos iniretur, protinusque Conſalvum Ferdinandum de Corduba, Magni Capitanei encomio deinde inſignitum, ſubſidio Neapolitanis miſit. Hujus opera Gallis brevi tempore Neapoli, qua potiti erant, iterum ejectis, bellum in Ruſcinonenſes quoque fines translatum eſt; quo tamen loco factis poſt expugnatas à Gallis Salſulas induciis mox deſiit. In maximum eodem tempore luctum conjecta eſt Hiſpania acerbo Principis JOHANNIS, R. Ferdinandi filii unici, funere, quo is die decimo tertio, è quo febri tentatus fuerat, merſus eſt, intra primum matrimonii, quod cum *Margarita Auſtriaca* contraxerat, annum. Ferebat illa uterum, quod exiguum mœroris ſolamen immaturo partu poſt paucos dies evanuit. Ergò ISABELLA, Ferdinandi filia natu maxima, & *Emanuel Rex Luſitaniæ*, cui illa eadem tempeſtate, qua frater è vivis exceſſit, nupſerat, ad hæreditatem regni Caſtellenſis exciti, Toletumque delati, *Caſtellæ Principes* dicti ſunt. Aragoniis non paria tunc foventibus ſtudia; à quibus tamen Iſabella in partu exſtincta, *Michaëli* puello ſacramentum deinde dictum, isque *Aragoniæ* pariter & *Caſtellæ Princeps* hæresque ſolemni ritu pronuntiatus eſt. Verùm hoc quoque mox fatis rapto JOHANNA, ſecunda Ferdinandi filia & *Philippus Archidux*, ejusdem maritus, *Caſtellæ & Aragoniæ Principes ac hæredes* appellari cœperunt, atque in Hiſpaniam profecti jusjurandum à gente acceperunt. Anno deinde ſeculari in montanis ad Granatam à Mauris turbatum fuit, nec ſine clade Hiſpanorum, magnoque labore motus hi ſedati ſunt, eas pacis leges Mauris ſubire coactis, ut vel Chriſtianorum ſacra amplecterentur, vel in Africam trajicerent, denis aureis per capita ſolutis. In Gallia quoque pacis ſimulacrum inter Reges Ferdinandum & Ludovicum XII, Caroli VIII ſucceſſorem, erectum, & occulta ac famoſa illa ſocietas adverſus Fridericum Regem Neapolitanum inita eſt; nimirum ut ſpecie belli

Turcis

(*e*) *Vid. Fr. Belcar. Comment. rer. Gall. Lib. IV. §. 37. & Varillas Hiſt. Caroli VIII. Lib. II. Cum quibus conferri poſſunt, quæ tradunt Æl. Anton. Nebriſſ. Dec. II. Lib. III. cap. 1. & Marian. Lib. XXVI. cap. 4.*

Turcis ex illis locis inferendi, iste, eò quod cum illa gente fœdus ei esset, & juncta amicitia, quamque auxilio evocare decrevisset, regno spoliaretur, idque ita divideretur, ut Apuli & Brutii, tanquam Siciliæ contermini Hispano, reliqua Gallo cederent. Verùm facta occupatione & partitione, quum prædam opimam uterque alteri integram præripere niteretur, haud diu stetit concordia, ortisque contentionibus bellum inter nationes illas recruduit. Eo Galli primò tanquam in prolusione *apud Barletam*, ubi tredecim Galli cum totidem Italis ex Hispanico exercitu de suæ utriusque gentis honore singulari certamine depugnarunt, deinde ab Emanuele Benavida *apud Seminaram* nec multò post justo prælio à Corduba *ad Ceriniolam*, iterumque *ad Lirim* amnem victi, & urbe Neapolitana nec non Cajeta exuti, toto regno an. MDIV ejecti sunt. Vergente ad finem eodem anno *Isabella Regina* ex diutino morbo mortem obiit, qua tempestate *Johanna*, filiarum ejus superstitum natu maxima ac hæres regni, in Belgio agebat, & turbatæ mentis, aut certè per intervalla vacillantis, specimina dabat; Quamvis verò illa supremis tabulis ita constituerit, ut Ferdinandus rerum summæ præesset, donec Carolus, ex Philippo & Johanna major natu filius, vicesimum annum ætatis attingeret, Philippo genero excluso, utque in rerum, ab ipso gestarum & laborum in Granatensis regni subjugatione susceptorum, præmium XM nummûm, nec non dimidiam ex nuper repertis antipodibus proventuum partem, quot annis, dum viveret, perciperet, prætereaque trium opulentissimorum equestrium ordinum magisteriis, quæ Coronæ vindicata fuisse dictum est, per vitæ suæ tempus potiretur; proceres tamen illi, quibus Aragonium nomen infestum erat, Ferdinandi præsentiam aversantes, Philippum accersendum, istum verò ad patria regna primo quoque tempore pellendum statuerunt atque urserunt. (f) Cumque horum factio post Philippi Johannæque in Hispaniam reditum indies corroboraretur, Ferdinandus ad amicitiam Gallorum recuperandam animum adjecit, rebus suis ex ea præsidium fore ratus; quem in finem Johannem Enguerram è Cisterciensi ordine Inquisitorem in Catalaunis, quo occultior esset conatus, in Galliam ablegavit, eoque interprete *Germanæ Fuxensis*, quæ Ludovici Regis neptis è sorore erat, conjugium petiit, atque impetravit, ita ut jura regni Neapolitani in Germanam ejusq; filios transferret, quasi dotalia. (g) Pervenit tamen res inter Ferdinandum ad Philippum ad pactionem, postquam ipsimet collocuti essent; ejus vigore Castellensis regni procuratio in generum translata est; socero verò ordinum militarium præfectura, aliaque quæ Isabella testamento ipsi legaverat, relicta sunt. His peractis in Aragoniam Ferdinandus se recepit, atque ad iter Neapolitanum, jam diu animo agitatum, accinxit. Id adeò fixum ac destinatum illi erat, ut interveniente licet generi morte, sub exitum anni MDVI in viam se daret. Classe Neapolin delatus comitia ordinum egit, eosque in suum filiæque Johannæ & successorum nomen jurejurando adegit. Sequenti anno reversus est in Hispaniam, deducto secum sub specie honoris Gonsalvo Corduba, cujus causa præcipuè iter hoc susceperat, viri virtutem ac fidem ex ingenio Regum suspectam habens. In reditu Savonam appulit, ibidemque cum Ludovico Rege Gallorum, ob Genuensium motus illuc profecto, sermonem miscuit; redditus Hispaniæ turbata multa, proceres, qui à Philippi Austriaci partibus steterant, inquietos, & rebus novis studentes reperit; nihilo tamen secius administrationem regni Castellensis, quam Maximilianus Imp. nomine Caroli nepotis sui, Philippi filii, per Andr. Burgium, legatum suum, sagacem, callidum & audacem virum, expetebat, strenuo animo suscepit, & procerum in Bætica tumultuantium ferocitatem severa coërcitione castigavit ac fregit; belli quoque Hispanici metum ab Hispania propulsavit; deinde anno MDVIII in fœdus Cameracense cum Pontifice Romano, Imperatore & Rege Galliæ contra Venetos coiit, hisque urbes, quas in Calabria ob officia Neapolitanis exhibita anteà acceperant, eripuit, & Julium Papam perpulit, ut regnum Neapolitanum sibi successoribusque confirmaret, pacto annuo vectigali, festo Petri & Pauli in ærarium Romanæ sedis inferendo. Id cùm iniquè admodum ferret Galliæ Rex facilè fœdus illud dissiliit, quod Pontifex & Ferdinandus eam quoq; ob causam haud inviti deseruere, quia Venetos, plerisque jam locis in continenti exutos, prorsus ad internecionem redacturi Imperator & Rex Galliæ videbantur; itaque è re sua esse illi arbitrati sunt remp. Venetam tueri, ne Galli, quibus tum temporis Mediolanum subjectum erat, novis aucti provinciis, nimias sibi vires in Italia compararent. Atrox ea ex re bellum coortum, in quo cum Gallus Cardinales, à Julio Papa abalienatos, & Pisis concilium agitantes, in protectionem suam suscepisset,

 & Rex

(f) *Gomec. de reb. gest. Franc. Ximen. Lib. III.*
(g) *Mariana Lib. XXVIII. c. 14.*

& Rex Navarræ Johannes Albretanus Gallorum partibus studuisset, Pontifex hunc regnũque ejus anathemate feriit. Ferdinandus & Pontifici & suopte animo morem gesturus bellum Navarro intulit, occupavitque quantum hujus regni cis montes Pyrenæos Hispaniam attingit, quæ expeditio in annum seculi duodecimum incidit. *(h)* Intereà in Africa quoq; bellum prosperè gestum, & primò ductu Cardinalis Francisci Cisnerii Ximenii Mauri acie exuti, *Oranum* expugnatum, *Bugia* deinde ac *Tripolis* captæ fuerunt, quos tamen felices successus ad extremum clades in Gerbi insula Hispanis illata minuit. Agebat jam Ferdinandus annum ætatis sexagesimum, cùm hausto poculo, noxio medicamine fœdo, quod Regina spe prolem ex illo concipiendi miscuit, in adversam incidit valetudinem, nauseamque & anorexían contraxit, cui frequentia deliquia & aquæ inter cutes, haud obscura signa morbi lethalis, accessere; cum eo trienni prope spatio conflictatus tandem *Madrigalegii*, qui vicus est ad castra Julia situs, animam reddidit, & Granatæ sepultus est. *(i)* Rex vaferrimus, artiumque regnandi callentissimus, qui quid in rem conduceret suam & optimè intelligebat, & strenuè, omni scrupulo omisso, persequebatur, ita ut fidem ex commodo mutare religioni non haberet, haud levi famæ suæ detrimento: quamquam ex Phœbi cortina non prodiere cuncta, quæ de factis consiliisque ejus posteriorum temporum scriptores, ex æmula præcipuè gente, chartis illeverunt, memoriæ ejus procacissimè illudentes, & commenta ingenii, perinde ac si cogitationibus ipsius interfuissent, audacter & impudenter narrantes. *Catholici* cognomen, quod olim Recaredo Regi, cùm universam Gothorum gentem repudiatis Arii opinionibus in Catholicæ Ecclesiæ castra revocasset, in Toletano Episcoporum conventu acclamatum fuit, intermissis multis ætatibus in Ferdinando Alexander VI Pontifex an. 1496 instauravit, effecitque ut consequentibus Regibus proprium hæreditariumque esset, non sine obtrectatione & invidia Regis Lusitani, quemadmodum Mariana memoriæ prodidit, *(k)* causa adjecta, nempe quod Ferdinandus imperio universam Hispaniam non obtineret. In monumento Granatensi & Regi & Reginæ Isabellæ *Catholici* nomen tribuitur, ita enim ejus epigraphe se habet:

Mahometicæ Sectæ prostratores, & hæreticæ perfidiæ extinctores, Ferdinandus Aragoniæ, Elisabetha Castellæ Reges, Vir & uxor unanimes, CATHOLICI appellati, marmoreo conduntur hoc tumulo. *(l)* Morte Ferdinandi imperium Hispaniæ ad ejus ex filia nepotem *Carolum Austriacum* devolvebatur, cujus matrem *Johannam* amentia, ex zelotypia, qua post pellicem Belgicam cum marito deprehensam, laborare cœpit, orta, & veneficiis rivalis aucta, *(m)* minimè aptam ad regnandum reddiderat. Latebat illa *Tordesillæ*, quò jam an. 1509 à genitore, magna semper reverentia ab ipsa culto, deducta fuerat, eoque in municipio ad vitæ exitum, atque adeò XLVI annorum spatio, permansit, nunquam remittente animi ægritudine & impotentia, sed in fatuitatem denique excedente, ut illuvie & squalore delectaretur, feliumque commercio ferè unicè tempus falleret.

ALPHONSUS, Ferdinandi Regis filius *nothus, ex Aldoncia Roch de Yborra & Aleman* Cerveræ genitus, Archiepiscopatum Cæsaraugustanum nondum puber adeptus est, quamquam non sine contentione: nimirũ vacuam illam Ecclesiam morte *Johannis Aragonii*, qui Alphonsi patruus erat, Rex Johannes isti destinabat, in quo natalium vitium Sixtus IV Pontifex Roman. facilè supplevit, sed ætatis quoque veniam puero sexenni ut daret induci nequivit. Orta itaque contentione vacuus aliquandiu Archiepiscopatus Cardinali Dezpuchio collatus est, quod cùm malè haberet Regem, isque non minas tantùm spiraret, sed in bona quoque & agnatos Cardinalis grassaretur, pervicit tandem, annitente præsertim Rege Neapolitano, cui plurimùm Pontifex tribuebat, ut ea Ecclesia Alphonso puero jure perpetuæ administrationis daretur. *(n)* Genitor deinde bello Maurico districtus eundem, vix ex ephebis egressum, Aragoniis rectorem dedit an. 1482, eandemque provinciam per tabulas supremas ei demandavit, dum Carolus Austriacus absens esset. Cæterum is ex *Anna Gurrea*, quam adamavit, ita ut uxoris loco haberet, gnatas duas sustulit, nec non filium FERDINANDUM. Hunc *Lud. Morerius (o)* scripsit easdem dignitates quibus parens ejus eminuit, ornasse, & Archiepiscopatum quidem an. 1539 accepisse, Proregem Aragoniæ verò mortuum esse, prætereaque in studiis literarum historiæque, inprimis Aragonicæ, egregium

(h) *De bello Navarrensi ejusque causis Æl. Anton. Nebrissensis libros duos peculiares scripsit, cum quibus conjungi possunt, quæ Gometius in vita Ximenii Lib. V. pag. 158. edit. Wechel. & seqq. refert. Adversæ partis scriptores, qui desiderat, evolvat Thuan. Lib. I. & Belcar. Lib. XIV.*

(i) *Mariana Lib. XXX. cap. 17.* (k) *Lib. VII. cap. 4. & Lib. XXVI. cap. 12.*

(l) *Lop. de Haro Nobil. de Esp. Tom. II. Lib. VI.* (m) *Petr. Martyr. Ep. Gomec. de reb. gest. Ximen. Lib. III.* (n) *Mariana Lib. XXIV. cap. 16.* (o) *Diction. Hist. Lit. F.*

egregium fuisse, atque aliquot volumina inedita, videlicet *Historiam Regum Aragoniæ & Prælatorum* hujus regni, nec non *Nobiliarium illustriorum familiarum Castellæ, Aragoniæ, Navarræ, Cataloniæ & Biscajæ*, à se conscripta reliquisse. *Lupus de Haro* (p) his omnibus silentii sipario involutis, id tantum de eodem memoriæ prodidit, quod in Præfectura, s. Commenda majori *Alcanizensi*, ordinis militaris *Calatravensis*, Gutiero de Padilla fuerit surrogatus, & ex uxore *Maria* incompertæ originis sator extiterit propaginis in Tabula enumeratæ.

AD TAB. XII.

De ALPHONSO Aragonio *Duce* primo *Villæ Formosæ* ita *Lucius Marineus Siculus*: (q) " Fuit Alphonsus Aragonius Regis Johannis filius, non tamen ex legitimo matrimonio, & paternam omniumq; majorum suorum in re militari, prælioque gerendo virtutem non solùm est imitatus & æquavit, sed longè quidem superavit. Quod & Rex ipse & Duces non Hispani solùm, sed Galli quoque omnes uno ore prædicabant. A pueritia & teneris annis tanquam natus ad Martis opus se semper in armis exercuit. Nam & bellis quæ pater adversus Reges Castellæ, & contra Gallos & Navarræ populos atque Gothalanos reluctantes fortissimè gessit, omnibus non interfuit solùm, sed præfuit, & summam sibi laudem ac gloriam comparavit; verùm etiam deinde Ferdinandum Regem fratrem secutus adversus Alphonsum Portugalliæ Regem & Mauros Granatenses famam Ducis & gloriam immortalem adeptus est. Vir fuit corpore magnus, sed animo multò major, qui post multas & insignes victorias denique in oppido Castellæ, quod Linares appellant, vitam finivit, reliquitque filium ALPHONSUM, qui sibi in Ducatum Villæ Formosæ successit. Reliquit & alios nothos multis virtutibus præclaros. „ Fuit initio Ordinis militaris Calatravensis Magister, sed trium tantum annorum spatio, namque in rebus anni MCCCCXLII hæc commemorat " Mariana (r) Ludovici Gusmannii Calatravæ Magistri salute desperata decumbentis locum, ambitione præpropera, duo præ cæteris eximii viri obtinere contendebant: Joannes Gusmannius Promagister ordinis, Fernandus Padillia Claviger; ab hoc militum animi præoccupati erant; Joannes nullam spem honoris adipiscendi, nisi in audacia & temeritate ratus, cum manu militari Calatravæ oppida occupare pergit. Claviger eo conatu cognito, cum CCCC equitibus obviam procedit; ad Barogiam agrum acie dimicatum, victus Joannes captusque est, duo filii in pugna occisi. Oppressi æmuli præmium Padilliæ datum, quod petebat, in Magistri locum subrogatus est, quamvis obsistente Rege Castellæ, atque eum honorem Alfonso, Vasconis (Johannes tunc Navarræ Rex hoc nomine indigitatur) filio notho, dari expetente: tanta contentione, ut novo tumultu ad manus ventum fuerit. Dum Calatrava obsidetur ab hoste Vasconis filio, novus Magister, qui intra oppidum erat, lapide ictus est per imprudentiam, à suorum quodam in hostem emisso: eo sublato Alfonsus æmulus Calatravæ Magister institutus est. „ Porrò ad an. MCDXLV. (s) *Petrus Gironius, Alfonso Aragonio, qui patrem bello superiori* (adversus Castellanos) *secutus erat, amoto, Calatravæ Magister creatur.* A parente posteà cum is regnum Aragoniæ cum Navarrensi conjunxisset, *Dux Villæ Formosæ & Comes Ripagorsæ* creatus, impetum cepit repetendi Calatravæ Magisterium circa an. MCDLXXVI, *neque magna neque nulla spe* (ut Marianæ (t) verba iterum referam) *nam Gironios conciliandi præcipua Regibus cura erat; hinc molestum id Aragonio patri accidit, adeò ut Johanni, quem ille furto genuerat, Ripagorsam atque Villaformosam patri detractas daret.* Alphonsus æger mora impatientiaque *Eleonoram Sotam*, quam adamare cœperat in Isabellæ obsequiis versantem, quamvis inclinata jam ætate vir uxorem duxit. Ex ea *Alfonsum* atq; *Marinam* suscepit, *Johannem* verò paulò ante memoratum, nec non *Eleonoram* ex *Maria Juncia* concubina; ex aliis amicis *Alfonsum* Dertusæ prius, deinde Tarraconæ Pontificem, *Ferdinandum, Henricum* (u)

ALPHONSUS, Alphonsi è legitimo matrimonio filius, patri in Ducatum Villæ formosæ successit, sed præmaturè vita caruisse, nullamque prolem post se reliquisse videtur, quamvis necesse esse ratus sit *Mariana*, (w) ut eum autorem generis Villæ formosæ Duces, Ripargorsæ Comites nominent. Sororem quippe suam MARINAM hæredem habuit, quæ Ducatum Villæformosæ cum marito priore *Roberto Sanseverino Principe Salerni* communicavit, & gnatum ex eo sustulit *Ferdinandum*. Hunc *Ducis Villæformosæ* æque ac *Principis Salerni*

U titu-

(p) *Nobiliar. Lib. VI. cap. 1.* (q) *De reb. Hisp. Lib. XIII.* (r) *Lib. XXI. Cap. 17.*
(s) *Lib. XXII. cap. 4.* (t) *Lib. XXIV. cap. 12.* (u) *Id. Lib. XXV. cap. 7.*
(w) *Ibid.*


titulis usum esse *Filibertus Campanile* (*x*) refert, usque dum utriusque & omnium possessionum suarum, quas amplissimas habuit, jacturam fecit, ad Galliæ Regem Henricum II transgressus. Exinde MARTINUS *Gurrena Aragonius* s. Caroli Imperatoris sive Philippi II Regis beneficio Ducatum Villæformosæ nactus est, qui à primo Duce per filium *Johannem*, Proregis Neapolitani munere anno MDVII functum, sanguinem duxit, cujusque è gnato Ferdinando neptis Maria eundem Ducatum in Borgiarum familiam transtulit.

(x) *Del' insegne dé Nobili e famiglie Napolit. fol. 188.*



STEM-

STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS IV.
REGUM NEAPOLITANORUM.





REgno Neapolitano proprium fuiſſe digma nuſpiam legimus , ſed ex quo divulſum fuit à Sicilia cis Pharum Regum ſuorum inſignibus gentilitiis deſignari conſuevit; hinc dum Andini Duces, è Regia Gallica ſtirpe orti rerum illic potiebantur lilia cum diſcerniculo ab Andegavenſibus aſcito, in ſcutis Neapolitanis vigebant; poſtquam verò ab Alphonſo Aragoniæ Rege id occupatum & ad ipſius poſteros transmiſſum fuit, lilia cum *palis Aragonicis* commutata ſunt , hisque ſolis Reges Neapolitanos ſequenti tabula enumeratos uſos eſſe obſervavimus , nam quod à nonnullis cum teſſera Aragonica in ſcuto Regum Neapolitanorum , de quibus hoc loco ſermo eſt, conjuncta fuit illa, quæ in areæ decuſſatim ſectæ ſumma & ima parte eosdem palos , in lateribus verò aquilam exhibet, perperàm factum eſt , eò quod hoc digma ad Siciliam inſulanam ſive cis Pharum magis pertinet.


TAB.

REGES NEAPOLITANI

Chevalier de la Jarretierre & de la Toison d'or

XXIII. **ALPHONSUS**, cogn. Sapiens & Magnanimus, decesfit d. 27 Jun. an. 1458. fine prole legitima, è

Chev. de la Jarretiere & Toison d'or



XXIV. FERDINANDUS Aragonius, REX NEAPOL. ✠ 25. Jan. 1494. 1. Ux. Isabella de Claromonte, Triftani Com. Compertini fil. 30. Maji 1445. ✠ 30 Mart. 1465. 2. Johanna Aragonia, Johannis II. R. Aragon. f. 14 Septemb. 1477. ✠ 9 Jan. 1517.

XXV.

1. ALPHONSUS II, Dux Calabr. dein REX NEAPOL. n. 5. Nov. 1448. ✠ 19 Nov. 1495. Ux. *Hippolyta Sfortia, Francifci D. Mediolan. f.* 1465. ✠ 1488. Concub. *Trufia Gazella.* (Chev. de la Jarretière)

Beatrix ux. *Matthæi Corvini Reg. Hungariæ* 13. Dec. 1476. ✠ 23. Sept. 1508.

Eleonora n. 22. Jun. 1450. desponfa primùm *Sfortiæ Mariæ, Francifci Duc. Mediol. fil.* dein nup. *Herculi Ateftino Duci Ferrariæ*, 1473.

XXVI.

FERDINANDUS II, Dux Calabr. dein REX Neap. n. 26 Jul. 1469. ✠ 7 Oct. 1496 im prolis. Ux. *Johanna*, ejus amita, R. *Ferdinandi I fil.* 1476 ✠ 27 Aug. 1518.

Isabella, n. 2 Oct. 1470. ux. *Jo. Galeazii Sfortiæ D. Mediol.* 1489. ✠ 11 Febr. 1524.

Petrus Pr. Roxani, ✠ puer 17. Febr. 1491.

Alphonfus Aragonius, *nothus*, Pr. Salerni & Dux Bifcegliæ, occ. 1499. impr. Ux. *Lucretia Borgia, Alexandri VI. Papæ f.*

Sanctia, *notha* nup. *Godofredo Borgiæ Pr. Scillaci* 1494. 7. Maji.

R. FERDINANDI I.

XXV.

Arricus Aragonius March. Geraci ✠ 11 Maji 1478. Ux. *Polyxena Centeglia, March. de Cotrone f.*

Cæfar Aragonius, M. S. Agathæ, ✠ improl. Ux. *Catharina della Ratta, Com. Cafertæ.*

Maria ux. *Jo. Jordani Urfini.*

XXVI.

Ludovicus Aragonius M. Geraci, ei juveni desponfa fuit *Baptiftina Ufodimari Cibo*, neptis Papæ Innocentii VIII. abfolutus autem ab hoc matrimonio per Alexandrum VI factus eft *Protonot. Apoftol.* & an. 1497. *Cardinalis Diaconus, Epifcop.* Legion. in Hifpan. & Averfan. in Ital. ✠ 1519 æt. 44, menf. 10. d. 14. 18, 25 Januar. Ughell.

Carolus Aragonius M. Geraci poft fr. *Hippolyta D'Avalos, Inici M. Pifcariæ fil.*

Eleonora Aragonia, nup. *Balthafari Caracciolo, X Dom. Pifciottæ.*

Johanna ux. *Alphonfi Piccolominei D. Amalfi.*

Catharina nup. *Gentili Urfino, Com. Nolæ.*

Hippolyta, *notha*, ux. *Caroli Pandonei, Com. Venafri.*

XIII.

E STIRPE ARAGONICA.

REX ARAGONIÆ, SICILIÆ & NEAPOL. (Vid. Tab. XI.) XXIII.
Concubinis autem nati ei ſunt.

XXIV.

Maria uxor Leonelli Ateſtini March. Ferrariæ.

Eleonora, nup. Marino Marzano, Duci Sueſſæ & Principi Roxani 1445.

XXV.

1. FRIDERICUS Aragonius, n. 19 Apr. 1452. Scillaci Pr. dein Altamuræ, tandem ReX Neapol. 1496, exutus regno 1501, ✠ in Gallia 9 Nov. 1504. Ux. 1. *Anna, Amadei IX. D. Sabaud. f.* 1478, ✠ 1480. 2. *Iſabella Baucia, Pyrrhi Pr. Altamuræ f.* 1487. ✠ 1533.

Johannes Aragonius, *Cardinalis*, R. E. cr. 1478. ✠ 17 Octob. 1484, æt. 22.

Franciſcus Aragonius, Dux S. Angeli ad Montem Garganum, n. 1461. ✠ ante patrē.

2. Johanna, nup. Ferdinando II. R. Neap. 1496. ✠ 27 Aug. 1518.

Carolus ✠ puellus 26 Oct. 1486.

XXVI.

1. Charlotta nup. *Vido XVI C. de Laval in Gallia* 1500.

2. Ferdinandus Dux Calabr. Pr. Tarenti, ✠ 5 Aug. 1559. ſ. l. Ux. 1. *Germana de Foix, Johannis March. Brandenb. & Ferdinandi Catholic. R. Hiſp. vid.* ✠ 18 Octobr. 1538. 2. *Mencia de Mendoza, Roderici M. Cenetæ f. Henrici C. Naſſau. vid.* 1539.

Alphonſus. †

Cæſar ✠ Ferrariæ.

Iſabella †

Julia, deſponſa *Jo. Georgio M. Montisferr.*

PROPAGO ILLEGITIMA.

XXV.

Lucretia, nup. 1. *Pirrho Baucio Pr. Altamuræ*, 1487. 2. *Honorato Caetano Duci Trajecti* 1488.

Ferdinandus Aragonius D. Montaltii. Ux. 1. . . *Sanſeverina.* 2. *Caſtellana de Cardona. Ferdinandi I. Duc. de Soma ſoror.*

Maria nup. *Antonio Piccolomineo, Duci Amalfi*, 1457, † 1460, æt. 20.

XXVI.

2. Antonius Aragonius Dux Montaltii II, ✠ 6 Oct. 1543. Ux. 1 *Hippolyta de Rovere, Franciſci Mariæ D. Urbini f.* 2. *Antonia de Cardona, Petri C. de Goliſano f.*

Johanna nup. *Aſcanio Columnæ, Duci Tagliacotii.*

Maria ux. *Alphonſi d' Avalos, March. Vaſti*, ✠ 9 Nov. 1568.

XXVII.

Petrus Aragonius, Dux Montaltii III. ✠ ſine lib.

2. Antonius de Aragonia & Cardona, Dux Montaltii IV, Comes de Goliſano, ✠ 8 Febr. 1583, æt. 40. Ux. 1. *Maria de Cerda, Johannis Ducis IV. Medinæceli f.* 2. *Aloiſia de Luna.*

XXVIII.

1. Mares aliquot in pueritia mortui.

1. Maria Aragonia Duciſſa Montaltii V. nup. *Franciſco Moncadæ, Princ. Paterni.*

Blanca Antonia Aragonia.

 EXEGE-



EXEGESIS HISTORICA.



LPHONSUS Rex Aragoniæ, Siciliæ & Neapolis prole legitima destitutus, filio notho FERDINANDO, quem Valentiæ in Hispania citeriore sustulit, & Eugenius IV Pontifex Rom. jure legitimorum natalium donavit, regnum Neapolitanum, tanquam armis à se acquisitum, reliquit. Id cum regno Siciliæ olim conjunctum erat, eodemque diu nomine censebatur, ex quo *Rogerius*, Siciliæ Comes, *à Normannis* oriundus, Rogerii, qui frater Roberti Guiscardi fuit, eidemque in ejiciendis Apulia Siciliaque Saracenis strenuam operam navavit, filius, Ducatibus Apuliæ, Calabriæ, Amalfis, Neapolis & Cajetæ, nec non Principatibus Barri & Capuæ, post Wilhelmi, Guiscardi nepotis fata, potitus *se regii illustrare culminis honore decrevit*, regni caput Panormum constituit, dicique in publicis tabulis voluit *Rex Siciliæ Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ*, id quod circa an. 1135 factum esse *Camillus Peregrinus* (*a*) memorat. Eodem, imò solo Regis Siciliæ titulo, illius posteri ac successores, etiam *Suevica* stirpe sati, ad quos extincta virili Rogeri propagine per Connubium Constantiæ, ejusdem Rogerii gnatæ, cum Imperatore Henrico VI regnum illud transiit, usi sunt, usque ad Fridericum II Imp. quem nec non Manfredum sese *Reges utriusque Siciliæ citra & ultra Pharum* (quo nomine Fretum Siculum à turri in littore Messinensi appellatur) nominasse *Gollenutius* (*b*) tradit; *Summontanus* (*c*) verò *Carolum Andegavensem* primum fuisse contendit, qui à Papa Clemente VI *Rex Siciliæ citra & ultra Pharum* creatus, eodemque titulo usus sit, idque ex antiquis chartis probari posse asseverat. Nimirum post excessum Imp. Friderici II Urbanus IV Papa ex veteri simultate, quam Romani Pontifices cum Imperatoribus Romano-Germanicis, inprimis ex Suevica familia ortis, exercuerunt, Carolum Ducem Andium & Comitem Provinciæ, Ludovici IX Regis Gall. fratrem, adversus Suevos evocavit, eidemque Siciliæ utriusque regnum obtulit, quod in Italiam delato Clemens VI, Urbani successor, lege beneficiaria contulit. Carolus bello etiam, à Manfredo & Conradino sibi illato, superior factus, & posteriore, Suevorum ultimo, indignis modis è medio sublato, cum regnum pulchrè constabilitum se jam habere putaret, à Petro Rege Aragoniæ, quem Conradinus in ferali pegmate hæredem designaverat, Sicilia cis Pharum, *insulana* nempè exutus, & Galli una vespera ad unum omnes trucidati, ea perpetuò facessere coacti sunt. Ita regno discisso Siculum propriè sic dictum, Aragoniis constanti obsequio paruit, alterum verò *trans Pharum* situm, & *Neapolitanum* ab urbe ejusdem nominis, eademque regia sede appellatum, penes Andegavensem familiam permansit usque ad Reginam *Johannam* II. Hæc à Rege Carolo I^mo quinto remota gradu, Caroli III, qui antehac Dyrrachii Princeps dicebatur, gnata, Regi Ladislao, fratri suo sine liberis mortuo, successit, atque à Papa Martino V nec non Ludovico Andium Duce, ex secunda Andegavensi stirpe prognato, quem iste ad regnum Neapolitanum occupandum evocaverat, vexata atque in angustias redacta, *Alphonsi Aragonii* opem imploravit, eundemque adoptatum regni hæredem designavit. Eo isto armis posteà sibi asserto utramque Siciliam iterum conjunxit, morte ipsius denuò dividendam; insulana enim sive ea, quæ cis Pharum sita est ad Johannem, Alphonsi fratrem ac legitimum hæredem, una cum regno Aragonico, jure transiit, Neapolitanum verò ex testamento ad Ferdinan-

(a) *in Stemm. Princ. Capuæ & Nortmann.* (b) *Hist. Neapol. Lib. I.* (c) *Hist. Neap. L. II. c. 2.*

dinandum, ejus filium naturalem, quemadmodum initio dictum est. Id ergò cùm iste post genitoris excessum sibi iret assertum, & ob grassantem Neapoli pestem Capuæ procerum conventum ageret, magnis statim jactatus est difficultatibus ac turbis: primas Pontif. Rom. Calixtus civit, quippe qui Ferdinandum pro Rege Neapolitano agnoscere noluit, & publicatis edictis regnum istud vacare, & tanquam feudum Ecclesiæ ad sese, Sedemque Apostolicam pertinere denuntiavit, prætereaque principes & civitates solicitavit, ut à Ferdinando se averterent, & sibi obsequium præstarent, censuris Ecclesiasticis alioquin castigandi. Refert *Bzovius* (*d*) affirmatum fuisse à bene multis, Ferdinandum, ne quidem ex autoritate Eugenii Papæ, Alphonso succedere posse, utpote non ex illo, sed ex Valentino quopiam, infimæ fæcis homine, genitum, suppositumque à Vilardana Carlina, pellice Alphonsi, ut ea fraude Regem amore sui magis irritaret. Bellum eodem tempore à factiosis principibus, & Johanne Andium Duce, quem isti accersiverant, Ferdinando illatum est, in quo acie apud *Sarnum* amnem exutus in præsentissimum rerum suarum discrimen pervenit; quas tamen, otium nactus reparandi exercitum per adversariorum, victoria uti vel nescientium vel negligentium, oscitantiam, pulchrè restituit, & post prosperum apud *Trojam* prælium Andinum regno facessere coëgit. Rebus ita domi compositis & firmatis Ferdinandus, à Sixto IV Papa instigatus, arma in Florentinos vertit, filiumque natu maximum *Alphonsum*, Calabriæ Ducem, in Etruriam cum copiis misit, quod bellum feliciter ab eo gestum & brevi finitum est, ipso Principe Florentinorum, Laurentio Medicæo, Neapolim ad R. Ferdinandum impetrandæ pacis ergò profecto. Dum exinde Senensium libertati insidias struit Alphonsus, revocatus est à patre ad propria tutanda adversus Turcas, qui classe ex improviso advecti Hydruntum ceperant, & latè in Apulia prædas agebant. Repressis illis post adventum suum, & dicto oppido iterum ejectis, missus est ad ferendam opem Herculi Duci Ferrariæ, sororio suo, bellum cum Venetis gerenti, quod an. MCDXXC exortum, & quadriennio elapso pace mutatum est. Reditum Alphonsi grave mox & intestinum bellum excepit, in quod læsa diu & lacessita imperio Regis filiique avaro, violento & sævo, immanibusque factis (quæ *Varillasius* (*e*) exaggerando enumeravit) patientia procerum populique Neapolitani an. MCDXXCVI erupit, Pontifice Romano Innocentio VIII oleum adjiciente camino, & rebellioni autoritatem commodante. Illam tamen Alfonsus pari fortitudine ac felicitate, qua aliis in bellis hucusque usus erat, nec non auxilio Insubrum & Florentinorum oppressis, & Papam ad accipiendam pacem & deserendos rebelles, hos verò acie exutos ad deditionem adegit; in quos posteà contra fidem datam sævitum, deque omnibus una nocte supplicium sumtum est. Ita rebus domi pacatis cùm Ferdinandus neptis suæ *Isabellæ* precibus, filiique Alphonsi stimulis perpulsus injurias progeneri sui *Jo. Galeatii Sfortiæ* adversus Ludovicum Sfortiam, Mediolanensis Principatus usurpatorem, armis iret ultum, mox verò gravius sibi bellum à Rege Gallorum Carolo VIII, quem Ludovicus Sfortia in Italiam suopte quidem malo exciverat, terra marique parari intelligeret, multaque huic tempestati averruncandæ agitanti, nihil procederet, gravibus angi cœpit curis, subeunte animum ejus Gallorum potentia, plurium inter suos adversus se filiumque odio, & econtra erga Gallos, ex veterum etiam factionum studio, propensione. Hinc septuaginta annorum ætate gravis, & imminens domui suæ exitium mente præsagiens, ex cura in morbum incidit, & paucis diebus accedente apoplexia extinctus est, postquam XXXVII annorum spatio traditum à patre regnum, domesticis exterisque viribus non servasset tantùm, sed etiam ornasset, & multis difficultatibus superatis eò potentiæ evexisset, ut nullus forte superiorum regum id tanto splendore cumulatum possederit; diuturno præterea dominandi usu tantam prudentiæ opinionem adeptus esset, ut inter Italiæ Principes unus maximè sagax & providus rerum haberetur; potuisset quoque optimis annumerari Principibus, si quibus artibus imperare cœperat, iisdem perpetuò in pace otioque usus esset (*f*) Incontinentiæ ejus testes sunt liberi *naturales*, ex diversis concubinis, quarum nomina scriptores silentio prætererierunt, suscepti; eos omnes honoribus, opibus, matrimoniisque splendidis amplificavit, quemadmodum ex eorum, propaginisque, quæ ab eis defluxit, diatyposi, tabulæ XIII subjecta, videre licet.

ALPHONSUS, Ferdinandi filius natu maximus, *Dux Calabriæ*, dum vixit Parens, dictus, eoque sub nomine in multis bellis Italicis longo usu famam & gloriam maximam adeptus, eo

(d) *Anna. ad an. 1458.* (e) *Histoire du R. Charles VIII. Liv. III.*
(f) *Facius Hist. Lib. X. Pontanus Hist. Lib. VI. Guicciard. Lib. I. Ritius de Reg. Neap. Lib. ult. Gratianus de cas. illustr. vir.*

eo statim die, quo ille è medio excessit, Rex faustis omnium acclamationibus appellatus, exequiisq; peractis in summo urbis templo maxima pompa coronatus est à Cardinali montis regalis, Legato Papæ Alexandri VI, quem duplici affinitate, pactis inter illegitimos liberos suos & Pontificis spurios nuptiis, ita delinivit, ut is non tantùm regnum jure beneficiario ipsi confirmaret, sed etiam fœdus mutuæ defensionis, at occultissimum, secum sanciret. Hoc verò, & quicquid Alexander pariter & Alphonsus, nec non Petrus Medicæus, Florentinæ reip. princeps, ejusdem fœderis consors, agitarunt, cum avertendæ tempestati, quæ ex Gallia ingruebat, non sufficeret; sed omnes eorum conatus improsperos terra marique successus haberent, eam præcipuè ob causam, quod artificiosis Ludovici Sfortiæ dolis, quibus spes hominum alere scitè doctus erat, sese lactari & duci passi, evkairían & facultatem rei benè gerendæ amisissent, jamque Carolus Rex Gallorum armis victricibus propè ad fines regni Neapolitani penetrasset, regulis civitatibusque quotquot se in itinere obtulerant, ipsoque Pontifice Romano imperata facere coactis; Alphonsus, quamvis ad strenuam defensionem ubique cuncta pro virili parasset, ubi comperit, quæ Romæ evenerunt, & audivit filii sui Ferdinandi, copiarumque quas secum habebat, ex urbe illa discessum, vidit etiam quotidianas procerum Neapolitanorum ad Gallos defectiones, sensitque odium populi, de injuriis à patre acceptis, & ipsiusmet sævitia ac superbia intolerabili publicè & ardentissimè conquerentis, in tantum terrorem est conjectus, ut famæ & gloriæ pristinæ oblitus, animum despenderet, & desperatione torpens, sese regno abdicare, idq; & nomen regium in Ferdinandum filium transferre constitueret. Fama erat, *Guicciardino* (g) referente, Ferdinandi patris spectrum ter diversis noctibus, Jacobo, Regiæ domus chirurgo, apparuisse, & primò lenioribus verbis, post admodùm minacibus mandasse, diceret hæc suo nomine Alfonso ne speraret, se Regi Galliæ posse resistere; quod in fatis esset, ejus progeniem infinitis casibus vexatam, ac demum tam præclaro regno spoliatam, extinctum iri; ejus rei causam esse, cùm multa ab ipsis patrata scelera, tum verò illud maximè, quod ipsius suasu, in D. Leonardi templo, propè Neapolim commissum sit: cujus quidem sceleris nomen, cùm ille non expressisset, existimarunt homines, Alphonsum eò loci Ferdinando persuasisse, ut non paucos regulos, quos diu in carcere detinuisset, clàm necari juberet. Itaque conscientiæ stimulis æquè ac Gallicorum armorum metu agitatus, & de sanitate ac mente deturbatus, ne quidem duos tresve dies, quibus regni sui annum vertentem terminaret, supersedere voluit, sed quatuor triremibus, pretiosa supellectile oneratis, Neapoli discessit, Idibus Februarii an. MCDXCV, & *Mazarim,* Siciliæ oppidum, à Ferdinando Rege Hispaniæ sibi donatum, fuga se recepit; cùm intereà Neapoli in consessu procerum tabulæ abdicationis, & translationis regni in Ferdinandum filium, quas X Kal. Febr. in montis Oliveti cœnobio confecerat, publicarentur. Exegit reliquum vitæ spatium in Sicilia monachos inter Olivetanos, veste in Sacerdotis formam mutata indutus, & magnam præ se ferens sanctimoniam; sed non toto circumacto anno, cum ad cancrum, qui alteram ejus manum corripuit, febris accessisset, mortem obiit, & Messanæ ad dextram aræ in templo primario sepultus est; tumulo sequens distychon inscriptum fuisse *Mariana* refert: (*h*)

Alfonsum Libitina diu fugis arma gerentem,
nunc positis, (quænam gloria?) fraude necas.

Trusia Gazella, quam R. Alphonsus in amore ac deliciis habuit, Antonii Gazelli, Viri nobilissimi, Ferdinando Imo Regi ab epistolis & legationibus, ac Ursulinæ Carafæ filia erat, eximia forma prædita, eam posteà, *Antonius Carbone* ex Marchionibus Paduli, & *Cæsar Gesualdo*, Dn. Paterni uxorem successivè duxerunt. Filium, quem ex illa Alphonsus sustulit, Principatu Salernitano donatum, Romæ in Palatio S. Petri, per insidias, à Cæsare Borgia, cujus ille sororem in matrimonio habebat, structas, occisum fuisse, hujusq; cædis pœnam avunculum ejus, *Franciscum Mariam Gazellum*, insontem luisse, *Carolus de Lellis* (*i*) memorat.

FERDINANDUS II *Dux Calabriæ* (ea omnium erat regum Neapolitanorum maximi natu filii appellatio) vix reversus ab irrita expeditione, quam in Flaminiam ad terrendum Sfortiam, & reprimenda Gallorum arma, jussu parentis, secumque tanquam juventutis suæ moderatores habens Jo. Jacobum Trivultium & Nic. Ursinum, Petiliani Comitem, susceperat, ad regnum a genitore desertum vocatus est, idque quod altæ spei & summæ expecta-

(g) *Guicciard. Hist. Lib. I.* (h) *De reb. Hisp. Lib. XXVI. cap. 8.*
(i) *Delle famigl. Napol. Parte III. p. 224.*

pectationis esset, gratiaque apud omnes polleret, populo applaudente, & felix ac diuturnũ imperium ei apprecante capessivit; celeriter verò eodem populo civitatibusque omnibus animum despondentibus, & Gallorum imperio certatim se subjicientibus, exercitu quoq; ferè omni dilapso, iterum amisit; itaque postquam nobilibus & popularibus in arcis novæ, quæ Regum sedes fuit, aream convocatis, oratione pathetica valedixisset, tempori ac victori Gallo cessit, atque in Ænariam insulam, quæ jam *Ischia* dicitur, atque ab urbe Neapolitana XXX miliaribus distat, unà cum propinquis triremi trajecit d. 20 Febr. MCDXCV. Vatis sacri versum clarissima voce pronuncians, cujus hæc est sententia: *frustra homines vigilare ad civitatis custodiam quæ à Deo non custodiatur.* Oblatas deinde à Carolo conditiones ampli in Gallia principatus, magnorumque vectigalium si Ischiam, Brundusium, Gallipolim & quæ in extremo Italiæ angulo reliqua tenebat, dederet, aspernatus, nec vicissim sui voti, quo Calabriam sibi concedi desiderabat, damnatus, relicto in Ischiana arce Inico Davalo in Siciliam navigavit, ut ibi in omnem occasionem intentus esset; nec destituit ejus expectationẽ fortuna vaga volubilisque; sed celerius ac ille optare prope poterat versæ sunt rerum vices; Nimirum eodem temporis spatio autore Ludovico Sfortia, quem imperii Mediolanensis obtinendi cupiditate, & metu Aragoniorum adductum fuisse, ut Regis Galliæ in Italiam transitum procuraret, supra dictum est, fœdus ad avertendam servitutem, quæ à Gallis regno Neapolitano auctis imminebat, Venetiis percussum est, cui præter Sfortiam, Pontifex, Rex Romanorum, Reges Hispaniæ, Venetusque Senatus nomina dederunt; Eo audito cùm Carolus ex regno recens parto, nec satis firmato discedere, maximam copiarum partem secum trahere, & minora præsidia, quam necessitas posceret, relinquere coactus esset, Ferdinandus illicò in Calabriam è Sicilia trajecit, multisque ejus regionis incolis ad eum confluentibus, Rhegium Julium occupavit, sed dum vicinorum etiam locorum recuperationem molitur, ab occurrente sibi cum copiis Obignio, cui Carolus Calabriæ tutelam demandaverat, fusus est; qua in pugna, equo ejus interfecto, occisus procul dubio aut captus fuisset, nisi Johannes Capuanus, Termini Ducis frater, qui à puero ipsi ministraverat, de suo equo desiliens, in eum regem insilire fecisset, utque Domini vitam conservaret suæ jacturam fecisset. Hac adversitate neutiquam ab incepto deterritus, sed animo ac desiderio fortunam iterum tentandi auctus, prætereaque à compluribus primæ nobilitatis viris, & bona populi parte occultè vocatus, non jam ad extrema regni, sed ipsam metropolim naves suas appulit, militesque, qui tum ex ipso regno, tum è Sicilia illum spontè sequebantur, equitesque & pedites Hispanos, quos Gonsalvus Cordubensis, vir impiger & belli peritus, ducebat, exposuit, & favore studiisque populorum corroboratus Gallos, deliciis Campaniæ fractos, brevi eos in angustias redegit, ut abitum iterque securum pacti, deditionem passim fecerint & regnum Neapolitanum Aragoniis reliquerint. Hac mira & subita rerum conversione in regnum restitutus, & ad summum gloriæ fastigium evectus, Ferdinandus magnam spem, majorum suorum magnitudini parem ipsum futurum, apud omnes excitavit; eam verò iterum non fortuna, cui sicut pila habitus fuerat, sed ultima linea rerum, mors, evertit, quæ illum sive exilii, militiæque laboribus attritum, sive intemperantia in morbum conjectum, in medio ætatis flore, gloriæque cursu oppressit & abstulit, suæ virtutis, tum ob recentem de Gallis victoriam apud *Attellam* partam, tum ob animi generosi indolem, tum ob multas regias virtutes, quæ in eo haud mediocriter elucebant, non modò in toto suo regno, verùm etiam per totam Italiam maximam opinionem relinquentem. (k) Firmandis rebus suis filiam Regis Hispaniæ in matrimonium expetierat; hoc verò nec assensum nec repulsam dante, sed moram nectente, jamque fortassis aliquid monstri alente, ille suasu Johannæ reginæ viduæ filiam ipsius, amitam suam, uxorem duxit, soluta à Pontifice Rom. lege propinquitatis. Eandem, postquam vidua facta est, Rex Hispaniæ, ejus avunculus, Carolo, Sabaudiæ Duci, jungere cogitavit, ducentis aureorum millibus in ejus dotem cultumque designatis; neque tamen id conjugium coaluit, quamvis ita res confecta fuerit, ut eam Sabaudiæ Ducissam se dixisse illius temporis tabulæ testentur. (l)

Ferdinando II sine prole mortuo in regnum successit FRIDERICUS, ejus patruus, Regis Ferdinandi I filius secundogenitus: ei licet jam anno MCDLXXVI in Gallia agenti à cive quodam Tarentino, cui nomen fuit *Angelo Cattho*, quique posteà Archiepiscopus Viennensis factus est, regium fastigium ex astris prænuntiatum fuisset, sicut Cominæus memoriæ

(k) *Guicciard. Hist. Lib. I. & III.*

(l) *Mariana de Reb. Hisp. L. XXVI. Cap. 2. & Lib. XXX. cap. 1.*

moriæ prodidit, *(m)* usque adeò tamen à cupiditate regnandi abfuit, ut cùm deinde annò MCDLXXXV à Rege, patre ſuo, Salernum miſſus eſſet, ad permulcendos comitate ſua, qua cunctis charus acceptusque erat, animos conjuratorum, eosque Regis dicto audientes ac obedientes reddendos, iſti verò patrem fratremque ejus averſati ut ipſemet regnum ſuſciperet poſtulaſſent, id rotundè recuſaverit, malueritque in carcerem compingi, quam eorum voluntati, cum genitoris fratrisque injuria conjunctæ, obſequi. Liberatus ex illa fuit cuſtodia opera centurionis Corſici, Roberto Sanſeverino Salernitano Principi, conjuratorum duci, ſtipendia facientis, qui Fridericum muliebri veſte indutum, amicam ſuam eſſe mentitus, Salerno eduxit Cetaram, unde à navi Neapolin vectus eſt, quemadmodum *Summontius* refert. *(n)* Gerebat ille tunc titulum *Principis Scillaci*, poſt obitum verò ſoceri *Altamuræ Princeps* dictus eſt, usque dum morte filii fratris ſui regnum fato ſibi deſtinatum, juſtè & legitimè obtinuit, *quintus* intra trium annorum ſpatium Neapolitanorum Rex. Annuit ſucceſſioni Alexander Papa, & ſolennia juramenta ac diplomata à novo Rege accepit, quem proceres etiam populusque Neapolitanus magno conſenſu venerati ſunt, bona ſpe juſti ac moderati imperii ducti. Secuta paulò poſt mors Regis Galliæ, Caroli VIII, pacem tantisper & quietem Friderico conceſſit, non omni tamen cura exſoluta propter Gonſalvi Cordubæ, Hiſpanici exercitus Ducis, tergiverſationem, qua in reſtituenda Calabria, Gallis ab ipſo erepta, utebatur; & apparuit citò, quid illa portenderet, poſtquàm ſcilicet emanavit clandeſtinum fœdus, inter Ferdinandum & Ludovicum, Hiſpaniæ Galliæque Reges, pari regni Neapolitani cupiditate flagrantes, innitum de illo, bello ſimultaneo, occupando, & dividundo. Incubuit erupitque fatalis hæc tempeſtas in Fridericum an. MDI, à qua proſtratum ſe iri prævidens, cùm, quod in proverbio dicitur, *ne Hercules quidem adverſus duos* pollens potensque ſatis ſit, poſt expugnatam à Gallis Capuam, deſperata defenſione, alterutrius hoſtium fidem clementiamque experiri ſecum conſtituit, & quoniam Hiſpani, tanquā angues ſuo in ſinu alti, omnem decoxiſſe fidem ipſi videbantur, ad Gallos ſe vertere maluit, pepegitque cum eorum Ducibus, Duce Nemoroſio, & Comite Obignio, ſtipulatus deditionem urbis, omniumque locorum regni, quæ ſua in poteſtate adhuc eſſent, intra ſex dies à ſe faciendam, ea lege, ut ſibi inſula duntaxat Ænaria, vulgò *Iſchia* dicta, ad ſex adhuc menſes concederetur. Hac conditione impetrata navim conſcendit, & in illam inſulam trajecit, miſerabile ſpectaculum, & inſigne viciſſitudinis humanæ exemplum præbens; ſocias enim calamitatis exiliique ſui habuit ſororem *Beatricem*, Matthiæ, Hungarorum Regis, viduam, ab Uladislao Jagellonio, cui florente ætate juveni amore ejus illecta, regnum conciliaverat, ſpretam & repudiatam, *Iſabellam*, Duciſſam Mediolanenſem, ex fratre neptem, viro, principatu, filioque continenti tempeſtate orbatam, *duas* prætereà *Reginas*, matrem & filiam, quarum una in Ferdinandi primi, altera in ſecundi conjugio fuerat, & ſuoſmet ipſius *parvos liberos*, atque uxorem *Iſabellam*. Ad extremum fortuna indies magis ac magis adverſante, omnique regni recuperandi ſpe evaneſcente, cùm de illo penitus decedendi neceſſitatem ſibi impoſitam cerneret, dira precatus Ferdinando Regi Hiſp. tanquam deſertori ac proditori ſui ſanguinis, in Gallia, & Regis Ludovici gratia ærumnarum portum quæſiturus, cum uxore filiisque duobus Ænaria diſceſſit, cæteris propinquis ibidem relictis, & quinque triremibus in Galliam navigavit, ubi à Rege benignè exceptum, annuaque penſione, nec non Andegavenſis provinciæ reditibus donatum fuiſſe, Gallici ſcriptores prædicant; aliis illam Ludovici benignitatem elevantibus, nec ſatis regio animo ſuſceptum habitumque fuiſſe, referentibus. Cæterùm ex ingenti dolore & atra bile in febrim quartanam, incidit, auctoque morbo ex repentino incendio, cui ipſe uxor filiique nudi vix ſe ſubduxerunt, *Cæſaroduni Turonum* fato ceſſit, eademque in urbe & Minimorum in æde, diademate aliisque regiis inſignibus ornatus, ſepultus eſt. *(o)* Uxor ejus *Iſabella*, quam viduam reliquit, poſt pacem inter Reges Ludovicum ac Ferdinandum an. 1504 factam, regno Galliæ excedere juſſa cum filiis duobus, quos apud ſe habebat, in Italiam ſe recepit, extorris & vaga, reſiduum vitæ ſpatium partim Sabionetæ apud Antoniam, ſororē ſuam, Franciſco Gonzagæ nuptam, partim Ferrariæ apud Ducem Alphonſum exegit; quo loco tum ipſa tum gnatus ejus natu minimus, CÆSAR, ſupremum diem obierunt. ALPHONSUS duorum fratrum ætatibus medius interjectus, in Gallia fatis conceſſit, poſtquàm expetenti magnoperè Gallo Regi duodecim annos natus, à patre permiſſus fuiſſet. *(p)* *Charlotta*, è priore Friderici

(m) *Cominens de bel. Neap. Lib. I. & Belcar. comment. Lib. V. §. 17.* (n) *Hiſt. Neap. L. V.*
(o) *Guicciard. Lib. V. & VI. Mezeray Hiſt. de Fr. Tomo II ſub Lud. XII. Gratian. de caſ. vir. illuſtr. Mariana Lib. XXVIII. c. 2.* (p) *Idem Lib. XXX. cap. 6.*

derici toro nata, & in Gallia apud materteram magnam, R. Ludovici XI viduam, educata, cum Scotiæ Regis nuptiis, de quibus actum fuisse Guicciardinus retulit, (q) excidisset, Lavallæo Comiti nupsit; is hoc ex matrimonio sibi liberisque ex eo genitis, jus in regnum Neapolitanum ivit quæsitum, quod hodieque Tremolliæ Duces solent jactare atque ostentare.

FERDINANDUS, R. Friderici filius natu maximus, *Dux Calabriæ* nominatus, cùm in Galliam pater abiret, ejus hortatu in Tarentinam arcem se recepit, ibidemque se continuit, donec extrema necessitate coactus Gonsalvo Cordubæ arcem dedidit, liberum sibi quò vellet abitum pactus; verùm ab eo, novum post acceptam arcem Ferdinandi Regis Hisp. heri sui imperium causato, præter datam fidem custodiæ mandatus, & in Hispaniam missus est. Ibi à Rege initio honorificè, ac propè regio cultu habitus, postquam cum Rege Galliæ clam pactum fugam meditari patefactum esset, arci Sciativensi inclusus est. (r) Eundem Hispaniæ populi cùm Ferdinando Rege vivis exemto ab ejus nepote Carolo, armis correptis, apertè descivissent, custodia eductum, ac *veram veterum Hispaniæ Regum progeniem, unicumque quem ex Hispanico sanguine fata reliqui fecissent,* prædicantes, Regem sibi exoptarunt, atque ad capessendum sceptrum stimularunt; ille verò animo regio inter diuturni carceris miserias exuto pertinaci recusatione, spem illorum studiumque destituit. Id in meriti loco Carolus posuit, pacataque Hispania, magno illum cum honore ad aulam vocavit, eique non multò post *Germanam Fuxiam,* quæ Ferdinandi Catholici Regis uxor fuerat, divitem quidem, sed sterilem, in matrimonium elocavit, ut in illo Alfonsi Senioris Regis Aragoniæ progenies extingueretur: nam duo ejus fratres ætate minores anteà alter in Gallia, in Italia alter ex hac vita migrarant, sicut *Guicciardinus* literis mandavit. (s) Mortua Germana secundam etiã uxorem, *Menciam Mendozam* itidem virum jam passam, duxit, & denique Valentiæ naturæ legem implevit. *Summontius*, historiæ Neaqolitanæ scriptor, Proregem Valentiæ à Rege Ferdinando Catholico constitum fuisse, & Menciam Mendozam priore matrimonio conjugem accepisse, hancque jam anno 1522 vivis exemtam esse tradidit; (t) sed perperàm: illo ipso enim anno Mencia primas cum Henrico Nassoviæ Comite nuptias celebravit, eoque anno demum 1538 viduata fuit, quo etiam Ferdinandus Calabriæ Dux uxorem suam Germanam amisit.


(q) *Lib.I.* (r) *Vid. Guicciard. Hist. Ital. Lib. XI.* (s) *Hist. Ital. Lib. XV.* (t) *Lib. VI. cap. 5, & Lib. VII. cap. 1.*





STEM-



STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS V. NORONIANA.
COMITUM DE VILLAVERDE ET MONSANTO, MARCHIONUM DE VILLAREAL ET CASCAES, DUCUM DE CAMINNA ET LINNARES IN LUSITANIA.









Cuto ſuperiore loco poſito Alphonſum Henriquez de Caſtella Noronianæ ſtirpis ſatorem, uſum eſſe Alfonſus Lopez de Haro in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ teſtatur; ſecundum, quod omne auro tinctum eſt, Meneſianæ genti familiare, atque à Marchionibus Villæ regiæ Ducibusque Caminiæ in honorem maternæ originis adſcitum fuit, quo etiam reſpectu tertium ſcutum, quod Caſtrenſis familiæ inſignia continet, Comites Montis Sancti aſſumſerunt.

TABULA
STIRPS NORONIANA

XXI. ALPHONSUS HENRIQVEZ DE CASTELLA, Henrici II. Regis Castellæ & Leg. ex Elvira Inniguez de Vega filius, (Vid. s Tab.X.) n. 1355. Comes de Gijon, & Dn. de NORONNA, creatus 1373.

XXII.

Petrus de Noronna, *Archiepiscopus* Lisbonæ. Amica *Blanca Diaz Pelestrelo.*

Johannes de Noronna, ✠ in obsid. Baguerae.

FERDINANDUS de Noronna, Comes de Villareal. Vid. Tab. seq. XV.

XXIII.

Johannes de Noronna ✠ *Philippa, Alvari Gonsalez de Ataide Com. de Atanguja fil.*

Isabella nup. *Joanni de Portugal, M. de Montmajor.*

Agnes ux. *Joannis de Almeida, II. C. de Abrantes.*

Petrus de Noronna, D. de Cadaval. *Catharina de Tabora, Martini f.*

Eleonora nup. *Lupo de Albuquerque, Com. de Penama.*

Ferdinandus de Noronna. *Constantia, Gonsalvi de Albuquerque, Dn. de Villaverde fil.*

Leo de Noronna, cœlebs.

XXIV.

Johannes de Noronna, f. lib. Isabella, Jo. Ruiz de Vasconcelos, Dn. de Figueiro fil.

Sanctius de Noronna. Jomara Correa.

Johanna, ux. 2da Gonsalvi Vazquez Coutinno.

Henricus de Noronna. Jomara de Castro.

Jomara, ux. Ruji Tellez de Meneses Dn. de Unnon.

Martinus de Noronna, III. Dn. de Cadaval. Jomara de Albuquerque, Ferdinandi Dn. Villaverde fil. & hæres.

Alphonsus de Noronna. Leonora, Petri Jacome, fil.

Isabella, nup. Petro Alvarez Cabral.

XXV.

Rodericus de Noronna, Philippa de Vi-Var.

Pajus de Noronna.

Petrus de Nor. monachus, Ord. S. Hier.

Leo de Noron. Blanca Coutinno Gonsalvi f. ✠

Maria ux. Nunii Fernandez Cabral.

Petrus de Noronna, Dn. de Villaverde. Violanta, Francisci de Silveira fil.

Antonius de Nor. Prorex Ind. Francisca de Nor. Alvari f. ☞

Isabella, ux. Joannis de Sosa de Lima, Dn. de Rayam & Ericeyra.

Ferdinandus de Nor. 1 Anna de Acosta. 2 Johanna Matthæi de Acunna, Dn. de Mayorazgo, f. ☾

Constantia, ux. Alvari Paëz de Acunna.

XXVI.

Beatrix, nup. *1. Hieronymo de Ferreira, 2. Rujo Diaz de la Cerda.*

Thomas de Noronna, *Helena Gili Jannez de Acosta f.*

Petrus de Noronna, Dn. de Villaverde. ux. *1. Anna, Petri Lobo f. 2. Catharina, Francisci de Gama, II Com. de Vidigueira f.*

Margarita, nup. *Antonio Gonsalez de Camara.*

Cecilia, ux. *Ludovici de Meneses.*

Mariana. Isabella. Jomara.

Mencia, nup. *Ludovico de Gastro V. Com. de Mon-Santo.*

XXVII.

Marcus de Noronna. *Maria, Francisci de Acosta fil.*

1. Jomara, ux. *Joh. Pereira de Santaren.*

2. Petrus de Noronna.

Franciscus Ludovic. de Loronna, Dn. de Villaverde. *Catharina de Sousa, Emanuelis f.*

XXVIII.

Petrus de Noronna, Dn. de Villaverde. *Juliana de Meneses, Francisci Moniz, Com. de la Bompasta soror.*

Maria nup. *Laurentio de Mendoza ex Comit. de Valdereis.*

XXIX.

Antonius de Nor. I Comes de Villaverde. *Maria de Meneses ex domo Taxoca.*

Luisa Maria, ux. Johannis *de Sylva VII. Com. de Portalegre II. M. de Gouvea.*

Francisca nup. *Johanni de Acosta I. Com. de Soyre.*

XXX.

Petrus Antonius de Noronna, II Comes de Villaverde. *Isabella Maria de Mendoza, Henrici de III. Com. de Sousa Miranda f.*

XXXI.

Antonius de Noronna. Mariana. Eleonora. Luisa Maria. Henricus.

XIV.
EJUSQUE PRIMUS RAMUS.

Ux. Isabella, Ferdinandi Regis Lusitaniæ filia naturalis 1378. — XXI.

XXII.

Sanctius de Noronna, Comes de Mira. *Mencia de Sousa.*

Constantia ux. 2da *Alphonsi I. Ducis Bragantiæ.*

Henricus de Noronna. Ux. *Incomperta.*

XXIII.

Maria Com. de Mira, nup. *Alphonso de Faro, Ferdinandi I. Ducis Bragantiæ fil.*

Nunnius de Noronna. *Mencia , Ruij - Gomez de Ribadeneira fil.*

Maria, ux. *Petri Vazquez de Mello, Com. de Atalya.*

XXIV.

Alvarus de Noronna, Generalis Azamori. Maria de Silbeira, Diegi f.

Leonora ux. 2da, Martini Vazquez Mascarennas.

Carsias de Noronna, Prorex Indiæ. Agnes, Alvari de Castro f.

Antonius de Noronua, occ. in India.

Petrus de Noronna. Mencia.

Henricus.

Johanna ux. Johannis Mascaregnas.

Sanctius de Noronna. Maria Roderici Alvarez Carvallo f.

Alphonsus de Noronna. Blanca de Seiges.

XXV.

Ferdinandus de Noroña Præfectus trirem. Lusit. ✠ f. lib. *Jomora de Castro, Bernardi Continno f.*

Luisa, ux. 2da *Alexii de Meneses.*

Francisca, nup. *Antonio de Noronna, Proregi Ind.*

Alvarus de Nor. Præf. Ormus, ✠ f. l.

Bernardus de Noron. *Johanna Alvari Acunna Paez f.* ♎

Henricus de Nor. *Johanna de Macedo.*

Johanna, ux. *Gregorii Serninches.*

Johanna, nup. *Joanni Alvarez.* ♎

XXVI.

Alvarus de Noronna.

Emanuel de Noronna.

Maria, nup. *Lupo de Sosa Continno.*

2. Alphonsus de Noronna.

Violanta, ux. *Vasconis Martinez Moniz Dn. Anguerae.*

Garcias de Noronna.

XXVII.

Arcangela Maria, nup. *Alphonso de Noronna*, Præf. Septæ.

Johannes de Noronna. *Catharina de Silva Johannis de Maneses f.*

TAB.

NORONIANÆ STIRPIS RAMUS SE VILLÆ REGALIS, DU

XXII. FERDINANDUS DE NORONNA, Alphonsi Com. Gegionis & Noronniæ ex Isabella Lusitana filius, Comes IIdus de Villareal, Supr. Præfectus Septæ. ✠

XXIII. Petrus de Menescs & Noronna, III. Comes de Villareal, dein primus Marchio cr. 1489. ✠ *Beatrix, Ferdinandi Lusitani, II Ducis Bragantiæ f.*

XXIV. Ferdinandus de Meneses & Noronna II Marchio de Villareal, Com. de Valencia, Minho & Valladares. ✠ *Maria Freire de Andrade Com. de Alcoutin.* Johannis & Leonoræ de Silva f.

ANTONIUS de Noronna Comes de *Linnares. Vid. Tab. seq. XVI.*

Johanna nup. *Alphonso notho Duc. Visei, Comestabili Lusitaniæ.*

XXV. Petrus de Meneses & Noronna, III March. de Villar. Comes de Alcoutin, Valencia & Valladares, ✠ *Beatrix de Portugal, Alphonsi Comestab. è Johanna de Noronna f.*

Johannes de Noronna, Supr. Præfat. Septæ, ibidem à Mauris occ.

XXVI. Michael de Meneses & Noronna, IV. March. de Villareal, Com. de Alcoutin, &c. ✠ improlis. *Philippa de Castro, Alfonsi de Castro M. Commendat. Ord. Christi fil.*

Emanuel de Meneses & Nor. V. Marchio, dein DUX de Villareal cr. 1584, Com. de Alcoutin, &c. ✠ *Maria Continho, Alvari Dn. de Almourol f.*

XXVII. Michael de Men. & Nor. VI. Marchio de Villareal, I. Dux de Caminna, Com. de Alcoutin, &c. ✠ f. lib. Ux. 1. *Isabella Lusitana, Ferdinandi II. Duc. Bregant. f.* 2. *Maria de Noronna, fratris filia.*

Ludovicus de Men. & Nor. II, Dux de Caminna, VII. March. de Villareal, Com. de Alcoutin, Valencia & Valladares, ✠ 21 Aug. 1641. *Juliana de Meneses, Ludovici Com. de Taroucaf.*

XXVIII. Antonia de Noronna, *notha* nup. *Carolo de Noronna de la Mesa de Consientia & Ordenes.*

Michael de Noronna. ✠ *puer Septæ.*

Michael de Meneses & Noronna III Dux de Caminna, VIII March. de Villareal, &c. ✠ 21 August. 1641. impr. Ux. 1. *Margarita de Moura, Michaelis II. March. de Castel Rodrigo f.* 2. *Mariana de Castro*, prioris soror. 3. *Johanna Juliana Maria Maxima de Faro, Com. proprietaria ne Faro.*

XV.

CUNDUS, COM. ET MARCHIONUM CUM CAMINIÆ.

Ux. Beatrix de Menefes, Petri de Menefes, IIdi Com. de Viana & Imi de Villareal, Præfecti Septæ filia primogen. & hæres ex Margarita de Miranda, prima ejus uxore. XXII.

XXIII.

JOHANNES de Noronna Dominus *de Sortela* & Comes de *MonSanto*. *Vid. Tab. XVII.*

XXIV.

Henricus de Noronna & Menefes. *Maria de Menefes, Petri I. Com. de Cantannede f.* ☾

Diegus de Noronna.

Johannes de Noronna, *Epifc. Septenfis*.

Petrus. Antonius. Chriftophorus. *nothi*.

Quatuor filiæ *naturales*.

XXV.

Nunius Alvarez de Noronna Reginæ Catharinæ Auftriacæ Supr. Aulæ Præf.

ALPHONSUS de Noronna. *Vid. Tab. feq. XVI.*

Leonora de Noronna, *virgo doctiffima*.

☽ Hieronymus de Noronna, Capitain de Bazaim. *Ifabella de Caftro, Albari Dn. de Boquilobo f.*

XXVI.

Juliana, nup. *Johanni de Alencaftro, Duci de Aveiro.*

Barbara. ux. *Antonii de Ataide II. Com. de Caftanheira.*

Maria, *monialis S. Claræ.*

Magarita, *notha.*

Maria de Caftro, ux. *Ferdinandi Tellez de Menefes, VII. Dom. de Unnon.*

XXVII.

Beatrix nup. *Petro de Medicis.*

Juliana, ux. *Santii de Noronna Com. Odemiræ.*

Ifabella, Philippa, *moniales.*

Agnes, *notha, Abbat.* Almofteræ.

XXVIII.

Maria Beatrix de Menefes & Noronna IV. Duc. de Caminna, IX. March. de Villareal, Com. de Alcoutin, Valencia & Valladares, nup. 1. *Michaeli de Menefes & Nor. Imo Duci de Caminna patruo fuo.* 2. *Petro de Portocarrero & Aragon, VIII. Com. Medellini.*

TAB.

NORONIANÆ STIRPIS RAMUS

XXIII.

PETRUS DE MENESES ET NORONNA
Imus Marchio de Villareal.

XXIV.

Ferdinandus de Meneses & Noronna, II March. de Villareal, &c.
Marie Freiere de Andrade Com. de Alcontin.

XXV.

Petrus de Men. & Nor. III March. de Villareal, &c. Vid. *Tab. præced.*

ALPHONSUS de Noronna, Præfectus Septæ Prorex Indiæ, ✠ *Maria Ferdinandi de Miranda & Catharinæ de Eza f.*

Ferdinandus de Noronna, ✠ ante patr.

Diegus de Noronna ✠ ante patr.

XXVI.

Ferdinandus de Nor. Dn. de Maceyra & Seren Maria de Villena, Emanuelis Selloz de Silva VI. Dn. de Unnon f. improl.

Michael de Noronna, Johanna de Villena, Francisci Coutinno & Philippæ de Villena f.

Johannes, Clericus.

Georgius de Nor. ✠ impr. Isabella de Noronna.

Catharina, ux. Roderici de Melo, II Com. de Tentugal, fil.

I. Antonius
III. Laurentius.
IV. Petrus.
VII. Ludovicus.
VIII. Franciscus.
obiere sine liberis.

II. Ferdinandus de Noronna, Comes III. de Linnares, ✠ Philippa, Meudi de Saa, Gubern. Brasiliæ, fil. ac hær.

Maria de Nor. Violanta, obiere innuptæ.

XXVII.

Alphonsus de Noronna, Præfectus Septæ, dein Tangerii. *Arcangela Maria, Petri de Noronna, Dn. de Villaverde f.*

Ludovicus.

Catharina, innupta.

Francisca, *monialis.*

XXVIII.

Johanna nup. *Ludovico Carrillo Pacheco, March. Caracenæ, Dn. de Pinto.*

Michael de Noronna, Commendator Noudarensis in Ord. milit. de Avis, Cubicularius Regius Prorex Indiæ ✠ *Ignatia de Noronna IV.* Com. de Linnares.

XXIX.

Alphonsus de Noronna, ✠ infans.

Ferdinandus de Noronna, V Comes & I DUX de Linnares, Commendator in Ord. de Avis, ✠ *Mariana de Castro & Silva, Manrici de Silva I March. de Govea, VI Com. de Portalegre f.* 1637.

Hieronymus de Noronna.


Alphonsus de Noronna, improlis.

XXX.

Michaël de Noronna, VI Comes, II Dux de Linnares.
Lucretia de Silva e Ladron, Casparis de Ladron Comit. III de Sinarcas fil. 1674. hactenus improlis.

Manricus de Noronna, tribunus milit. in Catalon.

Josephus Antonius de Noronna, *Decanus* Murciæ, ✠ 1695.



XVI.

TERTIUS COMITUM DE LINNARES.

Ux. Beatrix de Portugal & Breganza.

ANTONIUS de Noronna I, Comes de LINNARES. XXIV.
Johanna de Silva, Diegi I, Com. de Portalëgre fil.

XXV.

Ignatius de Nor. ✠ impr. *Isabella de Attaide, I Com. de Vidigeira f.*	Franciscus de Nor. II. C. Linnares. *Violanta, Ferdinandi d' Alvarez de Andrada f.*	Maria nup. *Francisco de Albuquerque.*	Margarita, ux. *Joh. de Meneses, C. de Cantannede.*	Petrus de Meneses & Noronna, ✠ Ux. 1. *Lucretia Guarda.* 2. *Constantia de Guzman.*

XXVI.

V. Diegus, VI. Emanuel. *Provinciales Ord. S. Augustini.*	Johanna Maria. Beatrix. Margarita Catharina. *monial.*	1. Johanna ux. *Martini de Castello branco, Dn. de Villanova.*	Catharina ux. prima *Andreæ de Albuquerque.*	2. Antonius de Meneses. *Johanna, Hieronymi de Castro, Dn. de la Paul de Poquilabo f.*	Luisa. Maria. obiere infant.	Johanna, uxor. *Alphonsi de Noronna V. Com. Odemiræ.*

XXVII.

Petrus de Meneses, Castellanus Viseensis ✠ Ux. 1. *Maria de Villena, Johannis de Portugal f.* 2. *Maria de Vasconcelos, Antonii fil.*	Hieronymus de Noronna.	Carolus.	Alvarus.	Cecilia, ux. *Francisci Rolim, Dn. de Azambuja.*	Constantia.

XXVIII.

2. Ignatia de Noronna, IV Com. de Linnares ex testamento Ferdinandi de Noron. III Com. Linnares, nup. *Michaeli de Noronna,* Agnato suo.

XXIX.

Petrus de Noronna, improlis.	Arcangela Maria nup. *Antonio Ludovico de Tavara, II Com. S. Johannis.*	Maria Antonia ux. *Roderici Lobos de Silveira, I Com. de Sarceda, March. de Sovereira.*	Philippa, *monialis.*	Johanna, *monialis.*

XXX.

Johanna de Noronna, nup. *Augustino de Alencastro & Sande, II Duci de Abrantes, March. de Portoseguro, &c.*	Ignatia.	Michaela.	Margarita.	Maria.	Philippa.	Josepha.	Antonia ✠ infans.

m o n i a l e s.

TABULA XVII.

NORONIANÆ STIRPIS RAMUS QVARTUS.

COMITUM DE MONSANTO MARCHIONUM DE CASCAES.

XXIII. JOHANNES DE NORONNA, Ferdinandi Comitis II. de Villareal F. Dom. de Sortela, Cubicularius major Alphonsi V. R. Lusit. Uxor. *Johanna de Castro, Alvari I. Comitis de MonSanto & Dom. de Cascaes fil. & hær.*

XXIV.

Petrus de Castro, Comes III. de MonSanto, Dn. de Cascaës *Agnes de Ayala & Silva, Diegi de Silva, Com. I. de Portalegre f.*

Georgius de Noronna, ✠ improl. *Maria de Silva, Diegi f.*

Beatrix nup. *Diego Pereyra, II. Com. de Feyra.*

XXV.

Ludovicus de Castro, Dn. Comitatus de MonSanto. *Violanta de Atayde Antonii, I Com. de Castanneyra fil.*

Maria nup. *Ferdinando de Castro, Dn. de Boquilobo.*

Luisa Maria ux. *Johanis de Meneses Dn. Comitatus Tarocæ.*

Maria Luisa, *monialis.*

Luisa nup. *Petro de Acunna, Dom. de Gestazo.*

XXVI.

Antonius de Castro, Dom. Comitatus de MonSanto. *Agnes Pimentel de Sousa, Martini Alphonsi de Sousa, Dn. de Alcoentre & Prado, fil.*

Anna nup. *Alvaro de Castro Dom. de Fonte arcada.*

XXVII.

Ludovicus de Castro, V Comes de MonSanto. *Mencia de Noronna, Henrici Protegis Proregis Indiæ f.*

Martinus Alphonsus de Castro, Comendator de Sousæ, in Ord. Avis. Prorex Indiæ, ubi ob. 1626. *Margarita de Tavora, Alvari de Sousa f.*

Franciscus de Castro, *Episcopus* Guardæ, Inquisitor Gener. Lusitan.

XXVIII.

Alvarus Perez de Castro, VI. Comes de MonSanto, I March. de Cascaës.
1. *Maria de Portugal, Nunii Alvarez de Portugal, è Comit. de Vimioso f.*
2. *Barbara, Antonii de Atayde, V Com. de Castanneyra f.*

Francisca de Castro & Tavora, patris hæres nup. *Ferdinando Tellez de Meneses I. Com. de Unnon* 1630.

XXIX.

1. Johanna Agnes, nup. *Ludvico de Silva Tello, II Com. de Aveyros.*

2. Ludovicus Alvarez de Castro, VII Com. de MonSanto, II March. de Cascaës. *Maria Antonii Ludovici de Meneses, C. de Cantanede, II. March. de Marcalar fil.* ✠ April. 1700.

XXX.

Emanuel de Castro, VIII Com. de MonSanto.

Alvarus de Noronna.

Ferdinandus de Noronna.

Franciscus de Noronna.

EXEGE-



EXEGESIS HISTORICA.



LPHONSUS, Henrici II Regis Castellæ & Legionis filius, ex *Elvira Inniguez de Vega*, Domina castri Vegæ in districtu Saldaniensi, genitus, quemadmodum sub finem Exegesis Tabulæ X dictum fuit, amplissimam in Lusitania prosevit stirpem. Creatus à patre *Comes Gegionis & Dynasta Noroniæ* in Asturibus an. MCCCLXXIII per pacem, inter Castellenses & Lusitanos eodem temporis tractu factam, sponsam accepit, Isabellam, Ferdinandi Regis Lusit. filiam, furto genitam. Hujus nuptias ex levitate juvenili posteà aversatus in Galliam anno MCCCLXXV aufugit; inde verò à genitore revocatus sponsæ matrimonio junctus est. Pro ingenio audaci, callido & inquieto, quo erat, crebras concivit turbas; propter quas jussu Regis Johannis I, fratris sui, in vincula conjectus, & diu in Almonaciri arce detentus est, bonis ejus omnibus fisco addictis. (a) In libertatem denique restitutus, antiquum obtinuit, & Regi Henrico III necessitatem attulit, bello eum petendi, & in Gegione obsidendi; intercedente autem Petro Trastamaræ Comite tale pactum cum obsesso an. MCCCXCIV initum est, ut Gegione tantùm retenta, reliquam ditionem suam Regi permitteret, & de perduellionis crimine, quod illi objiciebatur, coram Rege Galliæ, tanquam arbitro, disceptaret, quodque is judicasset, id fas jusque esset. Lite ergò coram dicto Rege, uti convenerat, contestata, Alphonsus lege majestatis damnatus, & in potestate Regis sui esse jussus, veniaque & impunitas obtemperanti promissa, recusanti verò nullam spem præsidii, ac ne tutum quidem in Gallia perfugium fore, indictum est. Ille verò, uxore instigante, negavit se in Castellæ Regis potestatem concessurum; quare Gegio denuò, & majore vi obsessa, factaque deditione solo æquata; (b) Noronia verò Ecclesiæ *Ovietanæ* tradita est, cujus *Episcopi* hodieque *Comitum Noroniæ* titulo utuntur. (c) Uxori tamen Alphonsi permissum fuit ad virum in Santonibus adhuc agentem, discedere, à quo tempore exules extorresque fuere, & reliquam ætatem in oppido *Marans*, Alnetensis tractus, ubi habitandi facultas à Vicecomitissa Thuarsiæ eis data fuit, peregerunt. (d) Liberi eorum in Hispaniam se recepêre, ibidemque, maximè in Lusitania, luculentas opes, summasque dignitates consecuti sunt.

Sobolis *non legitimæ* genitor *Alphonsus Gegionis Comes* etiam fuit, eam *Harus in Nobiliario Hispanico* hoc recenset ordine: *Ferdinandus, Martinus, Didacus & Beatrix*; hæc Roderico *de Pereyra*, cogn. Seniori, ex domo Ribensi de Visela nupta fuit. Didacus cognomine Henricidæ (*Enriquez*) de Noronia usus Hispali in matrimonium duxit Beatricem Guzmanniam, Henrici, Comitis secundi de *Niebla* filiam & Ducis primi de *Medina Sidonia* sororem, atque ex ea stirpem prosevit hodieque fortassis florentem. Nepos Didaci *Alphonsus* Magister morum, *Regidor* Hispanis appellatur, in civitate *Badajoz* fuit, & fundavit unà cum uxore sua *Mencia de Soto*, Majoratum *de Campo Cevada & Pennabutrera*, quemadmodum Ludovicus *Salazarius* in *Historia familiæ Silvanæ*. (e) refert. Inter abnepotes Didaci *Johannes Enriquez de Noronna* recensetur, qui in *Madera* insula uxorem & rem reperit, ibidemque propaginem Henricidarum condidit. Martinus Didaci frater, Carolo VII Regi Galliæ militasse, & legationem ejus nomine in Castella obiisse prædicatur. Ferdinandum *Henricidarum* Dominorum *de Albczobos &*

 Barbacena,

(a) *Mariana Lib. XVIII, cap. 7.* (b) *Id. Lib. XIX, Cap. 4. & 6.* (c) *Salaz. Orig. de las dign. Segl. Lib. III, cap. 11.* (d) *Sainthe Marthe Hist. Geneal. de la mais de Fr. Liv.* (e) *Lib. V, c. 15.*

Barbacena, autorem, cui primas inter Alphonsi Gegionensis Comitis nothos *Harus* tribuit, *Lud. Salazarus* ipso Rege Henrico II genitum esse tradit, è *Beatrice de Angulo*, Petri Alphonsi Castellani Cordubensis gnata. (*f*) Ferdinandi filius cognominis beneficio Johannis II Regis Lusitaniæ, cui à præfectura domus & consiliis fuit, factus est an. 1483 Dominus oppidi Alcazobos, ductaque in uxorem Blanca, Martini Alphonsi de Melo, Dom. de Areda & Barbazena gnata, dynastiam postremò nominatam acquisivit, ita ut filiorum ejus natu maximus Henricus Dominus de Alcazobos, secundogenitus Alphonsus Dominus de Barbazena audiret. Hoc satus Georgius Enriquez eodem titulo usus an. 1563 improlis decessit: transiitque Barbazena in familiam Albuquerquiam, ex qua Georgius Albuquerquius, Alphonsi Magni, Indiæ victoris, ex fratre nepos, Annam Enriquez, quæ Georgii Barbazenæ Domini soror erat, in matrimonio habuit.

Quæ è legitimo Alphonsi Comitis Gegionis & Noroniæ conjugio orta est propago Noronianum cognomen adscivit; natu maximus inter mares PETRUS, Ecclesiasticum vitæ genus amplexus, ad Archiepiscopatum Olissiponensem provectus est, & inter primos fuit, qui huic Ecclesiæ titulo metropolitani præfuerunt; ipsiusmet enim ætate, circa an. 1391 Olissiponensis Præsul Archiepiscopi honore à Pontifice Rom. Bonifacio VIII, Lusitanorum benevolentiam aucupante, auctus est, Conimbricensi Episcopo tanquam suffraganeo attributo, cui posteà Portalegris Episcopatum Pauli III Papæ venia institutum, accessisse Mariana refert. (*g*) *Aub. Miræus* (*h*) alios addit benè multos, videlicet in Lusitania Albensem (vulgò Elvas) Leriensem, (Leira) in Africa Septensem (Ceuta) & Congensem, prætereaque Episcopos insularum Maderæ, Terceræ, Hesperidum S. Thomæ nec non Brasiliensem in urbe Bahia omnium Sanctorum, vulgò S. Salvador. Fuit cæterùm Petrus Noronia Archiepiscopus Olissiponensis multorum liberorum pater, quamvis nullius uxoris maritus; ab illis longa & numerosa defluxit posteritas, hodieque superstes; in qua familiam ducunt Comites de Villaverde, quod feudum Martino, Petri Archiepiscopi nepoti, uxor Jomara Albuquerquia attulit, deindeque in gratiam Antonii, Sexti ejus Domini, qui Martini atnepos erat, in Comitatum provectum est, quo titulo istius gnatus Petrus Antonius, id jam tenet. Alium prætereà Comitatum propagini Petri Archiepiscopi acquisitum fuisse reperio, illum nempè qui de los Arcos vocatur, atque à Philippo III Rege Hispaniarum Ludovico de Lima primitus fuit collatus, à Magdalena Borbonia verò tertia Comitissa de Arcos in Noronianam familiam translatus, cùm ea Thomæ de Noronia, Commendatori in Ordine Christi, Consiliario Status Lusitaniæ & Camerario Principis Theodosii, nupsisset; orta est ex hoc matrimonio Helena, de Borbon cognominata, quæ primò Stephani de Meneses Domini domus Taroca, dein Ferdinandi de Tellez de Silva, III Comitis de Villar Mayor consors facta est. (*i*) Num verò masculam quoque prolem Thomas de Noronia post se reliquerit, & quibus genitoribus satus sit, incompertum habeo; suspicor tamen, in numerum posterorum Marci de Noronna, & Mariæ de Acosta illum esse referendum.

AD TAB. XV.

FERDINANDUS de Noronia, inter filios Alphonsi Comitis Gegionis tertius, felici cum Beatrice Menesia connubio opes, honores, novosque titulos familiæ suæ peperit. Erat isti pater Petrus Menesius Comes Vianæ & Villæregalis, vir fortis ac strenuus, qui expugnata à Lusitanis, auspiciis Regis Johannis I, an. 1415, Septa, Africæ oppido, Ceuta vulgò dicto, ejus præfecturam petiit obtinuitque aliis provinciam ob pericula recusantibus. (*k*) Eandem spartam unà cum honore Comitis Villæregalis, illo mortuo, gener beneficio Regis Alphonsi V accepit atque ornavit; Vianæ verò comitatus ad gnatum Petri, Eduardum Menesium devolutus est. Ferdinando Noroniæ duo ex uxore Menesia nati sunt filii, quorum minor JOHANNES novum ramum, Comitum de Monte sancto, prosevit; major PETRUS maternum cognomen cum paterno conjunxit, ita ut illi primas daret, & ex Comite Marchio Villæ regalis à R. Johanne II creatus est. Eidem complures fuére liberi, inter quos tres filii *Ferdinandus, Antonius & Henricus*, stirpem propagarunt. Postremi propago virilis emarcuisse videtur; Antonius Linariensem condidit lineam, peculiari tabula enumeratam; FERDINANDUS, Lusitaniæ Comestabilis, Marchionum Villæ regalis stemma con-

(f) *op. cit. Lib. X. Cap. 4.* (g) *Lib. XVIII. cap. 13.* (h) *Notit. Episcopatuum.*
(i) *Salazar Hist. Geneal. de la casa de Silva Lib. VIII. & Lib. IX. cap. 21.*
(k) *Vasconcell. Anaceph. Lusit. pag. 152.*

continuavit per filium natu maximum PETRUM; à minimo natu verò Alphonso palmes provenit, qui denique cum Linariensi ramo coaluit, quemadmodum è Tabula XVI patet. PETRUS, tertius Villæ regalis Marchio, idemque jure materno Comes de Alcoutin, gnatos duos habuit, qui sibi invicem in avitos honores successerunt; alter quoq; ex eis EMANUEL à Rege Philippo, qui Lusitanis primus, Castellanis secundus audit, ad Ducalem dignitatem provectus est, ita ut Dux Villæ regalis appellaretur; filius verò ejus MICHAEL à Rege Hispaniarum Philippo III impetravit, ut Ducalis titulus in oppidum Camiña transferretur, pristino Marchionis axiomate Villæ regali relicto.

Michaeli, Duci Caminiæ primo & Marchioni Villæ regalis sexto, sine prole legitima mortuo, successit frater LUDOVICUS, qui nec non filius ejus MICHAEL luctuosum vitæ familiæque suæ finem, suo sibi jumento accersitum habuerunt. Ea de re dilucidè & singulariter *Cajetanus Passarellus* in *Historia* sua *belli Lusitanici* retulit, (l) hunc fermè in modum: " Postquàm Lusitani à Rege Hispaniarum Philippo IV an. MDCXL descissent, & alium sibi Regem, Johannem Ducem Bregantiæ, è veteri Regia Lusitaniæ stirpe ortum, præfecissent, non eadem omnium, inprimis nobilium, erat mens & inclinatio, multis in fide Regis Catholici clàm palàmque persistentibus. Istis facem subdidit, & conspirationis autor fuit Archiepiscopus Bracarensis, vir animo constans, intrepidus, amore erga Regem Philippum non minus ac odio ergà Bregantinum flagrans, qui cùm ad illam solidè constituendam aliquem ducem ex summatibus regni requireret, Averi Ducem & Villæ regalis Marchionem tanquam regio stipiti propiores, splendore divitiarum eminentes, & Bregantini æmulos, maximè idoneos fore putavit. A Duce Averi tamen, qui potentia ac dignitatis specie familiæque amplitudine longè superior erat, imbecilla & gracili ejus ætate avocabatur; & totus in Marchionem ferebatur, quem supra generis claritudinem & immodicas opes, rerum etiam usus & decora canities & popularitas commendabant. Huic igitur Præsulis studio & industria, & ejusdem quoque in Regem Philippum propensione in partes facilè tracto, conjurationisque principi constituto, paulò post Dux Caminiæ filius ejus adultus, accessit. Deinde ejusdem Antistitis artibus Supremus fidei Quæsitor, Cruciatæ Præses, Comes Armamaris & tandem Augustinus Emanuel, spectatæ nobilitatis ac fidei vir, conspirationi se adjunxerunt. Hi cùm secreto convenissent, & qua ratione res esset agenda consultassent, in Bracarensis Antistitis, ut totius negotii autoris, sententiam itum est, qui in hunc modum insidias struxit. Die videlicet quinta mensis Augusti, annus erat seculi quadragesimus & primus, uti conjurati nocte intempesta in regiæ quatuor distinctas partes, in totidem arcis angulos flammas, & oleo interlitas faces, & alias aptas ignibus escas injicerent, cumque muris, tectisque correptis ignis intus & foris tumultum & metum undique exciret, flammasque restinctum, ut solet, plerumque turmatim concurreret populus, in ea fluctuatione animorum, & rerum omnium confusione conjurati promiscuè tanquam opem & ipsi ferentes per incendia ædiumque ruinas irrumperent, Bregantium confoderent, uxorem ejus ac liberos caperent, eodemque sese tunc collidentis, ac trepidantis multitudinis impetu disturbatis, cæsisque repentè custodibus arcis, in regiam & arcem simul invaderent; quibus fortasè prosperè gestis Bracarensis statim Antistes, fidei generalis Quæsitor & Cruciatæ Præses sacro ornatu habituque, quemadmodum fieri in sacris solemnibus solet, magnificè exculti in publicum prodeuntes rei novitate attonitam fortè seu restitantem sedarent plebem, tum & Villæ regalis Marchio urbis & regni administrationē susciperet, donec monitus Rex Catholicus, sicut ei placuisset, imperium regnique jura repeteret. Hæc magna animorum alacritate, ac tumida spe decreta cum essent, rem omnem sine mora Comiti Olivario, supremo tunc Regis Hisp. ministro, nunciandam esse arbitrati sunt, ut quo tempore ipsi Olissipone conjurationem perpetrandam capesserent, eodem & ipse curaret, ut terra marique applicitæ copiæ, & classis præsertim quam citissimè posset Olissiponem appropinquaret. His literis curandis Petrum Baëzam, mercatorem regni ditissimum, cui externa cum hoste literarum commercia permissa erant, elegerunt, utque is negocium in se susciperet pecunia & promissis perfecerunt. Ab isto missæ recto tramite literæ in Ajamontium Marchionem, tanquam amicum, impegerunt, à quo cum Duce Medinæ Sidoniæ communicatæ, & utriusque consensu ad Bregantium, Regem Portugalliæ, cujus partibus clam studebant, delatæ sunt. Hac via cum detecta esset conjuratio, Rex novus omni adhibita cautione & provisis rebus omnibus, Senatum Status bellique frequentem coëgit, quò Villæ regalis Marchio & Bracarensis Antistes cum aliis conjuratis sacri

(l) *Libro II.*

cri ordinis incautè ac temerè venientes, omnes in regia capti & custodiæ mandati sunt; Caminiæ Ducem in foro stantem satellites comprehenderunt. Convicti & confessi perduellionis damnati, & Præsul quidem & alii, qui ut sacris initiati ad jura Ecclesiæ provocaverant, perpetuæ & arctiori custodiæ mancipati, reliqui verò vindicibus rerum capitalium traditi, atque ab his uno eodemque die Villæregalis Marchio, Caminiæ Dux, Armamari Comes & Aug. Emanuel ferro, cæteri obscuræ notæ laqueo necati sunt. Bona Marchionis & Ducis fisco addicta, titulos tamen retinuit soror Ducis Caminiæ unica, MARIA BEATRIX, eósque ad filium, quem è secundo suo matrimonio suscepit, videlicet Petrum Luitgardum Portocarrerum, Medellini Comitem, transmisit, qui iisdem hodiéque utitur.

AD TAB. XVI.

ANTONIUS *Noronia*, Petri, Marchionis Villæ regalis primi, filius natu minor, ab Emanuele Portugalliæ Rege classi CC navium, cui ad octo millia, (præter opifices & nautas) bellatorum imposita erant, præfectus fuisse legitur, ea fini, ut cum his copiis in Africam trajiceret, ibique arcem ac præsidium in Mamorini fluminis ripa extrueret ac collocaret; Quamvis autem ea res parum felices habuerit exitus, opusque penè ad fastigium perductum, adventantibus cum valido exercitu Fezii, Mequiniique Regibus, non sine dedecore damnoque intermissum & derelictum fuerit, Comitis tamen Linariensis honore ille mactus est. (*m*) Fuit idem Dominus oppidorum Fornos, Alpodres & Penaverde, Capitaneus Generalis Septæ, dictoque Regi & Johanni III ejus filio ac successori ab intimis epistolis, quali munere fungentem Lusitani Escrivano de la Puridad appellant. Virili ejus stirpe extincta in Petro pronepote, IGNATIA hujus gnata Comitatus Linariensis hæreditatem, ex testamento Ferdinandi, sobrini sui, adiit, eandemque Michaeli Noroniæ, marito pariter & agnato suo, è linea Comitum Villæ regalis orto, attulit. Ex hoc conjugio FERDINANDUS prodiit, Linariæ Comes quintus & Dux primus, beneficio Regis Johannis IV; eodem axiomate MICHAEL, illius filius, nunc eminet, prole destitutus, atque adeò fatalem suæ stirpis periodum, si quid ipsi humanitus acciderit, absoluturus.

AD TAB. XVII.

De Comitibus Montis Sancti, ex Noroniana gente; quoniam narrandi deficit argumentum, de Castrensi familia, in cujus nomen illi se adoptarunt, aliqua inserendi lubido subit: est ea vetusta æque ac nobilissima, utpote oriunda à Guttiero Comite, Roderici Velazquez, qui seculo X Divitis hominis dignatione cluit, filio. Hic Castrum Xeriz, intra Durium & Minium amnes situm, acquisivit, & pater fuit Gontroidis, nuptæ Nunio Alvarez de la Maya, Alfonsi V Regis Legionensis notho, cujus è filia unica Simena, Ferdinando Lainez, Roderici Cidi, clarissimi herois, patruo, elocata, nepos Alvarus cognomen de Castro primus adscivit. Eo prognatam Mariam Ferdinandus, Sanctii Imi Regis Aragoniæ, ad Oicam an. 1094 sagittæ ictu mortui, filius illegitimus uxorem duxit, novamque prosevit stirpem, quæ appellationem de Castro retinuit, hodieque viget, ramos sustinens & nativos & insititios. Ferdinando, modò dicto, tres tribuuntur gnati, videlicet Ferdinandus, Rodericus & Guttierius; Hic juventam Sanctii R. Castellæ cogn. Desiderati, Aji dignatione, moderatus Petrum genuit, sine prole mortuum. Ferdinando natum Martinum soror Sancia, Alfonsi Imperatoris Hisp. pellex, veneno in flore ætatis è medio sustulit. Guttierius ex uxore sua Sancia Diaz utriusque sexus liberos genuit, præcipuè Guttierium & Ferdinandum; hoc ex Stephania, Alphonsi Imperat. Hisp. notha, natus est Petrus Fernandez de Castro, dictus Castellanus, cujus filius legitimus Alvarus prole caruit, sed nothus Ferdinandus Perez Castrensium de Fornelos sator fuit. Guttierium postremo loco memoratum, uxor, Elvira Suarez, dominiis Lemos & Sarria auxit, patremque fecit Ferdinandi de Castro primi Domini de Lemos & Sarria, quo & Elvira Inniguez de Mendoza genitus Stephanus ex Aldoncia Ruiz, Alfonsi IX R. Legion. nepte, Ferdinandum Ruiz de Castro, Divitem hominem, Dominumque de Lemos, Sarria & Montforte suscepit. Hic Violantam, Sanctii IV R. Castellæ notham in matrimonio habuit, atque ex ea sustulit Johannam, Johanni Alfonso Dom. Valentiæ, Alfonsi XI R. Cast. nepoti nuptam, nec non Petrum Fernandez de Castro, cogn. Bellicosum (& de la Guerra,) huic Beatrix, Alfonsi Infantis

(m) *Vasconcell. Anacephalæos. Lusit. pag. 261.*

fantis de Portugallia, Dom. de Portalegre, gnata, prima uxor nullos peperit liberos, secunda verò Isabella Poncia de Leon Ferdinandum & Johannam; hanc, Didaco Lopez de Haro Dom. Biscajæ viro suo, viduatam, Petrus Crudelis Rex Castellæ uxorem duxit. Ferdinandus ejus germanus Comes de Castro Xeriz & Dom. de Lemos ac Sarria, an. 1375 mortuus, duas habuit uxores, primam Johannam, Alfonsi XI R. notham, hancque sterilem, alteram Isabellam Enriqueziam, qua natos filios duos mors præmaturè rapuit, Isabella autem gnata ævi diuturnioris Petro Com. Trastamaræ, Regis modò dicti nepoti è filio illegitimo, nupsit, eidemque avita dominia attulit. Cæterum à notho Ferdinandi Comitis Alvaro Perez de Castro, Castrenses de las Alcazovas, Bembiber & Reyris, omnesque quotquot XIII orbes sive nummos byzantinos in scutis suis gestant, originem trahunt. (n)

Verùm Petro Fernandez de Castro, cogn. Bellicoso, Domino de Lemos ex alia quoq; fœmina, seu amica seu uxore tertia, cui nomen erat Aldonciæ Lorenzo de Valladores, duo diversi sexus liberi nati sunt, nempè Alvarus & Agnes, hanc Petri Lusitaniæ Principis dein Regis amor funestus nobilitavit. Alvarum Ferdinandus Rex, Petri F. Comitem de Arroyolos & Comestabilem Lusitaniæ primum an. 1382 creavit, patrem è Maria Ponce de Leon Petri de Castro, Domini Comitatus Arroyolos, nec non de Cadaval, aliorumque locorum; hic ex Eleonora Tellez de Meneses Johannem & Ferdinandum genuit, quorum prior Cadavalii dynasta gnatam unicam, ex Eleonora Acunia susceptam, Johannam Ferdinando II, Duci Bragantiæ, nuptui locavit; posteriori Domino de Insan. & Boquilobo Isabella de Atayde, primi Comitis de Altoguja gnata, uxor fuit, qua nati sunt Alvarus & Garsias. Hic Dominus de Boquilobo virilem Castrensium stirpem propagavit, hodieque virentem in Johanne de Castro, Hieronymi F. Domino de Boquilobo & marito sororis secundi Comitis de las Sarcedas.

Alvaro Castrio, Garsiæ fratri, uxor Isabella, regio Lusitanico sanguine creta, dominiũ Cascaës dotis loco attulit; Rex verò Alfonsus V Comitis Montis Sancti (de Mon Santo) dignationem addidit. Eidem argenti dira cupido vitæ finem acceleravit: Tingis enim, Africæ urbs, cùm à dicto Rege an. 1471 oppugnaretur, jamque scalæ mœnibus admotæ essent, quo etiam impetu urbs capta fuit, vocatus à Mauro quodam Alvarus & rogatus est, ut vitam libertatemque sibi largiretur, ingentem ei thesaurum præmii loco detecturo; obsecutus Mauro Alvarus pro thesauro non quod ajunt in proverbio carbones, sed ipsum reperit atrum Ditem qui capite uno ictu truncatum ad tartara rapuit. (o) Idem pater fuit Johannæ, quæ gnata ejus natu maxima fuit, quamque JOHANNES Noronia Sortelæ Dominus, uxorem accepit; eo matrimonio titulus Comitis Montis Sancti, dominiumque Cascaesense in hanc transire familiam, quæ in honorem memoriamque maternæ originis paterna appellatione abdicata Castrensem assumsit, hodieque retinet. Ex ea ALVARUS Perez de Castro à Johanne IV Rege Lusit. axiomate Marchionis de Cascaes auctus, & legatione apud Regem Galliæ obita illustratus est, quam spartam ejus quoque gnatus LUDOVICUS nuper ornavit; cujus summæ humanitati genealogiam familiæ suæ Tabula XVII exhibitam, in acceptis ferimus.

(n) *D. Pedro Nobiliar. ejusque Commentator. Salazar Hist. de Silva Lib. II. Cap. VII. & alibi.*
(o) *Emanuel de Faria & Sousa Epit. de la Hist. Portug. pag. 259.*

STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS VI. HENRIQUEZIANA.
COMITUM DE TRASTAMARA, MELGAR ET ALVA DE ALISTE, ARCHITHALASSORUM CASTELLÆ, DUCUM DE MEDINA DE RIOSECO ET DE ALCALA, MARCHIONUM DE TARIFA, VILLANUEVA DEL RIO ET DE ALCANNIZES MAGNATUM HISPANIÆ.





Cutum hic delineatum, demto margine, insignia exhibet universæ Henricidarum genti communia, originemque ejus à Castellæ & Legionis Regibus manantem arguentia; sed alii aliis illud augere consueverunt symbolis; ita *marginem anchoris refertum*, qui hic conspicitur, *Comites de Melgar & Duces Medinæ de Rivo sicco* scuto suo circumposuerunt, denotando *Archithalassi* muneri, quo eminent; iidem cum cognomine Caprarensi (*de Cabrera*) insignia quoque gentis hujus, quæ æquivoca sunt & *capram nigram in campo aureo* referunt, Aragonicis & Andino-Siculis digmatibus stipata, limboque in quo equites lanceati decurrunt cincta, assumserunt, quemadmodum in Parte spec. Operis Heraldici Speneriani Tabula ænea XXVII videre est. Alcalæ Duces & Marchiones Villænovæ cum familiari scuto *Riberense* combinarunt, *fasciis tribus prasinis areæ aureæ inductis* constans. Albæ de Alista Comites adscito cognomine *Guzmannico*, tesseram quoque gentis hujus cum gentilitia conjunxerunt; *duo* nempe *ahena cum erumpentibus ex eis anguibus*: Marchiones denique de Alcannizes *limbum* Henriqueziano scuto circumdare solent *maculis velleris muris Pontici sparsum*.

TABU

STIRPS HENRIQUETIANA EJUS RAMUS PRI
ET MELGAR ARCHITHAL

XX. FRIDERICUS DE CASTELLA, Alphonſi XI. Regis Caſtell. & Legionis Filius naturalis, ex Eleonora Guzmanna, natus Ux. Leonora de Angulo.

XXI. Petrus de Caſtella, Comes Traſtamaræ cr. 1371. Comeſtabilis Caſtellæ, ✠ 2 Maji 1400. *Iſabella de Caſtro, Ferdinandi Ruiz, Dn. De Lemos fil. & hær.*

Fridericus de Caſtella & Caſtro, Com Traſtam. Dux Arionæ, ✠ 1430. Aldoncia de Mendoza, Diegi Hurtadi Dn. Mendozæ, Vegæ, & Hitæ fil.	Henricus, pater Petri Henriquez, Epiſcopi Mondonnedi.	Ferdinandus.	Alphonſus.	Ludovicus.	Conſtantia.	Beatrix, Dn. de Lemos, ux. Petri Alvari Oſerii, Dn. Cabreræ & Riberæ.

XXII.

Fridericus Henriquez, Comes de Melgar & Rueda, Admir. Caſt. ✠ 23 Decembr. 1473. Ux. (1) *Marina de Ayala, Diegi Hernandez de Cordonna, Dn. Bäenæ f.* (2.) *Thereſia de Quinnones, Diegi Hernandez Dn. Lunæ f.*	Petrus ✠ infans.	HENRICUS Henriquez ſator Comitum Alvæ de Aliſta *Vid. Tabul. XXI.*	Eleonora, ux. *Roderici Alphonſi de Pimentel, II Com. Beneventi.*	Beatrix nup. *Petro Portocarrero, Dn. de Moguer.*

XXIII.

1. Johanna, ux. 2da *Johannis R. Aragon. & Navar. mater R. Ferdinandi Catholici,* ducta 1444, ✠ 13 Februar. 1468.	2. Alphonſus Henriquez, Admir. Caſt. III, Com. de Melgar, ✠ m. Maj. 1485. *Maria de Velaſco, Petri, Com. de Haro I fil.*	PETRUS Henriquez Dn. Tarifæ. *Vid. Tab. XX.*

XXIV.

Fridericus Henriquez Adm. Caſt. IV, C. de Melgar, Dn. Medinæ de Rio Seco, Eq. Aur. Vell. ✠ 1538. ſ. lib. *Anna de Cabrera, Johannis III C. Modicæ f.*	Bernardinus Henriquez, ✠ ſ. lib. *Beatrix de Mendoza, Alvari II C. de Caſtro f.*	Ferdinandus Henriquez Admir. Caſt. V, Dux Medinæ de R. S. I, C. de Melgar. ✠ *Maria Giron, Jo. Tellez Giron, C. d'Urenna IIdi f.*	Beatrix nup. N. *Com. de Cabra.*	Johanna, ux. 2da *Didaci Lopez Pacheco, Duc. Eſcalonæ II.*

XXV.

LUDOVICUS Henriquez, Dux Medinæ de Rioſeco II &c. *Vid. Tab. ſeq. XIX.*	Fridericus Henriquez, Præfectus Domus Caroli Princ. Hiſp. ✠ *Johannna Manrique, Petri Com. de Paredes IV fil.*

XXVI.

Ludovicus Henriquez, Eq. Ord. S. Jac. Gubern. Galliciæ. ✠ *Catharina de Lujan, Diegi f.*	Mariana nup. *Petro de Valaſco & Rojas, Equ. Ord. Alcant.*

XXVII.

Fridericus Henriquez.	Diegus.	Alphonſus.

LA XVIII.

MUS COMITUM DE TRASTAMARA ASSORUM CASTELLÆ.

XX.

an. 1334, Regis Henrici II frater gemellus (Vid. ſup. Tab. IX.) Magiſter Ordinis militiæ D. Jacobi 1342. occiſus 29 Maji 1358.

XXI.

Leonora, f. Iſabella, nup. *Diego Gomez Sarmiento Dn. de Salinas.*

Alphonſus, cogn. Henricus (*Henriquez*) Dn. Medinæ de Rio ſeco, Admiralis Caſtellæ, ✠ 1426, vel 1429. *Johanna de Mendoza, Petri Gonſalez, Dn. Mendozæ, Hitæ & Buytragi f.* ✠ 1431.

XXII.

Aldoncia, ux. Roderici Alvarez Oſorio, Dn. Cabreræ & Riberæ.

Iſabella nup. Jo. Ramirez de Arellano, Dn. de los Cameros.

Agnes, ux. Joh. Hurtadi de Mendoza, Dn. de Almazan.

Conſtantia, nup. Jo. de Tovar. Dn. Berlangæ.

Blanca, ux. Petri Nunnii de Herrera, Dn. Pedrazæ.

Mencia, nup. Joh. Ferdin. Manrique II Com. Caſtanedæ.

Maria, ux. Johannis de Rojas, Dn. de Monzon

XXIII.

Maria, nup. Garziæ Alvarez de Toledo, Duci Albæ I.

Leonora ux. Petri Alvarez Oſorio, C. Traſtam, & March. Aſtorgæ I.

Agnes nup. Lupo Vazquez de Acunna, C. de Buendia II.

Henricus Henriquez, Dn. de Cortes, Orze & Galera, Admir. Siciliæ. Maria de Luna, Petri Dn. de Fuentiduenna f.

Aldoncia, ux. Jo. Floche, Duc. Cardonnæ I.

Blanca, monialis.

XXIV.

Tereſia, nup. Gutiero de Sotomayor C. de Belalcacar III.

Tereſia, cogn. Sancta ex Maria de Alvarado genita, ux. Gutierii de Cardenas Dn. Maquedæ.

Alphonſus Henriquez, Epiſcop. Oſmæ.

Tereſia, nup. Henrico Henriquez de Guſman.

Franciſca, ux. Bernardi de Sandoval, M. Deniæ II.

Elvira, ux. Petri Fernandez de Cordoua, M. de Priego I.

Maria, nup. Joh. Borgiæ, Duc. Gandiæ II.

XXV.

Ferdinandus Henriquez, *Archidiac.* Madrit.

Luiſa Henriquez Giron, ux. *Antonii Alphonſi Pimentel, Com. Benevent. VI.*

Alphonſus Henriquez, *Abbas Valliſoleti.*

Beatrix, *notha,* ux. 2da. *Alphonſi de Aquila.*

TAB.

HENRICIDÆ DE CABRERA, DUCES ARCHITHALASSI

XXV. LUDOVICUS HENRIQVEZ Ferdinandi & Mariæ Gironæ F. Dux II. Medinæ de Riofeco, Comes V de Melgar, Admiralis Caftellæ VI, Eques Aur. Vell. ✠ 24. Sept. 1572.

XXVI.

Ludovicus Henriquez de Cabrera, VII Admir. Caft. III Dux Med. C. de Melg. & Modica, E. A. V. ✠ 27 Maji 1596. *Anna de Mendoza, Diegi Hurtadi de M. C. de Saldanna fil.* ✠ 26 Jun. 1595.

Luifa nup. *Innico Lopez de Mendoza, V Duci del Infantadgo.*

XXVII.

Ludovicus Henriquez de Cabr. VIII. Adm. IV Dux Med. C. Melg. & Mod. Eq. A. V. ✠ 17 Aug. 1600. *Victoria Columna, Marci Antonii Columnæ, Pr. de Tagliacozzo f.* ✠ 28. Decemb. 1633

Diegus Henriq. *Eq. Ord. Alcant.* ✠ cœlebs.

Rodericus Henriq. *Archidiac.* Madrit. *Francifca Oforia, Domina de Valdongnillo & Villamer.*

XXVIII.

Joh. Alphonfus Henriquez de Cabrera, IX Admir. Caft. V Dux Med. Prorex Sicil. & Neap. n. 3 Mart. 1597. ✠ 1647. *Luifa de Sandoval Padilla, Chriftophori D. Uzedæ fil.*

XXIX.

Joh. Cafpar Henriquez de Cabrera, X Admir. Caft. Dux Med. de Riofeco, ✠ 25 Sept. 1691. *Elvira Ponce de Leon,* ✠ *m. Januar.* 1680.

XXX.

Joh. Thomas Henr. de Cabr. XI Admir. Caft. VII Dux Med. Com. de Melgar. Ux. 1. *Anna Catharina de Cerda, Antonii Joh. VII D. Med. Celi f.* 1663. ✠ m. Mart. 1697. 2. *Anna Catharina de Cerda & Aragonia, Joh. Francifci IX D. Med. Celi f. Petri Aragonii vid.* 1697.

Ludovicus Henriq. de Cabr. VIII March. de Alcannizes cum uxore *Therefia Henriquez de Almanfa, Johannis VII. March. d' Alcannizes fil. & hær.*

Jo. Simon Henriq. de Cabr. *Præf. Alexandriæ* 1699.

XIX.

MEDINÆ, COM. de MELGAR CASTELLÆ.

Uxor, Anna de Cabrera & Moncada, Com. de Modica, Johannis de Cabrera & Annæ de Moncada fil. 13 Octobr. 1518. XXV.

XXVI.

Anna, ux. *Petri de Zuniga, March. de Agnilla fuente.*	Francisca nup. *Francisco de Rogas, M. de Poza.*	Johanna, ux. *Johannis Ximenez de Urrea, C. de Aranda.*

XXVII.

Anna, ux. *Ludovici de Cordua & Cordona, Com. de Prades.*	Maria, *monialis.*	Antonia, *monialis.*	Petrus Henriq. *nothus, monachus Augustin.*	Luisa, *notha*, uxor. *Francisci Henriquez Dn. de Guzman, Dn. de Bolanos.*

XXVIII.

Anna, ux. secunda *Francisci Fernandez de la Cueva. VII Ducis de Albuquerque fil.*	Felicia nup. *Francisco de Sandoval & Rojas I Duci de Cea.*

XXIX.

Francisca, ✠ Neapoli.

XXX.

Theresia Henriquez uxor 2da *Casparis de Haro M. de Oliva- Com. Duc. d' Olivares*, 1671.	Caspar Henriquez *Decanus Cuentiæ*, ✠ 1683.	Fridericus Henriquez de Cabar. *nothus.*

TABU

HENRICIDÆ DE RIBERA MAR
DUCES

XXIII.

PETRUS HENRIQUEZ, Dominus Tarifæ, Friderici, Admiralis Castellæ, Com. de Melgar & Theresiæ de Quinnones filius. ✠ 1493.

XXIV.

1. Franciscus Henriquez de Ribera, Vtus Andelatus Andalusiæ, *III.* Comes de los Molares, Dn. Alcalæ, obiit improlis.
Leonora Ponce de Leon, Roderici March. de Cadiz fil.

XXV.

Catharina Henriquez de Rib. *filia natural.* nup. *Joh. Ariæ de Savedra, filio Com. de Castellar.* ☾

Perafanus Henriquez de Rib. *I* Dux Alcalæ, *II.* M. Tarifæ, VI. Com. de los Mol. ✠ improlis. *Leonora Ponce de Leon, Ludovici March. Zaræ fil.*

Johannes de Ribera, nothus, Episcop. Badajoc. dein Archi-Episc. Valentiæ.

Ferdinandus Henriquez de Rib. *II.* Dux Alc. *III.* M. Tar. V*II.* C. de los Mol. *Johanna Cortes, Ferdinandi, I March. Valli f.*

XXVI.

Ferdinandus Henr. de Rib. IV. March. Tarifæ, ✠ ante patr.
Anna Giron, Petri I. Duc. Ossunæ fil.

Johanna, nup. *Petro Fernandez de Cordoua Figueroa, March. de Priego.*

Catharina, ux. *Petri Gironi, III. Ducis Ossunæ.*

Agnes.

XXVII.

Ferdinandus Henr. de Rib. *III.* Dux Alcalæ, V. March. Tarifæ, *VIII.* C. de Molar. Andelatus Andaluf. ✠ 1636.
Beatrix de Maura, Christophori March. de Castellrodrigo f.

Johanna Henric. de Rib. nup. *Alphonso Fernandez de Cordoua-Figenroa, V. March. de Priego.*

Petrus Henriquez Giron de Ribera, Eques S. Jacobi.
Antonia Portocarrero, Petri Lopez, Portocar. March. Alcalæ de la Lameda fil. Primogen. & hær. ☾

XXVIII.

Ferdinandus Afàn de Rib. V*I.* March. Tarifæ, ✠ improlis ante patrem.
Anna de Mendoza & Sandoval, Jacobi Gomez de Sandoval, filii secundo geniti Cardinalis Ducis de Lerma, gnata ducta 1626, ✠ 27 Sept. 1634.

Anna Giron Henriq. de Rib. Nup. *Petro Faxardo, March. de los Velez,* ✠ sine lib.

Margarita ✠ infans.

Maria de Ribera, ux. Prima *Ludovici Wilhelmi de Moncada & Aragon. VII Ducis Montaltii.* ✠ sine pr.

Ferdinandus Henriquez de Rib. *nothus,* Eq. S. Jacobi

TAB.

XX.

CHIONES TARIFÆ & VILLENOVÆ. ALCALÆ.

Ux. 1. Beatrix de Ribera, Perafani tertii Adelanti, f. Præfidis Andalufiæ, & Com. de los Molares, Imi fil. ac hæres. 2. Catharina de Ribera, prioris foror germana, IVta Com. de los Molares. XXIII.

XXIV.

2. Fridericus Henr. de Ribera, V. Com. de los Mol. Imus Marchio Tarifæ, Andelat. Andaluf. Eq. Ord. S. Jacob. — *Isabellæ Martel*, Concubina. ☽

Ferdinandus Henriquez de Ribera. *Agnes Portocarrero, Petri Dom. Mouguer & Villanueva del Fresno f.*

XXV.

Fridericus Henriq. de Rib. Marchio de Villanueva del Rio. ✠ *Mariana de Cordona Petri Davilæ, M. de la Navas f.*

Catharina, *Abbatiffa* monaft. S. Agnet. Hifp.

Johanna, nup. *Joh. Sanctii de Tobar & Velafco, M. de Berlanga.*

Maria, ux. *Petri Portocarreri, II March. de Villanueva del Fresno.*

XXVI.

Ferdinandus Henr. de Rib. IIdus March. de Villanueva del Rio. *Maria Manrique, Garfiæ Hernandez Manrique VIi Com. d'Oforno f.*

Petrus Henriq. de Rib.

Agnes, nup. *Ludovico de Guzman, March. de Algava.*

Johanna, ux. *Francifci de Ribera-Barrofo II March. Malpicæ.*

XXVII.

Antonius Henriquez de Ribera, III Marchio de Villanueva del Rio, Eq. Ord. Calatr. & Commendator, ✠ fine pr. *Anna de Toledo, Antonii Alvarez de Tol. Ducis Albæ fil.*

Antonia Henriquez, IVta March. de Villanueva post fratris mortem, uxor *Ferdinandi Alvarez de Toledo Duc. Albæ & Huefcæ.*

☽

XXVIII.

Anna Maria Luifa Portocarrero, Marchioniffa Alcalæ de Lameda & post patruelium fuorum mortem, IV Alcalæ Dux, VII M. Tarifæ, IX C. de los Molares, nup. *Antonio Johanni de la Cerda, VII Duci Medinæceli.*

TAB.

HENRICIDÆ DE GUZMAN

XXII.

HENRICUS HENRIQUEZ, Alphonsi Enriquez, primi ex hac Gente Archithalassi Castellæ filius natu minor, cr. Comes de Alva de Aliste.

XXIII.

Fridericus Henriquez, ✠ improlis.

Alphonsus Enriquez de Guzman, II. Com. de Alva de Aliste, ✠ *Johanna de Velasco, Petri Fernandez de Vel. C. de Haro f.*

Johanna nup. *Diego Fernandez de Quinnones I Com. Lunæ.*

XXIV.

Henricus Enriquez de Guzman, ✠ ante patrem. *Teresia Henriquez, Henrici Dn. de Cortes fil. primog. ac hæres.*

Francisca, nup. *Francisco de Monroy, Dn. de Beluis, & Com. de Deleitosa.*

XXV.

Diegus Enriquez de Guzmann, III Comes de Alva de Aliste, Eq. A.V.
Ux. *1. Leonora, Friderici de Toledo, II Duc. Albæ fil.*
2. Catharina de Toledo-Pimentel, Garsiæ de Toledo, Leonoræ fratris, Fil.

XXVI.

1. Henricus Enriquez de Guzman IV C. Alvæ de Aliste *Maria, f. Leonora de Toledo, Garziæ fil.*

Antonius Enriq. de Guzman, *Prior S.* Religionis de S. Johanne.

PhilippusEnriquez.

Maria, nup. *Ferdinando Alvarez de Toledo, III Duci Albæ.*

Anna, ux. *Roderici Pacheco, I March. de Ceralbo.*

Johanna, nup. *Sanctio Sanchez Davila, filio March. de Velada.*

Isabella.

Bernardina.

2. Fridericus Enriquez de Guzman, ✠ Ux. *Jomara de Villena, Andreæ Tellez de Meneses f.*

XXVII.

Diegus Enriq. de Guzman V Com. Alb. Alist. ✠ f. l. Maria de Urrea, fil. Com. Arandæ.

Fridericus Enriquez.

Antonius Enriquez de Toledo VI Comes Albæ Alistensis. ✠ improl.

Bernardinus de Toledo.

Johannes de Guzman, M. de Malagon. ✠ improlis. Jomara Pardo de Tavera Antonii Arias Pardo de Savedra, Dn. de Malagon f. Johannis de Zuniga & Requesens, vid.

Leonora Nup. Petro Pimentel, March. de Tabara.

Hieronyma, ux. Petri Davila, II March. de las Navas.

Diegus Enriquez ✠ an. 1588. Leonora de Sylva, Laurentii VII Dom. domus de Vagos f.

XXVIII.

Henricus Enriquez, ✠ juvenis.

Agnes Enriquez, nup. *Hieronymo de Castro Dn. de Boquilobo.*

XXI.

COMITES ALBÆ AD ALISTEM.

Ux. Maria Theresia de Guzman, Henrici de Guzman, Com. de Niebla filia.

XXII.

XXIII.

JOHANNES Enriquez, sator Marchion. de Alcannices. *Vid. Tab. seq.*

HENRICUS Enriq. de Guzman, à quo Dynastæ de le Bolanos. Vid. Tab. XXIII.

Didacus Enriquez. *Maria de Silva, Petri Daza f.*

Jomara, ux. *Ludovici Fernandez de Hijar, I Com. de Belchite.*

XXIV.

Petrus Enriquez, Dn. de Quintana.

Teresia, ux. *Johan. de Acunna & Portugal, Com. Valentiæ.*

Beatrix, nup. *Bernardo Galceran de Requesenes.*

Francisca, ux. *Alphhnsi Perez Cornejo.*

XXV.

Maria, nup. *Diego Hernandez de Quinnones, Dn. de Villatoro.*

Henricus Enriquez, Dn. de Orze, Galera, Sierra, Filabres & Cortes. ✠ *Francisca Manrique, Johannis Chacon, Dn. de los Velez fil.*

XXVI.

Petrus Enriq. Com. de Fuentes ✠ 1610. impr. Ux. *Johanna de Azevedo, Dna. de Fuentes.*

Alphonsus.

Johannes.

Ferdinandus, *Eq. S. Jac.*

Teresia, ux. *Garsiæ Fernand. Manrique V. Com. de Osorno.*

Hieronyma, nup. *Petro Alvarez de Vega, Dn. de Grajar.*

Antonia.

Henricus Enriquez, Dn. de Cortes ✠ *Johanna, Petri Faxardo, March. de los Velez f.*

Johannes.

Petrus, *Eq. S. Jac.*

Antonius.

Maria.

Agnes.

Magdalena.

Francisca.

XXVII.

Henricus Enriquez, Equ. Calatr. VII Comes de Alva de Aliste, ✠ 1617. Isabella, Diegi Mexiæ Velasques, I Com. Uzedæ f.

Antonius, Eq. S. Joh.

Blanca, ux. Garciæ Alvarez de Toledo, Dn. de Higares.

Leonora, nup. Emanueli de Camara, II Com. de Villafranca.

Henricus Enriquez, Dn. de Cortes, ✠ sine lib.

Francisca, Domina de Cortes, nup. Petro Portocarrero, I Marchioni Alcalæ de la Lameda.

Catharina, ux. Ludovici Portocarrero de la Vega, Dn. de la Mondava.

Johanna.

XXVIII.

Fridericus Enriquez de Guzman VIII Comes de Alva de Aliste.

Blanca, nup. *Alphonso Perez de Vivero III Com. de Fuensaldanna.*

Maria Enriquez de Guzman, nupta *Carolo de Borgia & Aragonia, Duci de Villahermosa.*

TAB.

HENRICIDÆ DE ALMANSA

XXIII. JOHANNES HENRIQUEZ Henrici Henriquez primi Comitis Albæ ad Alistem filius, ✠

XXIV.

Franciscus Henriquez de Almansa, Marchio de Alcannizes primus. ✠ *Isabella de Ulloa, Roderici Dn. de Granadilla & Mota fil.*

XXV.

Johannes Henr. de Almansa, II March. de Alcanizes. *Elvira de Rojas, Johanis I March. de Posa fil.*	Petrus Henr. f. lib.	Maria, nup. *Diego Lopez de Zuniga, Com. de Nieva.*	Francisca ux. *Santii de Rojas.*	Martinus Henriquez, Prorex & Capit. General. renorum Peruvian. *Maria Manrique, Joh. Fernandez, M. de Aquilar f.*

XXVI.

Johannes Henr. de Almansa, III March. de Alcannizes. *Johanna Francisca de Borgia & Aragonia, I V. Duc. Gandiæ fil.*	Ludovicus Henriquez Comes de Villaflor, primus Eq. Alcant. *Ignatia Coresma, Baronis de Albito fil.*	Franciscus Henriquez, Equ. Alcant. Marhio de Valderrabano cr. 1614. sine pr. *Mariana de Velasco Zuniga C. de Nieva.*

XXVII.

Elvira Henriquez de Almansa, IV. March. de Alcannizes, nup. *Alvaro de Borgia & Aragonia*, Avunculo suo.	Ludovicus Henriquez II Com. de Villaflor, IX. de Alva de Aliste, Prorex Indiæ. *Hippolita, s. Victoria, Alvari de Cardona & Aragonia f.*

XXVIII.

Antonius Henriquez de Almansa V March. d'Alcannizes. *Leonora, Petri Alvarez de Vega fil.*	Johannes Henriquez de Borgia Mar. Oropesæ in India per matrimon. cum ejus dynastiæ hærede.	Thomasa, uxor *Johannis de Vega I Com. de Grajar.*

XXIX.

Alvarus Henriquez de Almansa VI March. de Alcanniz. Eq. S. Jacobi. *Agnes de Guzman, Henrici II Com. de Olivares f.*	Petrus Henriquez.

XXX.

Johannes Henriquez de Almansa Borgia, VII M. de Alcanizes & Oropesa, Comes de Almansa, Dn. domus de Loyola, Magnas Castellæ, Commendator de Alcanniz in Ord. Calatrav. ✠ 17 Mart. 1675.

Ux. 1 *Anna Henriq. de la Cueva, Francisci & Melchioris VIII & IX Duc. de Albuquerque soror.*

2. *Johanna de Velasco & Tovar, Bernardini VII Comest. Cast. fil. Alphonsi Melchioris Tellez Giron M. de Mayrena vid.*

XXXI.

1. Anna Henriq. de Almansa, ux. prima *Jacobi Francisci Victoris Sarmiento de Silva, V Duc. de Hijar* 1654.	2. Theresia March. VIII. de Alcannizes, nup. *Ludovico Henriquez de Cabrera, X Admir. Castellæ filio 2do genito.*

TAB.

XXII.

MARCHIONES DE ALCANNIZES.

Ux. Conſtantia, Didaci de Almanſa, Dom. de Alcannizes filia. ✠ XXIII.

XXIV.

Johannes Henriquez, Dn. de Brezanos, Eq. S. Jac. ✠
Johanna de Cobarravias.

XXV.

Diegus Henriq. *Epiſcop.* Coriæ.

Aldoncia, *monialis.*

Antonia, *monialis.*

Ludovicus Henriquez, Dn. de Brezanos, Eq. S. Jac. ✠
Antonia Henriquez.

Franciſca, nup. *Franciſco de Prado, Dn. de Valdetuexar.*

XXVI.

Hericus, Henriquez, *Ep.* Oſmæ, poſt Placentiæ.

Johannes Henriquez, *Thaumaturgus.*

Filiæ duæ *moniales.*

Johannes Henriquez, Dom. de Brezanos. ✠
Franciſca, Santii de Tobar & Iſabella de Padilla fil.

XXVII.

Ludovicus Henriquez, Dn. de Brezanos.

Sanctius Henriquez, *Jeſuita.*

TAB. XXIII.

Stirpem HENRICORUM Lineâ DOMINORUM

XXIII. HENRICUS HENRIQVEZ de GUZMAN, Henrici primi Comitis Albæ ad Alistem filius quartus, Dn. de Bolannos.
Ux. Maria de Figueroa Ponce de Leon, Domini de Villagarcia Fil.

XXIV.

Alphonsus Henr. de Guzman, Dn. de Bolannos. *Anna de Fonseca.*	Petrus, Eq. St. Joh.	Henricus, Præfectus triremium Neapol.	Laurentius.

XXV.
Henricus Henriquez de Guzman, Dn. de Bolannos.
Anna Maria de Guzman, Martini Dn. de Montealegre & Meneses fil.

XXVI.

Franciscus Henriquez de Guzm. Do. de Bolannos, *Aloisia, Ludovici Henriquez de Cabrera, VI Admir. Cast. fil. natural.*	Josepha nup. *Petro Osorio.*	Antonia, ux. *Antonii Alvarez de Toledo & Luna, Dn. de Cedillo.*

XXVII.
Henricus Henriquez de Guzman, Dom. de Bolannos, vixit an. 1618.

Bolannos & PRINCIPUM de Squinzano finiens.

Gabriel Henriquez.
Jummara de Avilæ & Cornero.

Johannes Henriquez.
Maria Paladini, ex nobilitate Leccensis civit. in regno Neapolit. Marchionissa de Campi.

Nicolaus Henriquez.

Ludovicus Henriquez.

Gabriel Augustinus Henriquez Marchio de Campi PRINCEPS de SQUINZANO, cr. 1637.
Antonia Paladini.

Franciscus Henriquez.

Ludovicus Henriquez, Comes de Montenovo.
Laurentia de Cardenes.

Johannes Henriquez, Princeps de Sqinzano.
Cecilia Capece Minutulo.

Gabriel Augustinus Henriquez, M. de Campi, natus sub finem anni 1700.



EXEGESIS HISTORICA.



IN numero liberorum, quos Alphonsus XI Rex Castellæ & Legionis ex Leonora Guzmanna, pellice sua, sustulit, Tabula X enumeratorũ, FRIDERICUS quoque occurrit, à matre uno eodemque partu cum Henrico, qui regnum occupavit, in lucem editus. Eum genitor an. 1342 Alphonso Gusmanno, avunculo, in honore *Magistri militæ D. Jacobi* surrogavit, *rebus gerendis ætate nondum matura.* (*a*) Patre defuncto, & matre jussu Petri Regis luce privata, diffidere huic, & averso ab eo animo esse cœpit, proculque ab aula in tutum secessit. Redintegrata verò cum Rege gratia celebritati nuptiarum ejus cum Blanca Borbonia ipse, æquè ac fratres ejus, interfuit. Turbatis posteà rebus cùm Fridericus procerum studia sequeretur, abrogatum ei est à Rege Magisterium, & Johanni Padilliæ collatum; hoc verò in tumultuaria ad Urcesiam pugna occiso, vacuum relictum, eò quod Rex per idem munus reditum Friderico ad gratiam pararet, quam is etiam, accepta incolumitatis fide amplexus est, & in integrum restitutus Regi in bello Aragonico strenuam navavit operam, Jumillia, quam Ferdinandus Aragonius interceperat, armis recuperata. Mala verò benè merito relata est gratia, ipseque non ita multo post Hispali à satellitibus Regis, ejusque in oculis, obtruncatus est. (*b*) Ex concubinis gnatam unam & filios duos sustulit; ex his uter natu major fuerit, haud extra controversiæ aleam positum esse Doctor *Salazar* (*c*) memorat. Petro à plerisque Scriptoribus primæ tribuuntur, genito ex fœmina Cordubensi, gentis *de Angulo,* de cujus prænomine dubitant, vel Leonoram, vel Isabellam, vel Agnetem eam appellantes. Alfonsi mater quæ fuerit non æquè ad liquidum perductum est: nonnulli enim ex Blanca Borbonia, cui à Friderico, cum eam Petro Regi desponsam è Gallia in Hispaniam deduceret, vitium oblatum fuerit, susceptum, atque à fœmina Judaica, cui Columbæ nomen tribuitur, Hispali educatum, eamque causam alienati repentè Petri Regis à Blanca animi fuisse perhibuerunt; (*d*) sed, *Salazaro* judice, *absque fundamento,* quoniam Fridericus Blancæ comes isto in itinere neutiquam fuerit. Alii graviore errore ex stupro novercæ, Mariæ reginæ; alii ex vulgari fœmina Guadalcanalensi, cui Columbæ nomen, ortum putarunt, quemadmodum idem autor refert, illi opinioni accedens, quæ istum cum nobili muliere, præfecto domui suæ nupta, furtim genitum, & Guadalcanalæ à fœmina, Columba nominata, nutritum fuisse statuit.

PETRUS, Friderici filius, à Rege Henrico II *Comitis Trastamaræ* honore auctus est, ob fidelem fortemque in bello adversus Petrum R. navatam operam, cumque deinde etiam Johanni Regi virtutem suam probasset, Magistri Equitum, sive *Comestabilis, Castellæ* dignitatem ambiit, & denique Henrico III regnante obtinuit. Filium ejus natu maximum, FRIDERICUM, virum magnanimum ac fortem, magnisque rebus gestis inclutum, Rex Johannes II *Ducis Arionæ* axiomate decoravit. *Signifer* idem fuit S. *Jacobi,* sive Defensor ædis huic Apostolo, ab Hispanis præcipuo honore culto, sacræ, terræque adjacentis, quod maximæ dignationis officium habetur. Orto bello Aragonico, quod civilis instar fuit, in suspicionem Regi venit, quasi fratrum Aragoniorum partibus clàm studeret, eaque propter cum ad

(a) *Mariana de reb. Hisp. Lib. XVI, cap. 10.* (b) *ib. Cap. 20 & 21. & Lib. XVII cap. 2.*
(c) *Origen. de las dign. segl. p. 88.* (d) *Mariana L. XVI, cap. 18.*

ad illũ, Belamasani in Durii ripa castra metatum, bona fide accessisset, conscientia fretus, in vincula duci, atque in Penafielis arce custodiri jussus est; ubi anno proximo decessit, *meliori exitu dignus* Marianæ visus. Sepulcrum ejus in monasterio, cui *Benevivere* nomen est, prope Carrionem in Vaccæis, cum inscriptione cernitur, à Petro Ruizio Sarmento, primo Salinarum Comite, ex ejus amita orto, positum. (e)

ALPHONSUS, alter Friderici Castellensis, Magistri D. Jacobi, filius, cognomen Henricianum (*Enriquez*) in honorem Regis patrui, cui in amore & pretio erat, adscivit, atque ad posteros transmisit. Ab illius nepote, Rege Henrico III, oppido *Palenzuela*, nec non munere Archithalassi sive *Admiralis Castellæ*, quod R. Ferdinandus III occasione expeditionis Hispalensis an. 1246 instituerat, auctus est, idq; inde ab eo tẽpore ad præsens usq; familiæ ipsi 9 perpetuum fuit. Ex hæreditate amitæ suæ Johannæ, Philippi Castrii uxoris, Methymnam Rivi sicci (*Medina de Rioseco*) accepit. Regnante Johanne II in bellis quæ adversus Aragonios fratres & Mauros Bellamarinos ac granatenses gesta sunt, præcipuis eventis & pugnis terra marique immixtus, ita se gessit, ut laborum ac fidei præmium oppidum Arcos de la Frontera tulerit. Anno MCDV. Majoratum in domo sua instituit, sub quo complexus est Medinam de Rioseco, Comitatum Rueda & Melgar, nec non dominia Mansilla, Palencuela, & Torre de Lapaton, aliaque. Supremum diem in cœnobio Guadalupensi obiit septuagenario major, & duodecim liberorum pater, videlicet novem filiarum, quas omnes summis regni viris in matrimonium collocavit, & trium natorum, quorum medius vita præmaturè caruit, à reliquis verò duobus, splendidissima progenies, hodieque florens, pullulavit. (f)

FRIDERICUS Henriquez, Archithalassus Castellæ è sua gente R. Johannis II beneficio secundus, & primus Comes de Melgar ac Rueda, bello strenuus, militarisque disciplinæ admodum peritus fuisse prædicatur. Ingenium eidem varium, flexibile multiplex Mariana (g) tribuit. Turbarum bellorumque civilium, quibus, Johanne II & Henrico IV regnantibus Castella jactabatur, maxima pars, & sæpè fax ac tuba fuit; odio inprimis Alvari Lunæ, aliorumque, qui primum gratiæ & autoritatis locum apud dictos Reges tenebant, quem ipse sibi deberi putabat, & variis artibus captabat; nec alia res splendidum, quo filia ejus è priore toro unica Johanna, aucta est, matrimonium atque affinitatem cum Regia Aragonica domo ei conciliavit, quàm quod conjurati putarent, eò confirmatius & valentius ipsorum fore fœdus, si hujuscemodi vinculis mutuo obstringerentur.

ALPHONSUS Henriquez in patris Friderici honores titulosque successit, & post R. Henrici IV excessum Isabellæ, ejus sorori, fidem operamque exhibuit, præcipuè in bello Lusitanico & prælio, quod ad Taurum urbem an. MCDLXXVI commissum est. (h) Itaq; ab eadem, cum an. 1481 ad Ferdinandum Aragonium, maritum suum, Calatajubæ conventum ordinum agentem, proficisceretur, rerum in Castella curam & administrationem suscipere jussus est. (i) Eo natus FRIDERICUS, quartus Castellæ Archithalassus, in Granatẽnsi bello fortitudinem suam Regibus Ferdinando ac Isabellæ probavit, deindeque cùm inter illos & Imp. Maximilianum affinitas esset contracta, geminatis sponsalibus, quibus Johanna, priorum gnata, Philippo Austriæ Archiduci, & vicissim Margarita Austriaca Johanni Hispaniarum Infanti condicta fuit, delectus est, ut Johannam ex Hispania in Belgium, & inde Margaritam in Hispaniam iisdem navibus deduceret; in nuptiarum etiam solennitate Johannis cum Margarita idem nec non mater ejus, Maria Velasca, auspices sunt adhibiti. (k) Ducta est Friderico felici matrimonio Anna Cabrera, genere Sicula, ad quam in ea insula defuncto in minore ætate Johanne Cabrera paternus avitusque Modicæ Comitatus hæreditate devolutus erat; *multis uno eam tempore ambientibus ille iis nuptiis potitus nobilem principatum in suam familiam invexit.* (l) Defuncti sine prole hæreditatem adiit frater, FERDINANDUS, cui Rex Carolus etiam Præfecti maris dignitatem concessit, prætereaque Ducale axioma super oppido Methymnæ de rivo sicco contulit.

AD TAB. XIX.

In LUDOVICO secundo Medinæ de Rioseco Duce dignitas Archithalassi Castellæ in familia Henricidarum continuata fuit, Caroli Imperatoris ac Regis Hisp. beneficio Contracta ab eodem est secunda cum Caprarensi gente affinitas, qua secunda quoque vice Mo-

(e) *Mariana Lib. XXI. cap. 1.* (f) *Lop. de Haro Nobil. Lib. V. p. 396.* (g) *Lib. XXI. c. 15.*
(h) *Marian. L. XXIV. cap. 10.* (i) *Ib. cap. 21.* (k) *Ib. cap. 16.* (l) *cap. 15.*

dicæ Comitatus in Archithalaſſorum domum venit, & Caprarenſe nomen ac *digma, capellam nigram in aureo ſolo exhibens*, titulis & ſcuto illorum inſertum eſt. Patrem uxoris Ludovici fratrem fuiſſe prioris Annæ Cabreræ, Friderico Archithalaſſo nuptæ, *Lupus de Haro* tradit, an ſatis rectè dubium ſuboritur eò quod *Mariana* & *Ferdin. Mugnos* fratrem Annæ Friderici conjugis, Johannem Cabreram parvulum deceſſiſſe, & ſorori paternum Comitatum reliquiſſe affirmant. Maximæ cæterum dignationis erat Caprarienſis familia, oriunda è Catalonia, ubi antequam in Sicilia feuda acquiſivit, Comitatu Urgellitano & Auſonenſi pollens ac potens erat, poſteaque in Caſtella Moyam cum Marchionis honore à Rege Henrico IV accepit.

JO. ALPHONSO *Henriquez*, nono è gente ſua Caſtellæ Archithalaſſo, ætate nondum matura condicta fuit *Franciſca Sandovala*, Ucedæ Ducis filia natu major; ea verò ante conſummatum matrimonium fatorum iniquitate rapta, ſororem ejus deinde nuptiis ſibi adjunxit. Eundem militaribus defunctum muneribus Rex Philippus IV Proregem Siciliæ & Neapolitani regni ſucceſſivè conſtituit. Hoc imperium ita geſſit, ut moderatio ejus & abſtinentia maximis quidem à Neapolitanis laudibus gratibusque celebraretur, aulæ verò Hiſpanicæ minimè ſatisfaceret. Refert enim *Hier. Bruſoni* in *Hiſtoria Italiæ*, (*m*) ſub regimine anteceſſorum ejus in provincia Neapolitana, qui fuere Comes Montisregii (*Monterey*) & Dux Medinæ turritæ (*Medina de las Torres*) eò usque excreviſſe vectigalia, aliasque exactiones, ut centum myriades ſcutatorum & amplius ab incolis expreſſæ fuerint, attamen vix quinta tantæ pecuniæ pars regio ærario illata ſit. Hoc pacto ad incitas penè redacto populo Neapolitano, cum querelis ejus nullæ aures, nec Regis nec miniſtrorum, paterent, tantum pecuniæ ſtudium in aula erat, Jo. Alphonſus Architalaſſus Caſtellæ in locum Ducis Medinenſis Prorex ſuffectus eſt. Is provinciam cùm cepiſſet, & deplorandum regni ſtatum cognoviſſet, non tantum religioni ſibi duxit accipere donum, quod novis Proregibus offerri ſolet, ſed etiam telonarios & publicanos in exactione vectigalium ac tributorum modum facere juſſit, neque induci potuit, ut nova imperaret. Ita cum nihil aut parum in fiſcum Regium & ſanguiſugorum crumenas jam redundaret, conqueri occeperunt aulici & cum Prorege expoſtulare, quod ex divite argentifodina, unde prædeceſſores ejus ingentes effoderint theſauros, ipſe vix obulum eruere valeret. Ea de querimonia & iniqua adeò ergà ſe indignatione literis nunciisque acceptis, illicò imperium abdicavit, fixum ſibi eſſe inquiens integra Regi ſuo fide ſervire, nec eum prodere; quæ verba aliaque liberè & cordatè dicta ubi ad aulam emanarunt, magno miniſtrorum riſu excepta ſunt, cavillantium, digniorem eſſe Archithalaſſum monaſterii præfectura, quàm regni Neapolitani, quod miti imperio habitum ferocientis equi inſtar frenum mordeat. Illo itaque magiſtratu poſtquàm abiit legatione Hiſpanica Romæ apud Papam Innocentiũ X fungi juſſus eſt an. MDCXLVI ejus initio parùm abfuit, quin ignominiam malúmque ſibi attraheret, Cardinali Ateſtino, Galliæ Protectori, domi & publicè in occurſu conſuetos exhibere honores, vel ex odio vel faſtu, detrectans; ſed minimè ſibi conſtans, in trepidationem exeunte confidentia, cùm diſcriminis tempus adveniret, quemadmodum citatus paulò ante autor literis prodidit. (*n*) In Hiſpaniam deinde reverſus in aula R. Philippi IV munus Præfecti regiorum equilium (*Cavallarizzo mayor*) ſuſcepit, inque eo filium JOH. CASPAREM, ſucceſſorem habuit.

Hujus vultum animumque autor libelli Gallici de aula Hiſpanica (*Memoires de la Cour d'Eſpagne* (*o*) hunc in modum delineavit: " Archithalaſſus Caſtellæ formæ dignitate facilè omnibus in aula præſtabat: erat in eo decora proceritas, egregia facies, ſummum ingenium ac judicium, morum elegantia & ſuavitas leporis plena, ſenium ſuum ſibi maximum putare malum, poſſe verſus facere lepidos ac venuſtos, huicque occupationi magis quàm negotiis domeſticis vacare, natura gaudere licentia & libertate vivendi, ſibi nempè & ſuo arbitratu, nec poſſe ſibi imperare, ut Regem ſupremumque ejus miniſtrum cum aſſiduitate atque ad normam coleret & obſervaret, utpote perſuaſum habens, quicquid neceſſarium coactumque eſt ne maxima quidem fortuna compenſari. Paucis ſe dabat, vel quod palati exquiſitioris eſſet, quàm ut omnium converſatione delectaretur, vel quod amaret ſolitudinẽ, ad quam ædium hortorumque ſuorum pulchritudine & amœnitate invitabatur. Amicas ſemper aliquot aluit, pulchrè ad perniciem rei familiaris ſuæ inſtructas. „ Titulis hiſce uſus eſt X *Admirante de Caſtilla, Duque de Medina de Rioſeco, Conde de Modica y Oſſona Commendador de Piedra Buena en la Orden de Alcantara, Cavallerizo Mayor del Rey, Gentilhombre de ſu Camara con exercicio y del Conſejo de Eſtado.* Filios complures habuit, legitimos & naturales; inter illos familiam ducit JOH. THO-

(m) *Lib. XV.* (n) *Lib. XIV.* (o) *Parte I, pag. 107.*

THOMAS, qui vivente genitore sub nomine *Comitis de Melgar* inclaruit, atque initio præfecturam legionis Lombardicæ (*Maestro de Campo del Terzio de Lombardia*) & civitatis Novariensis gessit, anno autem 1680 *Producis Mediolanensis* partam accepit atque ornavit. Jam verò paternis titulis aluit, atque in Hispania inter primates agit. Ejus frater natu proximus LUDOVICUS via matrimonii Marchionatum *d'Alcannizes*, cujus possessores in numero Magnatum Hispaniæ sunt, in Henricianam familiam reduxit, è qua in Borgianam transierat, quemadmodum Tabula XXI videre est.

AD TAB. XX.

A PETRO *Henriquez*, Tarifæ Domino, Alphonsi, Archithalassi Castellæ tertii fratre, Friderici filio natu minore, secundus Henricianæ stirpis ramus satus est, cognomine *Riberæ* distinctus. Proprium id est nobilissimæ familiæ, hodieque vigentis, quæ à Ramiro, Orvieti & Legionis Rege, derivari amat, & clarorum sago ac toga virorum ferax nunquam non fuit. In eorum numero eminebat *Perafanus de Ribera*, qui longa exercitus militia, Ferdinando, Castellæ Infanti & Duci Pennafielis, in bello, quod cum Mauris gestum est, virtutem suam ita probavit, ut is, ad capessendum Aragoniæ regnum evocatus, illi supremam Bæticæ, quæ jam Andalusia vocatur, præfecturam, Andelati (*Andelantado*) titulo, traderet. Hæc dignitas jure quasi hæreditario ad posteros ejus transiit, ita ut postquam in ipsius nepote cognomini, tertio suæ gentis Præside Andalusiæ, eodemque Comitis *de los Molares* titulo à Regibus Ferdinando & Isabella an. 1476 aucto, virilis stirps defecisset, istique sequioris solùm sexus proles relicta esset, hæc quoque ad successionem in avitum illum honorem admissa fuerit. Nimirum *Beatrix*, filia Parafani Riberæ posterioris natu maxima & hæres præcipua, eaque Petro *Henriquez* Tarifæ Domino, nupta, ad filium, quem ex isto suscepit, unicum FRANCISCUM, Præfecturam Andalusiæ, æque ac Comitatum de los Molares, unà cum nomine & symbolo suo gentilitio, transmisit; hic verò improlis fato functus eandem hæreditatem materteræ suæ Catharinæ Riberæ, quæ etiam noverca ipsi erat, reddidit, à qua ad ejus filium FRIDERICUM *Henriquez de Ribera*, Francisci fratrem consanguineum devoluta est. Hic à Regibus Ferdinando & Isabella insuper titulo *Marchionis* Tarifæ amplificatus est, & postquam ordini D. Jacobi nomen dedisset, Commendam Guadalcanalensem obtinuit; privato cæterùm vitæ generi, pietatisque & charitatis operibus deditus, usque ad superstitionem, qua percitus peregrinationem Hierosolymitanam suscepit, eique annos duos, & plurimùm nummorum, instar eleemosynæ erogatorum, impendisse memoratur. In legitimo vivere conjugio religioni fortassis sibi duxit, non perindè amicam uxoris loco habere, è qua filiam sustulit, in tabula notatam. Successorem ac hæredem in amplissimis honoribus ac possessionibus habuit nepotem ex fratre FERDINANDO, sibi præmortuo, PERIFANUM; hunc Rex Philippus II titulo *Ducis* Alcalæ Gazulorum (*de Alcala de los Gazulos*) cumulavit, & Proregem Cataloniæ initio, dein Neapolitani regni constituit, quod imperium ab an. 1558 usque ad an. 1571 gessit, & sæva in Calabros, Genevensem fidei doctrinam accersitis ex illa urbe Theologis amplexos, animadversione, ferro, resti & igne facta, nobilitavit. Liberos idem legitimos nullos, sed naturales post se reliquit, in tabula enumeratos; Johannis mater incomperta esse videtur, Catharina ex *Aloisia de Mosquera* nata fuisse dicitur. (p)

FERDINANDUS *Henriquez*, fratri Perifano successit; in ejus virtutibus commemoratur magnificentia, qua usus est cùm an. MDLXXIV à Rege Philippo II delectus esset, qui ossa corporum Regiorum Granatæ in sacello regali conditorum, inde exemta ad Fanum Laurentii transveheret. Habuit idem in conjugio gnatam clarissimi viri *Ferdinandi Cortesii*, qui Columbum Ligurem æmulatus enavigato XX annorum spatio Oceano, inventisque novis terris & populis in Occidentali orbis regione, Mexicanis præcipuè regnis ejusdemque sub Hispanorum potestatem redactis, egregiam famam & locum inter Magnates regni est consecutus, Vallii Guaxacensis oppido, in Mexicanis partibus sito, ab Imp. Carolo V an. 1529 donatus, & Marchionis axiomate insignitus. Erat ille natus Medellini in Estremadura, patre Martino Cortesio de Monroy, ordinum in pedestri militia ductore, matre Catharina Pizarra, supremū diem explevit Castillejæ in Bætica die XXII Dec. an. 1547 genitor ex Johanna de Zuniga & Arellano Caroli II, Com. de Aguilar filia, quatuor liberorū; sequioris sexus tres erant, videlicet Maria, Ludovici de Quinnones, V ti Com. Lunæ uxor,

 Catha-

(p) *Al. Lop. de Haro Nobil. Lib. VI, cap. 7.*

Catharina, immatura ætate extincta, & Johanna Alcalæ Ducissa, gnatus unicus Martinus, secundus Vallii Marchio, bis maritus, primo Annæ de Arellano, matruelis suæ, dein Magdalenæ Guzmannæ, Lupi Dom. de Villaverde gnatæ; è priore genuit primò Ferdinandū, tertium Marchionem Vallii, patrem ex Mencia Cabrera Comitis de Chinchon filia, gnati unici Casparis, intra pueritiæ annos mortui, dein Petrum, fratris primogeniti successorem, & quartum Marchionem Vallii, qui ducta Anna Girona, è Comitibus Pueblæ orta, in Mexicanum regnum trajecit, ibidemque vitam & familiam finivit, porrò Angelam, Ludovici de Benavides, secundi March. Fromistæ uxorem, &, quæ hanc nascendi sorte antecessit, Annam; ea Petro Carrillo de Mendoza, octavo Comiti de Priego nupta Stephaniam peperit, quæ Avunculi sui, Petri Cortesii, hæres facta Marchionatum Vallensem in familiam Tagliaviensem Ducum Terrænovæ in Sicilia, transtulit, à qua deinde pari via connubii in Pignatellam transiit. (q)

FERDINANDUS *Henriquez de Ribera,* Alcalæ Dux tertius, hæreditatem avi sui crevit, cui pater præmortuus fuerat; is studiis sapientiæ & disciplinis doctrinarum, quas impensè amasse & sedulò coluisse prædicatur, multoque rerum usu eam sibi prudentiæ existimationem conciliavit, ut amplissimis muneribus, gravissimisque negotiis dignus atque idoneus haberetur; itaque successivè Cataloniæ, Navarræ & Siciliæ regnis vicaria potestate impositus, deinde Legatus ad Pont. Rom. Urbanum VIII missus, prætereaque Mediolanensis Ducatus præfecturæ, in locum Cardinalis Albornotii, an. MDCXXXV. destinatus est. Ingruente autem tunc temporis bello, quod à Gallis apud Insubres excitatum fuit, cùm ille ad pacis artes ac tempora ob ingenii mansuetudinem, & actam inter Philosophos ætatem, magis natus, quam ad bella haberetur, imperium provinciæ Marchioni Leganesio datum, ipse verò in Germaniam ire jussus est, futurus ibi pro Catholica parte arbiter faciendæ pacis inter Reges, cujus negotii causa Coloniam Agrippinam partium ipsarum consensu conventus indictus erat; verùm eo in itinere morbo insperato oppressus fatis concessit. (r) Liberi ejus, quos utriusque sexus reliquit, quoniam improles decesserunt, hæreditatem amplissimarum facultatum ejus àdiit neptis è fratre PETRO, ANNA MARIA, easq; Duci Medinæcelinæ, cui nupta erat, attulit.

A stirpe Marchionum Tarifæ ramus Marchionum Villænovæ de Rivo (*Villanueva del Rio*) enatus est, quo honore Rex Philippus II FRIDERICUM *Henricum de Ribera,* Parafani & Ferdinandi, Tarifæ Marchionum, fratrem natu minorem affecit. Fuit idem Præfectus regiæ domui, & Præses Consilii ordinum, in quo negotia omnia tractantur, quæ ad ordines militares S. Jacobi, Alcantaræ & Calatravæ pertinent. Post extinctam virilem Friderici stirpem titulus Marchionis Villænovæ cum vitulo in Toletanam familiam transiit, in quam illius neptis, familiæque hæres, ANTONIA, elocata fuit.

AD TAB. XXI.

Tertiam Henricianæ familiæ lineam condidit HENRICUS *Henriquez,* Alphonsi, qui primus ex ea gente Archithalassus Castellæ fuit, filius natu minor: is regnantibus Johanne II, Henrico IV, Ferdinando & Isabella claruit, & Comitatu *Albæ ad Alistem* à dicto Rege Henrico IV auctus est. Impavidi nec ad pericula segnis animi multa in expeditionibus bellicis documenta edidit, præcipuè in bello, quod Rex Lusitaniæ Alphonsus excitavit, prælioque, quod ad Taurum urbem an. 1476 commissum fuit; in eo dum pulsum & fugientem hostem magno ardore persequitur, & ingruente nocte ad pontem Tauri usque provehitur, captus est. Dimissus verò à Rege Lusitaniæ in Castellam, ut paci conciliandæ operam daret, interposita de reditu suo fide, stetit pacto & rediit, brevi tamen in plenam libertatem restitutus est. Successorem in Comitiva dignitate habuit filium secundogenitum ALPHONSUM, qui Regibus Ferdinando & Isabellæ in Granatensi adversus Mauros bello, aliisque occasionibus strenuam navavit operam; at filium primogenitum, HENRICUM, paternæ fortitudinis æmulum, & militiæ adversus Gallos ducem Perpiniani constitutum, turbato mortalitatis ordine sibi præreptum luxit. Hic Theresiam agnatam, Henrici, ex Architalassorum linea prognati, Dynastæ Cortesii aliorumque locorum, filiam primogenitã & hæredem, uxorem accepit, atque ex ea gnatos duos suscepit; quorum major natu DIDACUS s. DIEGUS in avi paterni honores, minor HENRICUS in facultates materni successit

(q) *Lop. de Haro Nobil. Lib. X. cap. 27.*
(r) *Ripamont. Hist. Mediol. Lib. VII. pag. 201. & 204.*

cessit; sed posterioris propago mascula citò defecit, nec ad tertiam generationem pertigit. Diegus ex iterato matrimonio numerosam genuit sobolem, è qua primogenitus HENRICUS, quartus Albæ ad Alistem Comes, apud Reginam Isabellam Valesiam, Philippi II conjugem, supremi aulæ præfecti munere functus est; hujus filius ac successor proximus DIEGUS Siciliæ regnum vicaria potestate rexit, deindeque Reginæ Margaritæ Austriacæ domui præfuit; liberis verò destitutus avitum Comitatum ad fratrem ANTONIUM transmisit, qui partes Præfecti rei venatoriæ in aula obiit, & cœlibem vitam coluit, succedente ei in Comitatu Albæ patrueli HENRICO, FRIDERICI *Henriquez*, qui è secundo Diegi toro provenit, & Principis Caroli deindeque ipsius Regis Philippi II domus supremam præfecturam gessit, nec non Commendator major Alcantarensis militiæ erat, filio secundogenito, eò quod fortassis primogenitus Diegus jam vivis excessisset, ejusque filius, Fridericus, gradu remotior, quàm patruus, exclusus esset. Mota verò Henrico de successione illa fuit controversia, acriterque agitata, à Marchione Tabaræ, ex sorore Antonii Henriquez, Comitis Albæ nato, sed ille per sententiam, an. MDCXII. latam superior discessit. (s)

A PETRO *Henriquez*, Alphonsi Comitis secundi Albæ ad Alistem filio natu minore, palmes ortus est Dynastarum *Quintanæ*, de quo, utrum hodieque vigeat, aut emarcuerit pro certo dicere non est integrum, neque visa est mihi continua propaginis ejus series; haud tamen dubitaverim, quin ab illo sanguinem duxerit *Petrus Enriquez de Guzman & Soto-Mayor, Dom. de Quintana, S. Thomas & Porto Novo*, cui Ludovicus Salazarius (t) uxorem fuisse refert Magdalenam *de Silva*, atque ex ea filios duos Henricum & Didacum, sine prole mortuos, & posteriorem quidem sponsum Marianæ de Guzman & Roxas sororem Martini de Guzman & Ledesma, primi Marchionis *de Palacios*. Ex Alphonso de Haro (u) porro constat, prodiisse ex hac stirpe *Christophorum de Porres Henriquez & Guzman*; hic an. 1624 *Comes de Castro Novo* creatus est, & pater fuit *Josephi Henriquez de Porras, Marchionis Quintanæ* honore aucti, ita ut eodem utendi facultas esset omnibus ac singulis Comitis Castri Novi filiis primogenitis. (w) Superioribus annis Marchionis Quintanæ titulum gessit *Martinus Nunnez de Guzman*, cui an. 1676 Viennæ in matrimonium ducta est *Theresia Spinola*, Pauli Marchionis *de los Balbases*, Legati munere in aula Imperiali tunc functi, gnata. Ille quoniam filius primogenitus Marchionis de *Montealegre* nec non Comitis de *Villa Umbrosa* dictus est, neque Henriciano cognomine utitur, ex alia ac priores, quorum fortassis mascula propago defecit, & è Guzmannorum familia ortus esse videtur.

Inter filios, quos Diegus sive Jacobus, Tertius Comes de Albadeliste, è secundo toro suscepit, PETRUS *Comes de Fuentes* clarum sibi peperit nomen, suisque virtutibus promeruit, ut gubernaculis Belgii an. 1595 admoveretur, donec Archidux Albertus eidem cum summo imperio præfectus adventaret, id quod proximo statim ab illo anno accidit, quo ille munere solutus in Hispaniam rediit. Quæ brevi isto temporis intervallo ab eo præclarè gesta sunt, ita *Eryc Puteanus* expressit; Auspiciis Philippi II Regis Catholici & ductu industriaque Petri Henriquez Gusmani Comitis Fontani, Belgicæ Gubernatoris & militiæ summi Præfecti, res magnæ susceptæ patratæque sunt paucorum mensium spatio. Huwense oppidum & arx recepta, & socio Principi reddita. Castelletum pariter vetus & opportuna munitio, capta. Itemque arx & opidum Dorlentium, situ commodum & opere munitum propagnaculum, quod nulla vis antè ceperat, paucis horis oppugnando in potestatem redactum: idque cum tuerentur ∞.∞.ıↃ. præsidiarii qui omnes impetu cæsi, capti, paucis è regio exercitu amissis. Sed & antea lectissimus gallorum exercitus, equites peditesque, cum suppetias obsessis venirent, fusi fugatique sunt: Multi Nobilium Picardiæ & Normandiæ cæsi, inter quos Provinciæ hujus, & Maris ipse Præfectus. Denique Cameracum, urbs & arx, Diu nobilis, præsidium, aut terror partium, obsessa, clausa, oppugnata est, contra magnas hostium vires, apparatu modico sed virtute, prudentiâ constantiâ summâ, servatâ rigidè disciplinâ militiæ, Ducum & militum alacritate, & consensu, quibus fracti hostes, primò urbe, mox arce cesserunt. anno Christiano ∞. ıↃxcv. mense Octobri. Ob hæc miranda & ad quæ livor stupeat, tibi Deus: Rex: Comes gloria, laus, memoria.

AD TAB. XXII.

A primi Albæ ad Alistem Comitis filio tertio JOHANNE *Henriquez*, quartus prodiit Henri-

(s) *Lop. de Haro Nobil. Lib. V. cap. 2.* (t) *Hist, de la casa de Silva Lib. VII. cap. 5.*
(u) *Lib. X. cap. 17.* (w) *Salazar. in Append. Orig. dign. secul. cast.*

Henricianæ ſtirpis ramus, è quo prognati cognomentum *de Almanſa* cum gentilitio conjunxerunt, in memoriam Conſtantiæ de Almanſa, cum qua Johannes in conjugio vixit, & hunc ramum profevit. Erat illa filia Didaci de Almanſa, ſtrenuiſſimi Equitis, qui multo per Hiſpaniam nomine & celebri fama fuit, ita ut in communi proverbio diceretur: *Lança por lança, la de Diego de Almanſa.* Poſſidebat idem dynaſtiam *Alcannizes* in Caſtella ſitam, quæ, per Conſtantiæ cum Johanne nuptias in Henricidarũ familiam translata, deinde in Marchionatum erecta eſt, primusque titulum *Marchionis de Alcannizes* geſſit FRANCISCUS *Henriquez, de Almanſa,* Johannis filius; Hujus nepos cum gnatam unicam haberet ELVIRAM, in Borgiarum familiam elocatam, tranſiit eò dictus Marchionatus, unà cum cognomento *Henriquez de Almanſa,* ibidemque ad hanc usque ætatem permanſit, donec ante annos non ita multos ad Henricidas quidem rediit, ſed ad aliam à priſtina lineam, nempè Cabrerenſem; Archithalaſſi quippe Caſtellæ hodierni fratri natu minori, *Ludovico Henriquez de Cabrera,* gnata & hæres unica Johannis, Septimi March. de Alcannizes, ducta eſt, cui anno 1675 mortuo ille hunc in honorem titulumque ſucceſſit.

LUDOVICUS *Henriquez,* tertii Marchionis de Alcannizes frater, creatus eſt à Philippo III, Hiſpaniarum Rege, *Comes Villæfloris* in regno Portugalliæ, huncque comitatum filio ſuo cognomini transmiſit; is autem, cum Luſitania à Philippo IV Rege deſciviſſet, maluit comitatus, quàm famæ ac fidei, jacturam facere, pærſtititq; in obſequio veteris domini; & ſartum eſt ei damnum illud avito *Albæ ad Aliſtim* comitatu, in quem Friderico, octavo ejus comite, agnato ſuo, ſine virili ſobole mortuo ſucceſſit; auctus prætereà eſt à Philippo Rege pingui munere Proregis Indiæ Occidentalis anno 1649, & poſt triennium Peruviano regno eadem dignatione præfici meruit, ubi usque ad an. 1660 commoratus eſt.

AD TAB. XXIII.

Ex Henricidarum Bolanii Dominorum ſtirpe palmitem in regnum Neapolitanum translatum eſſe, quo propago enata eſt, illuſtriſſimis æquiparata, cum Alfonſus Lopez de Haro incompertum habuerit, autoritas genealogiæ noſtræ concilianda, nec laude defraudandus eſt ſua vir optimus, cui in acceptis illam ferimus. Eſt Neapoli in monaſterio Carmelitanorum, quos Diſcalceatos appellant, Vir, ſicut in primis eruditus, ita plurima humanitate antiquaque virtute & fide præditus, videlicet Perquàm Reverendus Pater *Hieronymus Maria de Sancta Anna*; is cùm alicunde de conſilio noſtro percepiſſet, operâ ſuam literis amantiſſimè ſcriptis ultrò detulit, ſimulque de ſingulari & perbenigno Principum in dicta urbe virorum adfectu & ſtudio conatus juvandi noſtros, maximis deinde documentis comprobato, indicium fecit, atque inde ab eo tempore ſuum in nos officium & re & literis cumulatim declaravit; hinc poſtquam ex ſciagraphia operis præſentis ſibi transmiſſa perſpexiſſet, Henricidarum etiam genealogiam partem ejus facturam, percunctatus eſt ſtatim, ſciremne iſtis etiam in locis Henricidas agere, Principum dignatione mactos, abdantoque reſponſo, neſcire me id juxta cũ ignariſſimis, flagrare verò cupiditate ſingularia de illis cognoſcendi, nulla interpoſita mora genealogiam dictorum Principum ad me miſit, notis illuſtratam ſuis, & apographis ſtipatam privilegiorum duorum inſignium, quibus illi ab Hiſpaniæ Regibus honeſtati fuerunt. GABRIELEM, ſatorem propaginis, de qua ſermo eſt, *Alfonſus Lopez de Haro* in numero filiorum Henrici Henriquez Domini primi *de Bolannos* recenſuit, ſed uxorem ſobolemque ei fuiſſe ignoravit; fuiſſe ille prædicatur literatus, ac ſtudiis doctrinisq; deditus, ita ut calamum pro Philippo II Hiſpaniæ Rege ſtringeret, cum de ſucceſſionis jure in regnum Luſitaniæ diſceptatio orta eſſet; munere etiam *Conſiliarii Patrimonii regii* in Caſtella functus eſt.


JOHANNES, Gabrielis filius natu maximus, excellenti quoq; doctrina præditus fuit, multorumque annorum ſpatio officium *Præſidis fiſci regii* in regno Neapolitano obiit; *Rector* deinde *Cancellariæ regiæ & ſupremi Senatus Italici in Hiſpania* conſtitui meruit; jure prætereà uxorio *Marchio de Campi* ſalutatus eſt. Filium ejus GABRIELEM AUGUSTINUM Philippus IV Hiſp. Rex *Principem* creavit vigore Privilegii, Madritii die primo Octobris an. 1637 dato, in quo poſtquam Rex dictum Impetrantem *Conſanguineum ſuum fidelem & dilectum* appellaſſet, ita porrò fatur: " nos perpendentes proſapiæ ipſius egregiam antiquamque nobilitatem, ac inſuper ſuam in nos ſingularem fidem & obſervantiam, & majorum ſuorum præclara merita ac obſequia, præſertim D. Gabrielis Enriquez avi ſui Conſiliarii Regii Patrimonii Regnorum Caſtellæ, viri doctrina & integritate inſignis, nec non D. Johannis Enriquez, Marchionis de Campi, patris ſui, qui magna ac ſingulari fide, probitate & integritate in Citerioris

ris nostro Siciliæ Regno per spatium XXV annorum inservivit, primùm in munere unius ex Præsidentibus nostræ Reg. Cameræ ac deinde Regens ac Collegialis Consiliarius in eodem Regno egit, fuitque complures annos Præfectus Annonæ illius civitatis, iisq; in muneribus magna cum laude & nostra satisfactione versatus est: denique ad nos evocatus in hoc nostro supremo Italiæ Consilio idem obsequium præstaret Regens occubuit. Meritò quo omnibus constet, quantum egregio horum virorum proposito oblectemur, ipsum Marchionem D. Gabrielem Enriquez ad Principatus gradum & honorem provehendum, Terramque de Squinzano, quam in Provincia Hydrunti citerioris nostri Siciliæ regni à nobis, nostraque regia Curia justis titulis in feudum tenet & possidet, dicto principatus decore illustrandam atque insigniendam decernimus. Tenore igitur præsentium, ex certa scientia Regiaque auctoritate nostra deliberatè & consultò, ac ex gratia speciali maturaque sacri nostri supremi Consilii accedente deliberatione præfatum Illustrem Consanguineum nostrum Marchionem D. Gabrielem Henriquez ejusque hæredes ordine successivo Principes Squinzani facimus, constituimus, creamus ac perpetuò reputamus: „

Alterum privilegium, cujus apographum Rev. Patri Hieronymo Mariæ de S. Anna debemus, Rex Hispaniarum nuper defunctus Carolus II, JOHANNI, Gabrielis Augustini filio, doctrina, prudentia, humanitate moribusque suavissimis prædito, an. 1697 impertivit, ex quo priorem non pigrabor huc transscribere partem: " Carolus D.G. Rex Castellæ &c. Fideli nobis dilecto D. Joanni Enriquez gratiam nostram regiam & bonam voluntatem. Cum Turma seu Comitiva Equitum Stradiotorum Græcorum Albanensium quam in citerioris nostro Siciliæ regno Ill. D. Gabriel Augustinus Enriquez Esquinzani Princeps miles Ordinis S. Jacobi Consanguineus noster fidelis dilectus, tuus Pater inserviebat, obitu ejus ad præsens vacua in Provincia Hydruntina dicti nostri Regni existat. Hoc considerantes generis & satis cognitæ in his nostris Hispaniarum Regnis nobilitatis tuæ claritatem ac præclara merita & obsequia tàm per te & tuum Parentem D. Joannem, Patruumque D. Franciscum Enriquez totis viribus tempore Popularium seditionum præfati nostri citerioris Siciliæ Regni nobis præstita sic nostrorum Rebellium temeritatem cum cohorte equestris militiæ propriis suis sumptibus & expensis insectavit ac oppressit, quam per Ill. Avum tuum Regentem D. Joannem Enriquez Marchionem Campi priùs nostrum in dicto Regno à latere consiliarium ac demùm apud nos in supremo Italiæ Senatu assistentem pluribus abhinc annis intimo corde exhibita; ut Ill. Dux Medinæzeli Prorex Locumtenens & Capitaneus Generalis dicti Regni Nobis exposuit, illam in te libenter conferre decrevimus. „



STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS VII. EMANUELENSIS.
COMITUM DE CARRION ET SINTRA, DOMINORUMQUE DE VILLENA, MONTEALEGRE ET BELMONTE IN CASTELLA, NEC NON DYNASTARUM DE CHELES ET COMITUM DE VILLAFLOR IN LUSITANIA.





IN scuto hic repræsentato, familiæ Emanuelidarum proprio, *brachium alatum ensem vagina vacuum tenens* ascitum esse refert *Alfonsus Lopez de Haro* in Nobiliar. Lib. II. Cap. V. *trophæi instar*, in memoriam Emanuelis Imperatoris Constantinopolitani, quem stirpis sator inter progenitores suos numeraverit; sed cum Emanuel Imperator Constantinopolitanus nullus in horum serie appareat, in animo fuisse dicto autori crediderim *Isaacum Angelum Imp. Constantinop.* qui Beatricis de Suevia, genitricis Emanuelis Infantis Castellæ, avus maternus fuit; *Leo* secundum & tertium laterculum implens paternam familiæ originem à Legionis & Castellæ Regibus manantem denotat.

TAB.

FAMILIA EMANUELEN

XVI. EMANUEL, Infans Castellæ, DOMINUS ESCALONÆ, Ferdinandi Sancti Regis Castil. & Leg. F. [*Vid. supra Tab. VIII.*]

XVII.

1. Violanta, uxor *Alphonsi de Portugallia, Dn. de Portalegre.*

2. Johannes Emanuelis (*Manuel*) Dn. Villenæ & Escalonæ, ✠ circa an. 1348.

XVIII.

1. Constantia, nup. *Petro I Reg. Portugal,* 1340. ✠ 1345.

2. Ferdinandus Manuel, Dn. Villenæ, ✠ 1350. *Johanna de Aragonia, Reimundi Berengarii, Com. de Prados fil.* 1346. ☽

2. Johanna, ux. *Henrici II R. Castil. & Leg.* ✠ 27 Maj. al. 25 Martii 1381.

Sanctius Manuel, *nothus,* Dn. Infantadi. *Maria de Castaneda.*

XIX. ☾

Blanca, Dn. Villenæ, ✠ iunupta.

Johannes Sanchez Manuel, Comes de Carrion.

Ferdinandus Sanchez Manuel, *nothus à quo Emanuelli Ubedenses.*

Ludovicus, *nothus,* ✠ f.l.

Sanctius, *nothus.*

Petrus, *Decanus* Hispal. Eccles.

Constantia, ux. *Miceri Gomez, de Albornoz.*

Beatrix, nup. *Petro Lando.*

XX.

Sanctius Manuel, *Ginevra de Acunna Giron, Martini Vasquez de Acunna f.*

Leonora Manuel, Domina de Carrion.

Agnes nup. *Garciæ Fernandez de Villodre.*

Maria Manuel, Domina de Montealegre & Menes. Ux. *Laurentii Suarez de Figuere, I C. Feriæ.*

XXI.

Maria Manuel, nup. 1. *Johanni Alvarez Osorio.* 2. *Garciæ Sarmiento, Dn. de Salvatierra.*

Ginevra de Acunna Giron.

Johannes Manuel, de Belmonte de Campos & Zebico de la Torre, Eques Aurei Velleris cr. 1506. ✠ *Catharina de Castilla, Diegi de Roxas & Cathar. de Castilla fil.*

XXII.

Diegus Manuel, ✠ cœlebs.

Patrus Manuel, *Episc.* Legion. & Zamor. *Archiep. S. Jacob.*

Johannes Manuel, *Monachus Francisc.*

Philippus Manuel, ✠ improlis.

Laurentius Manuel, Dn. de Belmonte de Cambos & Zebico, & Commendator major Alcantar. ✠ *Johanna de la Cerda, Roderici de Mendoza, II Com. de Castro f.*

XXIII.

Rodericus Manuel, Dn. de Belmonte & Zebico ✠ sine prole. *Beatrix de Velasco, Diegi Lopez de Zuniga & Velasco, & III Com. de Nieva fil.*

Petrus Manuel, Cubicularius R. Philippi II, Commendator Alcantar.

XXIII.

SIS EJUSQUE PARS PRIOR.

XVI.

Ux. 1. Conſtantia, Jacobi I R. Aragon. f.
2. Beatrix, Amadei IV Com. Sabaud. fil. Petri de Chalon, Dn. de Chateaubellin vid. Concubina, Nuna.

XVII.

Ux. 1. *Conſtantia, Jacobi II Reg. Aragon. fil.* 2. *Blanca de Lara & Cerda, Ferdinandi de Cerda f.* Concub. *Agnes de Caſtañeda.*

Alfonſus Emanuel, *nothus*, à quo familia *Manuel in Sicilia.*

XXVIII.

Johanna, *notha*, uxor *Joh. Conſalez de Moxica.*

Henricus Manuel de Villena, *nothus*, Comes de Sintra, Montealegre & Meneſes. *Beatrix f. Agnes de Souſa, Petri Alphonſi de Souſa, fil.*

Petrus Manuel, *nothus*, Commendator major Alcantar.

Guiomara, *notha*, uxor, *Johannis Martinez de Leyva, Dn. de Leyva.*

XIX.

Petrus Manuel, Dn. de Montealegre & Meneſes. Ux. 1. Johanni Alphonſi R. Luſit. f 2. Johanna Manrique de Rojas, Gomeci f.

Agnes, ux. Vaſconis Martinez de Souſa.

Blanca, nup. 1 Roderico Vazquez Coutiño, Dn. de Ferreyra, 2 Ferdinando Vazquez de Cunna.

Margarita, ux. 1. Diegi Garciæ de Toleto, Dn. de Meiorada. 2. Alvari de Luna Comeſtab. Caſtel.

Leonora de Villena notha, nup. Antonio Folch de Cardona

Ferdinandus Manuel de Villena, nothus, Dn. de Zebico de la Torre, ob. circa an. 1419. Maria Rodriquez, Petri de Fonſeca fil.

Agnes, ux. Indici Lopez de Mendoza.

XX.

Sanctia nup. *Johanni Sarmiento, fratri primi Com. de Salinas.*

Catharina, ux. *Johannis de Tovar, Dn. de Zebico.*

Johannes Manuel, *Aldoncia Gomecii Suarez de Figueroa f.*

FERDINANDUS Manuel, Dn. de CHELFS. *Vid. Tab. ſeq.*

Johanna Manuel, *amica Eduardi Regis Portugal, unde famil. Manuelens in Portugall.*

XXI.

Elvira nup. *Petro Manrique Dn. Valdizcari.*

Johanna, ux. *Johannis de Zuniga Sotomajor.*

Marina, nup. *Balduino de Burgundia, Dn. de Fallais.*

Aldoncia.

XXII.

Maria, nup. *Andreæ de Ribera.*

Elvira, *Aja* liberorum Regum Catholic. dein *monialis* Valliſoleti.

Mencia, ✝ innupta.

Aldoncia, nup. *Johanni Henriquez de Acunna & Portugal, IV Com. Valentiæ.*

XXIII.

Johannes Manuel, *Decanus* Hiſpal. dein *Epiſc.* Siguentiæ.

Laurentius Manuel, ✝ in juventa.

TAB.

FAMILIÆ EMANUELENSIS

XX.

FERDINANDUS Manuel, Ferdinandi Manuel de Villena F. Dynaſta de Cheles. ✠

XXI.

Didacus Manuel Dynaſta II de Cheles ✠ . . . . .

XXII.

Johannes Manuel, III Dynaſta de Cheles ✠
Iſabella de Mendoza, Didaci f.

XXIII.

Franciſcus Manuel IV. Dynaſta de Cheles ✠ *Helena de Mendoza, Petri f.*	Major uxor *Didaci de Mendoza de Lima.*	Maria, nup. *Chriſtophoro Oſſorio Portocarrero, Dom. I de Montiio.*

XXIV.

Petrus Manuel, V Dynaſta de Cheles ✠
Iſabella Portocarrero.

XXV.

Franciſcus Manuel, VI Dynaſta de Cheles, ✠
Tereſia de Lima, Diegi de Mendoza de Lima & Majoris, amitæ ipſius magnæ fil.

XXVI.

Johannes Manuel, VII Dyn. de Cheles ✠ Ux. 1. *Catharina de Silva, Franciſci V Dom. de San Fagando f.* 2. *Maria de Montoya, Chriſtophori fil.*	1. Maria, *monialis in* Elva.	Franciſcus Man. Comendat. de Mazans, ✠ cœlebs in pugna contra Batavos ap. Malacam.	Balthaſar Manuel, ✠ in pugna ap. Cadiz 1636. *Antonia Enriquez, Antonii de Miranda fil.*

XXVII.

1. Franciſcus ✠ puer.	Tereſia, uxor *Vaſconis de Silva, Dom. de los Leales.*	2. Franciſcus Manuel, VIII Dyn. de Cheles ✠ cœlebs.	Chriſtophorus Manuel, IX. Dynaſta de Cheles.	Johanna, ✠ puella.

XXIV.

PARS POSTERIOR.

Uxor . . . . XX.

XXI.

Ux. *Major de Silva, Vasconis Fernandez Dom. de Higuera f.*

XXII.

Leonara nupta *Francisco de Faro, Alphonsi Comitis de Faro filio secundo.*

XXIII.

Christophorus Manuel, *Commendator* de Moreyra in Ordine Christi. ✠ *Francisca de Castro.*

Sanctius Manuel ✠ improlis.

XXIV.

Franciscus Manuel, *Comendator* de Moreyra in Ord. Christi. ✠ *Beatrix de Meneses, Emanuelis de Abren de Sousa. f.*

XXV.

Christophorus Manuel Dn. de Alcara pinna *Commendator* de Mazans in Ord. Christi. ✠ Ux. 1. *Melicia de Sousa, Georgii Pezenna f.* 2. *Johanna de Faria, Caspari Gil. Severin fil.*

Philippa. Francisca. Isabella. moniales.

XXVI.

Sanctius Manuel, Comes de *Villaflor*, Prorex Brasil. ✠ 4 Febr. 1677. Ux. 1 *Anna de Meneses & Noronna, Casparis de Faria Severin f.* 2. *Johanna Antonia de Villena, Antonii Alvarez de Acunna Dom. de Taboa & Mariæ sororis ejus fil.*

Emanuel periit unà cum frafratre Balthasare.

Maria, nupta *Antonio Alvarez de Acunna Dom. de Taboa.*

Juliana & Elena ✠ puellæ.

Beatrix, *monialis.*

1. Christophorus Manuel II Comes de Villaflor.

2. Emanuel de Villena.

Rodericus Manuel.



EXEGESIS HISTORICA.



A Regibus Castellæ, ex Burgundica domo ortis, *Emanuelidarum* quoque *stirps*, MANUEL vulgari vocabulo appellata, defluxit, utpote ab EMANUELE Infante Castellæ, Regis Ferdinandi III Sancti, filio natu minore, condita, sicuti superius Tabula VIII videre est. Emanueli patrimonii loco obvenere, *Agreda, Escalona, Roa, S. Olaya, Cuellaris, Peñafielis*, aliaque, nec non *Villena*, quam à Mauris interceptam Rex Aragoniæ Jacobus I an. MCCLXV. armis recuperavit, & Emanueli genero suo restituit; secundis eidem nuptiis ducta fuit Beatrix Sabauda, qua natus est JOHANNES *Emanuel*; in hujus gratiam Rex Aragonum Alphonsus IV, cujus sororem in matrimonio habebat, Villenam & alia oppida ei contributa, quæ Valentini regni finibus continebantur, ad dignationem Principatus an. MCCCXXXV extulit. Idem sub Regibus Castellæ Ferdinando IV, & Alphonso XI regiæ procurator, prætereaque in Murciæ tractu limiti præfectus erat; hæc munera Marianæ (*a*) *blandimenta* appellantur à Regibus illis *data, ad conciliandum hominem præpotentem, & vafro ingenio pravoque, ac ancipiti fide*: nihilo tamen minus frequenter tumultus cientem, & *duos Reges Castellæ Aragoniæque fœderis & amicitiæ simulatione distinentem, ut scilicet uno alienatu apud alterum receptus esset.* (*b*) Vicissim verò Regi Castellæ Alphonso ludibrium debuit, cùm ei filiam suam, è primo toro unicam, *Constantiam*, adhuc puellam, nec maturam viro, condixisset & tradidisset, quam Rex in eum solùm finem uxorem petierat, ut patrem puellæ à societate cum factiosis inita divelleret, hinc postquam hoc assecutus esset, illam repudiavit, & genitori reddidit. (*c*) Ea tamen, quasi prædestinata ad regias nuptias, à Lusitaniæ Rege deinde ducta fuit; quæ felicitas sorori quoque ejus consanguineæ, *Johannæ*, obtigit, Henrico II, Castellæ Regi, nuptæ. Filius Johannis Emanuelis, FERDINANDUS, è legitimo & quidem posteriore conjugio ortus, & defuncto parente Villenæ regulus, Regi Alphonso in bello adversus Mauros Granatenses militavit, & obsidioni Heracleæ, Regi fatali interfuit. Petro deinde, Alphonsi filio & successore eodem & primo regni sui anno cum gravissimo confligante morbo, & vulgo proceribusque, uti in Regum orbitate fieri assolet, varios illi successores destinantibus, *Ferdinandus Emanuel* in præcipuorum numero fuit. Verùm, Rege cum valetudine in gratiam redeunte, ille morbo oppressus & sublatus est, *Blanca* filia superstite relicta. Defecit in eodem genuina Emanuelium stirps, cujus tamen appellatio à fratribus ejus nothis, *Sanctio* & *Henrico*, propagata est.

SANCTIUS quatuor oppidorum *Infantadi* Dominus audit, & genitor fuit JOHANNIS & FERDINANDI aliorumque. A Ferdinando longa provenit posteritas, quæ in civitate *Ubeda* domicilium fixit, ibidemque in mediocri fortuna ad præsens usque seculum duravit, & fortassis hodieque superest. *Johannes* Murciæ supremam præfecturam gessit, & *Comes Carrionis* à R. Henrico II creari meruit. Monumentum sibi condidit in civitate *Alcarez*, cujus ædem majorem sacello magnificè exstructo, & largiter dotato, amplificavit. Ex mulieribus, quarum nomina incomperta sunt, liberos tres, in Tabula notatos, genuit, quos inter ad LEONORAM Carrionis oppidum hæreditate pervenisse videtur: id enim illa Catharinæ Reginæ, Henrici III conjugi, vendidit. SANCTIUS, Johannis filius, sequioris tantùm sexus prole relicta decessit, lineamque suam finivit. (*d*)

HEN-

(a) *Lib. XV, cap. 9.* (b) *Id. Lib, XVI, cap. 5.* (c) *Id. Lib. XV, c. 18. & 21.*

HENRICUS *Emanuel de Villena*, alter Joh. Emanuelis, Dynaſtæ Villenæ & Eſcalonæ filius naturalis, primam ætatis ſuæ partem in Luſitania exegit, quo à ſorore ſua conſanguinea, Conſtantia, cùm ea Petro I Regi nupſiſſet, puer traductus fuit. Fecit ibidem militiæ tyrocinium, & ſtrenui impavidique animi documenta dedit, uxorem quoque ibidem duxit, & Comitatum *Sintræ*, quod oppidum ad Tagrum montem ſitum eſt, dominiumque *Caſcaes* acquiſivit. Poſt exceſſum Ferdinandi R. Luſit. qui Petri filius, idemque pater gnatæ unicæ fuit, videlicet Beatricis, Johanni I Regi Caſtellæ nuptæ, cùm circa ſucceſſionem factiones & contentiones ortæ eſſent, quæ in bellum exarſerunt, Beatricis partibus ſtuduit, & perfecit, ut Oliſippo, regni metropolis, ſacramentum ejus acciperet, id quod in exitum anni MCCCXXCIII incidit. (e) Verùm poſtquam contraria factio quæ Johanni Petri Regis filio notho, favebat, invaluiſſet, isque Rex proclamatus victoria Aljubarotana regnum ſibi aſſeruiſſet, diſceſſit Henricus Emanuel in Caſtellam; ubi pro poſſeſſionibus in Luſitania relictis oppida *Montealegre & Meneſes* cum *Comitis* axiomate à Rege, compenſationis loco, accepit, atque exinde Regibus Caſtellæ, Johanni I, Henrico III & Johanni II conſtantem & fidelam operam exhibuit, poſtremique juventam moderatus eſt. Porrò Ferdinando Infante, ejusdem Regis tutore & regni adminiſtratore, ad capeſſendum ſceptrum Aragonicum profecto, in abſentis vices ſubſtitutus, & denique regni Caſtellenſis gubernatoribus adſcriptus eſt. Ex legitima uxore filium ſuſcepit PETRUM, qui ad hæreditatem oppidorũ *Montealegre & Meneſes* admiſſus quidem fuit, ſed ſimplici *Dynaſtæ* titulo, nec Comitis, quo parens uſus erat. Uxorem eidem fuiſſe Johannam, Alphonſi R. Luſit. gnatam, ex epitaphio ſepulchri ejus, Pennafieli exſtantis, conſtare, & ſuffragio *Comitis Lucanoris*, in *genealogia familiæ Emanuelenſis* ab eo ſcripta, confirmari, *Alphonſus Lupus de Haro* (f) teſtatur; Johannam Manricam verò, quam *Petrus Hieron. de Aponte* in *Lucifero ſuo Nobilitatis* conjugem illi tribuit, poſteriorem fuiſſe non impugnat. E neutra autem virilis ſoboles prodiit; itaque filia natu maxima MARIA ſucceſſionem oppidorum dictorum adiit, eamque in familiam mariti ſui ſatoris ampliſſimæ ſtirpis Comitum & Ducum Feriæ tranſtulit.

A FERDINANDO Emanuele, Henrici Comitis de Montealegre filio naturali, haud ingloria propago orta eſt, quam maximè illuſtravit ejus nepos JOHANNES *Emanuel*, vir calliditatis acerrimæ, maximæque in ea ſolertiæ & plurimi uſus, qui cum Ferdinando Rege Catholico, quem eadem in arte primum & quaſi quendam fuiſſe Roſcium ſcriptores conſentiunt, in arenam deſcendere auſus eſt. In exiguo corpore ardenti prorſus ingenio, multoque in dicendo ſale fuit; (g) polluit præterea tum facultate politè & expeditiſſimè ſcribendi, tum mira agendi dexteritate. Itaque Ferdinando & Iſabellæ Regibus primò ab epiſtolis erat, (ſi fas eſt credere *Varillaſio*, (h) in eo certè hallucinato, quod nullius eum proſapiæ fuiſſe ſcripſit) deinde diu legatus apud Maximilianum Cæſarem; (i) idem porrò munus in Belgio obiens, in notitiã Archiducis Philippi, deinde ad gratiam ejus pervenit, cui etiã, poſtquam is ducta in uxorem Regũ Catholicorũ filia in Hiſpaniam iter feciſſet, aſſiduũ cultum obſequiumque exhibuit, atque ita ſe dedidit, & partes illius ſuſcepit, ut eum ſuſpectaret Rex Ferdinandus, atque à genero abſtrahere conaretur. Ac primum in Germaniam redire juſſit injunctas apud Cæſarem Oratoris partes implere mandans. Philippus *ſoceri arte perſpecta*, ut habent *Marianæ* [k] verba, *diſcedere non permiſit amica vi parata, niſi obtemperaret; ac verò majori deinde in gratia fuit omnium arcanorum particeps, ac penè arbiter factus. Quia id non ſucceſſerat, magis pollicitis ejus uxorem, Catharinam Caſtellam, non minoris animi fœminam, tentare viſum eſt, ſi benignitate præfactus viri animus expugnaretur; multa & magna ipſi & filiis promiſſa. Parùm tamen eſt ea nova diligentia profectum: vir enim apprimè ſagax majorem in principe & juvene, & munifico ſpem reponebat, quam in ſene & callido & parco.* Itaque Philippo in Belgium reverſo ejus commodis in Hiſpania jugiter inſerviit, utque ſtudia procerum erga illum accenderet, aleretque unicè operam dedit; ſimul ac verò Iſabellam Reginam mortem obiiſſe intellexit, ad illum in Belgium convolavit; ubi omni adnixus eſt ſtudio, ut nihil cum ſocero Philippus paciſceretur, ſed ut ille quam primum Caſtellæ regnis decedere, & ad hæreditaria migrare adigeretur; per literas intereà ægris Caſtellenſium procerum, res novas cupientium, animis faces ſubdens, *importunus & audax, acutus juxta & ſagax*, eosque Philippi, quem brevi venturum ſcribebat, exſpectatione ſuſpenſos tenens. (l) Decreta deinde à Philippo navigatione in Hiſpaniam, cùm is ſub exitum anni MDV Middelburgi in Selandia, ſecundos operiens ventos, *aurei velleris* comitia celebraret, quibus in Equitum defunctorum locum alios ſuffecit, Johannes Emanuel

(d) *Alph. Lop. de Haro Nobil. Lib. I. cap. 9.* (e) *Mariana Lib. XVIII. cap. 7.*
(f) *Lib. II. cap. 2.* (g) *Mariana Lib. XVIII. cap. 12.* (h) *La prat. de l'educ. des Princes Lib. II. & in Præf. (Avertiſſement.* (i) *Gomec de reb. geſt. Fr. Ximenii L. III. p. 61.* (k) *Loc. cit.*
(l) *Id eod Lib. cap. 16.*

nuel eo honore cum aliis, è sua verò natione primus, honestatus est. (*m*) Hac dignatione ferocior, postquam in Hispaniam unà cum Principe rediit, colloquio, cujus cupiditate Ferdinandus flagrabat, quantam potuit remoram injecit; sed prævaluit tandem Francisci Ximenii, Archiepiscopi Toletani, solertia, qua effectum, ut socer generque congressi coram inter se conferrent, neque huic colloquio arbiter Johannes Emanuel interesset. (*n*) Nihilo is ea propter mitior, cùm à Ferdinando Rege secundum cum genero colloquium expetente per Ferdinandum Vegam, sibi intimè carum, denuò præmiis & promissis prensaretur, respondisse perhibetur; " nolle se beneficium ullum ab Aragonio Rege accipere; quare ne quid amplius obtundat; hanc esse summam, se quamdiu aliquid apud Regem Philippum gratia ac autoritate valeret, nunquam passurum, ut Ferdinandus cum Philippo in Castella maneat, & simul sceptra moderentur. (*o*) Prudentiæ verò Ximenii iterum cedere coactus, parùm abfuit, quin ejusdem artibus de gradu quoque dejiceretur, Philippo illius cosilium de Emanuele Romam sub specie honoris ablegando auribus admittente. Hoc cum Emanueli pro sagacitate sua suboleret, fortunam reverentius habere & civilitatē modestiamque in consilium adhibere cœpit, mente fortassis præsaga mutationis, quæ paulò post repentina Philippi morte incubuit. (*p*) Tunc rebus suis & Regi Ferdinando graviter à se offenso diffisus, quamvis is multa uteretur dissimulatione, simultaque opportunitas oblata est, in Belgium se proripuit, indeque in Germaniam ad Maximilianum Imp. se contulit, à quo pristina gratia & autoritate neutiquam habitus, speque sua delusus & suscepti frustrà itineris pertæsus in Hispaniam pedem referre cupiebat. Eo consilio datis ad Ferdinandum Regem literis petiit, ut vel ejus venia reduci bona pristina reponeret, atque eo loco haberet, quem generis nobilitas & priora merita postularent, vel cum uxore & liberis in Lusitaniam ire concederet; additis minis, facturum se alioquin, quod solent homines desperati. Nullo responso accepto, exul, miseriis coopertus ac profugus, minore quamvis Principis favore, ingenii tamen acumine, dexteritateque agendi, dissidiorum inter eos Principes sementem facere, impedire concordiam nunquam destitit; (*q*) quare cùm in Belgium se recepisset, à Margarita ei præfecta, enixissimis R. Ferdinandi postulationibus victa, in custodiam datus est; quamquam ille è medio prorsus sublatum maluisset. Refert *Varillasius*, (r) Guilielmi Croji, Cevrii Dynastæ, consilio factum esse, ut custodiæ, eique honestæ, includeretur, eo potissimum fine, ne vitæ periculum vi vel astu ei strueretur, vel ipse suis sibi technis accerseret; hac tamen cautione offensum malam servatori gratiam post recuperatam ejusdem opera libertatem retulisse, & perpetuam cum eo simultatem exercuisse. Quidquid hujus sit, id certum est, simul ac de Ferdinandi Regis morte fama in Belgio percrebuit, à Carolo Archiduce, ejus nepote, Johannem Emanuelem è custodia liberatum, magnoque honore habitum, (*s*) & posteà Romam ad Papam Leonem X Oratorem missum fuisse; cum quo nomine Caroli, jam Imperatoris Hispaniarumque Regis, fœdus icit adversus Gallos, Italia exturbandos. (*t*) Mortuo non ita multò post Leone X, ejusque in locum suffecto Hadriano VI, quo magistro Carolus Imp. in pueritia usus erat, Roma abiit; (*u*) inde verò ad Venetos eum fuisse, illosque ad fœdus, quod ea tempestate, anno nempè MDXXIII, cum Cæsare fecerunt, sua potissimum oratione perduxisse, *Varillasius* narrat, nullo fortassis auctore, certè apud præstantissimos illius ævi rerum Venetarum scriptores, Andr. Maurocenum & Paulum Parutam, nulla Emanuelis isto in negotio fit mentio, sed in eo omni Hieron. Adorni primò, eoque defuncto Marini Caraccioli, Oratorum Cæsareorū, operam enituisse illi referunt. Cumque Maurocenus (*w*) fœderis à Rom. Pontifice cum Cæsare initi arbitrum Jo. Emanuelem fuisse commemoraverit; cur diligentissimo & rerum patriarum peritissimo scriptori in negotio domestico silendus erat, causam aliam non video, quam hanc, quod nempè nullæ ejus ibi fuerint partes. Adversatur deniq; Varillasio *Guicciardinus* qui jam anno 1522 Jo. Emanuelem qui summa cum autoritate Cæsaris Romæ orator fuerat, ex Italia discessisse, disertè refert. (*x*) Quousque vixerit, numque sacello, quod Pennafieli ab ipso conditum, atque anno 1535 exædificatum esse ex inscriptione ejus apud *Lupum de Haro* (y) constat, ultimam superstes imposuerit manum, non satis exploratum habemus. In numero sororum ejus *Aldoncia* recensetur, quam autor modò citatus Dynastæ *de Molembais* in Flandria nuptam fuisse tradit: erat Dynastia ista tunc penes familiā Lano-

(m) *Gerb. de Roo Hist. Austr. Lib. XII.* (n) *Gomec. Lib. III. Marian. L. XXVIII. cap. 21.*
(o) *Gomec. loco cit. p. 73.* (p) *Ibid. p. 76.* (q) *Mariana Lib. XXIX. cap. 12.*
(r) *Loc. suprà cit.* (s) *Gomec. de reb. Ximen. Lib. VI. p. 170.* (t) *Guicciard. Hist. Ital. Lib. XIV. Jovius vit. Leon. X. Lib. III.* (u) *Guicciard. Lib. XV.* (w) *Hist. Venet. Lib. I.*
(x) *Hist. Ital. sub init. Lib. XV.* (y) *Loco cit. p. 97.*

Lanoianam, è qua nullum reperio, qui uxorem ex Emanuelensi familia habuerit; neptem verò Jo.Emanuelis è sorore Maria, Margaritam Burgundam, Philippi de Lannoy, Dom. de Molembais matrimonium tenuisse certum est. Liberos ille utriusque sexus benè multos habuit; è maribus natu minimus LARENTIUS in dominia & latifundia à parentibus acquisita successit. Fuit idem Commendatot major Ordinis Alcantarensis, atque Imperatori Carolo in bello Turcico meruit, pater RODERICI *Emanuelis*, Commendatoris Almaguerensis in militia S. Jacobi, nec non militum prætorianorum ap. R.Philippum II præfecti, cum quo sine prole mortuo familia defecit, opesque ejus ac possessiones ad Comites Valentiæ & Duces Nageræ, ab amita Roderici *Aldoncia* ortos, devolutæ sunt: erat quippe *Aldonciæ Emanuelæ*, uxori Comitis Valentiæ è stirpe Acuniensi, gnata unica, *Aloisia*, quæ *Johanni Manrico, tertio Nageræ Duci*, nuptui locuta fuit.

AD TAB. XXIV.

A FERDINANDO, Ferdinandi Emanuelis de Villena filio natu minore, Emanuelidarum in Lusitania familia, opibus atque honoribus hodieque insignis, condita est, ejus lineas duas Dynastarum nempe Chelesensis civitatis & Comitum Villæfloris Tabula XXIV recensuimus, ex Historia Silvana Lud. Salazari excerptas. JOHANNES tertius Chelesiæ Dynasta oppidum hoc è loco, quo antehac positum fuerat, in eum quo nunc conspicitur, translocasse, arcem in eo extruxisse, & ædem sacram dotasse anno 1532 eodem in opere memoratur. (z) Illo temporis articulo, quo laudatus autor scriptione citati operis se occupabat, CHRISTOPHORUS, nonus Chelesiæ Dynasta spem familiæ sustentabat, dux legionis, quam Alcantarensem vocant. Alterius lineæ conditor CHRISTOPHORUS, Johannis suprà dicti, filius natu minor, cum Ordini sive militiæ, cui à Christo nomen est, nobilissimæ in regno Lusitanico, à Rege Dionysio an. 1318 institutæ, se aggregasset, Moreiræ præfectura, *Commendatoris* titulo ornatus est, præfuitque præterea castro *Portel*, quali munere fungentem Hispani *Alcayde Major* appellant, FRANCISCUS ejus filius, eadem, qua parens dignatione in Ordine Christi fuit, hocque natus CHRISTOPHORUS Alcarapinæ Dominus, *Commendatoris de Mazans* honore in dicta militia usus est. Ex ejus filiis natu maximus FRANCISCUS paternam præfecturam & majoratum tenuit, multorumque annorum spatio in India stipendia fecit & classis in Malaca rector adversus Batavos fortiter dimicans mortem oppetiit. BALTHASAREM & EMANUELEM in improspero apud Gades prælio maritimo undæ hauserunt. SANCTIUS adhuc adolescens militiæ Johanniticæ sive Melitensi nomen dedit, qua deinde relicta in Flandria Magister equitum meruit, atque etiam in Germania egregia stipendia fecit. An. 1638 in Brasiliam trajecit, & munere supremi excubiarum præfecti (*Sergento Mayor*) ibi functus est. Facta postea rerum in Lusitania conversione novo Regi Johanni Bragantino præstò adfuit, ejus copias in provinciis *Beyra* & *Aleutejo* rexit, atque ab eo inter Consiliarios Status & Belli adscitus, gubernator Cancellariæ Portuensis & *Comes Villæfloris* creatus est. (a) Sub Alfonso Rege, Johannis F. Elvum à Castellensibus obsessum strenuè defendit, navataque ibi feliciter opera ad imperium armorum in Transtagana regione gradum sibi struxit; Ebora deinde neglecta & clade aliqua ab Hispanis accepta contractam labem insigni opera, in conflictu ad Odigebense flumen nec non in decretoria Canaliensi pugna, qua plena Lusitanis victoria de exercitu Hispanico, cui Johannes Austriacus præerat, an. 1663 parta est, præstita, prætereaque Eboræ recuperatione, expunxit. (b) Pace inter Hispaniæ Lusitaniæque Reges sancita *Brasiliæ* imperium, *Proregis* titulo, delatum Sanctio fuit à Petro Principe tunc regente, sed quo minus id susciperet, morte præventus est, supremum enim diem Lisbonæ obiit. In Ordine Christi Commendas quatuor tenuit, præfuitque turri de *Belen* & civitati *Alegrete*; atque in hac præfectura filium *Emanuelem* successorem habuit, in Comitatu autem *Christophorum* natu maximum.

In Siciliam etiam ex Emanuelidarum stirpe traducem translatum fuisse, ejusque propaginem etiam nunc ibi superesse *Filadelfus Mugnos* in Theatro Genealogico familiarum Sicularum ex Jo.Sanchez Historia vitæ Petri Regis Aragoniæ & Siciliæ, refert: Nimirum Emanueli, Castellæ Infanti, qui universæ Emanuelidarum gentis autor fuit, filium quoque tribuunt Alphonsum Emanuelem susceptum ex Nuna nobili fœmina Toletana, & donatum à genitore oppido Elche. Is in matrimonio habuisse dicitur gnatam Johannis Gonzalez de Ucero, atque ex ea genuisse Fridericum Emanuelem nec non Coraldum Rudolphum Emanuelem; quorum posterior Petro Regi Aragoniæ in occupatione Siciliæ ope-

 ram

(z) *Lib. V, cap. 7.* (a) *Op. cit. Lib. VI, cap. 7.* (b) *Anton. Passarellus de bello Lusitan. Lib. VIII.*

ram ſtrenuam commodaverit, ibique caſtrum Trapanæ & uxorem Marianam de Siger, acceperit, genitor Bartholomæi, Coraldi & Johannis Emanuelium. Poſtremi propago emarcuit æque ac primi, cujus poſteri opulenti ac potentes fuiſſe prædicantur, & in Antonino Emanuele, Honofrii filio, defecerunt; gnata ejus unica ac hæres Euphemia, primùm Franciſco Ventimiliæ, dein Nino Taliaviæ Baroni Caſtri Vetrani nupta fuit. A Coraldò Emanueles in civitate Marſala viventes ſanguinem ducunt, ob divini humaniq; juris ſcientiam aliasque artes togatas, quas frequenter excoluerunt, in laude & honore verſati.



STEM-

STEMMATIS *DESIDERIANI*

STIRPS VIII. sed insititia, nempè CERDANA, COMITUM ET DUCUM DE MEDINA CELI, MARCHIONUM DE COGOLLUDO &c. MAGNATUM HISPANIÆ.





Cutum hic delineatum à Comite primo Medinæ celinæ ascitum & à posteris retentum fuit in honorem maternæ originis, quam trahunt à Ferdinando Infante Castellæ, qui primus Cerda cognominatus est; erat is filius Alphonsi X Regis Castellæ & Legionis natus ex Blanca Ludovici Sancti Regis Galliæ filia, undeque insignium regnorum Castellæ & Legionis cum tessera regni Galliæ conjunctio repetenda.

TAB.

FAMILIÆ CER

I. MOSES BERNARDUS DE BEARNIA ET FUXIA [Foix] Gastonis III cogn. Phœbi, Comitis Fuxiæ, Vicecomitis Bearniæ filius naturalis, COMES MEDINÆ CELI, cr. 1371.

II. Gasto de Cerda, II. Comes Medinæceli, Dn. Portus St. Mariæ & oppidi Huelvæ.

III. Ludovicus de Cerda, III, Comes de Medinaceli, Dn. Portus S. Mariæ.

IV. Gasto de Cerda II, Comes IV de Medinaceli, Dn. Portus S. Mariæ, & oppidi Cogolludo.
Leonora de Vega & Mendoza, Inici Lopez de Mendoza, primi March. de Santillana f.

V. Ludovicus de Cerda II, Comes V, & Primus DUX de Medinaceli, cr. 1491. ✠ 25 Nov. 1501.
Ux. 1 *Catharina Laso de Mendoza, Petri f.* 2. *Anna de Navarra, Caroli Principis Vianæ fil. natur.* 3. *Catharia Bique de Oreion.*

VI.

2. Leonora de Cerda & Navarra ux. prima *Roderici de Mendoza, primi March. de Cenete.*

3. Johannes de Cerda, II Dux de Medinaceli, Com. Portus St. Mariæ, Dom. Cogolludi. ✠ 1544 d. 20 Jan.
Ux. 1. *Mencia Manuel Alphonsi de Portugal. Com. de Faro & Mira, fil.* 2. *Maria de Silva, Johannis de Silva III Com. de Cifuentes f.* 1512. ✠ 1544. 16 August.

Johanna, *notha*, uxor. *Alphonsi de Mendoza, Eq. S. Jacob.*

Isabella, *notha*, nup. *Petro Zapatæ de Ayala.*

VII.

1. Ludovicus de Cerda, Imus Marchio de Cogolludo, ✠ improlis. Anna de Mendoza, Diegi Hurtadi de Mend. III Duc. Infantad. f.

1. Gasto de Cerda, III Dux de Med. Celi, M. de Cogolludo, C. de Puerto de S. Maria ✠ cælebs.

2. JOHANNES de Cerda, IV. Dux de Med. Celi. Vid. Tab. seq.

2. Ferdinandus de Cerda Eq. Alcantar. Commendator Esparagosæ. Anna de Bernemicourt, Caroli Dom. de la Thieuloye fil.

2. Catharina de Cerda, nup. Laurentio Suarez de Mendoza, IV Com. de Corunna.

2. Luisa de Cerda, [u]x Anæ Pardo, Dom. de Malagon.

VIII.

Maria de Cerda, ux. *Alphonsi Tellez Giron, filii primog. Comitis de la Puebla.*

Anna Florentia de Cerda, nup. 1. *Henrico de Mendoza & Aragon. Eq. S. Jac.* 2. *Garciæ Hurtado de Mendoza M. de Cannete.* 3. *Antonio de Leyva, March. de Atela.*

Catharina de Cerda, nup. 1. *Antonio de Luna, Com. de Fuenteiduenna.* 2. *Francisco de Villacis, Eq. S. Jac.*

Ludovicus de Cerda, *nothus. Jesuita.*

XXV.

DANÆ PARS I.

Uxor: Isabella de Cerda, Ludovici Cerdæ, Comitis Claromontii in Gallia & Leonoræ Guzmanniæ filia, Roderici Alvarez de Asturia vidua, ducta circa an. 1367. I.

II.

Ux. *Mencia de Mendoza, Petri Gonsalvi de Mendoza, Dom. Hitæ & Butragi fil.*

III.

Ux. *Johanna Sarmiento, Didazi Perez Sarmienti, Supremi Præfecti Gallicia filia.*

IV.

Johannes de Cerda, Dn. Turris quadratæ, à quo posteritas.

Maria de Cerda, nupta *Johanni Alonso de Guzman, primo Duci Medinæ Sidoniæ.*

V.

Johanna de Cerda, uxor *Alvari de Mendoza, primi Comitis de Castrogeriz.*

Inicus Lopez de Cerda & Mendoza Dn. de Mandajona.
Brianda de Castro, Garciæ de Castro, Dn. de Castroverdæ fil.

VI.

Alphonsus de Cerda nothus.
Catharina Gomez, Petri Gomez, Dom. de Pioz fil.

Petrus de Cerda, *nothus,*
Maria de Zuniga. ☾

Anna de Cerda, ux. *Diegi Hurtadi de Mendoza, primi Com. de Melito.*

Ludovicus de Cerda, Dn. de Mandajona.
Francisca de Mendoza Innici Lopez, IIdi Ducis Infantadi fil.

VII.

Petrus de Cerda, I.
Martina de Cerda, *notha, monialis Guadalaxaræ.*

Ludovicus de Cerda,
Francisca de Torres, Johannis Dom. de Roitortillo.

Martina de Cerda, nup. *Alphonso de Granada.*

Ludovicus de Cerda ✠ sine lib.
Moria Osorio, Dom. de Villacis.

Brianda de Cerda uxor *Diegi Comez Sarmiento de Villandrando, III Com. de Salinas & Ribadeo.*

VIII.

Ferdinandus de Cerda, *nothus Eques S. Jacobi.*

Ginesa de Cerda, uxor *Johannis de Torres, Dom. de Roitortillo, matruelis sui.*

TAB.

FAMILIÆ CER

VII. JOHANNES II. DE CERDA, IV DUX de Medina Celi, Marchio de Cogolludo, Comes Portus S. Mariæ, Johannis Imi de Cerda III, Ducis Med. Celi & Medinæ de Silva F. Prorex Siciliæ & Navarræ.

VIII.

Johannes III de Cerda, V Dux de Med. Celi, &c. Ux. 1. *Isabella de Aragonia, Antonii II Ducis de Montalto fil.* 2. *Joanna de Lama, Marchionissa de Landrada, Gabrielis de Cueva, V Duc. de Albuquerque vidua.*

Sanctius de Cerda, Marchio Lagunæ, Eq. Alcantar. Ux. 1. *Agnes de Zuniga, Dom. de Billoria, Bernardini de Cardenas, Dom. de Torralva vid.* 2. *Maria de Villena.*

IX.

1. Johannes Ludovicus de Cerda, VI. Dux de Med. Celi, Eq. Aur. Velleris, ✠ 24 Novembr. 1607. æt. 38. Ux. 1. *Anna de la Cueva, Gabrielis V Ducis de Albuquerque fil.* 2. *Antonia de Toledo & Davila, Gomezii II March. de Villada fil.*

1. Antonia de Cerda & Aragonia nup. *Bernardino Manrique March. de Aquilar.*

X.

1. Joanna de la Cerda & Cueva nup. *Antonio de Aragon. & Moncada, V Duci de Montalto.*

she became a Nun
became a monk 1631
Louis VI D Montalto Chev de la Toison

2. Antonius Johannes de Cerda, VII Dux de Medina Celi, March. Cogolludi, ✠ 1671. *Anna Maria Henriquez de Ribera Portocarrero, Marchionissa de Alcala de Alameda, & hæres Ducatus Alcalæ, Marchion. Tarifæ.*

XI.

Joh. Franciscus de Cerda & Henriquez de Ribera, VIII Dux de Med. Celi, VIII Dux de Alcala, Comes Portus S. Mariæ, March. Tarifæ & Cogolludi, &c. Supr. Præfectus Andalusiæ, &c. Eques Aur. Vell. Supr. Minister Status in Hisp. ✠ 19 Febr. 1691. *Catharina de Aragon. Sandoval Folch de Cardona & Cordua, VII Duc. Segorbiæ & Cardonæ, V Duc. Lermæ, March. de Comares & Denia, Com. de S. Gadea, Prades & Empurias, &c. Ludovici Ramon Folch de Arag. & Card. VI Duc. Segorb. & Marianæ de Sandoval III Duc. Lermæ fil.*

Antonia Maria de Cerda, nup. *Caspari de Haro, Duci de Carpio March. de Liche.* ✠ 16. Januar. 1670.

Anna Catharina de Cerda, ux. *Joh. Thomæ Henriquez de Cabrera XI Admir. Cast. VII Duc. Medinæ de Rioseco.* ✠ Mart. 1697.

XII.

Anna Maria & Mariana in prima ætate mortuæ.

Felicia de Cerda & Aragon. Ux. . . . *de Cordua VII March. de Priego.*

Ludovicus Franciscus de la Cerda & Arag. IX Dux Med. Celi & Alcalæ, VII Segorbiæ & Cardonæ, VI Lermæ &c. Prorex Neapol. *Maria de las Nieves Giron & Sandoval, Casparis Telli Giron V Duc. Ossunæ fil.*

Antonia de Cerda & Aragon. nup. *Melchiori de de Guzman Filio March. de Villamanrique,* 1676. ✠ 15 Aug. 1679.

Anna Catharina de C. & Ar. nup. 1. *Petro de Aragonia avunculo suo magno* 1680. 2. *Jo. Thomæ Henriquez de Cabrera XI Admirali Cast. VII Duc. de Medina de Rios.* 1697.

Johanna de C. & Arag. ux. *Francisci Fernandez de la Cueva, Duc. de Albuquerque.*

1565

XXVI.

DANÆ PARS II.

Uxor: Joanna Manuel, Sancii de Noronna & Portugal, Comitis de Faro & Mira fil. VII.

VIII.

Gasto Cerda periit puer in pr. nav. ap. Gerbinnius 1560.

Maria de Cerda, nup. *Antonio Aragonio III Duci de Montalto.*

Angela de Cerda, ux. *Petri de Luna & Peralta Ducis de Bibona.*

Blanca de Cerda, ux. *Ferdinandi de Silva, VI Com. de Cifuentes.* 1571.

Catharina de Cerda, nup. *Francisco Gomez de Sandoval & Roxas, primo Duci Lermæ.*

IX.

2. Gonsalvus de la Lama & Cerda, March. de Ladrada.
Catharina de Leyva, Petri de Leyva, Præfecti triremium Sicul. fil.

Maria de la Cerda & Lama uxor *Hurtadi de Mendoza filii March. de Cannete.*

X.

Johannes de la Lama, Cerda & Leuyva March. de Ladrada.

Petrus.

Sancius.

Catharina.

XI.

Thomas de Cerda, Marchio de Laguna, Prorex Galitiæ dein novæ Hispaniæ 1680. ✠
Maria Aloisia Gonzaga, Vespasiani Gonzagæ & Mariæ Luisæ Manrique Com. de Paredes f.

XII.

Theresia de Cerda & Aragon. ux. *Diegi de Benavides, M. de Solera* 1682. ✠ 1685.

Laurentia de Cerda & Aragon. nup. *Philippo Columnæ, Comestab. Neapol. Pr. de Palliano,* 1681. ✠ 20 August. 1697.

Isabella de Cerda & Aragon. uxor *Philippi Spinolæ Ducis del Sesto* 1683.

Manuela, Josepha, Andrea, mortuæ in infantia.

Antonius, Franciscus, ✠ ✠ pueri.

Maria Nicolesa de Cerda & Aragon. ux. *Francisci Velez de Guevara, Com. de Onnate,* 4 August. 1694.



EXEGESIS HISTORICA.



Hispanicis familiis, à virili Regum Castellæ & Legionis stirpe oriundis, unicam interserere lubuit, quæ per fœminam genus ad eandem refert, suumque ab illa cognomentum derivat. Dictum est superius Alphonsi Sapientis Regis Castellæ & Legionis filium natu maximum Ferdinandum, *Cerdam* à pilo longo, quem in dorso ex utero matris protulit, appellatum, ante parentem rebus humanis ereptum, gnatosque ejus à patruo Sanctio à successione in regnum avitum exclusos fuisse; hi ad privatam sortem & vagam vitam redacti Cerdanum cognomen retinuerunt, quod, licet mascula eorum stirps dudum exaruerit, perduravit, hodieque viget; ISABELLA enim, Ferdinandi proneptis, postrema suæ familiæ, cum vix matura viro Roderico Alvarez de Asturia, viro locupleti, in matrimonium collocata fuisset, eoque citò vivis exempto post longam viduitatem *Mosi Bernardo de Bearnia*, externo sed strenuo viro, in manum convenisset, suscepto ex eo filio familiam condidit, à qua Cerdanum cognomen adscitum & ad hocusque ævum propagatum est. MOSES BERNARDUS ad Comites Fuxios sive *de Foix*, qui etiam Bearniæ Vicecomites fuere, originem suam referebat, à Gastone Phœbo Comite utcunque genitus, de qua gente in opere *Excellentium in Gallia familiarum* actum fuit. Dedit ille operam ut vitium natalium animi virtutibus fortibusque factis emendaret, & quia propter illud ab hæreditate genitoris arcebatur, armis peculium sibi acquireret. Bellicis itaque laudibus jam abundans in Castellam transiit & Regi Henrico II qui de Regno tunc cum Petro, ob crudelitatem à plerisque repudiato, decertabat, stipendia fecit, ea fide ac fortitudine, ut peracto bello *Medina Celina*, Castellensis ditio, cum *Comitis* titulo, splendidumque *Isabellæ Cerdæ* matrimonium, operæ merces fuerit. (*a*) Fato suo perfuncti Bernardus & Isabella sepulti sunt in sacello majori monasterii Regii S. Mariæ *de Cantabas*, quod Huertæ in finibus Aragoniæ est, Cistertiensis Ordinis, atque in eorum monumento expressa conspici insignia tum Bearnica, *vaccas* nempè *duas*, quibus ille usus est, tum Cerdana, quæ Isabella gessit, posterique ejus illis missis adhuc gerunt, in frontispicio exhibita, *Lupus de Haro* retulit. (*b*)

GASTONIS & LUDOVICI Cerdarum, Comitum Medinæcelinæ, Bernardi filii nepotisque, extollitur virtus & fides Regi Johanni I ejusque successoribus multis magnisque documentis probata; posteriore nati sunt GASTO II Medinæ Cel. Comes & JOHANNES, Turris quadratæ toparcha; hic cum matrimonio Violantæ Zunigæ excidisset, opificis suæ ditionis filiam uxoris loco habuit, atque ex ea utriusque sexus liberos sustulit, è quibus natu maximus, cui *Antonio Cerdæ* nomen erat, à Regibus Catholicis natalibus donatus est, & in feudum paternum *Turris quadratæ* successit, id verò deinde in Comitem de Cifuentes titulo permutationis pro annua pensione Toletana transtulit. Idem Guadalaxaræ sedem fixit, & ducta illic uxore stirpem prosevit, hodieque fortassis vigentem. Gasto II patris in Comitatu successor plerisque magnis eventis & periculis belli, inter Castellenses & Aragonios sua ætate gesti, immixtus strenuum se egit ac fortem, captusque ab Aragoniis suo sibi ære libertatem redemit. Per matrimonium cum Leonora Mendoza *Cogolludum* oppidum cum agris eò pertinentibus acquisivit, filiorumque duorum pater factus est. Eorum natu

(a) *Mariana de reb. Hisp. Lib. XVII. cap. 12.* (b) *Nobil. Geneal. Lib. I. cap. 11.*

natu major LUDOVICUS secundus hujus nominis egregia opera, quam Ferdinando & Isabellæ Regibus in bello Granatensi navavit, *Ducis* honorem titulumque sibi peperit. Primum ejusdem conjugium cum Catharina *Laso de Mendoza* matrueli sua dissolutum fuit, eò quod sine dispensatione Papali contractum erat, ex secunda uxore unicam sequioris sexus prolem suscepit; tertia concubina ejus fuerat, de qua filioque ex ea nato *Mariana* sic refert: (c) Ludovicus Cerda Medinæ Celinæ Dux sub mortem concubinam duxit, JOANNEM filium ex ea susceptum stupro jure legitimo hæredem principatus destinans. Ægrè id tulit ENECUS Cerda Ducis fratris post fata eam hæreditatem spe & cupiditate complexus. Enici filio LUDOVICO nupserat filia Ducis Infantatus. Generi jura ut armis tueretur socer, opibus & clientelis validus, collectis raptim copiis Cogolludium obsedit, id oppidum & reliquam defuncti Ducis ditionem armis præsidiisque occupaturus, quoniam legibus non fidebat. Verùm à Rege monitus ne regnum importunè turbaret, neque vim potius, quàm juris certamen quæreret, majoris mali metu militares copias dimisit. Sic Joannes absque controversia paterno principatu potitus est, propriumque posteris reliquit.

AD TAB. XXVI.

JOHANNEM CERDAM, secundum hujus nominis, quartum Ducem Medinæ Celinæ, à Rege Hisp. Philippo II Siciliæ regno vicaria potestate anno 1557 impositum, insignivit expeditio Tripolitana, cujus ipse autor dicto Regi fuit, incitatus æmulatione Joannis Vegæ, antecessoris sui, qui Aphrodisium in Africa Turcis eripuerat. Illa, postquam Rex annuisset, & suasori summum in ea imperium demandasset, magno apparatu instructa, & sub finem anni 1559 suscepta, cœlum principio ventosque adversus habuit; resumpta sequenti anno melioribus quidem initiis orsa, Gerbi insula, Africæ vicina, quæ *Meninx* seu *Lotophagitis* ab antiquis dicta fuit, capta, reguloque ejus tributario facto, sed tristem eventũ nacta est: Turcica enim classis, Tripoli subsidio missa, Christianam adorta partem ejus fugavit, partem mersit, aliquot naves & VCIↃ circiter mortales cepit, Gerbimque protinus obsessam atque ab Alvaro Sandæo, strenuo viro ac intrepido extremaque passo, frustrà defensam, in suam potestatem redegit. Tantæ cladis, qua XVIICIↃ capitum morbis vulneribus aut servitute periere, amissæ item XXVIII triremes, XIV naves onerariæ, culpam Proregis vanitati impegerunt Itali, quod sua opera aliquid Hispani nominis gloriæ addi, gerbisque possessionem Philippi imperio adjici cùm supra modum cuperet, munitioni in ea exstruendæ adeò præfractè incubuerit, ut salutarius consilium Jo. Andreæ Auriæ, discrimen ab adventante Turcarum classe imminens, & necessitatem militem omissa munitione in naves imponendi, & cum illa antequam numero augeatur; in Ægeo confligendi, ante oculos ei proponentis, minimè ad aures animumque admitteret; qui verò Proregi parcebant, causam cladis Petro Velasco, summo classis curatori, tribuebant, cujus negligentia factum esset, ut quæ ad profectionem necessaria erant, in tempore provisa non fuerint, sicq; tardius quàm oportuit ad discessum classis se comparaverit, sicuti *Thuanus Historiarum sui temporis Libro XXVI* disertè & prolixè retulit. Periit cum aliis multis incerto fato in improspera illa navali pugna GASTO Cerda, Proregis filius, adhuc puer. Vicariatu Siciliæ abiit Johannes Cerda an. 1564, eodemque munere in Navarra functus, & deinde Commendæ *de Socobos* Ordinis D. Jacobi *magnus Commendator* creatus, atque in numerũ Consiliariorum Status cooptatus est. Anno 1570 Belgii gubernator in locum Albani Ducis à R. Philippo pronunciatus ob moram in apparanda classe nexam, postremoque ob fœdam tempestatem, qua in profectione jactatus fuit, anno demum 1572, III Id. Jun. in Belgium advenit, haud levi statim infortunio mactus, tribus majoribus navigiis ex ipsius classe arenæ illisis, & posteà ab Vlissingensibus incendio consumtis. Bruxellas delatus, ibiq; cum Albano collocutus, cùm præter spem res turbatas offendisset, recusavit imperium, ne, ut Grotii (d) verbis utar, tanto rerum discrimine alieno se dedecori immisceret; nec Albanus, qui æmulum, non successorem, sibi missum indignabatur, invitus imperium retinuit, regique posteà, Thuano (e) referente, per literas demonstravit, si Belgium salvum cuperet, quemvis alium quam Cerdam provinciæ præficeret: nam eo ingenio illum esse, qui nec belli res curare posset, & in pace rempub. everteret; igitur uterque exeunte anno revocatus, & Cerda munere Supremi Præfecti domus Annæ Reginæ, quæ Philippi II uxor quarta erat, deinde auctus est.

JOANNI FRANCISCO Cerdæ, octavo Duci Medinæcelinæ effusè affluxere opes, possess-

(c) *De reb. Hisp. Lib. XXVII. cap. 11.* (d) *Annal. Belg. Lib. II.* (e) *Hist. Lib. LV.*


possessiones, tituli ac honores: nimirum duos Ducatus, Medinensem & Alcalensem, Comitatumque oppidi & Portus S.Mariæ, cum genitorum suorum hæreditate ad eum delatos, Catharina Folchia Aragonia, quam felici sibi sociavit conjugio, auxit tribus aliis Ducatibus, videlicet Segorbiensi, Cardonensi & Lermensi, nec non Marchionatibus Comares & Denia, ita ut ille possessionum illarum respectu octies Magnas Hispaniæ primæ classis factus sit; accesserunt aliæ minoris dignationis, nempè Marchionatus Cogolludii, Tarifæ, Alcalæ de Alameda, Pallarsii, Ceæ, Villamizari & Belmontii, Comitatus de los Molares, S. Gadeæ, Prades, Empurias, Buendia & Ampudia, Vicecomitatus Villamur, & dominia benè multa, officia denique hæreditaria, Præfecti & Notarii Majoris in Andalusia, Adelanti Majoris in Castilia & Comitis Stabuli in Aragonia. Tantas illius opes maximis Rex Carolus II exaggeravit muneribus dignitatibusque: anno 1671 genitori in Præfectura oræ maritimæ surrogatus, an. 1674 Supremus Cubicularius, Sumiller de Corpo Hispanis dicitur, atque an. 1679 Præses Consilii Indiarum creatus est; ad extremum an. 1680 ad Primi Ministri fastigium provehi meruit, applaudente aula populoque omni; erant quippe in eo, quemadmodum autor libelli Gallici de aula Hispanica *(f)* refert, egregiæ corporis animique dotes, morum certe dulcedo & suavitas, magna comitas, orationis lepos, atque ad omnia naturalis ingenii festivitas ac dexteritas; admirationi tantùm fuit, quod tantis opibus præsidiisque redundans, vitam ociosam & quietam, qua gaudere poterat, cum maximè negociosa commutaret, onusque rerum gerendarum difficillimo tempore in se susciperet. At enim verò sensit cito, quanto ponderi humeros submiserit; hinc veritus ne sub eo succumberet, adversaque jam tentatus valetudine scriptis d. XIII. Aprilis an. 1685 ad Regem literis missionem enixè petiit, atque impetravit. In aula nihilosecius permansit, obiitque munia Præsidis Senatus Indici summi Cubicularii nec non Hipparchi, quo postremo, ab Admirali Castellæ abdicato, an. 1683 auctus fuerat, donec vita suppeditavit. Ea defunctus amplissimas facultates ad filium LUDOVICUM FRANCISCUM, transmisit; magnis, quibus sub nomine Marchionis Cogolludii, jam functus erat, officiis, clarum factum: nimirum anno 1682 Marchioni Manseræ in præfectura oræ maritimæ in Bætica suffectus, an. 1684 Generalis triremium sive galerarum Neapolitanarum, iterumqne biennio elapso Legatus extraordinarius ad Pontificem Romanum designatus est; quam spartam cum aliquot annorum spatio ornasset Prorex & Capitaneus Generalis regni Neapolitani ineunte anno 1696 creatus est, quod imperium cepit atque etiam nunc gerit magnificentissimè atque optimè.

(f) *Memoires de la Cour d' Esp. Part. I. pag. 185.*



STEM-

STEMMATIS
DESIDERIANI
STIRPS VIIII. SANMARTINIANA,
COMITUM ET MARCHIONUM DE PARELLA, ET AGLIE IN PEDEMONTIO.





IN Scuto quod hic cernitur, rhombos novem aureos in campo cæruleo genti San Martinianæ ab omni memoria familiares fuisse, campum autem rubeum ab Ardicino IV Comite Canapisii adscitum esse tradunt in memoriam victi ab ipso in Palæstina Saraceni & clypei quo illum exuit, isto colore tincti.

TAB.

STIRPIS SANMARTINIANÆ

IX. WIDO s. GUIDO ex Marchionibus Eporediæ, Arduini Regis Italiæ F. [Vid. Tab. I.] COMES primus CANAPISII (del Canavese) & Vicarius Imperialis anno 1025. & circiter.

X. Wido II Comes Canapisii & Vicarius Imperialis, ann. 1055. & seqq. Beatrix, Reinaldi Turriani Com. fil.

XI. Ardicinus Comes Canapisii, 1090. Thusciæ fil. — Willa, Hugonis Marchionis

XII. Ardicinus Comes Canapisii IV, 1120. Montferrat fil. — Jolanta, Wilhelmi II March.

XIII. Ubertus Comes Canapisii & S. Martini, 1142. Theodosia, Odoardi March. Ramagnani f. — Henricus.

XIV. Martinus ex Comitibus S. Martini Dn. Aladii & Riparolii, 1190. *Placentia, Opizzonis Com. Blandratæ fil.* — Paynus, sator Dominorum castri *Baldisserii*, qui defecerunt.

XV. Henricus ex Com. S. Martini Dn. Aladii [*de Agliè*] & Condominus *Riparolii*, 1225. *Emilia, Bonifacii ex iisdem Comitibus f.* — Arditio. — Martinus.

XVI. Johannes ex Com. S. Mart. Dn. Aladii & Condom. Riparolii. 1250. *Margarita Reinerii de Valpergia ex Com. Maximi f.* — Agnesina, ux. *Friderici de Arborio.* — Ioda, nup. *Bertolino ex Com. Valpergiæ.*

XVII. Johannes ex Com. S. Martini, Dn. Aladii, 1270. *Agnes, Theobaldi Vicecomitis f.* — Margaritha, ux. *Petri ex Com. Maximi.* — Matthæus.

XVIII. Martinus ex Com. S. Mart. Dn. Aladii, 1299. *Aldigia Simonis ex Dom. Avogadri de Colobiano f.* — Johannes — Aimo — Artio ex Com. St. Mart. & Dom. Alad. *Agnes, ex Com. Valpergiæ.*

XIX. Johannes ex Com. S. Mart. & Dom. Aladii. 1347. *Lucina, Georgii ex Dom. Solari de Eporedia f.* — Jacobina.

XX. UBERTUS. *Vid. Tab. XXVII.* — LUDOVICUS. *Vid. Tab. XXVIII. A.* — Bonifacius, *Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Cheriensis.* — Antonius, dictus *Præpositus.* — Quidettus, *improlis.* — JOANNINUS. *Vid. Tab. XXVIII. B.*

TAB.

XXVII.

DE ALLADIO ET PARELLA PRIMA.

Uxor, Jolanda Bonifacii Marchionis Estensis' fil. IX.
Al. Alinda, Adalberti Marchionis fil.

X.

Ardicinus, sator ex sententia quorund. Comitum Castrimontis, aliorum verò stirpis Arduinæ in Sicilia. — Johannes Abbas primus ad S. Benigni Fructuariens.

X.

Guido Comes Canapisii.

XII.

Guido, sator stirpis Comitum Valpergiæ. — Otto, Comes.

XIII.

Wilhelmus Comes S. Martini. Ux. 1. Adelais, Bonifacii M. Monferrat. f. 2. Theodora Tissona. — Martinus. — Theobaldus, Abbas S. Benigni Fructuariens.

XIV.

Givala ex Com. S. Martini, Dn. Lorenzadii & Parellæ. *Helena, ex Com. Blandratæ & S. Georgii.* — Guilielmus, pater Henrici, Guilielmi & Jacobi, *à quibus diversa stirpes provenerunt?*

XV.

Ubertus f. Ib[illegible]ttus ex C. S. Mart. Dn. Lorenz. Parellæ, Bayri & Strombini, 1236. *Theodora Odoardi M. de Romagnano f.* — Jacobus, *pater* Nicolini, primi Dom. *de Arondello.* — Odo [illegible]rdus *Episc. Sedunens.* 1244. — Bonifacius, Potestas Paduæ 1232.

XVI.

Ardicinus ex Com. S. Mart. Dn. Parellæ, Lorenz. & Castrinovi. 1253. *Maria de Valpergia ex Com. Maximi.* — Petrus ex Com. S. Mart. Dn. Parellæ. *Margarita, Johannis ex C. S. Mart. de Rivarolo f.* — Johannes, *à quo posteritas aliqua.* — Ubertus, *Abbas S. Benigni Fructuar.* 1233.

XXVII.

Ubertus ex C. S. M. Dn. Parellæ. 1313. *Maria de Chalant.* — Petrus, *Abbas S. Benedicti.* — Godofredus, sator Dominorum *de Strombino.*

XVIII.

Petrus ex Com. S. Martini Dn. de Parella, Lorenzé, Castelnovo, Valle di Chii, Payro & Vidré, Gubernator Cheriensis. Ux. 1. *Ugoneja Castellamonte.* 2. *Agnesina Costacene.* — Jacobus, *Abbas ad S. Stephan. Epored.*

XIX.

ARDICINUS Dn. de Lorenzé & Parella.
Vid. Tab. seq. XXVI. — Ubertus, sator Comitum *de Castelnovo.*

TABU

FAMILIÆ DE S. MARTINO
COMITES ET MARCHIONES

XIX.

ARDICINUS ex Com. San Mart. Petri F. Dn. Lorenzè, Parella, &c. vixit usque ad an. 1424.

XX.

Iblettus ex Com. SanMart. Dn. de Lorenzè Parella &c.
Ux. 1. *Margarita, Francisci Bonsi de Chieri f.*
2. *Petrina de S. Martino de Malgrado de Rivarolo.*

XXI.

Johannes Christophorus ex Com. San Mart. Dom. de Lorenzè, Parella &c. Cubicularius Jo. Amadei Duc. Sabaud. 1471. 1512.
Agnesina de Castellamonte.

Sebastianus ex Com. San Mart. Dom. de Parella.

XXII.

Martinus ex Com. San M. Dn. de Lorenzè, Parella 1483. 1525.
Ux. 1. *Aimonda de S. Martino.*
2. *Wilhelmina de Castellamonte.*

Joh. Baptista ex C. SanMart. *Regina.*

Petrus.

Jo. Franciscus.

Catharina, ux. 2. *Joh. Christophori Com. Parellæ.*

XXIII.

Johannes Christophorus II. Comes de Parella, Caroli V. Ducis Sabaud. Consiliarius.
Ux. 1. *Maria de Castellamonte.*
2. *Catharina de S. Martin. Sebastiani Dom. de Lorenzè Parella f.*

Johannes Baptista.

Margarita.

XXIV.

Alexius ex Com. SanMart. Marchio primus de Brozzo & Parella, *conditor fidei commissi gentilitii,* ✠ 1588.
Ux. 1. *Bona de S. Martino-Lorenzè, Pedagna, Petri f.* 2. *Eleonora de Valperga.*

Bernardina nup. *Benedicto ex Com. San Mart.*

Agnesina ux. *Comitis Stradæ.*

Wilhelmina nup. 1. *Urbano de S. Martino.* 2. *Comiti de Caramagna.*

XXV.

1. Jo. Christophorus ✠ puer.

Paulus Emilius, ✠ puer.

Jo. Christophorus, ✠ æt. 20.

Iblettus Paulus Emilius March. de Brozzo & Parella, ✠ juv. Dn. de Vidrè, Eques Annunciatæ.
Francisca de Chialant, Johannis Comitis f.

XXVI.

Alexius II ex Com. San Mart. Marchio de Brozzo & Parella, Eques Annunc. Gubern. Turini, ✠ 1684.
Ux. 1. *Margarita, Guidonis March. Villæ f.*
2. *Margarita de Provana.*
3. *Barbara, Georgii Com. de Cumiana f.*

Carolus ex Com. SanMart. Præfectus Eporediæ & Ducatus Agostæ, ✠ 1677.

Eleonora *monialis sub nomine Isabellæ.*

XXVII.

1. Carolus Emilius de S. Mart. Parella, March. de Parella, Andorno & Brozzo, Com. de Settimo Torinese, Carema, Vidraco, Laurensado, Strambinello &c.
Felicia Hyacintha Isnardi de Castello La Montà, Com. de Camerano, Isino & Vallis de Chiesa, Domus suæ hæres.

Guido Josephus de S. Martin-Parella.

Christina, ux. . . *Com. de Lagnasco.*

Eleonora Francisca, nup. I. N. *de Blandrate Com. de Dessana March. de Rod.* 2. *Leopoldo Wilhelmo Com. de Königsegg.*

XXVIII.

Giron Silla de S. Mart. Parella M.

Irene uxor. . . . *de Villacardet de Fleury March. de Triviere.*

Carolus Alexius, ✠ puer.

LA XXVIII.

SECUNDA
DE PARELLA ET BROZZO.

Ux. 1. Margarita Biraga.
2. Catharina de Castellamonte. XIX.

XX.

Petrus ex Com. SanMart. Dn. de Lorenzè.

Jacobus ex Com. SanMart. *Bona de S. Martino-Rivarolo.*

XXI.

Carolus ex Com. San Mart. Dn. de Lorenzè. *Hippolita de Vitignè, Vercellensis.*

Caspar, *cujus posteritas añ 1692. defecit.*

Laurentius

Petrus Dn. de Pedagna.

XXII.

Benedictus ex C. San M. *Bernardina de S. Martin, Jo. Christophori Com. Parellæ fil.*

Franciscus ex C. San Mart. *Francisca Bonsa de Chieri.*

Jo. Antonius.

Jacobus.

Amadeus.

Bona, ux. *Alexii March. de Brozzo & Parella.*

XXIII.

Carolus ex Com. San Mart. Dn. de Lorenzè & Pedagna, *cujus propago an 1664. in* Jo. Benedicto *emarcuit.*

Fridericus.

Johannes.

Marcus.

XXIV.

Margarita, ux. *Jo. Antonii de Settino Vittone*

N. *Abbatissa monast. S. Claræ Eporediensis.*

Ibletus.

Caspar.

XXV.

Lucretia uxor *Ludovici ex Com. San Mart. Com. de Agliè.*

Irene.

Fabricius.

Fridericus.

Marcus Antonius.

XXVI.

Margarita uxor *Antonii Peron de Guart, Com. de S. Martino.*

Franciscus Filibertus.

XXVII.

Francisca Christophora, *monialis.*

Anna *monialis.*

Maria Gabrielis ux. *Georgii Francisci Com. Castellensis.*

Diana Francisca, ux. *Caroli Casparis Vibo, Com. de Prole.*

Helena Maria, nup. *Ignatio Solaro M. de Borgo.*

2. Carolus Dominicus.

Johannes Antonius.

Victor Amadæus.

TABU

STIRPIS SANMARTINI
COMITES DE AGLIE

XX. UBERTUS ex Comitibus Sancti Martini, Johannis F. Condominus Aladii, (de Agliè) 1359.

XXI.
Henricus Dn. de Aglié. *Catharina, Manfredi Dom. Salutiarum, Cardetti & Juris S. Georgii f.* — Nicolaus. — Risotta, ux. *Johannis ex Dom. Strombini & Com. S. Martini.* — Margarita, ux. *Andreæ Provanæ, ex Dom. Leyniaci.*

XXII.
Manfredus ex Com. San Mart. Dn. de Agliè. 1460. *Mensia, Ludovici Guasci, Alexandrini fil.* — Antonius. — Stephanina, ux. *Thomæ ex Dom. Septimi.* — Anastasia, ux. *Aimonetti ex Dom. Parellæ.*

XXIII.
Ludovicus ex Com. San Mart. Dn. de Aglié. 1520. *Georgina Bartholomæi Provanæ de Carignano, Dom. de Vin & Sablone fil.* — Catharina, ux. . . . *ex Com. Plozzaschi.* — Bernardinus ex Com. San M. & Dominis Aladii. *Maria Guasca de Alexandria.*

XXIV.
Manfredus ex Com. S. Mart. Dn. de Agliè. 1535. *Leonora, Thadei Nicolai ex iisd. Comit. & Dominis Frontis & Scarmagni fil.* — Johan. Franciscus. — Anna ux. Johan. *Federici Salutii Dom. Montismali.* — Secundina, uxor *Philiberti Solarii ex Dom. Villænovæ.*

XXV.
Nicolaus ex Com. S. Mart. Dn. Aladii, *miles Sanct. Annunciat.* 1580. *Antonia, Hieronymi Provanæ, Gubern. Mottæ pro R. Francisco I. fil.* — Ludovicus ex Com. S. Mart. 1569. *Lucretia, Alexii ex Com. iisd. March. Parellæ f.* (Franciscus Bernardinus, f. pr. — Cassandra, ux. Francisci ex Dom. Aladii.) — Joh. Franciscus. — Bernardus.

XXVI.
Julius Cæsar ex Com. S. Mart. & Dom. Alad. primus Marchio S. Germani 1600. *Octavia, Nicolai Olderici Gentilis, Octaviani Ducis Genuens. nati, filia.* — Ludovicus ex C. S. M. & Dom. Alad. Marchio S. Damiani, *miles annunciatæ.* — F. Carolus, *mil. Melit.* — Manfredus.

XXVII.
Octavius Antonius ex C. S. M. de Alad. March. S. Germani & S. Damiani, Gubernat. Taurin. *Eq. Annunc.* Ux. 1. *Margarita, Prosperi Maliardi de Tournon f.* 2. *Ludovica, Ludovici Castellani Bar. Germaniæ, M. S. Annunc. fil.* — Carolus. ✠ inf. — Philippus, dictus Comes de Agliè, *Eq. Annunc.* Consiliarius Status, Suprem. aulæ Sabaudicæ Præfectus. — Beatrix, ux. *Petri Antonii Scaliæ.*

XXVIII.
Carolus Ludovicus, M. S. Damian. S. Germ. & Riparolii, *Eques Annunciat. Irene de Simiana, Caroli Emanuelis Philiberti M. de Pianezza fil.* — Thomas. — Mauritius. — Philippus Josephus. Baro Allemagnæ in Provincia. — Hiacynthus, *Abbas.*

XXIX.
Josephus Philippus March. Riparolii. *Martha, Gabrielis, Balthasaris Heral, Com. de la Rova fil.* — Secundus Pancratius, Comes Eugeniæ (*d'Ozegne*) — Felix Caspar Com. Bayri. — Bonaventura, *Abbas.*

XXX.
Carolus Marius Franciscus March. Fontaneti. — Johan. Baptista Emanuel. — Irene.

TAB.

LA XXIX.

ANÆ TERTIA
MARCHIONES DE S. GERMAIN.

Uxor, Helena, Nicolai Urſini Dom. Ripaltæ, Orbaſani & Tranæ fil. XX.

XXI.

Stephanus. *Cathatharina Riccia Aſte.* — Anna, ux. 1. *Ludovici Talliantis.* 2. *Imbletti ex Dom. Introdi.* 3. *Jacobi de Hipporedia.* — Antonius.

XXII.

Helena, ux. *Mauritii ex Dom. Ripaltæ.* — Marchettus, ux. 1. *Leonora ex Dom. Riparolii.* 2. *Mentia.* — F. Risbaldus *miles Rhodinus.* — F. Ludovicus *Ord. S. Anton.* — Bertettus

XXIII.

Antonia, ux. *Joanelli Provanæ ex Dom. Layniaci.* — Ludovicus ex C. San Mart. & Dominis Alad. 1499. — Leonora, nup. *Arditioni ex Dom. Frontis.* — Helena, ux. *Georgii ex Dom. Aladii.* — Octavius. — Alexander.

XXIV.

Philippus, *religioſus.* — Chriſtophorus, 1520. — Stephanus.

XXV.

Alexander, — Ludovicus, 1560. — Petrus Aloiſius, 1550. *Iſabella, Aimonis II ex iisd. Com. & Dom. de Aladio f.*

XXVI.

Petrus Aloiſius II ex Dom. Aladii.

XXVII.

Alexander, obiit *improlis.* — Ludovica, *monial.* — Catharina, ux. *Marii Broliæ.*

XXVI.

Octavia, ux. *Laurentii Biragi, Com. Viſcarum.* — Maria, nup. *Fulvio de Laniis, Com. Salæ.* — Michael Angelus, *Provincialis Capuccinus.* — Leonora, ux. 1. *Bonifacii Bobæ,* 2. *Pompeji Carnaſani.*

XXVII.

Johannes Franciſcus ex Com. S. Mart. d'Agliè, *Abbas Pinerol.* 1634. *Staphardæ* 1644. *& Sueſſionis, M. Cancellarius Ord. Annunciatæ.* — Virginia. Diana. Ludovica. *moniales.* — Catharina nup. *Alexandro . . . . ex Com. Villæ novettæ.*

XXVIII.

Victoria Margarita, ux. *Laurentii Biragi, Com. Viſcarum.* — Luiſa Maria, ux. *Franciſci Thomæ de Chabod. March. S. Mauritii.* — Chriſtiana Felix, ux. *Hieron. Franciſci Ponte Com. Caſalis Craſſi.* — Thereſia, *monialis.* — Johanna Maria, nup. 1. *Maximiliano Ferdinando Com. de Törring in Seefeld,* 2. *Paulo Fugero Com. de Kirchberg* 1685. — Monaca Franciſca, ux. *Franciſci Mauritii Com. Cumianæ.*

XXIX.

Martinus, *Eq. Melit.* — Clara Suſanna. — Maria Delphina. — Anna Dorothora.

STIRPIS SAN-MARTINIA

A.

XX. LUDOVICUS ex Comitibus S. Martini & Dominis Aladii, Johannis F. 1350. Uxor 1. Beatrix. . . . . 2. Bruna. . . . .

XXI.

- Antonius. I. Bonifacius.
- Johannes 1400, *Conſtantia.*
- Bartholomæus.
- Maria, ux. *Johannis Mariæ ex Com. S. Mart. & Dom. Caſtrinovi.*
- Martinus. *Clarina.*

XXII.

- Julianus, 1477. *Antonina.*
- Imbletus.
- Johan. Michael, 1459.
- Henriettus, Dn. Gorbiæ & Roſcii, 1477.
- Jacobus, Dn. Eugeniæ. *Franciſchina Tablianta.*

XXIII.

- Carolus.
- Antonius.
- Secundinus 1497. Antonia.
- Amadeus.
- Martinus.
- Johannes, Dn. Bonvicini. 1486.
- Johannes Michael, 1495.
- Petrus, Præpoſitus Epored.
- Gabriel, Plentia Provana de Leyniaco.
- Bernardinus ex C. S. M. Dn. Roſcii & Gorb.
- Caſpar ex Com. S. Mart. Dn. Eugeniæ.

XXIV.

- Antonius. *Anna de Turre.*
- Julianus, *Anna de Aladio.*
- Clara, ux. *Jacobi Calderani de Eporedia.*
- Martha, nup. *Franciſco Bernardino Com. Eugeniæ.*
- Claudius Dn. Roſcii & Gorbiæ.
- Johan. Franciſcus Condom. Roſcii & Gorbiæ.
- Franciſcus Bernardinus Comes Eugeniæ. *Martha de Aladio.*

XXV.

- Carolus.
- Joh. Baptiſta.
- Venetia ux. Ambroſii de Turre.
- N. ux. Joh. Antonii Cardè.
- Sebaſtianus.
- Caſpar ex C. S. M. Dn. Eugeniæ, 1539.
- Carolus, Canonicus Vercell.
- Joh. Jacobus Abbas Graſſani 1539.
- Alexander.
- Anna, ux. Antonii ex Com. S. Georgii.

XXVI.

- Johannes Franciſcus Comes Eugeniæ.
- Johan. Ludovicus,
- Bonifacius Com. Eugeniæ 1590.
- Beſſus.

XXVII.

- Diana, ux. *Com. Parpaliæ & de' Roviliaſco.*
- Eliſabetha, nup. *Faraoni Solario ex Com. Morettæ.*

NE DE ALADIO ULTIMA.

B.

JOHANNINUS ex Comitibus S. Martini, & Dominis Aladii, Johannis F. Ludovici frater, 1348. XX.

Antonius ex Com. S. Mart. & Dom. Alad. 1410. *Margarita Solara.*	Jacobus.	XXI.

Margaritha, ux. *Georgii Ferandi ex Dom. Bozzolini.*	Jacobus, 1427. *Isabellina ex March. Cevæ.*	Petrus.	Marchettus.	XXII.

Aimo ex Com. S. Mart. & Dom. Alad.	Georgius.	Carolus. *Helena.*	Franciscus.	XXIII.

Georgius ex C. S. M. *Isabella Falletta ex Dom. Villæ.*	Margarita, ux. *Philiberti ex Dom. Viscarum.*	Carolus ex C. S. M. *Andrea de Turre.*	Franciscus ex C. S. M. & Dom. Aladii.	Catalanus. *Margarita.*	XXIV.

Tomena, ux. Cæsaris ex Com. S. Georgii.	Aimo. Lucretia.	Margarita, nupt. Antonio Falletto ex Dom. Villæ.	Margarita, ux. Casparis ex Dom. Frontis.	Anna nup. 1. Juliano ex Dom. Alad. 2. Baptistæ de Turre.	Tomena, ux. Ludovici ex Dom. Turris.	Jacobus. Violanta.	Cecilia.	Maria.	XXVI.

Isabella, ux. *Petri Alosii ex Dom. Aladii.*	Catharina.	Laura.	Margarita.	Hannibal. *Victoria ex March. Cevæ.*	Franciscus. *Cassandra de Aladio.*	Ludovicus.	Fridericus.	Julius Cæsar.	XXVI.

Jacobus Ludovicus.	Violanta, ux *Jo. Francisci de Baldasserio ex Com. S. Mart.*	Octavia.	Nicolaus.	Flaminius.	Anna, ux. *Alexandri Ponzoni ex Dom. Aladii.*	XXVII.



EXEGESIS HISTORICA.



SAn Martinianæ familiæ in Pedemontana regione nobilissimæ & amplissimæ genealogiam, quam hic dedimus, benignitati Illmi *Marchionis San-Germanensis Caroli Ludovici* partim, partim Illmæ *Comitissæ Königseccia*, viduæ, *Eleonoræ Franciscæ*, ex Marchionibus de Parella prognatæ, in acceptis ferimus, huic scilicet Parellensem, priori Aladiensem; hæc à Viro rerum & familiarum Pedemontanarum peritissimo, variisq; scriptis celebratissimo Francisco Augustino ab Ecclesia (*della Chiesa*) ex Comitibus Cervignaschi, Episcopo Salutiensi, confecta, Augustâ Taurinorum, ista Viennâ ad nos transmissa est, interveniente utrobique amica fautorum opera. Ambæ ab imis deductæ stirpibus in principio discordant, cætera ferè concordes: Parellensis enim originem familiæ repetit à Carolo M. Imperatore, & victore Desiderii Regis Longobardorum, à quo Aladiensis initium ducit, in Bernardo autem conveniunt; quippe qui in Aladiensi stemmate Desiderii Regis filius, in Parellensi Bernardi Regis Italiæ, Caroli M. è Pipino nepotis, gnatus fuisse dicitur. Bernardo Desiderii filio eundem innui, qui nobis Tabula prima hujus operis *Everardus* dictus est, ex illis, quæ ad dictam commentati sumus Tabulam constat. In deductione genealogiæ utriusque Adalberto Eporediæ Marchioni frater, fide Ludovici ab Ecclesia, qui patruus Francisci Augustini fuit, adscribitur, cui nomen *Guidoni*, filiosque tres fuisse videlicet *Guilielmum, Rogerium* & *Ardoinum*, atque à primo stirpem amplissimam Marchionum *Montisferrati, Boscii, Ponzonii, Salutiarum, Carretti, Savonæ, Finalii, Cevæ* & *Clavesani*, à postremo autem *Palavicinorum* illustrissimam gentem oriundam esse traditur.

Canapisiam (*il Canavese*) quam Comitatus titulo WIDO, San Martinianæ stirpis sator, ejusque posteri aliquandiu tenuerunt, à feracitate & copia cannabis nomen accepisse *Georgius Merula* testatur. (*a*) Sita est tota trans Padum inter Taurinos & Vercellenses, atque olim pars Montisferratensis Marchionatus, sed pace Chierascensi anno 1631 inde decerpta, & cum Pedemontana Ducis Sabaudiæ ditione conjuncta fuit. Quo pacto illam amiserit familia, de qua agitur, quoque ea jure San Martinianam acquisiverit terram, incompertum habemus; in hac verò supremâ longo temporis spatio gavisa est potestate ac jurisdictione, nempè usque dum an. 1350 in Amadei IV cogn. *Viridis* Comitis Sabaudiæ jus ac ditionem concessit, eximiis vicissim ab isto privilegiis macta, quemadmodum *Samuel Guichenonius in Historia Sabaudica* literis prodidit. (*b*)

Cum de Comitibus Parellæ & Aladii, quotquot superiore vixerunt ævo, scribendi deficiat argumentum, de recentioribus aliqua in medium proferemus nec illa quidem multa: ALEXIUS II Marchio *de Brozzo & Parella* sub Duce Sabaudiæ Victore Amadeo I Eporediæ præfuit, cumque post ejus excessum à Thoma Carignani Principe, qui tutelam & Ducatus administrationem invaserat, isto exutus fuisset munere, à Christina Ducissa, rerum utcunque potita, id recepit, fratre ipsius Carolo, præsidiariis ejusdem oppidi præfecto. Insignibus Ordinis Ducalis, cui ab Annunciatione Mariæ nomen inditum fuit, an. 1650 decoratus est, quo tempore Custodis Vestiarii Ducalis (Mastro della Guardarobba) Præfectique Augustæ Prætoriæ, Eporedii & Cannabensis provinciæ titulis gaudebat. Eo natus CAROLUS EMILIUS hac ætate in aula Cæsarea pariter & Sabaudica illustratus est, eluitque mili-

(a) *Antiquit. Vicecom. Mediol. Libro VI.* (b) *pag. 405.*

militiæ honoribus, nempè Marescalli Generalis Imperatoris, nec non Locumtenentis Generalis Ducis Sabaudiæ & Tribuni prætorianorum ejusdem. Uxorem accepit hæredem familiæ Comitum de la Montà è stirpe Isnardorum de Castello; Ea inter vetustissimas & nobilissimas Astensis civitatis numeratur, atque in tres abiit ramos, Isnardos videlicet de Castello, de Guttuers & de Turcs. (c) E primo duo iterum enati sunt palmites satore Thoma Isnardo de Castello, Ludovici è Luisa Sabauda, Philippi Com. de Raconis gnata, filio: huic enim è Julia Canale præter Margaritam Dominico Provanæ Com. de Beynette nuptam, duo fuere filii, videlicet Carolus Isnardus de Castello, qui Comites de Sanfré & de Montald, Marchionesque de Carail propagavit, nec non Hieronymus Isnard de Castello Comes de la Montà, Cubicularius Caroli Emanuelis I Ducis Sabaudiæ. Hoc & Leonora Roeria de S. Severin uxore ejus nati sunt Johannes Franciscus, qui anno 1653 improlis obiit, Diana Roberti Asinaræ Com. de Castigliolles uxor, Thomas Abbas de Caramagne, legationibus nobilitatus, Sylla Eques Melitensis & Carolus Comes de la Montà, pater ex Johanna Margarita de Piozasque Felicitatis & Constantiæ, quarum prior Marchioni de Parella avitas facultates attulit, atque ad filium ex eo susceptum, Ghironem Syllam transmisit; is in militia Imperatoris Optionis Supremi gradum tenuit, in Sabaudia verò cohorti militum exterorum præest, atque in media scuti, quo utitur, regione materna insignia, *aquilam* nempè *nigram coronatam in solo argenteo*, defert.

Ex Aladiensi familia medio seculo XVII inclaruere LUDOVICUS, OCTAVIANUS, ANTONIUS & PHILIPPUS, Tabula XXIX dicti; primus ex eis, qui cæterorum patruus & Marchio d'Agliè vulgò appellatus fuit, juventam Ducis Sabaudiæ Caroli Emanuelis II, Aji dignatione, rexit. Secundus, Marchio Sancti Germani dictus, Taurinensi arci præfuit, illa tempestate, qua Thomas Cariniani Princeps occupata ope Hispanorum urbe Christinam Sabaudiæ Ducissam viduam & regentem, in illa perfugium quærere coëgit. Posteà Montimeliano præfectus est, ibidemque Duci juveni morbum, ut iter in Galliam quò mater à Rege invitata se contulerat, declinaret, simulanti subserviit; (d) tandem munere Supremi Sabaudiæ Armigeri (Gran Scudiere di Savoya) nec non insignibus Ordinis Equestris Annunciatæ augeri atque ornari meruit. Huic militiæ eodem tempore, nempe die XXV Augusti an. 1648 etiam frater Octaviani PHILIPPUS, Comitis d'Aglie titulo salutari solitus, adscriptus est; hujus maxima in aula Sabaudica fuit autoritas, nec minor fama; supremum quippe in illa tenuit locum & fisci præfecturam gessit, gratiaque Christinæ Ducissæ, penes quam tutela Ducis & regimen erat, floruit. In Galliam cum illa anno 1639 profectus Cardinali Riceliaco innotuit, Deo irato suo: ab isto enim arbiter habitus consiliorum Ducissæ, voluntati Cardinalis decus ac libertatem suam deditione arcis Montmelianensis gratificari detrectantis, non tantum mordacibus & altius penetrantibus dimissus tunc fuit verbis, sed postquam Augustam Taurinorum rediisset, ejusdem instinctu, & Mazarino, qui illic ea tempestate agebat, casses struente, ex ipsa urbe patria, sedeque herili nec absente, licet inscia Ducissa, abreptus, & captivi instar in Galliam ductus, ibidemque quadriennii spatio usque post fata dicti Cardinalis Regisque Ludovici XIII detentus est, frustra querente & strepente Ducissa de labefactata tanto auso, quale nulla viderit ætas, Ducis filii sui suprema potestate. (e) Idem Philippus Agliæ Comes, ossa Arduini, postremi Italiæ Regis, à quo genus ducebat, ex æde S. Benigni Fructuariensis eruta in castrum suum Agliense transtulit, splendidiore in loco recondenda. Fato functus fratris sui filium CAROLUM LUDOVICUM hæredem reliquit. Is in vivis superest, summis in aula Ducali Sabaudica officiis & egregia sobole insignis.

(c) *Guichenon. op. cit. pag. 1120.* (d) *Guichenon Hist. de Sav. p. 940. & seq.*
(e) *Vie du Card. de Richelieu Tom. II. pag. 383. & 444. Brusoni Hist. d'Italia Lib. VIII. Guichenon Hist. de Savoye, p. 950.*

STEMMATIS *DESIDERIANI* STIRPS X.

FAMILIÆ MEDIOLANENSIS VICECOMITUM (DEI VISCONTI)

Et ex ea ramus

DOMINORUM ET DUCUM MEDIOLANI,

atque ex eis ortorum Comitum Sezæi, Gambalerii & Salizeti.



Nſignia, quæ in ſuperiore ſegmento conſpiciuntur, ex Comitis Galeacii Gualdi Priorati opere de vitis & actionibus virorum militarium & politicorum Viennæ Italico idiomate edito, huc transſcripta ſunt; ſcutum à dextris poſitum *ſeptem coronis* diſtinctum vetus Longobardorum in Italia regnum indicare videtur; quod à ſiniſtris locatum eſt, *theſſellatum ex argento & minio*, Vicecomitibus antiquitus ſolemne fuiſſe tradunt. *Serpens, puellum evomens,* qui priori ſcuto apicis loco eſt, & in medio poſiti primam extremamque quadram implet, recentius eſt Vicecomitum gentis digma, hodieque ei nec non Ducatui Mediolanenſi familiare. *Leonis armati cum ardentibus geminis torribus, e quibus ſitulæ aquariæ dependent,* emblema, quod ſecunda & tertia clypei poſtremo loco memorati areola exhibetur, Galeacium II Vicecomitem autorem habuit; de cauſa hujus ſymboli nec non ſerpentis à Vicecomitibus inſignium loco adſcitis origine in Exegeſi aliqua legere eſt. *Aquilam Imperialem,* quæ in ſcuto inferiore repræſentatur, Vicecomites Mediolani Principes gentilitio digmati junxerunt, deſignando Vicariatui S. Rom. Imperii, quo ab Imperatoribus honeſtati atq; aucti fuerunt.

VICECOMITES ET DUCES

X.

ERIBRANDUS, f. RUITPRANDUS, Bonifacii Comitis & Gislæ F. VICECOMES Mediolani, obiit anno 1065.

XI.

Otto Comes illuſtris & Mediolani Vicecomes, occ. Romæ an. 1111. Lucretia, Hugonis Comitis, dicti de Stampa fil.

XII.

Wido Comes illuſtris, dictus Mediolani Vicecomes, an. 1142. Ux. Alaſia.

XIII.

Otto Vicecomes, Dn. Masſini, Albuciati & Beſnati, Conſul. Mediol. 1162. Ux. Aldegunda, Anſelmi Marchionis fil.

XIV.

Otto. Ubertus Vicomes, Conſul Mediolanenſis 1206. Ux. Anaſtaſia dicta Berta de Birovano.

XV.

OTHO Vicecomes Mediol. *Archiepiſcopus*, 1261. Princeps 1277. ✠ 4 al. 8 Auguſt. 1295. æt. 87.

Andreottus Vicecomes, Dn. Invorii, Masſini &c. *Florina, Ruffini Mandelli fil.*

XVI.

Theobaldus, Vicecomes, militiæ Præfectus ſub patruo Otthone, occ. 1274. *Anaſtaſia Pirovana, Uberti Pirovani Archiepiſcopi Mediol. neptis.*

Caſpar, Vicecomes.

PETRUS, VICECOMES. *Vid. Tab. XXXIX.*

XVII.

MATTHEUS Vicomes, cogn. *Magnus*, n. 1250, Vicarius Imperialis & Princeps Mediolanenſium ſociariumque civitatum, ✠ 24 Jun. 1322.

XVIII.

GALEACIUS Vicecomes, Princeps Mediol. n. 21 Jan. 1277, ✠ 1328. *Beatrix ab Eſte, Azzonis March. Ferrariæ f. Nini Galluræ vid.* 1301, ✠ 1 Sept. 1334.

Marcus Vicecomes, Dux Bellicus, occ. juſſu Actii nepotis 1321.

Catharina nup. *Alboino ſ. Bartholomæo Scaligero Dn. Veronæ.*

Zacharina deſponſ. Comiti *Richardo Languſco*, ſed dein *Ottorino Ruſcæ, Petri Tyranni Comenſis fil.*

LUCHINUS Vicecomes, Princeps Mediol. poſt Actium nep. ✠ 1349. 23 Jan. *Iſabella Fliſca, Johannis ſoror* 1316. nupta an. 1301.

XIX.

ACTIUS ſive Azzo Princ. Medio*l*. n. 7 Dec. 1302. ✠ 14 Auguſt. 1339. improlis. Catharina Sabauda, Ludovici II Bar. de Vaud f. 1333.

Richarda, ux. Thomæ March. Saluc.

Petrus Vicecomes Antioca Crivelli.

Guidottus.

Catharina nup. Franciſco Eſtenſi 2 Jun. 1342.

Luchinus Novellus Vicomes ✠ Venetiis 1399. 7 Jul. Ux. Magdalena Strozzi, Caroli f.

Borſus & Foreſtinus gemelli.

Urſina nata an. 1343.

Brutius Vicecomes, nothus. Ux. N. Nicolai Com. d'Arco fil.

XX.

Catharina nup. *Ugolino Gonzagæ*, 1358. ✠ 10 Oct. 1382.

Urſula, ux. *Balthaſaris Puſterlæ.*

JOHANNES GALEATIUS Vicecomes, natus init. an. 1353, Comes virtutum, dein *Dux Mediolan. primus* cr. 1396. Comes Papiæ & Angleriæ, ✠ 4 Sept. 1402, æt. 55.

XXI.

1. Azo Vicecomes ✠ m. April. 1374.

1. Actius Vicecomes ſponſus *Picineæ* patruelis ſuæ factus an. 1378, obiit impuber.

1. Valentina, n. 1366. nup. *Ludovico Duci Aureliani* 1389. ✠ 4 Dec. 1408.

Iſabella, ux. *Gentilis Varani Domin. Camerini.*

2. JOHANNES MARIA Anglus, Dux Mediol. II. n. 7 Septembr. 1388. occ. 16 Maji 1412, improl. *Antonia Malateſta, Sigismundi Dom. Arimini f.* ducta 1 Jul. 1408.

XXXI.

MEDIOLANENSES

Uxor: Beatrix Azzonis Marchionis filia. X.

Luitgarda uxor Aſtolphi Iſimbardi. XI.

XII.

Azzo dictus Vicecomes Mediol. an. 1138. Eliprandus.

Mitilda uxor Lanfranci de Settara ſ. Septala.

XIII.

Rogerius Conſul Mediolanenſis.

XIV.

Eliprandus, Epiſcopus Vercellenſis, el. 1208, ✠ 26 Septembr. 1213.

Joannes ſ. Joannulus Vicecomes.

XV.

Azo Vicecomes.	Ubertus Vicecom. *Ep.* Albintimilienſis, cr. a. 1265.	Caſparolus Vicecom.	Ubertus Vicecomes Civis Mediol. & Placentinus.	Vicecomes de Vicecomitibus Conſul Mediol. 1216.

XVI.

Guido Vicecomes.	Ludovicus Vicecomes.	Theobaldus ſ. Thedaldus, n. 1210, electus in *Pontificem Max.* & dictus GREGORIUS X. an. 1271, ✠ 1276.	Vicecomes Prætor Mediol. an. 1272	Petrolus Vicecomes.

XVII.

Uxor: *Bonacoſa, Squarcini Burri fil.* 1269, ✠ 1322. aut 1321.	Agnes, ux. *Johannis II ex comit. S. Martini, Dom. Aladii.*	UBERTUS Vicecomes. *Vid. Tab. XXXVII.*	Beatrix nup. *Odoardo dicto Nigro de Piravano.*	Jo. Vicecomes *Cardinalis Epiſc.* Sabienſ. cr. 1275 ✠ 1278.

XVIII.

JOHANNES Vicecomes *Archiepiſ.* & Princeps Mediol. Rom. Eccl. *Cardinalis*, ✠ 1354. d. 5 Oct.	Floramunda ux. *Guidonis Mandelli.*	Achilla ux. *Guilielmi Puſterlæ.*	Stephanus Vicecomes ✠ 1327. *Valentina, Bernabonis Doriæ f.* 1318.	Moſchinus Vicecomes.	Balatronus Vicecomes.	Margarita.

XIX.

Johannes cogn. Olegius, Bononiæ tyrannus, poſteà Dn. Fermi & March. Marcæ, ✠ circa an. 1366.	Leodardus Novariæ tyrannus. Catharina Viazzala, Martini Dn. de Paleſtro f.	Agnes, ux. Ricciardelli Ariminenſis.	MATTHÆUS Vicecomes II Princ. Mediol ✠ 1356. Liliola Gonzaga, Philippi March. Mantuæ fil. ☽	GALEATIUS Vicecomes II Princeps Med. ✠ Aug. 1378. æt. 59. Blanca, Aimonis Com. Sabaud. f. 10 Sept. 1350. ✠ 31 Dec. 1387.	BARNABAS Vicecom. Pr. Mediol. occ. 1385. Ejus uxorem & liberos. vid. Tab. ſeq.

XX.

Ux. 1. *Iſabella, Johonnis Reg. Gall. fil.* 1360. ✠ 11 Sept. 1372. 2. *Catharina Vicecom. Barnabæ patrui fil.* 1380. 15 Nov. ✠ 15 Octobr. 1404. 3. Concubina: *Iſabella, ſ. Agnes Montegacia.*	Violanta nup. (1.) *Leonello Anglo, Duci Clarentiæ*, 15 Jun. 1368. (2) *Ottoni M. Montisferr.* 1377. qui ob. 1378. [3.] *Ludovico Vicecomiti patrueli*, 1381.	Maria deſponſa quadriennis an. 1358 fil. primogenito Marchionis Montisferrati, ſed illa paulò poſt obiit, an. 1362

XXI.

2. PHILIPPUS MARIA Anglus Vicecom. Comes Papiæ, dein Dux Mediol. III, Dn. Genuæ, nat. 23 Sept. 1392. ✠ 13 Auguſt. 1447. Ux. 1. *Beatrix Tenda, Canis Facini vid.* 1412, decoll. 13. Sept. 1418. (2.) *Maria Amadei VIII Duc Sabaud. f.* 2 Dec. 1427. ✠ circa an. 1458. [3] Conc. *Agnes de Maino.*	3. Gabriel Maria Anglus Vicecomes, Dn. Piſarum & Cremæ decoll. Genuæ 1408.

XXII.

3. Blanca Maria Vicecomes, filia *naturalis* legitimata, nata 31 Mart. 1425. nupta FRANCISCO SFORTIÆ, Duci Mediol. IV, 1441. mortua 23 Octob. 1468.

GENEALOGIÆ VICECOMITUM

XIX.

BARNABAS VICECOMES Stephani filius natu minimus, Mediolani Condominus & S. Rom. Imperii Vicarius, mortuus d. 18 Dec. 1385.

XX.

Marcus Vicecomes, Condom. Mediol. ✠ 3 Jan. 1382. Elisabetha, Friderici Duc. Bavar. in Landshut. f. 1365. ✠ 18 Jan. 1382.

Rudolphus Vicecomes, Dn. Bergomi, ✠ in vinculis.

Ludovicus Vicecomes, n. m. Septemb. 1358. Dom. Laud. Pomp. & Cremæ, ✠ in carcere, Violanta Vicecomes Galeatii fil. Ottonis March. Montifer. vidua 1381.

Carolus Vicecomes, Dn. Parmæ ✠ 1463. Ux. [1] Margarita, Petri R. Cypri f. 1378. [2] Beatrix Joh. II C. Armeniac. f. Gastonis Phœbi C. de Foix, vid. 1382.

Viridis nup. Leopoldo Probo Duci Austr. 1365.

Thaddæa, ux. Stephani D. Bavar. 1365. ✠ 1381.

Agnes nup. Francisco Gonzagæ March. Mantuæ 1375. † 1397.

XXI.

Johannes Vicecomes, ✠ sine liberis.

Marcus Vicecomes.

2 Bona uxor *Wilhelmi Dn. de Montauban, Bar. de Marigny.*



Barnabovis Vicecomitis liberi naturales ê

(1) Beltramola de Grassi. [2] Donina de Porri.

XX.

1. Ambrosius Vicecomes, occ. m. Aug. 1373.

1. HESTOR Vicecomes, post Ducis Joh. Mariæ cædem Princeps Mediol. haud diuturnus occ. an. 1412. Ux. *incomperta.*

1. Isolta, de spons. *Carlino Foglianeo*, 1351.

2. Lanselottus Vicecomes.

2. Palamedes Vicecomes.

2. Zenevrega.

XXI.

Franciscus Vicecomes Dn. Meliniani.

Hestor II Vicecomes, posthumus, Dn. Meleniani. Ux. *Franciscina de Simplatori.*

Donina nup. *Hannibali Bentivolio Principi Bononiæ* 1440.

XXII.

Barnabas Vicecomes, Dom. Meleniani. Ux. *Clara Cazula.*

XXIII.

Alexander Vicecomes, Dn. Meleniani. Ux. *Clara Morona.*

XXIV.

Barnabas Vicecomes, Dn. Meleniani. Ux. *Isabella Marliana.*

XXV.

Hestor III Vicecomes, Comes Palat. Lateran. Eques S. Ecclesiæ & S. R. Imper. *Anna de Bianchi.*

Galeatius Vicecomes, militavit in Belgio sub Archid. Alberto.

Alexander Vicecomes, miles in Belgio.

XXVI.

Barnabas Vicecomes, Com. Palat. Later. Ux. *Blanca de Romani.*

XXVII.

Hestor IV. Vicecomes.

LA XXXII.

MEDIOLANENSIUM PARS II.

Uxor: Beatrix Scaligera, Regina à Faſtu appellata, Maſtini Scaligeri, Veronæ Domini fil. ducta 1350. ✠ 18 Jun. 1384. XIX.

XX.

Anglesia, Friderico VI Burggravio Nurenbergenſi dein March. & Elect. Brandenburgico, deſponſ. 1373, ſed non nupta.	Valentina, ux. Petri II Luſignani R. Cypri 1378. ✠ 1393.	Catharina, ux. 2 Joh. Galeacii Vicecomitis, Com. Virtutum Ducis Mediol. 15 Nov. 1380. ✠ 15 Oct. 1404.	Maſtinus Vicecomes, Dn. Brixiæ, n. 1379. ✠ Ux. . . . Scaligera, Antonii Dom. Veronæ f.	Antonia, deſponſa Friderico II Aragon R. Sicil. nupta Eberhardo Miti Com. Wirtemberg.	Magdalena, ux. 2 Friderici Duc. Bavar. in Landshut 1382, ✠ 17 Jul. 1404.	Eliſabetha, dicta Picinnina, deſponſa Actio Vicecomiti, nupta Erneſto Duc. Bavar. 1393. ✠ 2 Februar. 1432.	Lucia nup. Edmundo Holland. C. Cantii in Angl. 1407. ✠ 4 April. 1424

XXI.

Barnabas Vicecomes.	Magdalena nup. *Johanni Porri.*	Beatrix, ux. *Bartholomæi Anguiſciolæ.*



concubinis, quarum nomina ſequuntur, ſuſcepti:

[3] Catharina de Cremona. [4] Moutanaria de Lazariis.

XX.

3. Galeottus Vicecomes.	3. Valentina, nup. *Caſpari Vicecomiti de Belzojoſo, & Johanni Aliprando.*	4. SAGROMORUS Vicecomes. *Achilletta.*	Eliſabetha nup. *Lucio Lando* 1376.	Donnina ux. *Joh. Acuti, Angli*, 1376.	Eurica nup. *Lothario Ruſcæ Dom. Comi.*	Rizarda ux. *Bernardi Scalenſis.*

XXI.

Leonhardus Vicecomes, Ductor ordinum ap. Ducem Philippum Mariam.
Margaritha, Franciſcini Caimi filia.

XXII.

SAGROMORUS II Vicecomes. *Vid. Tab. ſeqq.*	Ambroſius Vicecomes.	PETRUS FRANCISCUS Vicecomes. *Vid. Tab. XXX.*

TABU

GENEALOGIÆ VICECOMITUM

COMITES DE SEZE

XXII.

SAGROMORUS II VICECOMES, Caimæ F. (Vid. Tab. anteced.) Eques auratus, Ducis Galeacii Mariæ 1468.

XXIII.

Franciſcus Bernardinus Vicecomes, Conſiliarius Ducis Mediol. Dominus Vigevani & Boſci. teſt. fec. an. 1504.
Magdalena Palavicina, Orlandi March. Buſſeti filia.

XXIV.

Sagromorus III Vicecomes, D C C. equitum ductor ſub R. Galliæ, Eques Ord. S. Mich. occ. 7. Octobr. 1513.	Barnabas Vicecomes, Marchio Bregnani, Conſil. cubicul. & Capitan. Regis Gall. Eques Ord. S. Mich. ✠ in Delphinatu. *Margarita Viſcontia.*	Otho Vicecomes, ductor armorum ap. Venetos.	Heſtor Vicecomes, cogn. *Monſignorinus*, Abbas ad S. Celſi, occ. à Jac. Medicæo 1523.

XXV.

Otho Vicomes, Condominus Pagazzani. *Geneura Nigra.* [*de Negri*]	Joh. Baptiſta Vicecomes, Decurio Mediolanenſis.	Magdalena, ux. prima, *Jo. Baptiſtæ Vicecomitis de Soma.*

XXVI.

Bartholomæus Vicecomes, Decurio Mediol. *Virginia de Atella.*	Octavius Vicecomes, Comes Gamalerii, Eques Aur. Vell. ✠ impr. 11. Jun. 1632. *1. Deidamia, Antonii Com. Somagliæ f. 2 Clara de Ligne, Caroli Pr. Arembergæ fil.* Bertini Spinolæ Com. de Brouvay vid.	Jo. Baptiſta Vicecomes, *Epiſc.* Teramenſis.	Barnabas Vicecomes, Judex Collegiatus.

XXVII.

Albertus Vicecomes, Comes Sezæi & Gambalerii, Decurio Mediol. & Equitum Magiſter.
Livia Grillia, Genuenſis.

TAB.

XXXIII.

(DEI VISCONTI) PARS III.
DOMINI DE BREGANO.

Leonardi Vicecomitis & Margaritæ *Produx Gennensis* 1466. Consiliarius. — XXII.

XXIII.

Leonardus Vicecomes, *Protonotarius Apostolicus.*

XXIV.

Palavicinus Vicecomes, primò miles, dein *Episc.* Alexandriæ 1518. usque ad an. 1533. — Antonia, nup. Comiti *Galeacio Bolognini Attendolo.* — Cecilia. — Catharina. — Cassandra, *notha.*

XXV.

Hector Vicecomes, ductor armorum in Lombardia Germania & Dalmatia. — Franciscus Vicecomes. *Francisca Sfortia e Com. Burginovi.*

XXVI.

Galeacius Maria Vicecomes, Condominus Bregnani. — Franciscus Bernardinus Vicecomes. — Claudia, ux *Ludovici Marazzani, Com. Padernæ.* — Florida nup. 1. *Philippo Fontanæ.* 2. *Alexandro Marazzano de Lando.*

XXVII.

Barnabas Vicecomes. — Hieronymus Vicecomes. — Jo. Baptista Vicecomes Abbas.

TABULA XXXIV.

GENEALOGIÆ VICECOMITUM (DE VISCONTI) PARS IV. COMITES DE SALIZETO.

XXII. PETRUS FRANCISCUS VICECOMES, Leonardi F. Ductor armorum sub Ducibus Francisco & Galeazio Maria Sfortiis, dein Senator Mediolan. obiit an. 1484.
Uxor ei fuit Euphrosina Barbavaria.

XXIII. Alphonsus Vicecomes, Comes & Eques Auratus, Cataphractorum ductor & Senator Mediolan.
Antonia Gonizaga.

XXIV.

- Hannibal Vicecomes, Comes & Dn. Saliceti. *Lucia Saulia*, Patricia Genuensis.
- Petrus Franciscus Vicomes Equitum Magister, Senator Ducalis & Decurio Mediol. à quo Vicecomites *de Bregnano & Bagazzano.*

XXV.

- Hercules Vicecomes Comes & Dn. Saliceti, Eques S. Jacobi. *Anna Sfondrata, Pauli Bar. Valassinæ fil.*
- Alphonsus Vicecomes, natus 1552, *Episc.* Cerviæ, dein Spoleti, S. R. E. *Cardin.* 1599, ✠ 19. Septembr. 1608.
- Octavius Vicecomes.

XXVI.

- Petrus Franciscus Vicecomes, Comes Saliceti, Condominus de Rhò.
- Joh. Baptista Vicecomes, Condom. de Rhò, *Abbas* Commendæ.
- Honoratus Vicecomes, Nuncius Apostol. in Polon. *Archiepiscop.* Larissensis ✠ Jul. 1645.
- Hannibal Vicecomes *Eques* Melitensis.

XXVII. Hercules Vicecomes, Comes Saliceti, Præfectus Comi & Commissarius Generalis exercitus Reg. Hisp. in Ducatu Mediol. ✠ 2 Mart. 1692.
Justina Biglia, ✠ m. Jan. 1700.

XXVII. Petrus Franciscus Vicomes, cohortis Lombardicæ præfectus, ✠ 1687.

EXEGE-



EXEGESIS HISTORICA.



ICECOMITIS nomen initio officii & dignitatis fuisse appellationem, quæ sæpius in una gente frequentata in ejus cognomen tandem transiit, vix est dubium: erat autem Vicecomes Mediolani *Vicarius Comitis, h. e. Archiepiscopi: sub eo erant Consanonerii, Advocati, Catanei, Valvassores,* ut habent verba, *Galvin. Flammæ* in Jo. Franc. Crescentii Amphitheatro Romano. (a) *Gerg. Merula,* qui de Antiquitatibus Vicecomitum Mediolanensium commentarium elucubravit, & ante annos plus minus ducentos vixit, ad minuendam ap. Imp. Fridericum Barbarossam invidiam factum esse censuit, ut qui Comites Angleriæ dicti fuerant, subque hoc nomine Guelphicæ factioni dediti strenuè & obstinatis animis illi obstiterant atque incommodaverant, post excidium Mediolani, Vicecomites appellari maluerint; nec tamen diffitetur, jam ante istam tempestatem extitisse, & fortibus factis inclaruisse illo cognomine usos. (b) *Tristanus Calchus,* Merulæ discipulus & jugis obtrectator, qui rei Mediolanensis historiam inde ab urbis origine literis consignavit, primam Vicecomitis mentionem, à se observatam, exstare refert in diplomate, ab Imp. Carolo Crasso anno 881 Ambrosiano cœnobio, quod Mediolani est, tradito, cui *Petrus Vicecomes* subscripserit. (c) Ipsa gens nobilissima quæ nomine illo se hodieque salutari gaudet, originem ejus ad ERIPRANDUM refert, qui etiam RUITPRANDUS audierit, quemque fratris sui, Marchionis & Comitis Azzonis, Vicecomitem fuisse, justitiamque in civitate Mediolanensi ejus loco administrasse, constet ex sententia quadam anno 1028 ab ipso lata, cujus autographon superest. Utrique patrem fuisse *Bonifacium* s. *Facium* Comitem, matrem *Gislam,* Adelberti Marchionis gnatam, tum eâdem veteri membrana, tum tabulis, donationum ab Eriprando Monasterio Bremidæ & S. Mariæ Majoris de nonnullis bonis suis in Comitatu Seprii factarum, docent; quæ documenta, aliaque quam plurima, quibus genealogia Vicecomitum, quam hîc damus, probatur ac firmatur extant in libro *Hieronymi Bissii,* cujus supra in in ipso operis hujus limine mentionem injecimus. Conrado Salico Imperatore Mediolanum anno MCCCVII oppugnante idem ille *Eriprandus Vicecomes,* ingentis staturæ ac roboris vir, Bavarum equitem, omnium Germanorum ferocissimum, singulari certamine in conspectu Imperatoris prostravit & capite truncavit. (d) Filius Eriprandi OTHO *Vicecomes,* primæ Christianorum expeditioni in Palæstinam, & oppugnationi Hierosolymarum interfuisse, ibidemque insigne fortitudinis suæ monumentum reliquisse, *Corio,* (e) *Merulæ,* (f) *Sigonio* (g) aliisque memoratur: nimirum Ducem Saracenorum Volucem duello superavit, & occisi galeam, nobile hostis spolium, induit, è cujus cono *viperæ tortuosæ, & puellum expansis manibus evomentis* simulacrum cùm extaret, id ipsum & sibi, dum vixit, gestamen ascivit, & ad posteros instar insignium gentilitiorum transmisit. Verùm hoc ita in dubium vocat *Trist. Calchus,* (h) ut mendacium apertè appellet, originem viperini digmatis, quo tum civitas, tum familia Vicecomitum Mediolani uti consuevit, à signo æneo derivans, quod columnæ marmoreæ antiquæ, in æde Ambrosiana, impositum visitur, & serpentem arrecto capite, hianti ore, & vibranti lingua, cauda sinuosa, & media corporis par-

(a) *pag. 315.* (b) *Lib. V.* (c) *Lib. V.* (d) *Sigon. Hist. Ital. Lib. VIII. Merula Lib. II. Calch. Lib. VI.* (e) *Parte I. Hist. Mediol.* (f) *Lib. III.* (g) *Lib. IX.* (h) *Lib. III. & VII.*

parte in orbem convoluta, repræsentas; de auctore tamen incertus conjecturam cepit, illos, qui populi favorē aucupabantur, tum S. Ambrosii nomine, tum viperæ sive serpentis imagine, tanquam Palladio, usos esse, hancque tandem Vicecomitum familiæ, quæ diutius in urbe regnaverit, propriam permansisse. Antehac scuto *ex argento & minio tessellato* gentem hanc usam esse tradunt.

Obiit Otho anno MCXI à Romanis interfectus, cùm proprium equum Imperatori Henrico IV, de vita inter confertos hostes periclitanti, traderet, id quod *Petrus Diaconus & Baronius* literis mandarunt. (*i*) Uxorem Othonis *Lucretiam* Bern. Corius (*k*) & Leander Alberti, (*l*) *regia Francorum stirpe satam*, & matrem fuisse perhibent *Andreæ & Widonis*; illo natum esse ajunt *Galoanum*, qui Friderico Barbarossa imperante principatum Mediolani tenuerit, *Comes Angleriæ* dictus, paterque *Viviani*, post excidium patriæ profugi. Veteribus econtra tabulis probant Vicecomites Othonem ex *Lucretia, Ugonis Comitis*, qui dicebatur *de Stampa, gnata*, liberorum in schemate nostro enumeratorum patrem factum esse, Widonemque inter eos stirpem propagasse per filium OTHONEM Vicecomitem, cui Conradus Romanorum Rex secundus, Germanorum Tertius, in memoriam avi ejus homonymi, pro fidelitate regni à Romanis interfecti, *curtem Maxini* cum ejus pertinentiis in beneficium dedit, & insuper *forum de Albuciago & Besnate* confirmavit, & corroboravit diplomate an. MCXLII dato.

Othoni modo dicto quatuor tribuuntur filii, videlicet *Otho, Ubertus, Eriprandus & Joannes s. Joannulus*. ERIPRANDUM Episcopum Vercellensem fuisse ferunt, eundem nempè, quem *Ughellus* Aliprandum vocat, atque an. 1208 electum, & ab Imperat. Ottone IV, cum ei in Italiam adventanti honoris ergò obviam profectus esset, *Archicancellarium* factum anno 1213, VI Kal. Oct. fato cessisse refert. (*m*) JOANNULUS duos habuit filios, *Ubertum & Vicecomitem*, qui anno 1218 die prima Septembris interfuerunt testes protestationi factæ favore monasterii majoris coràm Vicario prætorio; ex eis VICECOMES anno 1216 *Consul* Mediolani erat, UBERTUS in quadam conventionis tabula anno 1221 scripta *Civis Mediolani & Placentinus* dicitur, eò quod nonnulla bona in agro Placentino, quæ patruus ejus cognominis à Beneficialibus templi Sancti Antonini Urbis Placentiæ in emphytevsim anno 1166 acquisiverat, possidebat, paterque fuisse fertur cum aliorum filiorum, tum inprimis THEOBALDI sive THEDALDI, in Pontificem Romanum anno 1271 sub nomine *Gregorii* X electum. At verò in dubium istam modo dicti Papæ genesin alii vocant, observatumque fuit *Aug. Oldoino*, autori additionum ad Ciaconii Historiam Pontificum & Cardinalium, (*n*) signa gentilitia, & obita publicè munera domi forisque dissimilia penes Mediolanenses & Placentinos Vicecomites, discrimen facere inter utramque familiam; prioribus quippe pro tessera *boam* illam *tortuosam esse*, his verò *murum pinnatum cyaneum cum area superne minio tincta*. Electus est Gregorius X, Thedaldus anteà dictus, in locum Clementis IV post trium propè annorum interregnum, ex discordia Cardinalium ortum, cujus pertæsum Johannem Episcopum Portuensem festivo & lepido in socios verbo dixisse *Pap. Massonus* (*o*) memoriæ prodidit, *domum, in qua electio fieret, tecto & lateribus nudandam, ut facilior ad eos eorumque mentes aditus Spiritui S. fieret*; & detectum re ipsa palatium Viterbiense, ubi congregati erant Cardinales, prætereaque quotidianum victum eis diminutum fuisse, nec tamen frangi potuisse diuturnam eorum pertinaciam *Oldoinus* memorat. (*p*) Ad extremum sex compromissariis constitutis Roma Pontificem, quem diximus, nacta est, hucusque Archidiaconum Leodiensem, tunc autem in Syria agentem. Is scandalo, quod ex longa sedis Romanæ vacatione oriri solet, remedium aliquod allaturus, in synodo Lugdunensi, quam anno 1274 celebravit, sacra Cardinalium Comitia novis ac severioribus legibus circumscripsit. Probitatis eam post se reliquit famam, ut mortuum successor, Innocentius V, divinis dignum honoribus deputaret. Habuit ex fratre nepotem, *Johannem, Vicecomitem Placentinum*, qui *Cardinalis & Episcopus Sabinensis* creatus, anno 1278 Romæ fatis concessit.

Prin-

(i) *Petr. Diac. Chron. Cassin. Lib. IV. cap. 45. Baron. Ann. Eccles. Tomo XII.*
(k) *Hist. Med. Parte I.* (l) *Descr. Ital. p. 433.*
(m) *Italiæ Sacræ Tomo IV, p. 1101.* (n) *Tomo II. pap. 185.*
(o) *De Episc. Rom. p. 248.* (p) *Op. cit. p. 190.*

Principatus, quem Vicecomites in Civitate Mediolanensi, & omni prope Lombardia indepti sunt, fundamenta jecit OTHO, Uberti filius. Hic per diffidia & bella civilia patriâ ejectus Romam se contulit, ibidemque in familiam Cardinalis Octaviani Ubaldini susceptus probitate & industria tantam sibi famam ac benevolentiam conciliavit, ut Antistite Mediolanensi, Leone Perego, in exilio, quod ob Martini Turriani, patriciis infestissimi, tyrannidem subierat, an. MCCLXI mortuo, & scissa in factiones civitate, dum quidam Raimundum Turrianum, alii Franciscum Septalam Archiepiscopum cuperent, ipse tertius à Papa Urbano IV ad sacram illam dignitatem denominaretur. Verùm à Mediolanensibus & Turrianis, (qui tunc potestate apud eos præpollebant, & in partium sanguinaria dissensione, qua Italia universa Ghibellinorum & Guelphorum appellationibus erat incensa, Guelphicæ factioni addicti erant, cum ècontra Ghibellinicam Vicecomites sequerentur,) repudiatus, illamque capessere prohibitus, vim vi armis arma opposuit, & post longa certamina cùm sexies infeliciter pugnasset, & septimo demum prælio decretorio, apud *Decium Vicum* de 21 Jan. MCCLXXVII commisso, victor discessisset, hostibus ad internecionem cæsis, & Sacerdotio & imperio potitus est. Posteà cum utrumque clementia constantiaq; & bonis pacis artibus sibi firmasset, rempublicam ordinasset, æmulosque ac adversarios vel fregisset, vel procul amovisset, civilem potestatem omnem in MATTHÆUM Vicecomitem, ex fratre ipsius ortum, virum perspectæ virtutis & gloria militari illustrem, transtulit, & vergente senecta in cœnobium Clarevallense secessit, ubi octoginta & octo annorum Nestor naturæ debitum persolvit. *)q)*

MATTHÆUS Vicecomes, *Theobaldi*, quem in bello, inter patruum ejus Othonem & Turrianos gesto, captum ac decollatum fuisse *Merula* refert, *(r) filius,* imperio urbis patriæ, ac propatruo sibi tradito, moderatè usus est, eidemq; vicinas civitates, videlicet *Alexandriam, Dertonam, Novariam & Vercellas* adjunxit, Wilhelmum Montisferrati Marchionem, æmulum suum, vicit & ditione exuit, *Comum,* civilibus agitatum discordiis, intercepit, gloriam ingentem potentiamque summam non tàm armis quàm consilio, & auro magis quàm ferro, consecutus est. Septennio verò ab Ottonis morte elapso ab illa ipsa fortuna, qua adspirante cuncta prosperè hactenus gesserat, desertus, & post Dertonam, Novariam Vercellasque amissas, à civibus etiam & propinquis subita conspiratione oppressus, atque inprimis Alberti Scoti, Placentiæ Domini, perfidia circumventus, abdicatione imperii salutem pacisci, exiliumque & proscriptionem pati coactus est. Eam adversitatem mira constantia, integra novenni spatio, toleravit, nec licet senex, miser atque inops, & à cunctis domesticis amicisque derelictus, animum despondit; imò bona spe plenum & erectum usque habuit. Fertur in ignobilibus vicis inter lacum Benacum & Athesin amnem latitasse, retiaq; texendo & piscando tempus fefellisse; cumque ita in rivis oberraret, die quodam in eum incurrisse quendam ex familia Vidi Turriani, hostis sui, tuncque postliminiô Mediolani tyrannidem exercentis, ab hoc ipso emissum, ut inopi & profugo illuderet; huic interroganti, quidnam solus hîc loci meditetur agatque, respondisse; retia tendo, ideò solus, ne quis piscanti obstrepat: porrò dicenti, scire cupit Vidus Turrianus, qua via quoque tempore reddi patriæ & pristinæ dignitati speres, regessisse: eadem, qua exivi, & quamprimum inimici mei scelera peccatis meis præponderaverint; in præceps tunc ille forsitan agetur; ego verò sublimia repetam. *(s)* Nec sanè vanus sibi fuit vates, nec tantam fiduciam eventus destituit: versæ enim iterum sunt rerum vices, factumque est fatali discordia, inter Vidum & Castonum Turrianos, quòrum hic Archiepiscopus, ille Princeps Mediolani erat, orta nec non opportuno Imp. Henrici Lucemburgici in Italiam adventu, ut Matthæus Vicecomes in patriam pristinumque locum restitueretur; Turrianis denuò illa ejectis in perpetuum, & Bergomum Vallemque Sassinam abactis, ubi amplissima familia, per omnem Europam diffusa, Comitum ac Principum de Turre & Tassis, ab eis condita est, quam Fr. Zazzara & Gabr. Bucelinus scriptis suis celebrarunt, Julius Chifletius peculiari opere excoluit. Cœterum Matthæus patriæ, summæque in ea potestati reditus, prætereaque Vicarii Imperialis titulo auctus, decem iterum annos imperium tenuit, quo spatio multas è vicinis urbibus recuperavit, adversariorum principes cepit, opesque attrivit, & civium suorum voto major factus, perque omnia fortunam hominis egressus, virtute ac inveterata prudentia Magni cognomentum implevit; invidiam tamen superare nequivit, quæ eum extrema ætate novo bello, à fautoribus Guelphicarum partium concitato, involvit, & Jovis Capitolini fulmi-

Tt ni

(q) *Merula. Calchus. Jovius in vita Othonis Vicecom.* (r) *Lib. V.*
(s) *Merula Lib. VII. Calchus Lib. XIX.*

ni caput ejus objecit. Præsidio & ornamento illi fuere liberi, quos præcipuè quinos in utroque sexu habuit; gnatas splendidis matrimoniis auctas, filios magnis quoque affinitatibus pollentes, & paternis vestigiis gnaviter insistentes, qui postquam genitori senecta confecto, & in Crescentiaco cœnobio, quod XXX ferè stadiis Mediolano distat, defuncto, oculos claussissent, ac suprema clam magis, quam publica pompa, persolvissent, suo quisque loco personam suam decenter sustinuere, remque publicam pulchrè ac strenuè gessere, & donec concordes erant adversariorum certaminibus inconcussi steterunt. Sed plerorumque propago in secundo tertiove gradu emarcuit; solius STEPHANI, qui natu minimus inter fratres suos erat, posteritas diuturnitatem est assecuta, è qua *Duces Mediolanenses*, opibus copiisque affluentes, & potentia plurimùm per omnem Lombardiam valentes, provenerunt.

GALEACIUS Vicecomes, Matthæi Magni filius primogenitus, novum id nomen, deinde verò familiæ suæ frequens, à matre per jocū accepit, quum ea, *Jovio* in ejus vita referente, fortè in multo gallorum cantu enixa puerum apertis oculis altè vagientem *Gallaciū* appellasset, idque arridentes ancillæ sæpè repeterent, nec abnueret pater, tanquam ab ave Martia militari augurio jucundè accepto, idque præsertim insigni eventu fortuna comprobante, quod ea nocte puerū nasci contigisset, qua felici prœlio 1277 ad *Decium* vicū interfectis aut captis Turrianæ familiæ proceribus ab Othone parta est ea insignis victoria, quæ etiam principatus initium fuit. Nec verò, quod ab eodem autore notatum est, puer augurii fidem fefellit, quum singulari vigilantia, generoso spiritu, atque indomito vigore pugnacis animi superbum & ferocem gallum æmularetur, & conspicua quædam alludentis naturæ dona hos mores adornarent: multo quippe rubore suffusa facies, flagrantes oculi, sub crispa & fulva cæsaries, & lato in pectore erecta cervix maximi futuri ducis speciem reddebant. Simulac itaque belli patiens erat, in castris paternis versatus, plurimisque expeditionibus exercitus est, quæ ob vigentia illa tempestate odia factiosarum civitatum, & Turrianorum studia, quibus Guelphicarum partium duces nitebantur, frequentissimè se dabant. Ad gloriam & supremum militiæ gradum grassantem præclarum apud Mortariam factum extulit: quum enim ex prætura Novariam obtineret, repentina Guelphorum conjuratione expulsus, summa celeritate coacto exercitu adversarios profligavit, confugientesque Mortariam, magna vi expugnato oppido, penitus delevit, tanto terrore hostibus illato, ut Matthæo patre dux acrior ac felicior crederetur. Isto posteà exulante Galeacius in Galliam transiit, ibidemque adversus Britannos egregia fama militavit; in Italiam autem reversus Actio Atestino eo bello, quo Pelagura Cardinalis Ferrariam oppugnavit, fortem operam exhibuit. Actii quippe sororem *Beatricem* in conjugio habebat, quæ novem annis ipso major anteà Nino Galluræ, Pisano primati, & in Sardinia Regulo, antiqua stirpe & multis divitiis claro, nupta fuerat. Tarvisii deinde præturam obtinuit à Riciardo f. Gerardo Caminate, ejus urbis domino, qui Johannam, ejus privignam uxorem duxerat. Patre in pristinum imperium restituto, ab Henrico Imperatore Placentinis præfectus, atq; à Ludovico, ejus successore, procuratione perpetua Placentiæ, Cremonæ & Cremæ auctus est. Post excessum parentis caput rerum factus, Mediolani sociarumque urbium imperium adversus civium motus & vim externorum hostium ope Marci Vicecomitis, fratris sui, strenuè sibi vindicavit, & attritis conjuratorum nec non Pontificiorum rebus asseruit. Verùm ejusdem Marci invidia, qua is erga fratrem ardere cœpit, & obtrectationibus malevolentissimis, ab Imp. Ludovico pronis auribus acceptis, in discrimen omnium fortunarum adducti sunt Vicecomites: Imperator enim Galeacium filiumque ejus ac fratres omnes, solo Marco delatore excepto, subito atque improviso comprehensos in Modòetiensem arcem includi jussit, & principatu eorum sublato, Mediolanum sociasque urbes in Romano-Germanici imperii jus ditionemque redegit, id quod anno MCCCXXVII mense Julio factum est. Propitio autem gentis fato parum diuturna ista fuit calamitas & captivitas: nondum enim elapso anno intercessione Castrucii Ducis Lucensium & Pistoriensium exoratus Cæsar è custodia eductis Vicecomitibus libertatem reddidit, atque ad se in Etruriam veniendi potestatem fecit. Eo in itinere Galeacium mœrore absumtum fuisse *Josephus Ripamontius*, Calchi continuator, refert, *Jovius* verò in obsidione Pistorii, à Florentinis intercepti, Castrucio strenuam gratitudinis ergo operam navantem, perpetuis laboribus & caloribus Augusti mensis usque adeò defatigatum fuisse memorat, ut in febrim malignam inciderit, qua ingravescente ad Pisciam oppidum lectica delatus, ibidemque extinctus, & Lucæ funeratus sit, quum ageret alterum & quinquagesimum ætatis annum. (t)

ACTI-

(t) *Jovius in vita Galeatii. Merula Lib. X. Ripamont. Hist. Mediol. Dec. III. Lib. I.*

ACTIUS sive *Azzo*, Galeacii filius unicus in exilio natus & educatus, simul ac arma induit haud degeneris animi, impavidique spiritus specimina multis magnisque occasionibus præbuit; inclaruitque inprimis victoria apud *Altopassum*, quæ duce quidem Castruccio, sed egregia opera ipsius adjuto, adversus Cardonium, Pontifici exercitus imperatorem, an. MCCCXXV parta est. Eam omen præcessisse *Jovius* ex Petrarcha refert: nimirum dum forte Actius in ea expeditione equo descendens requiescit, ingens vipera nullo comite advertente in galeam juxta positam irrepsit, quam quum mox capiti reponeret, sinuoso quidem & horribili sed prorsus innocuo lapsu per decoras interriti juvenis genas illa descendit; atque inde originem viperini digmatis, quo Vicecomites in scutis utuntur, nonnulli, falsò derivarunt; eo etenim jam anteà illi usi erant, nec alioqui causa in omen illud accidens trahendi præstò fuisset. Post excessum genitoris Actius ruinas familiæ in pristinum habitum reformare aggressus est, successu tam felici, ut recuperato dominatu imperii fines paucis annis latè protulerit. Nimirum postquam recepta cum patre patruisque libertate, illoque vivis exemto apud Ludovicum Imperatorem pecunia, cujus summam ad quindecim myriades ascendisse *Jovius* refert, perfecisset, ut Mediolano *Vicarii Imperialis* titulo præficeretur, accepto super eo diplomate, Papiæ d. XXIII Septembris an. MCCCXXIX dato, quo Imperator ei *in civitate Mediolanensi, ejusque Comitatu & districtu contulit merum & mixtum imperium, & omnem jurisdictionem, & exercitum per se & per potestatem exercendum, quem etiam duxerit eligendũ; deditque prætereà & concessit illi pro se suaque familia expensas annuatim nomine salarii ipsius Vicariatus decem millia florenorum auri percipiendorum & habendorum de havere dicti Communis omnibus, & singulis hominibus & personis civitatis, & Comitatus & districtus;* (u) pulchrè ac strenuè ea occasione ad vindicandum sibi paternum principatum usus, & passus est Cæsarem Lombardicas civitates circumvadentem, & passim grandem pecuniam imperantem, à Mediolanensibus urbe excludi. Quod factum, Pontifici Romano, Johanni XXI, Imperatoris inimico, oppidò gratum & importunum, ansam præbuit amicitiæ, quæ inter illum & Vicecomites sarta est, & Johanni Vicecomiti, Actii patruo, Cardinalitiam dignitatem & Archiepiscopatum Mediolanensem peperit. Posteà cùm Actius cum cæteris Lombardiæ regulis nec non Florentinis in fœdus coivisset adversus Johannem Regem Bohemiæ, Henrici Cæsaris filium & Caroli IV patrẽ, qui an. MCCCXXX cum valido exercitu in Italiam descenderat, in aqua turbida, quod ajunt, piscaturus, & brevi pleraque Insubrum sibi adjunxerat, nata illi est occasio *Cremona, Placentia, Como & Bergamo* potiundi; quippe quæ urbes post cladem Regi Bohemiæ apud Ferrariam, quam oppugnabat, d. XIV. Apr. an. MCCCXXXIII illatam, in jus & ditionem Mediolanensem concesserunt. Ab intestina cæterùm invidia & propinquorum insidiis non magis tutus fuit Actius, ac pater ejus fuerat; Marcus enim, qui hunc supplantaverat, illum quoque imperio ibat exutum, eumque in finem fœdus cum Pontifice, Roberto Rege Neapol. & Florentinis clàm percussit. Re verò detecta, Actius cum Johanne & Luchino Vicecomitibus, qui à fratris scelere abhorrebant, consilia contulit, hominemque ambitiosum & iterato in familiam flagitio fœdum è medio tolli curavit. Erat ex illius gregalibus *Lodrisius Vicecomes*, à Petro, Matthæi Magni patruo oriundus, invidiæ ac ambitionis non minus ac ille plenus: is denique bellum Actio intulit, & postquàm conductis Rhetorum Helvetiorumque cohortibus & Germanis equitibus exercitum comparasset, prœliique aleam tentasset, in maximum discrimen res ejus adduxit: jam enim non inclinata tantùm, sed etiã pulsa Actianorum acies, & Luchinus captus erat, cùm Ludovicus Sabaudus, Actii socer, quasi Deus quispiam repentè & ex machina apparens, cum ala cataphractorum Allobrogũ à fortuna fuit adductus, qui restaurata pugna lætam sed cruentam victoriam generò peperit. In campo, ubi pugnatum est inter *Parabiacum & Nervianum* Luchinus & Johannes templum Divo Ambrosio ad rei gestæ memoriam condiderunt, ubi quotannis insigni pompa, effuso Mediolanensi populo cum prætore & decurionibus sacra solennia celebrarent altero & vigesimo Februarii die, in hunc enim annumque MCCCXXXVII victoria illa incidit. Decantata est fabula, visum illa in pugna fuisse S. *Ambrosium*, Mediolanensium Patronum, *scutica armatum, eaque hostes percutientem*; qualiter effigies ejus postmodum exprimi consuevit, in nummis præsertim, quorum aliqui in thecis nummariis curiosorum supersunt. Pacatis ita domi rebus & confirmato imperio Actius arma in Mastinum Scaligerum vertit, eò quod is conjuratorum partibus studuisset, eidemque *Brixiam* eripuit, neque ita multò post, articulorum doloribus assiduè lacessitus & consumtus è vivis excessit, trigesimo & septimo ætatis anno nondum expleto. Ex *Catharina Sabauda*, uxore pudicissima, nullam suscepit sobolem;

(u) *Corius Parte II.*

lem; *notham* autem post se reliquit, Corio memorante *Luchinam*, Luchulo *del Zotra*, civi Mediolanensi, nuptam. Tumulatus est marmoreo insigni sepulchro ad aram Divi Gotthardi, in quo cælato inauratoque opere ejus jacentis effigies spectatur: pari artificio circunspectus est marmoreis tabulis sepulchri loculus, in quibus scitè sculpta Ludovici Cæsaris solenni habitu imago conspicitur, cùm supplici, ingeniculatoque Actio Mediolanensis imperii insignia largiretur. (w)

MARCUS Vicecomes à Matthæo Magno patre suo, *Alexandriæ & Dertonæ Prætor* anno MCCCXV constitutus, biennioque elapso summæ belli adversus Genuenses, Guelphicarum partium fautores, præfectus est; in quo varia fortuna usus, & plus simplici vice vicit, & victus, ac denique obsidionem solvere coactus est. Post excessum parentis strenuè cum fratribus adversus communes hostes se gessit, & victoriarum, quas de illis reportarunt, haud exigua pars fuit: erat enim & corpore & animo excelso fortique præditus; sed inerat ei præterea livor & ambitio, quibus vitiis, nec non pravis Lodrisii Vicecomitis consiliis, præceps actus, principatum affectavit, neque eum quibus modis adsequeretur, quidquam pensi habuit: itaque obtrectationibus adversus fratrem Galeacium aures Ludovici Imp. usque adeò opplevit, ut illi quidem fratribusque cæteris calamitatem temporariam arcesseret, sed nullo suo commodo aut incremento. Simili deinde perfidia in Actium, usus est, seque Pontificis, Roberti Regis & Florentinæ reip. clientem futurum juravit, si ad illum pellendum auxiliis atque pecunia juvaretur. Antequam verò conceptum scelus exequendi facultatem adeptus esset, ab Actio nepote, fratribusque ex multis indiciis quid ille agitaret ac moliretur, non obscurè divinantibus, ad epulas invitatus, postque eos in cubiculum colloquendi simulatione deductus, à delectis aliquot prætorianis comprehensus, elisisque linteo faucibus strangulatus est. Cadaver è fenestra in publicum projectum nemo, uti *Jovius* ait, luxit, & tanquam sponte præceps datus sumtuosis honestatus exequiis ad Eustorgium sepulchro majorum illatus fuit. Ferociorem solito factum esse ajunt, postquàm adamatam nobilem fœminam *Biciam*, è matrimonio Othorini Vicecomitis, patruelis sui, abreptam, subita percitus iracundia, quod partum sibi subdidisse comperiisset, in profunda Rosati arcis fossa demersit. (x)

LUCHINUS Vicecomes bellica laude non minus ac fratres ejus, de quibus jam dictũ est, floruit, & plerisque magnis præliis, sua ætate commissis, ita interfuit, ut honesta vulnera & egregiam famam reportaret: primùm in memorabili illa *ad montem Catinum* pugna, qua Ugutio Fassiolus, Gibellinæ factionis princeps, vires Guelphicarum partium attrivit, an. MCCCXV, paterna auxilia ductanti, invectoque in medios hostes, sinistrum crus valida cuspide trajectum est. Deinde an. 1321 cùm in *Tanari* ponte apud Alexandriam cum Ugone Baucio, Roberti Regis Neapol. Equitum magistro, confligeret, ita illum invasit & prostravit, ut multo suo atque interfecti hostis cruore fædatus, opimo spolio & præclara victoria potiretur. Porrò an. MCCCXXIV. prælio ad *Naurum*, quo Raimundus Cardona, Rom. Pontificis dux militaris, captus est, maximè pugnacis & periti bellatoris laudẽ tulit, quum pertinaci certamine edito, & restituta sæpè acie vulnera adversa facie excepisset. Postremò an. MCCCXXXVII in pugna decretoria *ad Nervianum* acriter dimicans, ab Helvetiis perfracta securibus galea suffosoque equo prostratus captusque est, & manante per nares multo sanguine ad juglandis arborem tam diu nexus & semianimis jacuit, donec Allobrogum superventu fugatis hostibus è vinculis eriperetur. (y) Sed in bello adversus Mastinum Scaligerum, quod illud excepit, non pari se ac anteà fortitudine præbuisse, & hosti, copiis inferiori, pugnæ tamen copiam facienti & lacessenti, cessisse culpatur. (z) Exinde, cùm Actio defuncto summæ rerum unà cum fratre Johanne admotus, pace ejus civilis imperii gubernacula solus suscepisset, per legatos bella gessit, & ad togatas artes conversus id inprimis operam dedit, ut juris judiciorumque æquitate suum quisque teneret, tenuiores à potentioribus non circumvenirentur, neque gravis esset annona. Conjuratum nihilominus in necem ejus fuit, fato familiæ suæ haud insolenti, à propinquis & amicis: principes conspirationis erant *Franciscus Pusterla*, ex ordine patritio, idemque *Uberti Vicecomitis*, qui qui Luchini patruus erat, *gener*, & *Martinus atque Pinalla Aliprandi* fratres: ab his in sceleris conscientiam & consensum pertracti sunt *Galeacius & Barnabas Vicecomites*, ex fratre Luchini, Stephano, nati, præpropera dominandi cupiditate æstuantes. Prodita verò & detecta à Ramengo

(w) *Jovius, in vita Actii. Ripamont. Hist. Mediol. Lib. I. & II. Ripamont. Lib. II. Scip. Ammir. Hist. Florent. Lib. VII.*
(x) *Jovius in vita Actii.*
(y) *Jovius in vita Luchini.*
(z) *Scip. Ammirat. Hist. Flor. Lib. VIII.*

Ramengo Casato conjuratione, autorum supplicio deindeque nepotum exilio periculo & metu omni se exsolvit Luchinus: incidit ea res in annum MCCCXL. Quinto post anno *Parma* imperio Vicecomitum adjecta est, LX mille ducatis aureis ab Obizzone Estensi emta; qua etiam tempestate Pisani victi, & in formam penè stipendiariam redacti sunt. Extremo vitæ tempore melancholiam contraxisse memoratur Luchinus, ortam tum ex continuis articulorum doloribus, tum ex animi molestia, cujus causa erat uxoris, *Isabellæ Fiscæ*, impudicitia, crebris rumoribus exagitata. Mater ita facta est *Catharinæ*, quam pater, *Corio* referente, Francisco Estensi, Equiti aurato, Bertholdi filio an. 1342 nuptui dedit, *Luchini Novelli, Borsii* ac *Forestini* gemellorum, & denique postquàm XI annorum spatio prolem non peperisset, (quod idem *Corius* memoriæ prodidit) *Ursinæ*. Exulante Galeacio, Vicecomite, Stephani F. quo familiarius, ac par erat, utebatur, & marito podagra decumbente cùm lubido eam incessisset Venetias eundi & solemnia festi Ascensionis spectandi, nec difficulter ejus facultatem à marito, importunæ fœminæ cuncta concedente, impetravisset, rediit cum publico probro prostratæ pudicitiæ apud Ugolinum Gonzagam, Guidonis Mantuæ Domini, filium, & Franc. Dandolum Ducem Venetum. Eo magis magisque perculsus Luchinus cùm non obscura parati ad vindictam animi signa ederet, à callida & temeraria fœmina præoccupatus & veneno lento sublatus est, anno ætatis secundo & sexagesimo. Isabella, elapso à viri obitu tertio mense, palàm & edito publico instrumento, die XXVIII April. an. MCCCXLIX, profiteri haud dubitavit, *Luchinum Novellum* & *Ursinam*, neutiquam ex Luchino, ceu vulgò credebatur, sed *ex* nepote ejus *Galeacio Vicecomite*, Stephani filio, incestuoso concubitu se concepisse, quemadmodum *Corius* & *Ripamontius* in Annalibus suis retulere. Ea matris confessione in terrorem conjectus LUCHINUS NOVELLUS fugam capessivit, abducto secum fratre *Borso;* at *Forestinus* comprehensus & custodiæ mancipatus est. Novellus militiæ se dedidit, & Vicecomitum hostibus haud segnem operam præstitit; anno 1371 cùm *Magdalenam Strozziam* in matrimonium duxisset, Florentiæ jure civitatis donatum fuisse Scipio Admiratus refert.)(Vixit usque ad exitum seculi, Venetiis mortuus, condito testamento, quo maximam facultatum suarum partem monachis Carthusianis ad Garignanum legavit. Relictus de cætero est Luchino patri filius quoque *nothus*, è concubina genitus, cui ille *Brutii* nomen, & uxorē ex familia Comitum *de Casteld'arco*, diœceseos Tridentinæ, Corio memorante, dedit; Laudique Pompejæ præfecit, ubi quum præferoci ingenio vicariam potestatem in tyrannidem vertisset, conjurante civitate expulsus, obscuro in pago in Euganeis inops & miser interiit, (*a*) relicto post se filio *Luchino*, quem exequiis Jo. Galeacii Ducis primi Mediol. interfuisse *Corius* refert.

JOHANNES Vicecomes, Matthæi Magni filius quartus, Marci ac Luchini frater, nomen ex ordine, quo Evangelistæ recenseri solent, accepisse, & Deo præ fratribus charus fuisse videtur, quippe quos non tantum vivendo vicit, sed virtute quoque & felicitate multis parasangis superavit. Ecclesiastico vitæ generi à prima juventa mancipatus, facilè locum inter Canonicos templi maximi Mediolanensis obtinuit; cùm deinde *Cardinalitiam* dignitatem ambiret, eam primùm à Nicolao, quem Imp. Ludovicus Bavarus Papam contra Johannem XXI creaverat, anno MCCCXXVIII impetravit, ab hoc verò posteaquam cum Vicecomitum familia ex inimicitia in gratiam rediisset, confirmatiorem accepit, eamque cumulatam Episcopatu Novariensi, quem mox annuente eodem Pontifice exulanti Archiepiscopo Mediolanensi, Jo. Aicardo, cum annua pensione tradidit, & vicissim hanc metropolitanam Ecclesiam regendam suscepit, solenni ingressione die XIII Cal. Febr. an. MCCCXXXIV habita. Post Actii nepotis sui mortem jam tum civile imperium cum sacro conjungere potuisset, omnium animis in ipsum conversis, nisi pro summa, qua præditus erat, moderatione fratri Luchino illud cedere maluisset; isto verò vivis exemto non amplius destituit vota civium, totiusque reipublicæ regimen capessivit & moderatus est benè, sapienter, fortiter & prosperrimè, ita ut imperium Mediolanense familiamque suam ad summum potentiæ fastigium perduceret, incremento vix relinquens locum: namque finitimas civitates omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui juris fecit. Index illarum, quæ subjectionis sacramentum Johanni Vicecomiti dixerunt, ex *Ripamontio* in promptu est: *Mediolanum, Crema, Hasta, Alexandria, Alba, Vercellæ, Novaria, Bobium, Bergomum, Novocomum, Brixia, Cremona, Placentia, Parma, Laus Pompeja.*

)(*Hist. Flor. Lib. XIII.*
(a) *Corius Parte III. Ripamont. Lib. II. & III. Jovius in vita Luch.*

Acceſſit his *Bononia*, à Johanne & Jacobo Pepolis, Thadæi filiis, approbante populo, Johanni Vicecomiti anno MCCCL vendita, & transactione cum Romano Pontifice poſt biennium inita, cenſuque annuo duodecim millium florenorum aureorum pacto, ipſi confirmata. *Genua* quoque an. MCCCLIII ultrò in Johannis Vicecomitis ditionem conceſſit, & Prætorem Guilielmum Palavicinum, ab eo accepit, ita ut *totius Liguriæ urbes à Corvo Lunenſi promontorio ad Herculis Monæci portum* imperio illius ſubderentur. Exinde oſtentato Florentinis magnæ molis bello, ſed antequam in nervum erumperet, æqua & moderata pace, quam non iſtis tantùm, ſed etiam ſupra ſexaginta aliis urbibus ac regulis Etruriæ, Umbriæque dedit, ſepulto, famam & reverentiam nominis ſui inſigniter auxit. Ita omnibus & ornamentis & præſidiis, quæcunque ampliſſima inter mortales habentur, redundans, ſplendidiſſimis editis operibus, amplificato, quod acceperat, imperio, prolatisque finibus, & bello clarus & pace, anno ætatis climacterico, naturæ conceſſit; ea quoque ex parte fortunatus, quod magnæ Principum & civitatum Italiæ confœderationi adverſus ſe, omnibus ob potentiam formidoloſum, initæ, & diſcrimini ab illa imminenti evthanaſia ſubductus eſt. Filios duos *nothos* poſt ſe reliquit, *Johannem Olegium*, à pago ad Verbanum lacum cognominatum, & *Leonardum*, hunc Novariæ, illum Bononiæ vicario imperio præfectum; ſed uterque genitore mortuo in tyrannidem id verterunt, & arma adverſus patrueles regentes ſumſerunt. *Olegius* cùm multa civium ſtrage, ac patriciorum, qui in carcere conjurationis accuſati detinebantur, ſuppliciis, omnium animos vulneraſſet, & à Barnaba Vicecomite bello premeretur, in deſperationem conjectus Bononiam an. MCCCLX Legato Pontificis Innocentii VI, Ægydio Carillæ, Cardinali, tradidit, *Fermũ cum titulo Marchionis Marcæ* præmii loco ſibi pactus, cujus in poſſeſſione ſex annorum ſpatio permanſit. (*b*)

In numero filiorum Matthæi Magni præter illos, de quibus jam dictum fuit, recenſentur etiam *Stephanus, Moſchinus & Balatronus*. MOSCHINUM patri fratribusq; præſto adfuiſſe cum Imp. Henrico Lucelburgenſi ſequeſtro pax inter Vicecomites & Turrianos anno MCCCX conciliaretur, *Merula* memoriæ prodidit. (*c*) BALATRONI apud eundem autorem mentio inter illos occurrit, qui conventioni inter Matthæum Vicecomitem & Caſſonum Turrianum, Archiepiſcopum Mediolanenſem, interfuerunt; eum poſteà primum extitiſſe, qui concordia illorum in diffidentiam verſa, Caſſono vim intulit, eaque propter in tabulam anathematis ab illo relatus eſt, *Ripamontius* memoravit. (*d*) Plura de illis ſcribendi deficit argumentum.

STEPHANUS fratrum ſuorum natu minimus, multa generoſi ſpiritus documenta in bellis, & præcipuè in defenſione Vercellarum adverſus Guelphos, edidiſſe celebratur. In familiam poſteà ab Imp. Ludovico Bavaro aſcitus, & pincernæ muniis admotus eſt; gliſcente verò invidia erga Vicecomites, falſa ſuſpicione, quaſi venenum Imperatori pararet, de compacto oneratus, hujusque prætextu, ſcyphum à delatoribus toxico mixtum ebibere juſſus, ut ſuſpicionem & malevolorum ſuſurros dilueret, eo impigrè hauſto eodem die extinctus eſt. (*e*) Uxorem ejus Valentinam ex Auria gente, non Spinula, prognatam fuiſſe Triſtanus Calchus adverſus Merulam ex integræ fidei monumentis aſſeruit. (*f*)

Johanni Vicecomiti, Archiepiſcopo & Principi Mediolanenſi, in ſacra dignitate ſuffectus eſt *Robertus Vicecomes*, cujus originem incompertam habemus; ſeculare verò imperium ex illius teſtamento ad tres Stephani filios, *Matthæum, Galeacium & Barnabam*, devolutum eſt, ea lege, ut Mediolanum & Genua communis eſſent ditionis, de reliquis autem civitatibus, oppidisque, à graviſſimis viris fideliter æſtimatis, & in tres portiones æquales digeſtis, ſortitio fieret. Hoc modo MATTHÆO, natu maximo, *Bononia* præcipuè obvenit, quæ quatuor urbes, tanquam ſua membra, ſecum trahebat, *Laudem* ſcilicet *Pompejam, Placentiam, Parmam & Bobium*; item Lucum (*Lugo*) & *Maſſam*, Pontémque tremulum (*Pontremoli*) ſupra Macram amnem, & *Fanum Donini*. GALEAZIUS ſortitus eſt *Paviam, Novaram, Comum, Vercellas, Aſtum, Albam, Alexandriam, Tortonam, Caſtrum novum, Baſſinianum, Vigevanum, Pontem Teſini, Fanum Angeli, Montembonum & Marianum*. BARNABÆ *Cremona, Crema, Soncinum, Bergamum, Brixia, Ripalta, Caravagium* & pleraque minora oppida, quacunque *Benacus* pertingit, obtigerunt. Sed Matthæus præcipuam imperii ſui urbem, Bononiam, citò amiſit, à Johanne Olegio eo, quo ſuperius dictũ fuit, modo illa exutus, neque diu vixit: ſecundo enim à morte patrui anno febri tabida, ſive ſua

(b) *Jovius in vita Johannis Vicec. Ripamont. Lib. II. Ciaccon. Hiſt. Pont. & Card. Tom. II. p. 443. Ammir. Hiſt. Flor. Lib. X. & XI. Petr. Bizar. Hiſt. Genuens. Lib. VI. Barth. Ducinus de vario Bonon. Statu Lib. V. Leandr. Alberti deſcr. d'Italia p. 280.*

(c) *De Antiq. Vicec. Lib. VII.* (d) *Hiſt. Mediol. Lib. I. p. 81. & 84.* (e) *Corius Parte III. Ripamont. Lib. II. p. 139. & ſeqq.* (f) *Hiſt. Mediol. Lib. XXI.*

ſua intemperantia & turpiſſimis libidinibus, quibus effliƈtim deditus fuit, ſive ex veneno lento, à fratribus propinato, contraƈta, conſumtus & extinƈtus eſt ad Seronum oppidum, medio itinere inter Mediolanũ & Comum, ſequioris tantùm ſexus prole poſt ſe reliƈta. (g)

GALEACIUS II Vicecomes egregia forma, animo ſtrenuo impavidoque fuiſſe prædicatur: è Belgica militia, ad quam ipſe & frater Barnabas cùm à patruo Luchino ob conjurationem Lodriſii Vicecomitis, cujus haud exſortes erant, exilio multati eſſent, abjecerant, magnam fortitudinis famam, viƈtique ac proſtrati nobilis & proceri Belgæ decus retulit, è cujus ſpoliis monumentum in ſcuto gentilitio condidit, & viperæ addidit *leonem armatum nec non ardentes geminos torres, pendentibus totidem aquariis ſitulis, exprimendæ contrariæ poteſtatis facultati*, ut habent verba *Jovii*. A Carolo IV Imperatore, cùm is anno MCCCLV Mediolanum veniſſet, Vicarii in Ciſalpinæ Galliæ & Liguriæ imperio dignitatem cum fratribus communem accepit. Defunƈti poſteà fratris Matthæi hæreditatem cum Barnaba æqua lance diſpertitus eſt, ita ut Mediolanum quoque ſcinderetur, & ſuæ cuique in ea urbe regiones ac portæ aſſignarentur. Hoc modo diviſo imperio, cum uterque fratrum initio ſeparatim ſuis quisque commodis & cupiditatibus ſtuderent, maxima pericula & damna incubuere; *Leonartus*, Archiepiſcopi Johannis filius, *Novariæ Prætor*, flagitiis ac facinoribus coopertus, non contentus ſupremam in diƈta civitate poteſtatem ſibi ſumſiſſe, univerſo patrueles dejicere imperio agitavit, & excito eum in finem Johanne Marchione Montisferratenſi hoſtili animo pares conatus cum proſpero etiam eventu adjecit: namque Ticinum, Alba, Aſta & quæcunque ferè in Subalpinis per Galeacium tenebantur, uno incurſu intercepta ſunt; ſimul Genuenſes, & omnis ille Ligurum traƈtus, pari alacritate ac tradiderant Johanni Archiepiſcopo ſuam remp. ejus nepotibus, à quibus vetera inſtituta & mutuas conventiones infringi conquerebantur, obſequium renunciarunt, & ſeditione faƈta ac prætore legatoque Mediolanenſium urbe excedere coaƈto, in libertatem an. MCCCLVI ſe vindicarunt. Bononiam Innocentius VI Pontifex Max. repetiit, & Jo. Olegio, tyrannidem ibi exercenti extorſit. His damnis periculisque & aliis ab intentis undique in ſe armis imminentibus, moniti, non aliud fatiſcentis potentiæ & imperii ſui remedium ſupereſſe intellexerunt, quam ut conglutinata concordia uno animo regeretur. Ea itaque in conſilium adhibita, & contraƈto magna celeritate exercitu, Germanorum & Bohemorum manus, Lando & Marcoaldo ducibus per agros populabunda diſcurrens, atque à Florentinis Piſanisque adverſus Mediolanenſes conduƈta, profligata eſt, Mantuæ princeps in terrorem conjeƈtus, & à ſocietate fœderis, adverſus Vicecomites faƈti, retentus, Montisferratenſi & Anglis, quos ille in Italiam exciverat, Alba & Ticinum iterum ereptæ ſunt, capto & in vincula conjeƈto Jacobo Buſſulario monacho, qui cùm nefariis concionibus Ticinenſem populum circumduxiſſet, & à Marchione Montisferrati urbi præfeƈtus fuiſſet, crudelis denique tyrannus evaſerat. Ita reſtauratis rebus & pace parta, dum Barnabas pro recuperando Bononiæ Principatu acriter ſed incaſſum dimicat, Galeacius exſtruendis magnificis operibus, quæ inter *Pons & Arx Ticinenſis* eminent, provehendis literis & liberalium artium ſtudiis, eorumque cultoribus, quorum familiam *Franciſcus Petrarcha* ducebat, magno illi in honore & pretio habitus, colligendæ Bibliothecæ, inſtituendo Ticini gymnaſio, quod an. MCCCLX apertum eſt, & denique quærendis externis affinitatibus, iisque regiis, ſeſe occupavit; verùm iſtas poſteris damnoſas & ferè exitiales fuiſſe *Jovius* obſervavit: Iſabella Caroli V Regis Galliæ ſoror, Johanni Galeacio, filio, expetita, Leonellus Clarentiæ Dux, Eduardo III Rege Britanniæ natus, in generum aſcitus, eidemque cum dote ducentorum millium aureorum Mons etiam Regalis atque Alba Pompeja urbes conceſſæ, & nuptiarum ſolemnia extra modum ſumptu & magnificentia celebrata ſunt. Iſabella autem, quæ Mediolanum venerat, non minore ſocero conſtitit, licet *Virtutis* oppidi ditio, honeſtiſſimæque appellationis titulus novo ſponſo nomine dotis acceſſiſſet. Verùm *Violanta* eodem quo Leonello nupſit anno vidua faƈta, poſteà elocata fuit Ottoni Marchioni Montisferrati, haud felicioribus auſpiciis, quoniam iſte ab agreſti agaſone confoſſus, ignobili fato periit; tertiis ergò nuptiis Ludovico patrueli in manum convenit. Cæterum Galeacius, flagrante maximè bello inter Barnabam ejus fratrem & Pontificem Romanum ob Bononiam, cætera illi concors, in eo tamen conſilia ſeparabat ſua, quod habere cum Papa volebat pacem, id quod hunc permovit, ut caſtella & arces ſuperiore bello ademtas, & Romano præſidio haƈtenus cuſtoditas illi reſtitui juberet. Mortuus eſt non ita multò poſt Galeacius, poſtquam

(g) *Jovius in vita Matthæi II. Ripamont. Lib. II. p. 183. & ſeq.*

quàm diu sævissimis articulorum doloribus jactatus fuisset, & temporario ligneoque tumulo conditus. (*h*)

JOHANNES GALEACIUS, Galeacii II filius, à prima statim pueritia id specimen sui dedit, ut protinus, quantus futurus esset, sperari potuerit, genere, forma, oris dignitate, optimis studiis, maximoque ingenio instructissimus, voluptatum omnium abstinentissimus, eruditorum colloquiis & frequenti lectione, secretisque item commentationibus, ad justitiam piètatemque, quod *Jovius* testatur, revocatis, unicè animum pascens ac remittens. Quinto ætatis anno cùm coronæ multorum insignium virorum togatorum, quos parens ad consilium advocârat fortè adesset, & intentis in eorum ora atque habitum oculis per jocum interrogaretur, *quis nam sibi ex numero sapientior videretur*, suspenso vultu consideratis singulis, ad *Franc. Petrarcham*, nunquàm anteà sibi visum, denique accessit, eique cum admiratione & applausu omnium sapientiæ palmam dedit. Adultior deinde & sui juris factus ornandis sapientiæ liberaliumque artium studiis, earumque doctoribus munificentia devinciendis, nihil antiquius habuit; hinc nullum sua ætate gymnasium illustrius Ticinensi, nuspiam virorum in disciplinis doctrinarum omnium præcellentium major copia. Ex ordine profitentium celeberrimos tum fuisse, qui monumenta ingenii posteris reliquerunt, Jovius refert, in jure civili *Baldum & duos Raphneles, Fulgosium* atque *Comensem, & Segnorolum Amadeum*; In Philosophia *Ugonem Senensem & Blasium Pelacanis à Parma*, cujus etiam extent in Astronomicis disciplinaque optices subtilissimæ quæstiones; tres quoque medicos, *Marsilium à Sancta Sophia, Syllanum Nigrum, & Antonium Vaccam*; in tradendis autem Græcæ linguæ præceptis eminuisse *Emanuelem Chrysoloram Bizantinum*, sed supra doctores omnes fuisse conspicuum *Petrum Philargi* Cretensem, sacrarum literarum interpretem, qui posteà *Pontifex* evasit & *Alexander V.* est appelatus. Porrò in administratione imperii neminem unquam majori cura ac diligentia versatum esse, quàm Johannem Galeacium, idem scriptor, prædicat: *constabant*, ait, " cuncta admirabili ordine: nihil enim in rebus humanis ordine pulchrius & præstantius esse, eoque uno militares & civiles actiones omnes, & domesticam disciplinam, veluti certissima compage, regi differere solebat;,, jussa sua & sumptus omnes in maximis minimisque rebus, illorumque rationes, & quicquid in belli pacisque negotiis aut ipse ad alios scripsit, aut ab illis accepit, in commentarios referri curavit, ita accuratè, ut nihil posset suprà. Nec verò togæ artibus ita deditus fuit, ut à sago abhorreret; sed simulac per ætatem belli patiens erat, in castris Barnabæ, patrui sui, militiæ rudimenta posuit, ibique arma tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ usu perdidicit. Postquam vigesimum tertium ætatis annum implesset, à patre *commentitio nomine*, ut Jovii verbis utar, *emancipatus est*, in patrimonii partem Novaria, Vercellis, Asta, Alexandriaque ei traditis, ut inde quasi suo Marte, & dissimulante patre, bellum Montisferrati Marchioni, perpetuo hosti, inferret; sed tum in eo, tum posteà adversus Anglos adversa fortuna usus, & primùm Vercellis, prodentibus Guelphis, dein in Brixiano agro à Jo. Aucutho, qui à Vicecomitum partibus ad Pontificem & Florentinos transierat, acie exutus est. Ob infaustos hos eventus abesse imposterum à castris præliisque constituit, cùm satis superque virtutis & fortunæ suæ periculum fecisse videretur, & defuncto patre bella omnia, eaque maxima & acerrima, cum universis pænè regulis civitatibusque Italiæ in exitium Vicecomitum quasi conspiratione facta unicè intentis, per legatos, duces clarissimos, suo tamen consilio præeunte, felicissimè gessit, & paucorum annorum spatio insignes adeptus victorias, ita inimicos attrivit, imperiique sui fines protulit, ut totius Italiæ regnum consecuturus esse videretur. Nimirum Scaligeris *Veronam atque Vincentiam* ademit, Carrariensibus *Patavium*; præterea *Tarvisium, Feltrium, Bellunum*, montanaque oppida cum *Tridento* suam in ditionem redegit: porrò *Perusinos, Assinates, Senenses & Pisanos* suo imperio adjunxit, quum nec *Luccenses* id abnuerent: Francisco Gonzagæ, Mantuæ Demarcho, pacem & certam beneficii confessionem extorsit, atque ad extremum *Bononiam*, pro qua inde ab excessu Johannis Vicecomitis L propè annis fuerat dimicatum, recuperavit. Tantam potentiæ amplificationem novo honoris titulo dignam esse arbitratus, à Wenceslao Imperatore pecunia facilè impetravit, ut antiquato Vicarii Imperii nomine *Dux Mediolanensis* crearetur, eaque appellatione & omni jurisdictione in urbem & rem universam Mediolanensem subjectasque ei civitates *per sceptrum & coronam*, interveniente legato Cæsareo, Benesio, solemni cerimonia & pompa, quam Ripamontius (*i*) stylo suo prosecutus est, die IV Non. Sept. an. MCCCXCVI, investire-

(h) *Jovius in vita Galeacii II. Corius Parte III. Ripamont. Lib. II. & III. Crescent. Amphit. Rom. p. 320. Bizar. Hist. Genuens. Lib. VI.* (i) *Hist. Med. Lib. III. p. 258. & seqq.*

ſtiretur. Ægrè verò id tulerunt Electores, & Imperio Romano-Germanico adeò damnoſum reputarunt, ut inter alia hoc quoque juſtam crediderint cauſam Wenceslai abdicandi: ita enim in tabulis abdicationis Electores: mutilaſti imperium Mediolano & provincia Longobardiæ, quæ juris Sacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis, in qua ditione Mediolanenſis veluti miniſter Sacri Imperii partibus fungebatur: eum tu, contra quàm tuam ſublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani Ducem & Comitem Papienſem creaſti. (*k*) Rupertus poſteà Imperator animum quidem ad vindicandum Imperio priſtinum in Longobardiam jus appulit, & magno cum exercitu anno MCDI in confinia Italiæ penetravit, ſed eo à Facino Cane, qui copiis Mediolanenſis Ducis præerat, cæſo, re infecta in Germaniam ſe recepit. Sequenti anno, inſignis victoria de Pontifice ejusque confœderatis parta eſt & Bononiâ, ceu dictum, recuperatâ, verſa ſunt in Florentinos arma, quibus cum iſti propè ad extrema redacti eſſent, Jo. Galeacius Dux febri peſtilenti correptus eſt, atque ex ea in arce Meliniani, decimo ab urbe lapide in medio proſperitatis curſu ſupremum diem obiit, ætatis anno quinquageſimo quinto. Apparata jam ejus juſſu fuiſſe regia inſignia atque ornamenta, ut *Rex Italiæ* coronaretur, Corius memoriæ prodidit. Teſtamento filios tres ſuperſtites, quos inter *Gabriel* è concubina natus, ſed ætate maximus & legitimatus erat, hæredes inſtituit, & quarto lapide à Ticinenſi paterna arce Carthuſienſe monaſterium ac templum extrui juſſit, inque eo poſt aram maximam ſepeliri voluit. (*l*) Exequiæ maxima frequentia & pompa celebratæ ſunt d. XX Octobr. Eis XXXVII viri è ſola Vicecomitum ſtirpe oriundi interfuere, quos omnes *Corius* recenſuit. Famæ nominis ſui labem aſperſit nece Barnabæ patrui & ſoceri ſui, quem callida ſimpliciſſimæ pietatis ſimulatione in conſilium adhibita comprehenſum imperio & vita privavit, ob cauſas inferius dicendas. Eo quoque facinore laudem pietatis & juſtitiæ, quarum virtutum ſtudium in juventa præ ſe tulerat, obtrivit, quod non ita multò ante obitum ſuum Ruperti Imp. medicum ad occidendum veneno herum mercede ingenti ivit conductum; iſte quippo à ſcelere non abhorrens, poſtquam re per internuncium prodita, in vincula Norimbergæ conjectus fuit, Ducem Mediolanenſem autoritate criminis oneravit, quemadmodum *Scipio Ammiratus* (*m*) memoriæ prodidit; nec tam fœdum auſum Annales Norimbergenſes ſilentio præterierunt, nullam tamen Ducis facientes mentionem, ſed tantùm referentes, à medico Mediolanenſi, *Petro de Thuſcia* dicto, promiſſis XXX mille florenis nec non Epiſcopatu quodam, ad Cæſarem interficiendum medicum ejus, *Hermannum Fölkin* patria Viennenſem, fuiſſe ſollicitatū, & usque eò labefactatum, ut internuncio diceret, ſimulac promiſſa apparuerint, ſe facinus executurum; re verò detecta Senatui Norimbergenſi d. 3 Maji an. 1401 in cuſtodiam traditum, & poſtquam crimen animo conceptum faſſus eſt, juſſu Imperatoris rotæ ſupplicio affectum eſſe. Extant apud Corium literæ, quas rupertus Palatinus, poſtquam Imperator adverſus Wenceslaum electus fuiſſet, ad Jo. Galeacium Ducem per fecialem miſit, hujusque reſponſoriæ; utrasque huc transſcripſiſſe non erit opinor lectori tædio: " Robertus de Baveria Dei gratia Romanorum Rex & Reni Comes Palatinus, Tibi Johanni Galeaz Militi Mediolanenſi præcipiendo mandamus, quatenus omnes civitates, caſtra terras & loca Romano Imperio, & dicioni noſtræ ſpectantia, quæ in Italia occupata indebitè detines, nobis, quibus Romani Imperii gubernatio ex electione de nobis Imperatore per Imperii electores canonicè facta ad me ſpectat & pertinet, reſtituere ac reſignare debeas: alioquin & ut ſacri Imperii terrarum & jurisdictionum invaſorem, & noſtrum hoſtem & rebellem diffidamus. *Sequitur reſponſio*: Tibi Roberto de Baveria Nos Johannes Galeaz Vicecomes, Dei & Sereniſſimi D. Venceslai Romanorum & Boëmiæ Regis gratia Dux Mediolani &c. Ac Papiæ & Virtutum Comes. Per præſentes reſpondemus quod quascunque civitates, caſtra, terras & loca in Italia poſſidemus & à præfato Sereniſſimo Domino Venceslao Romanorum Rege & ſacri Imperii gubernacula Canonicè poſſidente tenemus & poſſidemus, ipſasque à te Imperii invaſore & ipſius Imperii atque præfati Domini Venceslai Regis ac noſtri hoſte manifeſto defendere prorſus intendimus. Teque ipſorum Imperii & dicti Venceslai Regis atque noſtrorum hoſtem manifeſtum ſi noſtrum territorium invadere præſumſeris diffidamus.

(k) *Vid. Conring. de Fin. Imp. Germ.*
(l) *Jovius in vita Jo. Galeac. Ripamont. loco cit.*
(m) *Hiſt. Flor. Lib. XVI.*

De liberis Ducis Joh. Galeacii, è priore ejus matrimonio cum *Isabella Francica* ortis, quoniam variant scriptores, non nihil dicere convenit. *Jovius* sterile id conjugium fuisse, eaq; propter VALENTINAM, è Catharina, secunda uxore genitam, Ludovico, Duci Aurelianensi, ad restaurandam cum Rege Galliæ propinquitatem, nuptui locatam esse à Duce, cum dote Astensis civitatis, ait, sed falsus est: quod si enim Valentina è Catharina, anno demum 1380 Jo. Galeacio Duci nupta, nata fuit, vix erat decennis, cùm an. 1391 primitus mater facta est, quod adynaton. *Corius*, antiquior rerum Mediolanensium scriptor, an. 1366 in lucem editam esse disertè refert, quo non vixit tantùm Isabella Francica, sed sex adhuc annos superstes mansit. Ex hac itaque natam fuisse Valentinam evidens est; *Isabellæ* verò, quæ Gentilis Varani Dom. Camerini matrimonium tenuisse à multis autoribus dicitur, non mater solum dubia est, sed hoc quoque, an prorsus in numero liberorum Jo. Galeacii Vicecomitis fuerit; apud Corium nulla ejus se nobis obtulit mentio, nec apud Sansovinum, qui in commentario suo *de Originibus familiarum illustrium Italiæ* Varanam familiam recensuit; Henningius quoque locum, quem in stemmate Vicecomitum Isabellæ dedit, in Varana genealogia itidem tribuere non sustinuit; itaque ob Nicol. Rittershusii & Sam. Guichenonii autoritatem magis quàm quod certa præstò essent testimonia in tabula nostra illa legitur. At virilem quoque prolem Johanni Galeacio è prima uxore genitam esse Corium testem habemus, expresè dicentem, ACTIUM, illius filium *ex Isabella uxore natum* fuisse, quo loco refert post mortem Galeacii, anno 1378, d. XXI Aug. Vercellenses in nomen tum Joh. Galeacii, tum Actii ejus gnati, sacramentum dixisse, eodemque adhuc anno die V. Sept. Joh. Galeacium filio Actio *Picininam*, Barnabæ Vicecomitis gnatam, nuptiis adjungere cupientem, Pontifici Romano de laxando consanguinitatis vinculo per Antonium Saluciensem, Mediolani Archiepiscopum, aliosque delegatos supplicasse, & tabulas desuper autoritate publica confici jussisse, id quòd à Ripomontio etiam literis proditum est. Fuere verò Actius pariter & Picinina tunc ætate parvi, & videtur ille, antequam ad pubertatem pervenisset, morte fuisse interceptus, neque enim nuptiæ illæ peractæ sunt, neque Actius patre moriente in vivis superfuit; Picinina autem, nubilis facta, alium virum accepit. Cæterùm alterius quoque filii, quem à Joh. Galeacio, vel cum prima uxore vel furtim genitum fuisse oportet, mentio apud Corium occurrit, videlicet Azonis, quod nomen alias unum & idem cum Actiano est: hunc ille ait anno 1374 ipso Paschatis festo in Ticinensi castro supremum diem obiisse, cumque funeris pompa per pontem duceretur, laxatas pondere nimio ejus compages fuisse, ita ut rumperetur, & feretrum cum cadavere nec non centum propè homines è prima urbis nobilitate in profundam fossam præcipitarentur: Id ad extremum de Jo. Galeacio memorandum est, quod ei post obitum primæ conjugis, & ante ductam Catharinam patruelem *Maria Aragonia*, Friderici Regis Siciliæ filia unica ac hæres, ab Artallo Alagone virginis tutore desponsa fuerit ea lege, ut si ille infra annum Siciliã ad matrimonium consummandum non accederet, nuptiæ irritæ essent; verùm præventus ille est à Gul. Raymundo Montecatino, qui Mariam raptam Barcinonem in Hispaniam classe transvexit, ubi à Martino Aragonio, posteà Rege, in matrimonium adscita est. (n)

Post Johannis Galeacii Ducis excessum tam sæva atque atrox tempestas, tantæ calamitates, tot mala publica Mediolano & Lombardiæ incubuerũt, ut quicquid tætrum miserũ, acerbum & detestabile excogitari potest, velut manu facta catervatim in hoc imperium, in ejus cives, summos medioximos, infimos ingrueret. JOHANNES MARIA *Anglus* (quod cognominis ipse & fratres, fortassis propter opinionem Angleriensis originis, gesserunt) à patre maximæ partis imperii & novi tituli hæres institutus, rectores adolescentiæ suæ ex ejusdem suprema voluntate duodecim viros, quorum rerumque ac consiliorum omnium caput *Franciscus Barbavaria*, nactus est. Postquàm isti in verba novi Ducis publicè sacramentum exegissent, gliscens bellorum civilium & externorum ignis, diutino fomento factionum Gibellinorum & Guelphorum, nec non veteris Pontificum Rom. & Florentinorum erga Vicecomites odii, enutritus, contemto principe adolescente, in flammam surrexit. Conati equidem sunt moderatores principatus Pontificem placare, atque à societate cæterorum hostium abstrahere, misso ad eum legato Archiepiscopo Mediolanensi, Petro Philargo Cretensi, qui & ipse deinde Papa factus est, & cùm hac legatione nihil effectum esset, traditis illi ultrò Bononia, Asisio & Perusia; sed tantùm abest, ut eâ jacturâ majora pericula & detrimenta redemta fuerint, ut illa quotidiè ingravescerent, & provincialium rebelliones, urbiumque defectiones sese exciperent, ut unda undam. Brixia cæteris omnibus quasi signum

[n] *Fazellus Lib. 9. cap. 7.*

ſignum aliquod ſuſtulit & exemplo præivit; ſecutum eſt Bergomum; rebellavere deinde agmine uno Cremona, Papia, Alexandria, Laus Pompeja, Crema, Placentia, Parma, Comũ, Vercellæ & Novaria, ſuosque ſingulæ tyrannos ſunt paſſæ. Piſas Florentini Gabrieli Mariæ Vicecomiti, in cujus patrimonio erant, vi pretioque extorſerunt, Senæ obtruncato Corregio præfecto in libertatem, cruentis turbis implicatam, ſe vindicarunt, Verona, Vincentia, Patavium in Venetorum denique ditionem conceſſerunt. Laceratum ita & attenuatum majorem in modum imperium Vicecomitum in ipſa quoque metropoli vacillavit ac ruinam egit: illic enim diſſociatis animis civium, cùm alii Gibellinis alii Guelphicis faverent partibus, omnia tumultu & ſeditionibus ſtrepebant, ſacra non minus ac profana violabantur, cædes & incendia fiebant, armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia complebantur, virtutisque & gloriæ loco ducebatur ad oſtentandum inſigne factionis ſtudium, maximam crudelitatẽ in cognatos etiã & affines exercere. Hæc rabies deniq;, occaſione latronis in furcam agendi, in juſtam intra urbis mœnia exiit pugnam, quæ die X Cal. Jun. an. MCDIV commiſſa fuit, tanta obſtinatione, ut per octo amplius horas hauſtus civilis ſanguis manaret; excepit illam crudelitas victorum, acerbis in captivos & turbarum autores eorumque propinquos ſuppliciis ſævientium, ita ut, referente *Ripamontio*, per aliquot inde menſes *rarus absque inſigni aliquo ſupplicio dies eſſet*, & *Caſatenſium Biliorumque* nobiles familiæ ferè penitus extinguerentur; atque tanta mala, tantas cædes non permittente tantùm, ſed lætante, imò inſtigante Duce Johanne Maria patratas eſſe, idem autor, aliique memoriæ prodiderunt. Nempè immani ac fœda crudelitate imbutus, quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit, pro ludo habere, & noctu, prægrandibus moloſſis immanitatisq; ſuæ miniſtro, *Squarcia Giramo*, ſtipatus, homines tanquam feras agitare, illisque ſontes inſontesve, ſenes puerosque lubidinosè laniandos, objicere conſueverat. Ferunt Jo. Puſterulæ, viri nobilis, filium, duodecim annos natum, cùm patris odio duobus moloſſis, humani cibi avidiſſimis, nihil commotus ſimplici ſupinas manus ad genua ipſius protendentis pueri deprecatione, ut virga coërceret, ſi quid amiſiſſet, nunquam ſe poſteà commiſſurum eſſe aliquid, expoſuiſſet, utramque beſtiam roſtro admoto puerum odoratum conſediſſe, eiq; peperciſſe; at Ducẽ omni beſtia crudeliorẽ juſſiſſe Squarciam gladio ſecare pueri ventrem; nec tamen effuſa humi viſcera ſanguinemque canes attigiſſe. Atrox etiam exemplum, quod juſtitiæ ſpeciem habebat ab illo ſtatutum eſſe, narrat Ripamontius, in ſacerdote avaro, homini in extrema paupertate mortuo funus gratis facere recuſante; itaq; cùm putreſceret domi cadaver, defunctique mulier ejulatione ædes viciniamque repleret, Dux fortè præteriens cauſa cognita imperavit, ut daretur argenti, quantum funeri ducendo ſatis eſſet, ipſeque exſequiis intereſſe voluit, quibus peractis Sacerdotem, copioſa mercede quam acceperat lætum, ſepulchro primum injici, deinde ſuperimpoſito cadavere congeri humum juſſit. Cæterùm cunctis tyrannum deteſtantibus, denique à conjuratis in S. Gotthardi æde duobus vulneribus, diſciſſa usque ad oculos fronte & dextro crure ad ſuram detruncato, interfectus eſt; nomina illorum hoc ordine Bernardinus Corius recenſuit: *Andreas & Paulus Bagii* fratres, *Jo. Puſterula, Otho Vicecomes, Franciſcus, Luchinus & Farina Maini, Ambroſius, Gabriel, Ricardus & Franciſcus Trivultii, Andr. & Bertonus Mantegatii.* Trucidati cadaver ab omnibus deſertum, & à paucis ex infimo familiæ ordine templo maximo illatum, meretrix operuit roſis, obque id meritum à Philippo Maria ſucceſſore honeſtè elocata eſt: Populi deinde concurſu *Giramus* quoque, canum cuſtos & carnificinæ miniſter, occiſus, abominandumque cadaver januæ paternarum ædium affixum eſt. (o)

PHILIPPO MARIÆ Vicecomiti pater Johannes Galeatius, primus Mediolani Dux, teſtamento aſſignavit *Ticinum ſ. Papiam, Novaram, Vercellas, Tortonam, Alexandriam, Veronam, Vincentiam, Feltrum, Bellunum, Baſſanum* omnemque tractum, qui Tridentum verſus ſe exporrigit, unà cum titulo *Comitis Papienſis*. Verùm ex dictis civitatibus non tantùm plerasque iis, de quibus ſuperius dictum eſt, turbis, amiſit; ſed Papia quoque ad extremum à Facino Cane, penes quem bellicarum civiliumque rerum arbitrium ſub Duce Johanne Maria, fratre ſuo, erat, exutus, & captivo perſimilis in Ticinenſi arce ab eo occupata, habitus eſt, exitio, quo ferè captivitatem inter principum ſuſpiciones finiri haud abſurdè Ripamontius dixit, proximus. At eo metu ejusdem Facini opportuna morte, & mutata in ultimo vitæ ſuæ articulo voluntate, exſolutus, atque ad non dubiam ſpem obtinendi principatus erectus eſt. Enimverò Facinus in Bergomi obſidione, gravi morbo oppreſſus, Papiamque delatus, animam age-

 bat,

(o) *Jovius in vita Joh. Mariæ, Ripamont. Lib. IV, Leander Deſcript. Ital. pag. 436.*

bat, cùm nuncium de Johannis Mariæ Ducis cæde acciperet; itaque extrema illa hora amicos veteres, viros militares, per dextram fidemque obtestatus est, Ducis necem ne finerent inultam, nec Philippum Mariam ejus fratrem & legitimum successorem destituerent. Talia dicentem postquam mors continuò occupasset, eadem adhuc die, qua Dux interfectus est, Philippo Mariæ veteranorum ducum copia, & exercitus omnis, qui sub Cane militaverat, ad expetendas fraternæ cædis pœnas & vindicandum imperium præstò adfuit. Hoc à conjuratis & magna parte plebis, quam Bertus Cacia Placentinorum Episcopus concitavit, *Hectori Vicecomiti*, Bernabovis filio, delatum fuerat: adversus hunc urbemque eductæ copiæ Hectorem ejusque asseclas brevi eò redegerunt, ut ille fuga salutem quæreret, urbeq; relicta in arcem Modoetiam se reciperet; reliquis conjuratis etiam, aut qua quemque casus tulit, evadentibus, aut cunctationis pœnam capite victori dependentibus. Metropoli imperioque ita potitus Philippus Maria cives in verba sua jure jurando adegit ad X Calendas Quinct. an. MCDXII, & omnium consensu Dux Princepsque appellatus est; Modöetiam deinde oppugnavit, eamque Hectore Vicecomite in obsidione defuncto, & facta à Valentina, ejus sorore, deditione, in potestatem suam redegit. Ampliora verò suscipere, & civitates, quæ defecerant à Vicecomitum imperio, recuperare gestienti, cum nervus rerum gerendarum deesset, nuptiæ *Beatricis Tendæ*, Canis Facini viduæ, cum dote CCCC millium aureorum, quos iste post se reliquerat, propositæ, neque à Principe, licet illa ætate fortunaque impar ipsi esset, repudiatæ sunt. His opibus valido exercitu instructo mira celeritate, paucorum dierum spatio, *Alexandriam, Bergomum, Brixiam, Laudem Pompejam, Placentiam, Cremonam, Novocomum, Tritium, Vogheriam, Cremam* & aliquot præterea magni momenti arces recepit, captis aut cæsis, qui per vim eas proditionemve occuparant, operaque illis in expeditionibus præcipuè usus *Francisci Bussoni* dicti *Carmagnolæ*, à loco nativitatis suæ, clarissimi & felicissimi bellatoris, qui ab illo rerum benè gestarum præmium titulum *Comitis Castrinovi* tulit, atque insuper in familiam Vicecomitum adscitus & Genuensi præfectura auctus est; posteàquam scilicet Genuenses armis Philippi Mariæ Ducis territi, & maritima clade fracti, necessitate in rationem versa, se remque publicam ditioni ejus permiserunt, anno supra millesimum quadringentesimum vigesimo primo: & parebat adhuc Mediolanensi Duci Genua anno MCDXXXV, quo memorabilem illam de Alphonso Rege Aragoniæ victoriam Ligustica classis reportavit, ipso Rege & duobus ejus fratribus captis: hi Mediolanum jussu Philippi Ducis ducti, benignè ab eo excepti & statim à primo inter Regem Ducemque colloquio in libertatem restituti, muneribusque & pecunia aucti, mox ad repetendam Neapolim dimissi sunt. Malè id habuit Genuenses, gloria ac fructu tantæ victoriæ frustratos; & jam anteà in fastidium imperii Mediolanensis adductos promovit, ut eodem adhuc anno exuerent obsequium in Ducem, & præfecto ejus, Opicino, trucidato, in pristinam libertatem se vindicarent. Intereà dum hæc geruntur, magna Principum civitatumq; liberorum adversus Ducem Philippum, ob potentiam cunctis formidabilem & ad regnum Italiæ adspirare creditum, confœderatio facta, bellumque acre & anceps ei, à Venetis maximè, ad quos Carmagnola desciverat, illatum est, in quo varia fortuna usus magnam apud Pompilianum cladem temeritate Caroli Malatestæ, quem copiis suis præfecerat, an. MCDXXIX accepit; majorem verò, virtute *Francisci Sfortiæ*; victoriam navalem an. MCDXXXI reportavit. Istum ob egregiam militarem gloriam, qua omnem implevit Italiam, nuper Philippus luculento stipendio sibi adjunxerat, atque à majore beneficio obstringeret in nomen familiamque Vicecomitum adoptaverat, *Blanca Maria*, filia sua extra matrimonium genita, adhuc puella illi desponsata. Nihilo tamen secius tantæ deinceps suspiciones atque offensiones inter illos ortæ sunt, ut Sfortia à Philippo abalienatus Florentinis Venetisque, novum adversus eum bellum parantibus, operam suam locaret, & militiæ eorundem imperium susciperet; magno Philippi detrimento, quippe quem non tantum recuperatione Bergomi Brixiæque, quæ urbes ad Venetos defecerant, prohibuit, sed aliis etiam locis exuit, & pugna identidem vicit. Gravis inprimis illi evenit clades, quæ ejus copiis apud Soncinum an. MCDXL à Sfortia illata fuit, alia, quam eodem propè tempore Nicolao Picinnino, Philippi exercitum in Etruscis ductanti, Michael Attendulus, Sfortiæ patruus, inflixit, cumulata. His adversitatibus verò generi desiderio tactus Philippus matrimonio filiæ magnaque dote animum illius sollicitavit, & denique in angustias apud Martinengum adductum expugnavit, ita ut Blanca in uxorem & Cremona dotis loco accepta, cum socero in gratiam rediret, eidemque Venetos pariter ac Florentinos pace, cujus ipse arbiter fuit reconciliaret. Ne sic tamen concordia inter eos stetit, sed recruduere suspiciones inimicitiæ-

citiæque, vehementer in Philippi animo auctæ, cùm Sfortia Zerpellionem, quem ille in locum Nic. Picinnini vitâ defuncti subrogare constituerat, perfidiæ damnatum in furcam egisset. In eum verò denique Philippi res redactæ sunt locum, ut generum amicum & defensorem imperii habere summè cuperet, nec tamen suspectare desineret. Hos inter angores excessit è vita nondum sexagenarius, jactatus febricula per aliquot dies, exhaustusq; ventris profluvio, quem utrumque per se lethalem in affecto corpore morbum adversus remedia omnia contumacem efficiebant (*Ripamontii* verbis utor) curæ circumstantes, cùm Venetorum arma, semperque suspectus gener, & imperii amittendi metus obturbarent necessariæ quietis horas, & concoctionem corrumperent. (p) Fuisse legitur ingenti corpore, in juventute macer, in senectute pinguissimus, deformi facie ac terribili, ingenio peracri & callido, in largiendo profusus, in parcendo facilis, in audiendo difficilis; at ubi in colloquium venisset, mitis ac placidus; cultus corporis ac munditiarum omnisque lenocinii negligens, neque in aliis vestimentorum mollitiem luxuriamque facilè ferens; venandi cupidus, equorum studiosus, quietis impatiens atque imperitandi avidus, in pace bellum, in bello pacem quærens, simulandi ac dissimulandi egregius artifex, rarò in publicum prodiens, delatoribus credulus, in suspiciones pronus, à sermonibus de morte abhorrens, atque ad tonitrua & fulmina mirum in modum expavescens. Cæterum constans cumque septies terrestri aut navali pugna victor, sed sæpius victus fuisset, pari fastigio stetit, eosdemque spiritus indomitæ virtutis gessit, ad tuendum nominis decus semper intentus & erectus. (q) Prolem è legitimo toro nullam suscepit. Uxorem primam *Beatricem* luculentæ dotis ergò, ceu dictum fuit, ductam, & adulterii cum Mich. Orumbello Citharedo suspectam magis quàm convictam capitali supplicio affecit, deindeque *Mariam*, Amadei VIII Ducis Sabaudiæ, qui etiam Papa aliquandiu fuit, gnatam, dote centum mille florenorum instructam (prout *Sam. Guichenonius* adversus Jovium, aliosque, qui indotatam fuisse tradiderunt, asserit) sed eventu sterilem connubio sibi junxit; Vercellasque posteà socero, non tam nuptiis illis promerendis, quod idem *Jovius* perhibet, quàm firmandæ sibi ejus amicitiæ ultrò tradidit. Unicam itaque prolem, è concubina genitam, eandemque sequioris sexus cùm haberet, BLANCAM MARIAM, Francisci Sfortiæ uxorem, ferunt odio contra Venetos æstuantem, nec dum genero æquum placatumque diu agitasse animo, an huic Alphonsum Regem Aragoniæ & Neapol. præferret, & principatus hæredem scriberet, ut tanto propugnatore ambitiosæ & præpotentis Venetæ reipublicæ audacia frangeretur; sed amore filiæ, quæ jam nepotem ei ad spem imperii pepererat, generum, eundemque solemni adoptione filium, antehabuisse. Is etiam post soceri excessum metropolis provinciæque Mediolanensis imperium sibi vindicavit, quemadmodum in *Historia Sfortianæ familiæ* pluribus dicetur, fuitq; Philippus Maria Ducum, è genuina Vicecomitum stirpe, ut omnia regia virtute secundus nemini, ita successionis ordine tertius ac postremus. Qui compararunt inter se Vicecomitum ingenia, ita judicasse refert Ripamontius: (r) " Philippum Mariam videri quidem ab Johanne Galeacio ortum; sed neque cæteram hujus prolem simile quicquam habuisse patris, neque patrem ipsum ad majores suos ulla similitudinis nota pertinuisse. Adeò & habuisse Philippum Mariam è filiis unum virtutes Joh. Galeacii omnes, & huic nulla avorum vitia adfuisse, præter artes, queîs regna continentur, quæve commune regnantibus omnibus vitium sunt.

GABRIELI MARIÆ Vicecomiti, Johannis Galeacii Ducis filio ex *Agnete Montegacia*, pellice ejus, suscepto, *Crema & Pisæ*, à genitore assignatæ fuerunt, quarum tamen urbium neutram ille retinuit, Crema enim statim à Georgio Benzono intercepta est. Pisas postquam unà cum matre sua se contulisset, neglecta clementiæ & liberalitatis fama, novum imperiũ inchoantibus utili, à civibus diutino bello ad incitas redactis munera, quæ florente republica novis dominis dare consueverant, vi extorsit, odiumque apud omnes confestim adeptus est; eo, nec non metu Florentinorum, qui Pisis inhiabant, permotus, se urbemque altero ab ipsius adventu anno, qui seculi duodecimi quartus erat, in clientelam Regis Galliæ dedit, sequestre Jo. Bucicaldo, qui Genuæ tunc præsidebat, cui etiam Liburnum tradidit, atque insuper annuum tributum, equum nempe & accipitrem peregrinum, promisit. Facta propterea à Pisanis seditione ex urbe in castellum se proripuit, ubi cum matrem casu aliquo & prolapsione de ponte mortuam amisisset, animo & consi-

Vy

(p) *Lib. IV.* (q) *Jovius in vita ejus. Leander op. cit. pag. 436. & 437. Bizar. Hist. Gen. Lib. XI. Paul. Moros. Hist. Ven. Lib. XXII.* (r) *Lib. cit.*

consilio omni destitutus arcem Pisanam cum omni suo in urbem jure Florentinis an. 1406; vendidit pretio CCVIM florenorum, cujus summæ partem, videlicet LXXXM aureos Bucicaldus, Genuensis Præses, solvere recepit. Confectum hoc negotium fuit ita secretò, ut Pisani non prius id rescisceret, quàm ars in potestate Florentinorum esset. Pisis ille Mediolanum rediit ad Johannem Mariam Ducem, fratrem suum, à quo toti Insubrum imperio præfectus est; sed post biennium nactus æmulum Carolum Malatestam, ab ipso Duce sibi oppositum, Genuam secessit. Ibi cùm à Bucicaldo nomen illud, de quo dictum est, exigeret, à perfido & avaro homine falsis criminibus, quasi cum quibusdam urbis primoribus rebus novis studeret, circumventus, & ad capitale supplicium abreptus fuit. (s)

AD TAB. XXXII.

BARNABAS s. BERNABOS Vicecomes, Stephani filius, Matthæi & Galeacii II frater natu minimus, vir fortis & acris animi ferocisque, publica magnificentia & continuis bellis gaudens, uxorem nactus est sibi haud absimilem, *Beatricem Scaligeram*, fœminam superbam, sumtuosam ac temerariam, *Reginam* ea propter appellatam. Quum ille in divisione ditionis à Matthæo fratre relictæ Bononiam sortitus esset, eamque Olegiano, dominiū ibi usurpanti, armis ereptum iret, vicinarum quoque civitatum, videlicet, Florentinorum, Pisanorum, Lucensium, sibi, si ille Bononia potiretur, metuentium, nec non Romani Pontificis arma commovit, ita ut hi fœdere facto, & contractis undique copiis, accitoque è Germania Carolo IV grave bellum Vicecomitibus molirentur & inferrent, in quo, varia fortuna utrinque gesto, enituit sæpè fortitudo & constantia Bernabovis, adversis eventis adeò non animo fracti, ut res propè perditas impigra cura ac mira celeritate subinde restauraret; cumque Bononiam in potestatem suam redigere nequiverit, dolorem irriti conatus Regio Lepidi, à Feltrino Gonzaga anno 1370 emto, lenivit. In sumtus bellicos supra trecentas myriadas signati auri expensas esse ferunt, quam immensam pecuniam, præter illam quæ in splendorem & ornamenta aulæ, in ædificia & substructiones insanas, in luculentam & basilicam numerosissimæ sobolis dotem, ab illo uxoreque insumta est, ex urbibus subjectis imperari atque corradi, & post Barnabæ captivitatem in ædibus ejus DCC *millia scutatorum aureorum, septemque plaustra argento elaborato & pretiosa supellectile onusta* inveniri potuisse, (id quod *Jovius & Crescentius* tradunt) permirum videtur. Inter quinque filios, quos è legitimo cum Beatrice coujugio suscepit, ditionem suam vivus divisit, atque an. MCCCLXXIX singulos, nobili famulitio instructos, in possessionem immisit. *Marco* primogenito medietatem Mediolani, qualem ipse in divisione cum fratre Galeacio facta acceperat, assignavit, *Ludovico* Laudem Pompejam & Cremonam, *Carolo* Parmam, vicum S. Donini & Cremam, *Rudolpho* Bergamum, Sonzinum & Geradadam, *Mastino* denique Brixiam cum Rivera & Valle Tellina. Hac verò imperii sui divisione pessimè ipsum sibi suisque consuluisse eventus docuit: filii enim ditionem, quam unusquisque per illam accepit, cum patruelis Joh. Galeacii imperio conferentes, & quantum hic opibus & potentia ipsis singulis præpolleat considerantes, invidere ei & obtrectare cœperunt, habentes magistram ad id improbam, matrem nempè suam, arrogantem & ambitiosam mulierem, ægrotum filiorum animum ad partem deteriorem applicantem, ita ut nec affinitas, quam Jo. Galeacius cum illis contraxit ducta in matrimonium eorum sorore *Catharina*, malevolentiam & invidiam minueret, aut cupidinem, qua erga imperium patruelis & sororii flagrabant, sedaret. Intereà dum clam consilia struunt illius evertendi, mater, *Regina Scaligera*, è medio excedit, posteaquam non ita multò ante ex ruinis Turrianarum ædium Ecclesiam collegiatam S. Mariæ Virginis Scalensis (*S. Maria della Scala*) fundasset & largiter dotasset. Sepulta est in S. Johannis æde, carmine adscripto, quod apud *Jovium* aliosque legere est, quoque religionis laude inter cætera magnificè extollitur. *Ripamontius* anno ætatis suæ quadragesimo mortuam esse ait, in quo tamen lapsus est, siquidem quatuor supra triginta annos in matrimonio Barnabæ illa vixit, anno 1350, *Corio* testante ab ipso ducta, nuptiis magna & insolita eò usque apud Mediolanenses hastiludiorum pompa celebratis; quinquagenariam itaque fuisse oportet. Sublata matre, filiorum in patruelem concitatrice, Barnabas pater consiliorum, quæ ab illis secretò coquebantur, vel autorem vel socium se præbuit, tum quia tot filios prætenui atque ob id infirma ditionis conditione regnaturos prævidit, tum quia insita ei asperitatis ac sævitiæ vitia

(s) *Scip. Ammir. Hist. Flor. Lib. XVII. Leon. Aretinus Hist. rer. Ital. p. 225. Bizar. Hist. Genuens. Lib. X.*

vitia senectus avaritia & concupiscentia alieni cumulavit. Et dederat jam multa immanis avaritiæ documenta, quibus Deo hominibusque exosus ac detestabilis factus est. Edixerat olim, ut *Ripamontii* verbis plurimùm utamur, ne quis occideret aprum, neve canes & apparatum alium venandi causa haberet; ejus edicti nomine & obtentu consuevit spoliare fortunis, privare vita, (supra centum ex miseris agricolis laqueo suspensos fuisse *Jovius* tradit) delere ab stirpe familias, incendere domos, & effossis quidam oculis reservabantur in vitæ ludibrium & pœnam. Quicunque enim gustasset aprugnæ carnis aliquid, bestiamve ipsam mortuam spectasset, sive attigisset, tenabatur lege, quæ de apris erat, & promptissima ea tyranno materies feritatis in omnes, quoscunque odisset ob alias causas. Alebat verò ipse canum ad quinque millia sumptu omnes alieno, divisos nempè per urbem in hospitia, quomodo milites dividuntur. Centuriones & tribuni cohortium earum erant; lustrabantur singulis mensibus: inspectioque ea magnum principi vectigal erat. Nam sive quis molossus arguerat macie sua hospitis illiberalitatem, sive largiore nutritu inutiliter pinguescebat, irrogabatur mulcta altori, & severè exigebatur; vigebantque simul aliæ acerbissimæ exactiones, quibus permoti & populi vices miserati duo Franciscani Minores ausi sunt ipsius auribus ad divini judicii terrorem insusurrare non nihil; hos ille ira percitus damnavit, ut igni cremarentur, & cremati sunt ficto crimine, tanquam hæretici ipsi essent. Hoc itaque modo abominabili vitam imperiumque cum ageret Barnabas, præterea que consilia de nepote Jo. Galeacio interficiendo & imperio ejus occupando inita & disposita haberet, neq; sagacissimum juvenem ea laterent, cauto is opus esse duxit, ne à patruo, metropolim arcemque imperii tenente, per insidias opprimeretur, deinde petere eum ejusdem artibus & dolis, quibus ab eo petebatur, statuit, maluitque, quoniam eò necessitatis ventum esset, prævenire quàm præveniri, maximè odio publico, quo ille laborabat, fretus. Ergò adversus insidias se domi forisque præmuniebat, atque ad struendum è longinquo dolum vehementissimam animi perturbationem simulabat, quasi tactus divino spiritu nihil humanarũ rerum amplius curaret, attonitusque mortalitatis fine sese unicè ad suprema compararet; remissis imperii curis colloquebatur de morte tantùm cum monachis Franciscanis, quorũ quotidiè aliquem ad mensam adhibebat, victu utebatur parciore & modesto simplicique cultu; prodibat ad templa frequentissimè supplicatum, & nudis aliquando pedibus, stipatus tamen semper catervis armatorum & auctis circa palatium excubiis ex fidissimorum delectu; qua ipsa diligentia contemptum auxit sui, tanquam inter alterius vitæ curas & moriendi formidinem insanientis, patruoque & patruelibus ludibrium debuit. Pervagatus templa omnia ad Ticinum, & fatigato sermonibus de altera vita quocunque sanctimoniæ fama illic locorum claro, repente famam dissipavit, aditurum se B. Virginis ædem, quæ supra Varisium in montis vertice est; armat deinde peregrinationis ejus causa equites, eorumque comitatu, in qua non deerant aliquot pii homines, ipse pedester itineri se committit, & Ticino s. Papia Mediolanum tendit. Barnabas cum filiis Ludophico & Rudolpho obviam exiere peregrinabundo illi, magis spectaculi fruendi quàm honoris causa: ad D. Ambrosii Xenodochium obvii facti cum Barnabas de mula, qua vehebatur, descendere vellet, dato signo derepentè equites & tela & multæ armatæ manus circumstetere ipsum & filios, adeò ab omnibus destitutos, ut nemo ex eorum domesticis aut civibus gladium strinxerit, nemo inclamaverit ad arma. Ea res maximè memorabilis, ad cujus famam omnis Italia obstupuit, incidit in diem VI Maji an. MCCCXXCV. Captivi ducti sunt in arcem Portæ Zobbiæ, & domus ipsa Bernabovis diripienda data plebi, avidè in eam grassanti & pristinũ dominum maledictis, tanquam tyrannum, incessenti, totumque mox Bernabovis imperiũ incruenta victoria in Jo. Galeacii ditionem concessit. Ea iste non contentus tollere patruum è medio secum constituit; datum ergò illi, in Tritianam arcem quam ipse ædificaverat abducto, est venenum, infusumque phaseolis, quibus delectabatur, ita ut super eadẽ mensa conversis repentè oculorum pupillis & spumante protinus ore vociferari moribundus senex inciperet, ac paulò post animam efflaret, in brachiis *Doninæ Porræ*, adamatæ concubinæ, septimo carceris mense, ætatis anno sexagesimo sexto. Calidum adhuc fervensque cadaver feretro impositum & in D. Johannis æde ad Concam terræ mandatum, ubi ille integra adhuc ætate sepulchrum sibi exstruxerat. Tantam Bernabovis calamitatem antecessisse prodigiorum monitus memoriæ proditum est: namque palatium ejus fulmine ictum, & pars muri quassata erat; Rudolphus illius filius fulmine alio penè exanimatus: insigne gentis, vipera, quæ juxta D. Georgii ædem in palatii fastigio steterat, turbine dejecta. (t)

(t) *Corius Parte V. Ripamont. Lib. III. Jovius in vita Barnab.*

Liberorum, quos Bernabas Vicecomes tum ex legitima conjuge sua tum ex concubinis, genuit, ingens fuit numerus, quemadmodum in tabula videre est: de singulis, quæ Corius aliique Scriptores rerum familiarumque Mediolanensium, quantos evolvere licuit, literis prodiderunt, in medium afferam, initio à gnatis legitimis capto: MARCO inter eos primatus tribuitur. Hunc adhuc puerum Imperator Carolus IV, cùm anno MCCCLV Festo Epiphaniæ Mediolani ferreo diademate coronaretur, Equitem auratum unà cum Jo. Galeacio, Galeacii II filio, creavit. Post triennium pace inter Vicecomites & alios Lombardiæ regulos inita, pactæ inter alia sunt nuptiæ Marci cum gnata Franc. Carrarii, Patavii Domini, matura utriusque ætate consummandæ; sed elapso biennio persuasit Bernabovi Regina uxor, ut amicitiam affinitatemque Carrario renunciaret, suoque fastu digniorem nurum deligeret; itaque cum ille an. MCCCLXV Thadæam filiam suam Stephano Bavariæ Duci desponderet Marco simul nuptias conciliavit *Elisabethæ Bavaræ*, Friderico, Stephani fratre, natæ, solemni sponsaliorum die XII Augusti celebrato. At gnati hujus primogeniti funus pater turbato mortalitatis ordine extulit: supremum enim diem ille obiit ineunte anno MCCCXXCII eumque post XV dies ad plures secuta est, Corio referente, uxor Elisabetha Bavara, atque ambo in æde S. Johannis in Concha sepulti sunt. Hujus Elisabethæ nulla nobis hucusque mentio reperta est in Bavaricæ stirpis genealogiis, cunctis quotquot eas texuerunt, Friderici Ducis filiam, Marco Vicecomiti nuptam, Margaritæ nomen habuisse, & ex posteriori ejus cum Magdalena Vicecomite matrimonio natam fuisse, dicentibus; sed lapsos esse omnes per errorem ex eo liquet, quia defuncta jam Elisabetha filia, Fridericus Magdalenam Vicecomitem, generi sororem, connubio sibi junxit; id quod Corius disertè refert. Perperam itaque prior Friderici Ducis Bavariæ conjux, Anna Com. Neuffensis, sterilitatis probro afficitur, cùm Elisabethæ illius mater necessariò fuerit.

RUDOLPHUS & LUDOVICUS Vicecomites Marcum ordine nativitatis exceperunt, & sicuti communia cum patre adversus Joh. Galeacium patuelem agitarunt consilia, ita etiam eandem cum illo sortem subierunt, libertate ac imperio ab isto exuti, & in carcere mortui. An Rudolphus in conjugio vixerit, tanquam incompertum in medio relinquendum est. Ludovici verò nativitatem pariter & conjugium Corius notavit, ita ut in tabula recensentur. JOHANNIS, ex illo nati, eodem autore referente, ratio habita est, cum Modoetia Philippo Mariæ Duci anno MCDXIII dederetur, pactumque fuit, ut ei prædium concederetur, ex quo CCC floreni quotannis redirent.

De CAROLO Vicecomite, quarto Barnabæ filio hæc refert Corius: An. MCCCLXXIIX die VI Junii Carolus Barnabæ gnatus mandatum dedit Luchino Vicecomiti, Luchini quondam Principis Mediol. filio, Johanni de Rupe, Pisano, & Beltrando de Rubeis, Parmensi, ut suo nomine solemnia nuptiarum celebrarent cum Margarita, sorore Regis Cypri, eidemque annulum nuptialem traderent; atque ita Lixignanæ hoc matrimonium ad effectum perductum est. Postea inter acta anni MCCCXXCII memorat Carolum, Barnaba natum, filiam Comitis *Armagnacensis*, (cujus parens in numero ducum bellicorum Ludovici Andium Ducis ad regnum Neapolitanum evocati erat) jugali fœdere sibi sociasse, mortua haud dubie interea Margarita Cyprica. Isti nomen *Beatrici* & priorem maritum fuisse Gastonem Phœbum Fuxensem, quem pater cognominis Bearniæ Vicecomes interfecit, ex *Arn. Oihenarti Notitia Vasconiæ* constat. Post genitoris captivitatem Carolus, referente iterum Corio, Cremâ, qua in urbe nuncium de illa accepit, Cremonam, indeq; Parmam se proripuit; isthic ægrè in castrum Portæ novæ receptus, cùm cives illos haud benè erga se animatos esse intellexisset, Regium Lepidi abiit, postridiè verò Mantuam, inde Veronam & denique in Germaniam secessit, ubi apud Duces Austriæ Bavariæque, affines suos, aliquot menses commoratus est; Posteà cùm argentum quod secum tulerat, consumsisset, pauper & derelictus in Italiam rediit, & Luchino Novello Vicecomiti, veteri amico, aliisque Ducis Jo. Galeacii hostibus se adjunxit. Verùm an. 1391 à Ducis Secretario, Venetiis agente, persuasus, ad pactum descendit, quo dicto Duci omne jus in hæreditatem parentum suorum eorumque imperium pro victalitio mille florenorum menstruorum, resignavit. Isto mortuo, cum omnes ferè civitates Mediolanensi imperio subjectæ tumultuarentur, & Veronenses Wilhelmum Scaligerum, tanquam novum Dominum, in urbem suam recepissent, intromissus simul fuit *Carolus Vicecomes*, sed postquàm pecuniam Scaligero mutuo datam repetiisset, & dejectioni insignium ducalium restitisset, postridie repertus est vita privatus. Liberos ei *Henningius* tribuit Rudolphum, Carolum & Blancam, Bartholomæi Scaligeri uxorem; sed perperam cùm illi Johanne Vicecomite, qui diversus à Carolo,

Berna-

Bernabovis filio fuit, nati fuerint: apud Corium *Marci*, Carolo prognati, occurrit mentio, pro quo in deditione Modöetiæ an. 1413 facta pactum esse refert, ut ei possessiones, fructus DC florenorum ferentes, assignarentur. *Bonam*, Montalbani uxorem, Carolo Vicecomite ortam esse Crescentium, Gallicosq; scriptores testes habemus, in eo tantum dissentientes, quod hi Beatrice Armanacensi natam fuisse statuant, ille Margarita Cyprica.

MASTINO Vicecomiti, filiorum Bernabovis legitimorum natu minimo, quinto ætatis anno, qui seculi decimi quarti quintus supra octogesimum erat, mense Februario desponsa fuit gnata Antonii Scaligeri Veronæ Domini. Post infortunium, quod paulò post patrem ejus oppressit, à quibusdam ejus stipendiariis Brixiam abductus est; hos puerum urbemq; aliquot menses adversus Ducem Jo. Galeatium strenuè tutatos esse Corius memoriæ prodidit. Profugus deinde ad Rhætos, Curiæ commoratus est, atque anno 1404 ob beneficia ibi accepta Hartmanno Episcopo & Ecclesiæ Curiensi Vallem Tellinam, à patre cum divideret imperium inter filios sibi traditam, tunc verò à Jo. Galeatio occupatam donavit, quemadmodum Galerus in historia Rhætiæ retulit. (*u*) Vita in robore ætatis, Johanne Maria Ducatum tenente, defunctus esse videtur: namque in transactione quam Philippus Maria ejus successor anno 1413 cum propinquis suis, in Modöetia arce se continentibus, iniit, liberorum tantum Mastini mentio occurrit, illorum nempè, quos tabula indicat.

Ad gnatas Barnabæ legitimas progredimur, dicturi de iis eo ordine, quo à Corio recensentur: Plerisque splendidissima matrimonia parens maxima ambitione quæsivit, & data luculenta dote conciliavit, perque ea cum Regibus summisque Principibus affinitate connexus est. Natu maxima, cui VIRIDÆ nomen, Leopoldo Austriæ Duci cum dote C mille florenorum, mense Februario an. 1364 desponsa fuit, cumque Rudolphus Austriacus, Leopoldi frater, confirmandæ affinitatis ergò Mediolanum profectus esset, in morbũ ibi implicitus naturæ concessit. Illa verò matrimonio consummato *fortunata Inclutissimæ Austriacæ stirpis propagatrix* facta est. THADÆAM sequenti anno Barnabas Stephani Ducis Bavariæ filio homonymo cum dote æquali nuptui locavit; interjecto decennio AGNETEM Francisco Gonzagæ, Ludovici Mantuæ Principis filio uxorem condixit, sed anno demum 1380 in matrimonium ejus ire passus est, nulla instructam dote, & haud auspicatò: anno enim conjugii decimo quinto, jussu mariti, in cubiculo securi percussa est; cui cædi maximè imputat *Corius* causam fuisse, quod Gonzaga, Vicecomitibus infensus, eorundem hostibus, quorum societatem ambiebat, documentum edere gestiret, quanto adversus Vicecomites odio flagraret; *Posevinus* (*w*) econtra impudicitiæ & turpis cum Vincentio de Scandiano consuetudinis convictam, pœnam illam marito dedisse, literis prodidit. De ANGLESIA refert *Corius*, quod an. 1375 d. XXII Augusti Fridericus Rex Cypri facultatem dederit *Burggravio Hurimbergensi, Johanni Viscemberg, Joh. Elerbach & Johanni Diterscim Canonico Emolpacensi* paciscendi nomine filii ejus Friderici Junioris nuptias cum Anglesia, Bernabovis Vicecomitis filia. Peregrina admodum nomina hîc nobis narrat Corius: Cyprus enim Regem nullum habuit, cui Friderico nomen fuit, & mandatariorum illorum appellationes Germanicam magis arguunt originem quam Cypricam. Mire vero vacillat in sequentibus dictus autor, nec sibi constat: namque anno 1377 die XXVI Febr. a Bernabove mandatum fuisse ait Erasmo Spinulæ & Balzarino Pusterulæ, ut Friderico Regi Cypri *Antoniam* gnatam suam cum dote C mille florenorum promitterent; aliquot deinde lineis interjectis refert Petrum Regem Cypri pactas à delegatis suis nuptias cum *Valentina* Bernabovis Vicecomitis filia ratas habuisse, & denique maritum, quem *Anglesia* nacta est, *Fridericum Hurimberg* appellat. Conabimur collatione aliorum scriptorum eruere verum, lucemque ostendere; ac Cypri quidem Regem Bernabovis Vicecomitis generum fuisse, cui verò nec nomen Friderico, nec uxor Anglesia, paulò post dicetur. Istam autem, quæ exteris *Alexia* audit, à Friderico V Burggravio Nurembergensi pro filio cognomine, tunc puello, in matrimonium petitam, missisque Mediolanum legatis de pactis dotalibus conventum, eaque die XXX Augusti anno 1376 ratihabita fuisse, *Rentschius* in commentario Germanico *de familia Brandenburgica* testatur. (*x*) Illorum in legatorum numero Johannem *Vestenbergium*, quo dictus Burggravius plurimum usus est, fuisse, eundemque sub Joh. *Viscemberg* nomine latere, suspicor; circa Jo. *Elerbach* nil dubii occurrit, cum illa tempestate hujus appellationis familia floruerit; Joh. *Dieterscim*, Canonicum *Emolbacensem*, *Dietersheim* dicendum, & *Onolspacensem* Canonicum in æde colle-

Zz

[u] *Lib. X. p. 154.* [w] *p. Histor. Gonzag. Lib. V. pag. 440. & seq.*
[x] Rentsch Brandenburg. Cederhain *pag. 366.*

collegiata S. Gumberti fuisse conjecturam facio; voce denique *Hurimberg* designari *Nurembergam* quis ambigat? Neutiquam igitur legati in loco reputandus est Burggravius Nurembergensis, & quidem, quod absurdum, Cypri Regis, sed potius pro autore legationis; jamq; liquet, quomodo quæ Corius retulit sint emendanda. Id autem notasse adhuc convenit, matrimonium illud inter Fridericum Burggravium & Anglesiam Vicecomitem non fuisse consummatum, causam ejus nemo scriptorum indicavit; mortem Anglesiæ in ipso nuptiarum apparatu intervenisse crediderim: anno enim 1393, quo sponsus jam conjugio maturus erat, integra adhuc fuerunt pacta, eorumque vigore Anglesia jam ad illum deducenda, hæreditati paternæ renunciavit, cui actui Ubertettum Vicecomitem præsentem adfuisse *Gualdus Prioratus* refert. (y) VALENTINA post Anglesiam in serie filiarum Barnabæ Corio recensetur: Ea Petro II sive Petrino Regi Cypri cum dote C mille florenorum in manum convenit an. 1377, atque exeunte anno 1382 vidua facta vitam usque ad an. 1393 prorogavit, cujus anni die XII Septembris nuncium de illius obitu ad Ducem Joh. Galeacium è Cypro allatum esse idem scriptor memorat. Valentinam excipit CATHARINA, à Jo. Galeacio Comite Virtutum, patruele suo, secundis nuptiis cum dote CM flor. domū ducta, & secundo post ejus excessum anno dolore & molestia, quam ex intestinis iisdemq; cruentis tumultibus contraxerat, nec sine suspicione veneni in Modöetiana arce dotalitio suo accepti, exanimata. ANTONIA hanc sequitur, de qua non secus ac de Anglesia asystata *Corius* narrat; nam post illa, quæ jam supra de illa relata sunt, mense Decembri, ait, an. 1380, Barnabas Vicecomes Antoniam gnatam suam in matrimonium collocavit illustrissimo Domino *Procavio, Serenissimi Imperatoris Ladislai filio*: mirificè hîc halucinatus est, aut altum dormitavit bonus Corius, quis enim unquam Imperator Ladislai nomen habuit? atque etiamsi ex antecedentibus facilè colligere liceat Wenceslaum eo sub nomine intelligendum esse, quis Procovium cognoscet, cum improlem Wenceslaum Imp. fuisse una omnium scriptorum sit sententia. Hoc ipsum tamen denique eo loco, quo omnium Barnabæ liberorum catalogum retexit, prætereundo damnavit, Conrado Comiti Wirtenbergico Antoniam cum dote LXXV mille flor. in manum convenisse dicens: quamquam hoc quoque errore non vacat; *Eberhardo* enim nomen, & cognomen *Miti*, Comiti illi Wirtenbergiæ fuit, cui Antonia nupsit, prius desponsa Friderico Aragonio Regi Siciliæ, ante peractas nuptias morte intercepto; quod si ita se habet, sicuti Sicularum rerum scriptores quoque testantur, Antoniam ætate majorem sororibus suis, jam enumeratis, aut saltem tribus quatuorve postremis, fuisse crediderim, eò quod Fridericus Siciliæ Rex jam an. 1368 mortalitatem expleverit. Octavo loco MAGDALENA se offert, Friderico Duci Bavariæ Landshutano à Barnaba post nurus suæ, quæ ejusdem Ducis è priore conjugio gnata erat, obitum, cum dote C mille florenorum nuptui data; quam in familiam nona quoque Barnabæ gnata ELISABETHA *Picinnina*, Latinè *Parvulam* dixeris, ab ætate fortè aut habitu corporis cognominata, quæ adhuc puella an. 1378 Actio Vicecomiti Jo. Galeacio filio desponsa fuerat, deindeque an. 1382 in spem matrimonii cum Principe Regii in Gallia sanguinis venerat, elocata denique fuit Ernesto Bavaro, instructa dote LXXV M aureorum à Duce Joh. Galeatio, ut Stephanum Johannemque Bavariæ Duces, Ernesti patruum & genitorem, à fœdere cum Florentinis & Carrariis ineundo averteret, quemadmodum apud Aventinum legimus. (z) LUCIA inter legitimas Barnabæ filias postremo loco recensetur: eam, Corio referente, Ludovicus Dux Andium, regno Neapolitano inhians, & nervo rerū gerendarum opus habens, dotis amore pro filio suo homonymo, tunc quinquenni, anno 1382 expetiit, cumque à Bernabove condicta fuisset, anno 1384 octo delegavit Oratores, qui illam unà cum dote promissa ad se perducerent, cujus rei documentum in Andegavensi inventario superesse *Pater Anselmus* testatur; verum eodē adhuc anno Luciam à *Comite Consiæ*, qui Ludovico Andino duo millia militum Anglicorum auxilio adduxerat, & Episcopo quodam, nomine *Edmundi Comitis Consiæ, filii Henrici Regis Angliæ*, ductam, eique dotem LXXV M florenorum promissam fuisse, *Corius* nugatur erroribus cumulatis: nam qui tunc in Anglia regnabat, Richardi nomen gerebat, non Henrici, & prole carebat, neque in familia regia illo tempore erat Comitatus Cantii, hunc enim Consiæ nomine indigitari haud est dubiū, sed jam anno 1350 ad Holandicam domum transierat, pronubum denique & sponsum, Regis filium, eodem Comitis Consiæ titulo usos esse mori in Anglia nunquam non recepto adversatur. Exolvemus horum errorum nodum *Wilh. Dugdalio* duce; is in *Baronagio Anglicano* ex domesticis authenticisq; documentis refert *Edmundum Holandum Cantii Comitē, Thomæ,* qui *Regis Richardi*

(y) *In vita Casparini Vicecomitis.* (z) *Annal. Bojor. Lib. VII.*

Richardi frater uterinus erat, filium cum Lucia Vicecomite matrimonio junctum fuisse, quæ equidem illo, quem Corius notavit, anno in Italia stipendia merenti desponderi potuit, sed demum anno 1407 ei nupta est, & cito vidua facta in Anglia permansit, donec an. 1424 naturæ debitum persolveret, condito testamento, quo multa ad pias causas & speciatim ad ædem S. Mariæ Scalensis, à matre sua Mediolani extructæ, legavit, *Galeacium* fratrem verò, tunc quadragenarium, hæredem instituisse Dugdalio dicitur, quod nomen quia nullus è germanis Luciæ fratribus gessit, *Galeottum,* è pellice à Barnaba genitum, innui arbitror.

Inter liberos nothos, quos ex variis concubinis Barnabas sustulit, in tabula una cum matribus eorundem nominatos, de *Ambrosio, Hestore & Sacromoro* narrandi suppetit argumentum. AMBROSIUS bellicis artibus præmunitus, adversa tamen fortuna in plerisque, quibus interfuit, actionibus usus est; an. 1363 à Nicolao Ferrariæ Marchione post improsperam pugnam captus & Anconam in custodiam missus est. Ex ea liberatus atque à genitore Anglicis copiis, quas ille magna argenti vi conduxit, præfectus, cùm anno 1367 in regnum Neapolitanum penetrasset, ibique prædas ageret, ab exercitu, quem Regina Johanna subitò contraxit, oppressus & debellatus iterumque captus in arcem Neapolitanam, quæ ab Ovo nomen habet, conjectus est. Post longam captivitatem in libertatem restitutus, patri in variis expeditionibus strenuam navavit operam, & Ferrariensibus nec non Bononiensibus gravia damna intulit; at denique anno 1373, cum in Bergomatum montibus rebelles, Guelphicis partibus faventes, avidius persequeretur, præceps datus in insidias, à rusticis cum magna nobilium virorum manu trucidatus est, tanto patris dolore, ut montani gravem & cruentam vicissim pœnam illi penderent.

HESTOR, Ripamontio *Hector*, Jovio *Hastor* dictus, Vir fortis & acris animi magniq; genitore, fratibusque imperio exutis, solum vertit, & apud hostes Mediolanensium stipendia fecit. Post excessum Ducis Joh. Galeatii ex ætate filii ejus ac successoris Johannis Mariæ rebus agendis imparis, & turbis sub novo regimine exortis spem animumque resumsit, atque iis, qui urbe pulsi erant, vel præsentis status tædio sponte exulabant, ducem se præbuit, & Modöetiam intercepit, receptaculum omnibus res novas exoptantibus futuram. Interfecto Johanne Maria Duce, cùm urbs sine rectore, & Philippi Mariæ fratris ejus, res in dubio essent, Mediolanum advolavit, Principatum si posset, occupaturus; & juvit audentem fortuna: namque opera gregalium suorum & maximè concionibus Berti Caciæ, Placentinorum Episcopi, mansuetudinem Hestoris, futuramque per eum felicitatem novi imperii multa & gravi loquentia populo persuadere satagentis, effectum est, ut magnis acclamationibus Dux appellaretur, clavesque urbis & vexillum reip. cum sceptro & diademate illi deferrentur. At enimverò documentum fuit, quàm falsa & volucris sit fortuna: mox etenim Philippo Maria Vicecomite, ultore fraternæ cædis & paterni imperii vindice, cum exercitu apparente, urbemque foris oppugnante, quam intra muros quoque suæ factionis cives & arcis præsidiarii, qui in ejus fide permanserant, vexabant, à duplici hoste externo pariter & interno, prætereaque ab ipso Hestore immodicis & quotidie cum sævitia iteratis exactionibus afflicta civitas, hujus fastidio & legitimi Principis desiderio tangi cæpit, ita ut res Hestoris post irritos aliquot in ultima desperatione conatus eò brevi redierint, ut fuga salutem quæreret, à viris fœminisque telis & saxis è fenestris impetitus quibus Joh. Carolus Vicecomes, illius Achates, pænè oppressus est. Postquam Modöetiam evasisset, intra arcem inclusus in tuto fuit, usque dum Principi, rerum urbanarum statu composito & imperio firmato, vacavit eò curas vertere. Tunc obsessa à ducibus Philippi Modöetia, oppidumque expugnatum fuit; arx verò dum oppugnabatur, Hestor ad puteum sedens tormenti in incertum emissi lapide coxam ictus interiit. Filium reliquit *Franciscum,* uxoremque incomperti nominis & generis uterum ferentem, quibus *Valentina Vicecomes,* Hestoris soror, cùm arcem Philippo dederet, incolumitatem & alimenta ipsis digna pacta est. Uxor deinde Hestoris posthumo partu *Hestorem* II edidit, quem nec non *Franciscum,* ejus fratrem natu majorem, à Duce Philippo Maria benignè habitum, & *Melenianensi* prædio investitum fuisse *Crescentius* retulit; Sed de Francisco quid porrò factum sit ignoratur; ab Hestore II autem illa, quæ in Tabula exhibita est, posteritas descendit.

SAGROMURUM Vicecomitem quem Barnabas ex *Montanaria de Lazariis* sustulit, *strenui bellatoris* encomio Crescentius ornat, patremque fuisse ait LEONARDI, qui exercitũ Ducis Philippi Mariæ ductavit, & Modöetiam in deditionem accepit, cum Valentina ejus amita, se propinquosque omnes in fidem & potestatem dicti Ducis an. MCDXIII committerent. A duobus illius gnatis, *Sagromoro II & Petro Francisco,* stirpes Comitum *Sezæi & Saliceti* defluxerunt.

AD TAB. XXXIII.

SAGROMORUS Vicecomes secundus illius nominis, *viri nobilis & magni ingenii* encomio à Corio celebratus, Francisco Sfortiæ novo Mediolanensium Duci fidus atque utilis & gratus fuit, eamque virtutis suæ opinionem Blancæ Mariæ, quæ Francisci uxor fuit, ejusque Filii Galeacii Mariæ animo impressit, ut non dubitarent Genuæ regimen ei demandare, appellantes eum in diplomate, quod die 22 Jul. 1466 datum fuit, *Magnificum ac strenuum armorum ductorem militem & affinem dilectissimum, virum sanè gravitate consilii, rerum experientia, magnanimitate, integritate, fide ac rectitudine nemini secundum.* Ampliore deinde elogio à Duce Galeacio Maria ornatus fuit, cum is an. 1468 in secretiore consilio locum ei daret, his quippe verbis in literis d. 13. Apr. scriptis usus est: " crebra nobiscum cogitatione revolventes, ac justo ex animo pensantes fidem & devotionem inconcussam, reverentiam & observantiam insuperabilem, mentem & animum flagrantissimum erga nos, & statum nostrum, cum reliquis animi & corporis dotibus Magnifici & Præstantis militis D. Sagromori Vicecomitis, Affinis nostri dilectissimi, & potissimùm quantum ingenii acumine, consilii gravitate, maximarum rerum experientia, militaris disciplinæ peritia, nec minus pacis artibus excellat; quibus in omnibus præclara de se præbuit documenta, & nos ipsi locupletissimi testes sumus: merito talem virum è medio reliquorum deligendum, dignissimum judicavimus, cujus opera & auctoritate in rebus Status nostri gravissimis utamur, quique præsentia & virtutibus suis Consilium nostrum Secretum illustrare possit. „ Idem aliis posteà tabulis Kal. Martii an. 1471 datis pensionem annuam centum scutatorum, quam patri ipsius Francisco Duci, in acceptis ferebat, illi confirmavit, & ad filios ejus hæredesque extendit, ita fatus, *Spectabili & Generoso Equiti aurato D. Sagromoro Vicecomiti Armorum Ductori, Consiliario & affini nostro dilectissimo; sicuti erga nos & statum nostrum in omni officii, obsequiorumque genere præclara merita deposcunt,* &c.

FRANCISCI BERNARDINI Vicecomitis non minor dignatio fuit, ac Sagromori patris; itaque anno MCDXXCIV. inter Consiliarios intimioris admissionis, & indefuncti patrui Petri Francisci locum cooptatus fuit; ex literis quibus à Duce ista ei dignitas collata est, sequentia Crescentius recensuit. " Cogitantes laudis & gloriæ dignitatem, qua Franciscus Bernardinus Vicecomes Vir Spectabilis, vel ob maxima gentis majorumque suorum decora vel ob proprias virtutes excellit, jure invitamur, ut ipsum in amplissimo Senatorii Ordinis gradu cooptemus. Nam cùm ex eadem familia, qua & Nos, natus sit, ejusque Pater Avi & Proavi domi militiæque floruerint, atque rerum gestarum laudem in gentem consecuti sint; tum ipse Majorum probitatis atque virtutis æmulus magis quàm eorum gloria contentus ab ineunte adolescentia militiæ se dicavit: ex qua præter alia virtutis documenta in eo bello, quo proximis annis tota exarsit Italia, cum Ordinem duceret, sive consilio sive manu res gereretur, in eo ingenii probitatis atque animi decus admirabile visum est. Itaque cum nuper mortem obierit Spectabilis & Strenuus Petrus Franciscus Vicecomes Senatorii Ordinis, Francisci Bernardini patruus, dignus is visus est; qui cum ob familiæ majorumque suorum dignitatem atque proprias animi & corporis dotes, tum ob necessitudinem, qua Petro Francisco strictissimè jungebatur, ei surrogaretur, &c. „ Papiæ deinde vicaria potestate impositus Franciscus Bernardinus MCDXXCVI. Ita hanc quoque spartam ornavit, ut à Ludovico Moro, cum is Gallorum armis in desperationem conjectus fugam in Germaniam an. MCDXCIX. adornaret, inter Quatuor viros deligeretur, qui urbis & imperii Mediolanensis statum in media illa desperatione regerent ac tuerentur, & quo magis veteris domini memor atque amans esset *Vgevano* prædio, cujus uberrimi erant reditus, sera licet liberalitate donaretur. Trivultius quoque, quem Rex Galliæ Producem Mediolani constituerat, hominem perspectæ virtutis demeriturus, *Bosco* cum libera jurisdictione nec non *Castelluccio* Alexandriæ eundem investivit. Testamento, quod anno MDIV condidit, bene multa ad pias causas legavit, fideique commissum inter quinque filios suos instituit.

SAGROMORUS III & BARNABAS Vicecomites, qui inter Francisci Bernardini filios primo loco recensentur, militari opera, quam strenuam Regibus Galliæ Ludovico XII & Francisco I commodarunt, benevolentiam eorum, honoresque & opes sibi pararunt, titulo *benè dilectorum & fidelium consanguineorum* ab illis honestati. Non pigrabor recensere, quæ apud Crescentium ex literis tabulisque Regiis excerpta leguntur: Ludovicus Rex

Rex in diplomate, apud nemus Vicennarum die VIII Jun. an. MDXIV scripto, quo illis donationem feudorum quorundam confirmavit, hisce usus est verbis: " Memores donationem fecisse quondam bene dilecto & fideli consanguineo nostro Francisco Bernardino Vicecomiti ab ejus ergo nos statumque nostrum benè merita de locis Castellatii, Boschi & Gallaratæ cum suis pertinentiis ac fructibus, redditibus & emolumentis eorum; considerantesque maxima & ingentia servitia, quæ benè dilectus & fidelis consanguineus ac Capitaneus noster Sacrique Ordinis Eques Sacromorus ejus filios in nos Statumque nostrum contulit, ita ut nec mortem evitaverit. Atque non minus animo revolventes, quos labores sustinuerit, & quæ detrimenta passus fuerit, & patiatur benè dilectus noster Barnabas ejusd. Francisci Bernardini filius &c. „ Franciscus Rex cum Barnabovi & Othoni fratribus facultatem daret quatuor eligendi Canonicos, factum id à se esse ait in literis Blesis d. 30 Dec. an. MDXIX desuper datis, *in virtute & probitate dilectorum consanguineorum suorum Capitanei Barnabovis & Othonis Vicecomitum fratrum & filiorum q. bene dilecti Consanguinei sui Francisci Bernardini* &c. Anno ab illo proximo MDXX cùm idem Rex per literas in castro S. Germani in Laya mense Augusto datas Barnabovi Vicecomiti *Varesium Burgum* in Mediolanensi Ducatu nobilissimũ cum mero & mixto imperio lege beneficiaria conferret, hisce exorsus est verbis: " cum nihil tam Regum ac Principum peculiare fore constet, quàm liberalitate ac munificentia in omnes uti: præsertim in eos, quorum fides singularis & vera integritas & re ipsa & periculis, pace & bello in utraque sæpius fortuna comprobata est; numero quorum summè excellit benè dilectus & fidelis consanquineus ac Capitaneus noster, Sacrique Ordinis nostri Eques Barnabos Vicecomes, qui tam antè occupationem factam per Maximilianum Sfortiam de dominio & statu nostro Mediolani, quàm post & ea occupatione durante, ac recuperatione hujus nostri dominii, consilio, re, armis ac ejus & amicorum personis non parùm nobis profuit: non expensis, non damnis, non patrimonio, non ejus propriæ vitæ parcens, nihil omninò prætermittens, quod à fidelissimis vasallis possit optari &c. „ Franciscus II Dux Mediolani cùm Barnabam in feuda ei, quod Gallicam factionem secutus esset, ablata & in fiscum redacta, restitueret, hunc in literis Cremonæ d. XIII Octob. an. 1516 scriptis eorum catalogum dedit; " Bregnanum, Pegazanum, castrum Rozonum in glarea „ Abducnsi, S. Georgii in Lomellina, Castenum, Cajellum & Premezum, Sezæum & Ga- „ malerium in Alexandrina dioecesi. „ Atque hæc de filiis Francisci Bernardini Vicecomitis *Crescentius* retulit, haud verò supervacuo subtexturi videmur quæ alii scriptores de uno alteroque ex illis memoriæ prodiderunt.

De SACROMORO III Jovius (*a*) " Sacromorus circumvallandæ arci Novariensi à Duce Maximiliano Sfortia præfectus, vir principe ortus familia, sed majorum suorum virtutis & gloriæ penitus oblitus, utpote qui fortuna sua minimè contentus, ad antiquum inclytæ domus decus nequaquam bonis artibus aspiraret. Alebat enim circa se audaces veteranos, ab egestate atque superbia cædibus assuetos & maleficiis infames; & in his aliquot primæ nobilitatis adolescentes dissoluta vita perditos & effrænes, qui à parentum imperio gratiaque dilapsi, licentiæ militaris libertatem quærebant. His omnibus in turmas cohortesque descriptis Sacromori fratrumque domus ita patebat, ut quum extra modum prodigo neque patrimonii proventus, neque stipendia sufficerent, vecordia preceps ad retinendum instituti luxus nomen, nonnunquam in pecuniosos fœneratores & opifices noctu grassaretur; atque inde infame novi Catilinæ nomen apud Insubres referret; nec insulsè quidem, quum multo ære alieno oppressus, ne decoqueret, sibi omninò conjurandum arbitraretur. Quibus de causis, quod se multis invisum & principi suspectũ nosset, cum Trivultio transegit, ut alæ equitum præfectus regia stipendia mereret, quæ erant maximè opulenta, atque perpetua. Interim daret sedulò operam, ut obsessorum in arce Novariensi inediæ occurreret, & si fieri posset, Sfortia per insidias interficeretur, ut eo insigni munere, quo tota belli controversia finiretur, ad Regem transiret. Ab hac pactione nocturnæ stationes ad valli munitionem ita sensim laxatæ sunt, ut Galli ex composito exuentes, singulis noctibus paratum & gratuitò traditum omnis generis commeatum in arcem referrent. Sed ea dissimulatio non occultæ plena perfidiæ diu tegi non potuit, quin emanaret, prodentibus forte bajulis, qui quaterni multo labore succollantes integram vini vegetem ad vallum obsessæ arcis intempesta nocte comportassent. Hac re deprehensa, Sacromoroque detecto, atque eo vim parante Maximilianus per se pavidus, monentibus amicis ut sibi caveret, Mediolano excessit. Meminerat enim se non multùm antea, quum è festo matronarum convivio noctu sine funalibus in Curiam rediret, occursu incognitæ armatorum catervæ insolenter atque acriter omnibus telis petitum fuisse; quo tumultu Galeacius

(*a*) *Hist. Lib. XI.*

leacius Sfortia, Pisaurensis Principis frater, ipsius lateri comes hærens, glande trajectus interiisset; nonnullis procul dubio eam vim, atrocis facti nequaquàm fortuitò, sed parato dolo illatam, ad Sacromori satellites referentibus. Constabat enim Sacromori domum, quæ una ex Vicecomitibus Magni Matthæi, posterorumque ejus Mediolani Principum, quamquam ex notho proavo veram stirpem respiceret, Sfortianis tanquam insititiis novisque principibus imperium semper invidisse. Tum verò Sacromorus quod nullus jam locus, Sfortia profecto, tendendis insidiis relinqueretur, nihil sibi moræ attulit, quin impotentis animi perfidiam nudaret. Jam enim Galli duces è Taurino ad oppugnandam Novariam convolabant, & Livianus, Venetorum ductor, ad occupandam Cremonam iter intenderat. Primum omnium advocata concione commutatæ voluntatis causas exponit, novi consilii necessitatem demonstrat, opimiora stipendia & præmia ex liberalitate opulentissimi Regis singulis pollicetur, patefactaque munitione aliquot evocat Gallos, explicatisque regiis vexillis, ingenti armatorum stipatus agmine, per mediam urbem in forum percurrit, occupat ex templo curiam, plebique diripiendam præbet; exinde populum tantæ rei novitate & certo metu à Gallis & Venetis imminente perterritum, patriciis improviso timore præpeditis, hortatur, ut ad veterem Galliæ Regis fidem redeat, Sfortiani dominatus oblivisci velit: qui multis ab iniqua proscriptione exilium, fugam egestatem compedes & fœdæ necis laqueos attulerit, quando Ludovicus Rex ad non dubiam clementiam semper victor, ab immensisque opibus regum maximus, rapaci sævoque tyranno semper egenti, & jam plane ab omnibus deserto præferendus videatur. Per hunc modum Mediolanenses, ex timore in novam spem proclinati, arma tenenti facilè parent: novum Ludovico Regi sacramentum dicunt, restitutoque Senatu Sfortiana insignia publicis locis deradunt. Nec multò post Sacromorus pacata urbe accitus in castra, quod Helvetii numero aucti præter opinionem feroces animos præferrent, & prælio certaturi viderentur, supra DCCC equites galeatos educens, ad Ticinum amnem contendit, at ubi primum ex multo reboatu & continenti fragore tormentorum procul dubia accensa pugna rem geri præsensit, coacto suorum agmine paululùm substitit, ut ex eventu pugnæ consilium caperet. Sed quum ex multorum fuga Helvetios profligatis Gallis campo victoriaque potiri didicisset, ne interclusus fluminibus, cùm ab hoste tum ab infestis sibi undique incolis deleretur, retrò ad Abduam est profectus, superatoque amne ad Cremonensium fines Venetis copiis se conjunxit; „ neque ita multò post cladi, quam Veneti prope Vicentiam à Cæsareanis & Hispanis passi sunt immixtus, cecidit. OTHONEM ejus fratrem, qui eidem prælio pro Venetis pugnans interfuit, Piscarius licet privatè sibi inimicum generosè conservavit.

DE HESTORE sive Hectore, vel Astore Vicecomite Ripamontius: (b) *Hector Vicecomes*, cui Monsignorini " cognomentum, sumta fortasse prius, dein omissa, toga, & Ecclesiæ honorum rudimenta, tentata primis annis, indiderunt, fuit ex Ducis Bernabovis sanguine, sumpseratque inde ultro spiritus nimias ac feroces. Aderant divitiæ & magnæ propinquitates & catervæ asseclarum: hominesque assueti cædibus ipsius sumptu, multi palàm, alii occultè in urbe, in domo, foris etiam apud amicos ad nutum intenti herilem alebantur. Vastus animus, promptum ingenium & capiendo consilio matura celeritas, sermo blandus, obvia munificentia in omnes, miraque mistura, varius, iracundus, injustus, inconstans, idem exorabilis, clemens, misericors, excelsus, gloriosus, humilis, ferox, cautus, & omnia pariter ubi res, ubi tempus postularet. Inde principium etiam externorum amicitia, veneratio populi in eum, & publicus favor, neque abnueret ei quisquam justa sive injusta ingrederetur. Magna ejus merita fuerant in Sfortiam (*Franciscum Ducem hujus nominis secundùm*) domo principatuque extorrem, ac toto ejus exilii tempore, tum apud exules alios autoritate, tum apud principem ipsum consilio, ad eos, qui domi remanserant, literis & nutu, cum principibus Italis gratia & familiaritate Gallorum quoque nulli contemptus aut rejectus, variè sic adjuverat rem, quò maturius exul in urbem principatumque restitueretur. Ut cessére Galli, pristinaque cum principe suo rediit aula, tunc Monsignorinus iste enim verò apud reducem velut suo beneficio Sfortiam, stare ante omnes, regnare sese gratia & authoritate æquum censebat. Volebat inprimis regere judicia & magistratus arbitratu suo, facinorosi semper alicujus fautor, semperque aliquem eripiens capitali supplicio, petens etiam præmia sibi & honores, ac volens utique anteire Hieron. Moronum, à quo anteiri sese turpè arbitrabatur. Potiebatur enim aula Moronus, & in novo principatu cuncta nutu illius fiebant. Cùm nescio quid absurdi ac violenti die quodam apud eum tentaret, abnuensque Moronus, subnecteret etiam causas, quamobrem id fieri non posset, excidit hoc Monsignorino

[b] *Hist. Mediol. Dec. III. Lib. VIII.*

rino verbum: „ fore se aliquando apud ejusmodi herum, cui non semper Magister ab tergo iret, *addiditque,* telam, quam ipse tenuisset, esse retexturam eadem manu. *Quid posteà sermonis, quidve consiliorum super ea re fuerit Sfortiam inter & Moronum, nescitur. Monsignorinus certè paulò post mandato Moroni occiditur ab Jacobo Medicæo, qui digredientem cum arcto comitatu alicunde eum speculatus, direxit vulnera, & patrata cæde evasit.*

PALAVICINUS Vicecomes postquam Gallis aliquandiu militasset, mutato vitæ genere, *Episcopatum Alexandrinum* anno MDXVIII die XXIII mensis Julii adeptus est; contrà Gallos deinde aliquid molitus, cum id in lucem venisset, Mediolano aufugit an. 1521; at Hestore, ejus fratre, occiso, cùm Bonifacius Vicecomes propinqui cædem privatamque offensam ulturus Francisci Sfortiæ Ducis Mediol. vitæ insidias parasset, & quæstionibus omnia perstreperent, Episcopus Alexandriæ sentiens in se quoque ire diligentiam & destinata judicum, antevertit ultro seque in quæstionem obtulit, ne violentius duceretur. Nec ideò effugit injurias ac ludibria fori, & postquam profani magistratus Episcopum ritè interrogavere, lictor etiam injecit manum atque in Cremonsi deinceps arce captivus ille erat; tandem ad amicorum preces vinculis exsolutus, libens volensque Episcopatus munere an. 1533 se abdicavit. Hæc *Ripamontius* (c) partim, partim *Ughellus* (d) literis prodiderunt. *Capella* (e) Palavicinum Episcopum non sponte inquisitoribus se stitisse, sed à Prospero Columna evocatum ac detentum, multos quoque ejus affines & amicos in carcerē conjectos, adhibitaque per tormenta quæstione nonnullos falsos esse refert, factam fuisse in domo ipsius Episcopi conjurationem, neminemque ad perpetrandum tantum facinus Bonifacio magis idoneum visum. Quo iste patre natus, quoque consanguinitatis gradu cum Hestore & Palavicino conjunctus fuerit, exploratum mihi non est; *Thomas Porcaccus*, qui Guicciardinum notis marginalibus auxit, Hestorem fratrem dixit Francisci Bernardini, qui Bonifacii pater fuerit; quoniam verò falsum est prius, posterioris quoque in dubio est veritas. Duo Palavicino tribuuntur filii HESTOR & FRANCISCUS, quorum priorem in numerum insignium bellatorum *Paulus Morigius* (f) refert, quippe qui jam anno ætatis vigesimo & tertio apud Mirandulam Tribuni gradum adeptus sit, deinde Carolo V Imperatori in Germania adversus Electorem Saxoniæ magna fama militaverit, & deniq; Venetis in Dalmatico contra Turcas bello egregiam operam navaverit, & Sebenici à Scardonensi vicino molestoque castro liberati decus retulerit. Franciscus prole mascula destitutus Claudiam filiam natu majorem habuit hæredem in *Marazzanam*, nobilissimam Placentiæ familiam, elocatam, cujus posteri Vicecomitis cognomen cum Marazzaniano conjunxerunt.

AD TAB. XXXIV.

PETRUS FRANCISCUS Vicecomes, *Leonhardi* F. in numero Quatuor virorum, togæ ac sagi artibus præstantium, fuisse memoratur, quos Franciscus Sfortia, Dux Mediolani, Galeacio Mariæ filio, cùm eum anno MCDLXV cum egregia militum manu Regi Galliæ Ludovico XI adversus factiosos proceres regni auxilio mitteret, tanquam juventæ ejus moderatores adjunxit. Idem ob perspectam virtutem & prudentiam dignus habitus est, qui post Galeacii Mariæ Ducis cædem inter præcipuos Senatores reip. Administros deligeretur, quam spartam tenuit atque ornavit, quoad in vivis fuit. Filium post se reliquit, cui ALPHONSO nomen erat strenuum equitum cataphractorum Ducem; eo natus HANNIBAL Comes & Toparcha Saliceti, *vir religionis observantissimus* Ciacconio dictus, è *Lucia Saulia,* patricia Genuensi, pater factus est HERCULIS, ALPHONSI & OCTAVII; hunc legatione nomine civitatis Mediolanensis apud Imp. Carolū V functū esse *Crescentius* tradit; *Alphonsus* à prima juventa juris utriusque studiis innutritus, & Papiæ laurea donatus, in celebre Jurisconsultorum Mediolanensium collegium cooptatus est. Sed cùm forensia patriæ negotia magnitudini ejus animi minimè responderent, Romam virtutum suarum theatrum elegit, & *utriusque Signaturæ Referendarius* à Gregorio XIII Papa renunciatus, statim Collector in Lusitaniam, insolita quidem prærogativa, missus & *Vicelegati* honore decoratus est. Sub Sixto V *Auditoris Cameræ* vices tanta cum solertia gessit, und inde *Nuncius* ad Rudolphum Imp. mitti meruerit à Gregorio XIV, & *Episcopus Cerviæ* die VIII Februar. anno MDXCI nominatus, paulò post Nuncius in Hispaniam ordinarius destinatur. Illo defuncto à sacro Cardinalium Collegio Leoninæ civitatis & Conclavis cura ei demandata, posteaque à novo Papa Innocentio IX Romandiolæ provinciæ præsidere jussus est. Sub Clemente

Aaa 2 VIII

(c) *Loco cit.* (d) *Ital. Sacræ Tomo IV. p. 459. & 460.* (e) *Commentar. de reb. gest. pro restit. Fr. Sfort. Lib. III.* [f] *Della Nobiltà di Milano Lib. IV. Cap. 6.*

VIII in purganda ditione Ecclesiastica à perduellium latrociniis opera ejus enituit, magnaque fama legationem in Transylvania Poloniaque obiit. Recuperata per eundem Pontificem Ferraria, cum in ea matrimonii inter Margaritam Austriacam & Philippum III Hispaniæ Regem sacra celebraturus esset, munus ad Ecclesiasticos fines illi occurrendi, eandemque splendido apparatu excipiendi, ipsi Alphonso, Nuncii titulo decorato, demandatum est, quam etiam Genuam usque deduxit. In urbem reversus *Cardinalium* numero adscriptus, ac titulo S. *Johannis ante Portam Latinam* XVII Martii anno MDXCIX, pauloque post eo relicto, titulo *S. Sixti* ornatus est. Cerviæ Episcopatum anno 1601 die XX Sept. cum Spoletano commutavit, & Paulo V ad supremum Ecclesiæ apicē provecto Marchiam Anconitanam regendam accepit; quo munere dum summa prudentiæ justitiæq; laude fungitur, prædonibusque extirpandis plurimum operæ impendit, Maceratæ morbo fatali oppressus atque è vita sublatus est, sexagenario proximus. Funus opera Comitis *Honorati*, ex fratre nepotis, Lauretum ductum, ubi decentissimo sepulchro cum sequenti epitaphio tumulatus est; D.O.M. " Alphonso Vicecomiti, Tit. S. Sixti S.R.E. Card. Episcopo Spo-
„ letano : qui post obita summa cum laude prudentiæ ad Imp. Reges, aliosque Christianos
„ Principes nuncii Apostolici munera, & ob insignem prudentiam ac pietatem ad summa
„ quæque feliciter adhibitus, Piceni Legatus, Maceratæ moritur XIII Kal. Octobr. Anno
„ MDCVIII. Comes Honoratus Vicecomes V.S.R. Patruo suo. (g)

HERCULES Vicecomes Petri Francisci F. Honorati modò dicti nepos è fratre ac hæres, prima pubertate militiam auspicatus, urbanæ cohorti initio præfuit, cumque ea Cardinalem Trivultium ad primam Vercellarum obsidionem secutus est. Vicarius deinde an. MDCXLII Commissarii generalis Valeriani Sfondrati constitutus, eoque munere egregia fama defunctus, an. 1646 in Germaniam Poloniamque profectus est ubi vigebat memoria patrui ejus Honorati, non ita multò ante rebus mortalibus exempti; Viennam in reditu delatus, cohortem, quam *Regimentum* vocant MCCC peditum Germanicorum pro Rege Hispan. conscripsit, Neapolimque deduxit, ubi cuncta Masanelli seditione turbata, resque regiæ in arcto erant; campum itaque fidei virtutique suæ exoptatum nactus, demandata sibi cuncta impigrè & strenuè facit, nec simplici vice capitis periculum adiit. Sedatis turbis Neapolitanis ad obsidionem Portus Longi an. 1650 se conferre jussus, præcipuum ad expugnationem loci momentum attulit. Inde in Cataloniam cùm trajecisset, enituit ejus opera in acri & diuturna Barcinonis oppugnatione, annoque sequenti, qui quinquagesimus & tertius seculi fuit, liberatæ Gironæ decus, atq; à Rege laborū præmiū Comensis Urbis, & in regno Sardiniæ machinarum bellicarum præfecturam retulit. In Italiam reversus Comiti Caracenæ voluntarius anno 1655 apud Insubres militavit, mox verò in Flandriam ire jussus memorabilis pugnæ, qua Galli ab obsidione Valenciarum depulsi sunt, pars fuit, hujusque victoriæ lætum nuncium ipsemet in Hispaniam ad R. Philippum pertulit, à quo mercedis loco Lobonensi Commenda Ordinis S. Jacobi, cui à pueritia adscriptus fuerat, donatus est. Ejusdem posteà jussu Comitem Pignorandæ, Legatum ad Francofurtensia comitia, eligendo Imperatori indicta, comitatus, dumque ibi subsistit munere *Commissarii Generalis Exercitus & Status Mediolenensis*, quod Joh. Borromeus abdicaverat, decoratus est. Cui suscipiendo Mediolanum an. 1658 rediit, eique senecta ætate immortuus est.

[g] *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo IV. pag. 318. & 319.*

STIR-

STIRPIS VICECOMITUM MEDIOLANENSIUM IN *STEMMATE DESIDERIANO*

Ramus

VICECOMITUM DE SOMA, ROZANO ET MASSINO MARCHIONUM SANCTI VITI CISLAGI ET S. ALEXANDRI, COMITUM MOTTÆ, LONATI POZZOLDI ET GALERATI.





Vicecomites de Soma uti consueverunt scuto quadripartito, cujus areola prima & quarta rubeæ leonem argenteum coronatum cauda bifida exhibent, quem ab illis ex æmulatione Vicecomitum Mediolani Principum, ascitum fuisse, & sicut isti, tanquam Vicarii S. Rom. Imperii aquila, avium Rege, avita insignia auxerint, ita illos quadrupedum rege sua scuta ornare voluisse quidem suspicantur; alii antiquum Angleriæ Comitum digma interpretantur; secunda & tertia quadra gentilitium serpentem puellum deglutientem refert. Qui posteà ex ea familia Marchionum S.R.Im. titulo aucti fuere, mediam scuti regionem parmula exornarunt, quæ bicipitem aquilam imperialem corona, cui literæ F. III, Ferdinandum III Imperatorem, honoris illius largitorem, indicantes, subjectæ sunt, redimitam, continet.

VICECOMITES
& ex eis Marchionis SANCTI VITI

XVII. UBERTUS VICECOMES, Theobaldi Vicecomitis & Anastasiæ Pirovanæ filius, Matthæi Magni frater, Dn. Somæ Gulæficce, Lonati Pozoldi & Cislagi, Prætor Vercellarum & Novi Comi, obiit an. 1315.

XVIII.
Vercellinus Vicecomes Dn. Somæ, Gulæficcæ &c. Prætor Novarienfis, an. 1320.
Margarita Pufterla, Guilielmi fil.

JOHANNOLUS Vicecomes, à quo linea Vicecomitum de Rozano, nunc de Vajano & S. Alexandro.
Vid. Tab. XXXVII.

XIX.
Antonius Vicecomes Dn. Somæ, Ciftelagi, Pozzoli, Agnadelli, Mottæ, Ducis Johannis Mariæ Ephorus & Confiliarius, Poteftas Cræmonæ 1398.
Deianira ex Comitibus de Valperga.

XX.
Galeacius Vicecomes, miles auratus, Ducalis Camerarius.

Otho Vicecomes, Ducalis Camerarius.

Johannes Baptifta Vicecomes, Dn. Somæ, Ciftelagi, Gulæficcæ &c. *Regula de Galeatiis de Senis, Guidi fil.*

Jacobus Vicecomes, Eq. S. Joan. Hierofol.

Azzo Vicecomes Ducalis Squadrerius

XXI.
Francifcus Vicecomes, Condominus Somæ, Cislagi, &c. Senator Ducalis.
Elifabetha Francifci Carmagnolæ Vicecomitis fil.
al. *Elifabetha Scaligera ex Principibus Veronæ.*

GUIDO Vicecomes Condominus Somæ.
Vid. Tab. feq.

Antonius Vicecomes, Confiliarius & Senefcallus Regis Neapol.

XXII.
Baptifta Vicecomes, Condom. Somæ, Eques, Senator Ducalis, Præfectus Papiæ 1490, Cremonæ 1494.
Johanna Pufterla, Petri fil.

Cypriana nup. *Joh. Andreæ Vicecomiti Dom. Cilavegnæ ex lin. Rozanenfi.*

XXIII.
Francifcus Vicecomes, Condom. Somæ.

Hermes Vicecomes, Condom. Somæ.
Blanca Maria Scapardona, Jacobi Senatoris Cafalenfis fil.

XXIV.
Baptifta Vicomes, cogn. *Hæres*, Condom. Somæ, Senator Mediol.
Ux. *1. Magdalena de Vicecomitibus, Barnabæ M. Bregnani f.*
2. Hippolita Barbina, Petri Francifci C. de Belgiojofo f.

Paula Francifca, *monialis.*

XXV.
1. Hermes Vicecomes Condom. Somæ, Decurio Mediol.
Margarita, Cæfaris Com. Tavernæ f.

1. Margarita, ux. *Alexandri C. Anguiffolæ, M. Grazzani.*

1. Barbara, *monialis.*

2. Julia nup. *Ludovico C. Affaitato.*

2. Victoria ux. *Julii Anguiffolæ. C. de Corano & Vairafco.*

Hortenfia, *monialis.*

XXVI.
Francifcus Maria Vicecomes, Condom. Somæ. *March. S. Viti.*
Maria Ifabella Beccaria, Caroli f.

Johanna nup. *Auguftino Cufano M. de Chignolo.*

XXVII.
Hermes Vicecomes M. S. Viti.
Margarita Archinta, Comitis Caroli f.

Domenicus Vicecomes, Doctor Collegiatus, *Abbas* ad S. Marc.

Jo. Galeacius Vicecomes, Doctor Collegiatus.

Jofephus Vicecomes, *Jefuita.*

Francifcus Maria Vicecom. *Jefuita.*

LA XXXV.

DE SOMA.
& Marchiones MOTTÆ.

Uxor, Aldusia Vicecomes, ejus consobrina. XVII.

XVIII.

OTTORINUS Vicecomes, à quo linea Vicecomitum de Masino. *Vid. Tab. XXXVIII.*

Margarita uxor *Francisci Pusterlæ.*

XIX.

Franciscus Vicecomes, Eques auratus.

Johannes Vicecomes, Consiliarius & armorum ductor sub Luchino Principe.

XX.

Vercellinus Vicecomes, Eques & Consiliar Ducis Jo. Galeacii. *Johannina, Casparis Vicecomitis fil.*

Bartholomæus Vicecomes, miles, vixit adhuc an. 1440.

Franciscus Vicecomes.

Antonius Vicecomes, strangulatus 4 Aug. 1408.

Guidus Vicecomes.

XXI.

Johannes Vicecomes, *Archiepisc. Mediolan.* creat. 1409, ✠ 30 Sept. 1453.

Jo. Antonius Vicecomes, *legitimatus* unà cum fratribus suis an. 1461.

Azzo Vicecomes.

Christophorus Vicecomes.

Otho Vicecomes, ille fuisse videtur, qui inter parricidias Ducis Jo. Mariæ enumeratur.

XXII.

Margarita, nupta *Ambrosio Vicecomiti de Rozano.*

XXIII.

Ambrosius Vicecomes, Condom. Somæ. *Catharina de Vimercatis.*

XXIV.

Vitruvia nupta *Jo. Baptistæ Vicecomiti,* *Condom. Somæ, Comiti Lonati.*

XXV.

2. Franciscus Vicecomes Condom. Somæ, Comes Mottæ Cdella. Hieronyma Spinula.

Johannes Vicecomes, Doctor Legum, Prot. Apost.

Petrus Franciscus Vicecomes, tribunus milit.

Ludovicus Vicecomes, miles, ✠ circa an. 1579.

Ubertus Vicecom. Decurio Mediol.

Livia ux. Scaramucciæ Vicecomitis.

Paula, ux. Pomponii Cusani dein monialis.

Clara, monialis.

XXVI.

Johannes Maria Vicecomes, *March. de Motta Visconte,* Decurio Mediol. ✠ 1638. *Placidia Grimalda, Lucæ Ducis Genuens.*

Baptista Vicecomes.

XXVII.

Franciscus Vicecomes, M. de Motta Visconte, Decurio. *Camilla Ghilina, Emilii f.*

Ludovicus Vicecom.

Lucas Vicecom.

Jo. Maria. Mauritius. Obiere inter *monachos Theatinos.*

Placidus Vicecom. *Præpositus* inter Theatinos.

Johannes Vicecomes.

Emilius Ludovicus Vicecomes.

VICECOMITES
COMITES LUNATI, PUTEOLI ET

XXI. GUIDO VICECOMES, Jo. Baptistæ F. Condominus Somæ, Cistelagi, Gulæsiccæ &c. Eques Auratus, Senator Ducalis, Gubernator Cremonæ & Genuæ, ubi obiit an. 1474.

XXII.

1. Antonius Vicecomes, Condom. Somæ, Comes Lonati, Senat. Mediol. *Magdalena Trivulzia, Joh. Fermi Magni fil.*

1. Leonora nup. *Francisco Petræ Sanctæ Dom. de Cantù & Com. de Sezè.*

1. Galeacius Vicecomes, J. U. Doctor, Senator Ducalis, Ductor armorum Regis Gall. Consil. & Cambell. Eques Ord. S. Michaëlis, Comes Busti & Piolæ. Ux. 1. *Incomperta.* 2. *Catharina Masia.*

XXIII.

Hieronymus Vicecomes, Com. Lonati, Pozzoli.

Paula ux. Pauli Fregosi.

Anna ux. Francisci Sfondrati, Senat. Mediol. dein Cardinalis.

Jo. Baptista Vicecom. Condom. Somæ, C. Lonati. Vitruvia, Ambrosii Vicecomitis f.

Margarita, ux. Cæsaris Piolæ.

Lavinia, nup. Joh. Bapt. Tolentino.

Camilla, ux. Herculis Piolæ.

Hippolyta, nup. Herculi de Mozzanica.

1. Veronica, ux. Friderici Borromei C. Aronæ.

1. . . . ux. Petri Pusterlæ.

2. Ludovicus Vicecomes, Comes Piolæ. Lucia Trivulzia, Renati Dn. Formigariæ f.

XXIV.

Philippus Maria Vicecomes, Comes & Eq. in Collegio Judicum.

Apollinarius Vicecomes, *Abbas Cisterc. Ord.*

Coriolanus Vicecomes, Com. Lonati, Cond. Somæ.

Galeacius Vicecomes.

Nicolaus Vicecomes, *Abbas & Referendar.*

Ambrosius Vicecom. *Eq. S. Stephan.*

Anna, ux. *Ludovici de Cruce.*

Anna, ux. *Jacobi Antonii Arconati Comitis.*

XXV.

Franciscus Maria Vicecomes, Com. & Eques in colleg. Judic. Mediol.

Antonius Vicecomes, Comes Lonati, Condom. Somæ, decurio. *Paula ab Auria.*

Jo. Baptista Vicecomes *Equ. Hierosol.* dein Decurio, ✠ 1630.

Nicolaus Vicecomes, *Abbas*, Cubicularius P. Pauli V.

XXVI.

Antonius Coriolaus Vicecomes, Comes Lonati Pozzoldi, Condom. Somæ.

Jo. Baptista Vicecomes, *Abbas.*

XXVII.

Nicolaus Maria Vicecomes.

Galeacius Vicecomes.

LA XXXVI.

DE SOMA.

GALLERATI, MARCHIONES CISTELAGI.

Ux. 1. Leonora de Rotariis, Princivallis fil.
2. Læta, Guidonis Manfredi Dom. Imolæ filia, improlis.

XXI

XXII.

1. Theobaldus Vicecomes Condom. Somæ & Cislagi, Ductor armorum Alphonsi Aragon. R. Neap. ✠ 1494. *Catharina Sanseverina, Bernardini fil.*

1. Princivallus Vicecomes, Condom. Somæ, Baro & Eques Aur. Ephorus Maximil. Sfortiæ. *Hippolyta Byglia.*

1. Baptista Vicecomes Dn. Cislagi, Eques, Ducalis Camerarius.

XXIII.

Alphonsus Vicecomes. Violanta Lampugnana.

Cæsar Vicecomes posthumus, Condom. Somæ. Blanca Cagnola Ambrosii f. 1557.

Veronica, nup. Antonio Mariæ Secco Com. Vimercati.

Baptista Vicecomes, cogn. il Risoluto. Justina, Vicecomes Borromea.

Violanta, ux. Joh. Bapt. Vicecomitis Dn. Fontaneti.

Ludovicus Vicecom. Abbas Sesti.

Jo. Franciscus Vicecom. Abbas.

Galeacius Vicecom. Eq.

Beatrix, ux. Camilli Vicecomitis Dn. Cassani.

XXIV.

Guido Vicecomes, Regius Quæstor Mediolani, ✠ 1583. *Paula Taura.*

Theobaldus Vicecomes, Dux equitum.

Petrus Georgius Vicecomes, Com. Palat. & Equ. in Coll. Jud. ✠ 1568. *Londonia Carretta*

Fabritius Vicecomes, Comes, Regius Residens ap. M. Ducem Etruriæ.

Carolus Vicecomes, Condom. Somæ. *Hippolita Rota, Baptistæ f.*

Juliana, nup. *Sfortiæ de Bripio.*

Hippolita ux. *Caroli Barbiani Com. de Belgiojoso.*

XXV.

Alphonsus Vicecomes, Com. Palat. Collegiatus Judex, Quæstor regius, ✠ an. 1630. *Meridiana Muzzana.*

Wilhelmus Vicecomes, *Eques.*

Violanta, ux. *Josephi Archinto.*

Cæsar Vicecomes *Marchio* Cislagi & *S. Rom. Imp.* ex Condom. Somæ. ✠ 1649. *Helena Arcanata, Jacobi Antonii fil. Ludovici sor.*

Clementia nup. *Ludovico Arconato Com. Lomazzo.*

XXVI.

Carolus Vicecomes, J. C. Collegiatus ac Regius Senator, ✠ an. 1672.

Theobaldus Vicecomes, M. S. R. Imp. & Cislagi, Comes Burgi Gallerati, Senator regius, *Eq. Aur. Vell.* ✠ 12. Jan. 1674. *Claudia ab Este Tassona.*

Ludovicus Vicecomes *Eq. Melit.* natus an. circiter 1611, ✠ 1645.

Galeacius Maria Vicecomes S. R. I. Marchio, Comes Gallerati, Decurio.

Joh. Bapt. Vicecom. *Jesuita.*

Jacobus Antonius Vicecom. *mon. Dominic.* dictus P. Ludovicus.

Claudia, nup. *Francisco Balbiano C. de Belgiojoso.*

XXVII.

Cæsar Vicecomes, Marchio S. R. Imp. & Cislagi, Eq. Aur. Vell. 1679. *Magnas Hispan. Theresia Terra, Marchionis Jo. Francisci, f.*

Hercules Vicecomes *Archiep.* Damiatæ, Nuncius Apostol. Col. *Abbas* S. Dionys. Mediol. 1673.

Carolus Antonius Vicecomes *Equ. Hierosol. s. Melit.* ✠

Helena, nup. *Antonio Renato, Comiti Boromeo.*

XXVIII.

Theobaldus Vicomes, S. R. I. Marchio, Comes Gallerati. ✠ Mart. 1701.

Constantia nup. *Josepho Scipioni, Com. de Castro Barco, Consiliario Aulico-Imperiali, 1695.*

TABULA XXXVII.

VICECOMITES DE ROZANO, VAJANO ET S. ALEXANDRO.

XVIII. JOHANNOLUS VICECOMES, Uberti, Fratris Matthaei Magni filius, Poteſtas Dertonæ.

XIX.
- Oldo Vicecomes, Capitaneus Dertonenſis.
- Jacobus Vicecomes, *Epiſc.* Derton, cr. 6 Nov. 1348.

XX.
- Mapheolus Vicecomes, Poteſtas Albæ & Alexandriæ, ✝ 15 Jun. 1381.
- Vercellinus Vicecomes.

XXI.
- Jacobus Vicecomes, poteſtas Brixiæ.
- Georgius Vicecomes, *Canonicus* ordinarius Ecclef. metropolit.

XXII.
- Mapheolus Vicecomes, Dn. Caſtri Rozani.
- Petrus Vicomes, à quo aliqua propago.

XXIII.
- Ambroſius Vicecomes, Dn. Rozani, Patronus & Advocatus hæreditarius Præpoſituræ metropolit. Mediol.
  1. *Margarita, Joh. Vicecomitis, Archiepiſc. Mediol. fil.*
  2. *Margarita Biglia.*
- Azzo Vicecomes.
- Georgius Vicecomes.
- Johannes Vicecomes

XXIV.
- 1. Jo. Antonius Vicecomes. Catharina de Craſſis, Chriſtophori fil.
- 1. Eliſabetha ux. Johannis Stampæ.
- 1. Vercellinus Vicecomes, Dn. Cilavegnæ. Angelina Beccaria.
- 2. Blanca Catharina ux. N. Florenzæ.
- Johanna nup. Angelo Birago.
- Mapheolus Vicecomes, Poteſtas Comi & Bobbii.
- Galeacius Vicecomes, Caſtellanus Belinzonæ, Legatus Maximiliani Sf. Ducis ad Helvet.

XXV.
- Franciſcus Vicecomes. *Cecilia Dugnana.*
- Ambroſius Vicecomes. *Catharina Caimi.*
- Jo. Ambroſius Vicecomes.
- Jo. Andreas Vicecomes. *Cypriana, Franciſci Vicecomitis, Condomini Somæ f.*
- Jo. Petrus vicecomes, *Præpoſitus* Eccleſ. Metropolit.

XXVI.
- Hercules Vicecomes. Julia Corte.
- Cæſar Vicecomes. Magdalena Latuada.
- Hieronymus Vicecomes, Condom. Lavagnæ & Vajani. Hippolita Beſozza.
- Octavianus Vicecomes, Legatus D. Maxim. Sfortiæ ad Imperatorem.
- Marcus Antonius Vicecomes Præpoſit. Metropolit.
- Johanna, nup. Antonio Mariæ Vicecomiti, Dom. Caſtelletti.

XXVII.
- Joh. Baptiſta Vicecomes, Senator Regius. *Paula Caccia, Petri Pauli Dom. S. Alexandri f.*
- Franciſcus Vicecomes.
- Hermes Vicecomes. *Clara Lonata.*
- Franciſcus Vicecomes Condom. Lavagnæ & Vajani. *Lucia Viſconte, ex Dom. Brignani.*
- Octavius Vicecomes, *Præpoſ.* Metropol.

XXVIII.
- Vercellinus Maria Vicomes, *Marchio S. Alexandri,* cr. 1644 Condom. Lavagnæ & Vajani, Decurio Mediol. ✝ 8 Nov. 1679, æt. 77. Uxor.
- Alexander Maria Vicecomes, Doctor Collegiatus, Quæſtor Reg.
- Ubertus Maria Vicecomes, *Præpoſ. & Archypresbyter* metropolitanæ, Vicegubornator Fermii ubi à ſeditioſis occiſus eſt an. 1648.
- Joſephus Maria *monach. Ord. Dominic.* ✝ 22 Mart. 1694. æt. 72.

XXIX.
- Joſephus Maria Vicecomes, M. S. Alexandri.
- Johannes Maria Vicecomes, Præpoſit. Metropol.

XXX.
- Vercellinus Maria Vicecom. Marchio.
- Gregorius Maria Vicecomes.
- Riprandus Maria Vicecomes.

TABULA XXXVIII.

VICECOMITES DE MASSINO.

XVIII. OTTORINUS VICECOMES, Uberti F. Vercellini & Johannoli frater.
Ux. Bicia, à Marco Vicecomite ſeducta & occiſa.

XIX. Bartholomæus ſ. Betramolus Vicecomes.

XX.

Ottolinus II, Vicecomes Dn. Maſſini.	Albertus Vicecomes Dn. Caſtelletti. *Johanna Urſina, Franciſci C. Gravinæ fil.*

XXI.

Antonius Vicecomes, Condom. Masſini.	Johannes Vicecomes, à quo numeroſa poſteritas.	Chriſtophorus Vicecomes, Cond. Masſini.	Hermes Vicecomes.	Lanzarottus Vicecomes.

XXII.

Jacobus Vicecomes Condom. Masſini. *Mariana ex Vicecomitibus.*	Urbanus Vicecomes, Condom. Masſini.	Jo. Martinus Vicecomes.	Johannes, Albertus, Petrus Maria à quibus Vicecomites *de Caſtelletto, Aragona & Seſto* deſcendunt.

XXIII.

Joh. Maria Vicecomes, Condom. Masſini. *Angela Ferrari.*	Ubertus Vicecomes.	Ludovicus Vicecomes, Senator Mediol. □

XXIV.

Joh. Jacobus Vicecomes. *Clara Verri.*	Jo. Franciſcus Vicecomes. *Laura Borromea, Julii Cæſaris Comitis f.*	Æneas Vicecomes.	Orlandus.	Hercules.	□ Hieronymus Vicecomes.

XXV.

Jo. Antonius Vicecomes. *Cecilia Reina.*	Urbanus Vicecomes. 1. *Franciſca ex Vicecomitibus.* 2. *Barbara Arrigona.*	Jo. Baptiſta Vicecomes, *Canonicus ad S. Nazari.*	Hieronymus Vicecomes. *Hieronyma Maggia.*	Alphonſus Vicecomes, Capitaneus.	Petrus Franciſcus, Vicec. *Canonicus* Eccleſ. Metropol.

XXVI.

Joh. Baptiſta Vicecomes, Doctor. *Clementa Septala.*	Carolus Franciſcus Vicecom.	Julius Cæſar Vicecomes.



EXEGESIS HISTORICA.



Vicecomitibus Mediolani Principibus, & ab illis ortis, proximè subjungimus *Vicecomites de Soma,* jure meritoque; neque enim tantum sanguini illorum propinquiore ac cæteri conjunctione adnexi sunt, utpote ab UBERTO, qui Matthæi Magni Principalis lineæ conditoris, frater fuit, prognati, sed etiam dignatione nunquam non cæteris præcelluerunt. *Soma* nomen est castri & terræ, in Insubribus, amplæ & magno incolarum numero insignis. Ea unà cum *Varigato, Gulasicca, Burgo Lonatho Patheolo, Ferno* aliisque locis Matthæo & Uberto fratribus in divisione inter ipsos & Petrum Vicecomitem, eorum patruum anno 1288 inita, obvenit, & deinde apud Ubertum ejusque posteros solida permansit. UBERTUS, *Vir bello & armis insignis, prælio strenuus, & proinde militaribus ornamentis decoratus*, quibus encomiis *Georg Merula* (a) nomen ejus posteritati commendavit, præturam Vercellis anno 1290, & Novocomi anno 1293 obiisse, atque inter dissidentes civitates Mediolanum & Cremam anno 1299 pacis arbiter fuisse memoratur. (b) Discessit è vita an 1315, & in æde Divi Eustorgii honorificè sepultus est, quemadmodum modò laudatus Merula alicubi refert; (c) sed idem paulò post, quasi sui oblitus, in rebus anno 1322 gestis, mortis Uberti mentionem repetit. (d) *Tristanus Chalcus* ita de illius obitu scripsit: (e) Anno decimo quinto supra mille & trecentum Ubertus Vicecomes, Matthæi frater, magno ejus mœrore atque incommodo decessit. Elatus honorificè fuit nono Kalendas Majas in ædes Eustorgianas. Quatuor autem eum suscepisse filios lego: mares tres, Othorinum, Joannem, & qui ab urbe, in qua vel ortus sit, vel pater Magistratus erat, Vercellinus nuncupatus: fœminæ Margaritæ nomen fuit, quæ nupta Franciscolo Pusterolæ, ditissimo Mediolanensi, parùm felix matrimonium sortita est. Qualis hæc infelicitas fuerit, *Corius* (f) & *Ripamontius* (g) literis prodiderunt: nimirum Franc. Pusterula cùm anno MCCXL conjurationem adversus Luchinum & Johannem Vicecomites, penes quos sacrum & profanum imperium tunc Mediolani erat, fecisset, & præter fratrem suum Julianum, illorum quoq; fratris Stephani filios aliosque ex nobilitate in criminis societatem traxisset, eo verò detecto fuga sibi consuluisset, ex Etruria retractus cum filiis duobus ultimo Mediolani in foro affectus est supplicio; nec multò post Margarita uxor, quia non conscia tantùm conjurationis, sed ad eam maturè exequendam concitatrix fuit, ad perpetui carceris pœnam damnata est.

Uberti Vicecomitis filios tres num Trist. Chalcus eo, quem recensuimus, loco secundum ordinem nativitatis enumeraverit, in medio relinquimus, & Vercellini propagini, fœcunditate multisque ornamentis præcellenti, primas damus. Erat VERCELLINUS vir pietate & armorum gloria insignis; itaque *militis egregii, Viri integerrimi, pii, nec ulla sui parte indecori domui, quæ patriæ sese dominam fecisset,* elogiis apud Scriptores Historiæ Mediolanensis mactus legitur. Laudibus inprimis Corius Ripamontiusque vehunt operam, ejus in impetranda cum Papa Benedicto XII pace, & civitate ab interdicti pœna, quam Pontifex Joannes XXI ob admissas æmuli Nicolai temporibus culpas inflixerat, liberanda. Tres ille ex uxore

(a) *Antiq. Vicecom. Lib. IX. & X.* (b) *Corius Hist. Mediol. Parte II.*
(c) *pag. 276.* (d) *pag. 315.* (e) *Hist. Mediol. Lib. XXI.*
[f] *Parte III.* [g] *Lib. II.*

uxore incomperta post se reliquit filios, *Antonium, Franciscum & Johannem*; hoc nati sunt *Franciscus, Antonius & Guidus*, quorum priores turbis quas Ducibus Joh. Galeatio & Johanni Mariæ concivere, locum sibi in Annalibus pepererant; ANTONIUS ille fuisse videtur qui post Ducis Jo Galeatii mortem adversus Franc. Barbavariam, quem iste caput esse rerum consiliorumque omnium, dum filius Jo. Maria minorennis esset, supremis tabulis constituerat, conspiravit, & denique referente Corio ad annum MCDVIII in castro Cassanensi mantili strangulatus est, pater fortè Ottonis Vicecomitis, cujus inter conjuratos, quorum insidiis Dux Jo. Maria vita privatus est, mentio occurrit. Senior ANTONIUS Vercellini F. ob virtutem ac fidem tum Duci Johanni Galeatio, tum Johanni Mariæ ejus filio charus fuit, hujusque initio juventam moderatus, postea verò primi ejus Camerarii & Consiliarii honores adeptus est, Burgique Rosati præfecturam anno 1408 tenuit, id quod Crescentius ex literis d. XII Maij modo dicti anni à Duce scriptis probat, aliarumque Kalendis Octobr. datarum mentionem subjicit, quibus Dux " Antonio de Vicecomitibus dilecto suo con-„ cessit, quod ad officium victualium civitatis Mediolani eligere ac deputare possit offitia-„ les ordinarios, ac eos renovare & excambiare prout ei videatur. (*h*) Simili beneficio OTHONEM Vicecomitem, Antonii filium, ab eodem Duce affectum esse idem autor refert, sequentia ex literis, an. 1410 d. X Maij scriptis, verba recensens: " attendentes benè me-„ rita, fideliaque obsequia egregia consanguinei nostri, nobis sincerè dilecti, Othonis de „ Vicecomitibus, & proinde volentes in eum ob aliqualem dictorum suorum obsequio-„ rum & benè meritorum recompensationem, munificentiam nostram extendere: harum „ serie ex certa scientia eidem Otthoni donamus purè, merè ac irrevocabiliter inter vivos officium deputandi &c. „ Occurrit quoque ejus mentio, aliorumque Antonii filiorum in instrumento donationis an. 1410, scripto; ita enim ibi legitur: " Spectabiles & Magnifici Domini, Galeaz miles aureatus, & Otho Ducales Camerarii, Frater Jacobus Miles Sancti Joannis, Joannes Miles Religionis Sancti Georgii, & Azzo Ducalis Squadrerius fratres de Vicecomitibus filii quond. Egregii & Potentis Militis D. Antonii, faciunt donationem Illustri & generosæ D. Dianiræ de Valperga eorum matri relictæ D. Antonii de torque aurea &c.

Præter dictos in numero filiorum Antonii etiam fuere *Vercellinus & Bartholomæus*. Prior pater fuit JOHANNIS *Archiepiscopi Mediolanensis* de cujus electione dissonantia prodiderunt *Ughellus & Ripamontius*: ille nec sibi satis constans priore loc refert, (*i*) à Papa Gregorio XII adversus Petrum Filiargum, quod ab eo in schismate desertus fuisset, electum, atque anno MCDVII, die XXIII Octob. consecratum, sed Gregorio deinde de sede deturbato, Johannem etiam Vicecomitem declaratum esse irritò creatum & Franciscum Creppum adlectũ, huic Bartholomæum Capram, atque isti Henricum Rampinum suffectos, dum intereà Jo. Vicecomes exigeret privatam vitam usque ad an. 1450. Posteriore autem loco ita fatur: (*k*) " Johannes Vicecomes, Vercellini F. ducis militiæ laude præstantis, quadragesimo supra duos anno, ex quo à Benedicto XIII Pseudo-Pontifice in Mediolanensem sedem fuerat intrusus, in gratiam Francisci Sfortiæ legitimè fuit à Nicolao V Archiepiscopus declaratus anno 1450, III Non. Aug. ut habent Acta consistorialia. Haud diu superstes fuit: decessit enim anno 1453, sepultus in cathedrali, ut olim ex testamento mandarat an. 1440, ultimo die Sept. in eoque instituerat, ut ex bonis suis Præposituram dignitatem de novo instituerent ad præsentationẽ suæ familiæ Vicecomitum: duas item Capellanias instituit, unam in eadem cathedrali, aliam in Ecclesia S. Nazarii in Biolio ad sacellum S. Mariæ della Florana, quod olim exædificari fecerat avunculus ejus Caspar Vicecomes ibidem sepultus cum Francisca Septalea genitrice. *Audiamus jam quoque Ripamontium*: (*l*) ad initia, inquit, principatus Philippi Mariæ regebat Mediolanensem Ecclesiam Joannes Vicecomes Vercellini F. quem Carolus Malatesta, sub Joanne Maria exercituum Imperator, contracta cum Archiepiscopo Philargo olim amicitia, postquam is ad summa (*Pontificatum Romanum scilicet, Alexander V dictus,*) pervenerat, commendaverat ei, ut honorem, quem vacuum ipse reliquisset, huic demandaret; neque ille abnuerat. Verum Archiepiscopus iste triennio post in Constanciensi conventu, tanquam vitio creatus (incertum qua de causa) movetur loco, decedereque jubetur honoris gradu, quem nec rectè nec ordine obtineret. Posteà ille defendendo sese & purgando, ut in pristinam sedem novi Pontificis decreto restitueretur, obtinuit, fuitque sub Eugenio legitimus Archiepiscopus. Nunc ei Bartolomeus Capra, Mediolanensis

(h) *Amphit. Rom. pag. 355.* (i) *Ital. Sacræ Tomo IV, pag. 363.*
(k) *pag. 366.* (l) *Hist. Mediol. Lib. IV.*

lanensis sufficitur, qui Constantiensi concilio interfuerat; is ubi Mediolanum Archiepiscopus venit, magnoperè vexabatur à priore Arciepiscopo, qui & favore civium & Principis gratia validior concoquere non poterat hoc ipsum, quod loco dejectus esset. Ac die quadam cùm per Abbatem S. Ambrosii ad aram maximam proferretur diploma recitandum, quo Capram Archiepiscopum Martinus Columna Pontifex maximus renuntiabat, corripitur repentè Abbas ab Sacerdote quodam ex ipsius aræ ministerio, isque Sacerdos extortas Abbati de manibus Apostolicas literas fœdere gladio super Aram institit. Et aderant armati milites pro Vicecomite exule jubentes audere presbyterum eum, atque minitantes, si quis violare sacrilegum juberet. Capra perculsus atrocitate facti, conjectasque inde ad quales ipse animos, & in quàm aperta veniret pericula, subduxit sese discrimini, & occultissimè porta Jovis egressus Romam aufugit, rediitque Mediolanum & iterum dein exul fuit. Usque in Francisci Sfortiæ tempora vexatam Pontificatus dissidio Mediolanensem Ecclesiam tradunt; Sfortia demum regnante restitutum Vicomitum, cum aliquandiu sedisset, post breve deinde tempus vacuam eidem æmulo Metropolim reliquisse.„ Testamento, cujus ex Ughello mentio facta est, Johannes Vicecomes hæredem instituit *Margaritam*, filiam suam, antequam sacris initiatus esset, genitam, agnatis tamen haud præteritis: namque ut ipsa testamenti verbo à Crescentio excerpta referam, "Spectabili Domino Bartholomæo Vicecomiti, filio quondam Spectabil. Militis D. Antonii avi sui paterni, & Sapienti ac Egregiis DD, Francisco & Guidoni fratribus, filiis qu. Spectabilis Viri D. Baptistæ Vicecomitis, olim filii prædicti q. D. Antonii, possessiones, & bona sua de Agnadello glareæ Abduæ, & de Besate campaneæ Papiensis &c. legavit." De BARTHOLOMEO Viceeomite, quem testamentū modò citatum Johannis Archiepiscopi filium Antonii fuisse testatur, literæ extant, à Duce Francisco Sfortia die ultimo Sept. ann. 1461. scriptæ, in quibus *Spectabilis militis & affinis Ducis charissimi* titulis honestatur, filiique ejus *Jo. Antonius, Azzo & Christophorus* natalibus legitimis donantur.

JOHANMES BAPTISTA Vicecomes, familiæ inter gnatos Antonii propagator, in variis tabulis vel cum utroque nomine, vel cum alterutro solo legitur: ita in verbis instrumenti donationis, quæ supra recensuimus, JOANNES tantum appellatur, & *miles Religionis Sancti Georgii* dicitur, id quod de ordine Anglicano aureæ periscelidis in honorē S. Georgii instituto perperam interpretantur, cùm fortè rectius de illo, qui Genuæ illa tempestate exorsus & eidem militum præsidi sacratus est, intelligatur. Baptistæ nomine solo idem Vicecomes nuncupatur in rescripto Ducis Philippi Mariæ de an. 1420, quo confiratur antiqua īmunitas oppidi Somæ his in principio verbis; "Supplicationē recepimus pro parte Baptistæ de Vicecomitibus, quod terra Sommæ Ducatus nostri Mediolani cum ejus omnimoda jurisdictione spectat, & pertinet ipsi supplicanti: dictaque terra cum ejus territorio & hominibus ab antiquo semper, seu per tantum tempus, cujus principii memoria non existit, fuit & est libera, & exempta à quibuscunque imbotaturis, datiis & oneribus, realibus, personalibus atque mixtis, & etiam à jurisdictione, tam in civilibus, quàm in criminalibus Capitanei Sepiri & cujuslibet alterius officialis. Quæ libertas & exemptio semper hinc retrò fuit observata, & observabatur tempore Illustriss. Genitoris nostri, & secundum judicia aliàs facta, etiam secundum literas nostras aliàs emanatas debet inviolabiliter observari &c.„ Filii Jo. Baptistæ FRANCISCUS & GUIDO in literis d. III Febr. an. 1550 scriptis, ornati leguntur titulis *Magnificorum & Potentium Dominorum, Francisci V. I. D. eximii, & strenui Guidonis, Fratrum de Vicecomitibus, Cistelagi, Somæ, Plebis, Mezanæ & Arzaghi ac pertinentiarum Dominorum.* Ab utroque illorum florentissima defluxit propago. Franciscus in numero Consiliariorum secretiorum Ducis Francisci Sfortiæ, & præfectus Cremonæ fuit, atque ab Imp. Friderico III diploma impetravit, an. 1448 die XVIII Martii datum, quo ipse ejusque posteri, ipsorumq; bona feuda & subditi ab omni alia jurisdictione exempti esse jubentur. Uxor ejus *Elisabetha* Crescentio è Scaligerorum, Veronæ quondam Principum, gente orta esse dicitur; Comes verò Galeatius Gualdus Prioratus gnatam fuisse ait *Francisci Carmagnolæ*, clarissimi bellatoris, quem Dux Philippus Maria, cùm ei mereret, in familiam Vicecomitum arrogavit, Veneti verò ad sua stipendia transgressum post decem annorum multa magnaque officia perfidiæ accusatum, nec tamen convictum, capite truncarunt.

BAPTISTA Vicecomes *Francisci* F. à Duce Joh. Galeacio Sfortia muneribus "Commissarii, Vicarii & Gubernatoris civitatis Comitatusque Papiensis cum auctoritate, balia, mero ac mixto imperio, & omni gladii potestate, *auctus, encomiisque mactus est* Præclari, Spectatissimi Equitis ex consiliariis nostris, dignitate Senatoria, spectatæ virtutis & magnæ aucto-

auctoritatis. „ Post quadriennium, nempe anno 1494, à Duce Ludovico Moro Cremonæ præfectus, „ Senator *ejus dicitur* longissimo præclarorum & bello & pace majorum serie ornatissimus, & qui Equestri dignitate insignis inter primarios inclytæ Mediolanensis urbis ac totius ejus regni proceres, auctoritate minimè postremus habendus sit. „ Ab eodem Duce, cum anno 1499 in Germaniam se proriperet, *Villa nova* donatus fuisse Corio memoratur. Sequenti verò anno, Ludovico Duce à Gallis capto, & Ascanio Cardinale ejus fratre à Venetis eisdem tradito, Baptista Vicecomes quoque cum aliis nobilibus, qui Mediolano aufugerant, & publica securitatis fide à Venetis accepta in Giarrdadæ oppidis manserant, in Regis Galliæ potestatem traditus, diuque ab eo in custodia habitus, nec nisi magno persoluto lytro dimissus est. Filios tres post se reliquit, ex *Johanna Pusterula* uxore sua susceptos, fide erga Sfortianam domum Cæsaremque illa tempestate, qua Ducatum Mediolanensem Galli Sfortiæque alterni tenebant, insignes; FRANCISCI inprimis merita à Crescentio extolluntur, condigno à Duce Francisco II, & Carolo V Imp. in pretio habita. Prior in literis die ultimo Maij anno 1525 scriptis ipse testimonium ei perhibuit, " quod indutis à pueritia laudabilibus moribus, parentis dignitatem, generisque splendorem retinens, maximum sibi civitatis Mediol. amorem comparaverit; eoque maximè rebus ipsius profecerit, cum recuperato statu avito, & novo ingruente contra eum bello sua auctoritate & dexteritate populum in obsequio ipsius continuerit, hostiumque conatus irritos reddiderit, neque detrectaverit fortunarum amissionem & vitæ periculum adire. Imperatoris Caroli etiam literæ memoratu dignæ sunt, quas benevolentiæ & gratitudinis plenas an. 1527. d. XIV Jun. Vallisoleto ad eum dedit, quarum exemplum infra scriptum est: " Magnifice Fidelis Dilecte; Continuata tua in nos officia adeò nobis grata accidunt, ut si omnem gratissimi Principis gratitudinem à Nobis tibi pollicearis jure tuo facturus sis. Dabimus certè operam, ut tuis meritis gratia & liberalitate nostra correspondisse videamur: prout hæc aliaque tum publica tum privata Magnificus Fidelis nobis dilectus Anton. de Leyva Capitaneus noster, qui magna Nobis de tua in Nos fide significavit, tibi nostro nomine referet: cui ut summam fidem habeas, te plurimùm hortamur. Prolem Franciscus nullam habuisse videtur, hæreditatem enim ejus luculentam crevit BAPTISTA Vicecomes, ex *Hermete* ejus fratre, quem in robore ætatis fata rapuerunt, natus, eaq; propter, tum etiam ad distinctionem duorum aliorum Vicecomitum, qui idem prænomen gerebant, eademque ætate vivebant, *Hæres* cognominatus. Is sub tutela Ducis Francisci II Sfortiæ adolevit, à quo duodecimum agenti annum sponsa destinata fuit *Francisca Sfortia*, Bosiii Comitis S. Floræ filia, cujus matrimonii consummationem præmatura Ducis mors abrupuit. Cæsari à prima juventa stipendia fecit egregia fama, neque in armis præstantior, quàm in toga legationes obiit, & domi in numerum sexaginta Decurionum perpetuorum cooptatus ita se gessit, ut *Patris patriæ pauperumque* encomio honestaretur. E duplici conjugio numerosam genuit sobolem; inter mares eminuere familiamque propagavere *Hermes* è toro priore & *Franciscus* è posteriore orti; JOHANNES legum studiis enutritus, Apostolici Protonotarii & Nuncii apud Helvetios spartam ornavit, & Abbas Comendæ fuit. PETRUS FRANCISCUS equitum levioris armaturæ dux sub vexillis Gregorii XIV Papæ meruit; LUDOVICUS in bello Belgico sub auspiciis Hispaniæ Regis & signis Joannis Austriaci stipendia fecit, atque an. MDLXXIX in obsidione Trajecti ad Mosam multum gloriæ vulnerumque retulit, ex quibus æger dum Italiam repetit vi morbi oppressus vitam in itinere amisit. UBERTUS legationibus functus est, atque à Duce Terrænovæ, Mediolanensis Ducatus Gubernatore, Decurionibus in locum parentis adlegi meruit. *(m)*

HERMES Vicecomes, *Baptistæ* cogn. *Hæredis filius* natu maximus, locum inter Decuriones perpetuos Mediolanenses beneficio Ducis Albuquerquii, Regis Hispaniæ apud Insubres Vicarii, accepit; ad bellum Belgicum deinde profectus fortitudinem suam aptitudinemque ad res gerendas Joanni Austriaco, Belgii Gubernatori, ita probavit, ut ab eo maximè arduis negotiis adhiberetur. Ad penates reversus aliquos functus est legationibus tum apud Pontifices Romanos, tum alios Italiæ Principes. A Gregorio XIV Pontifice Romam evocatus custodiæque corporis sui vicaria sub Hercule Sfondrato potestate præfectus, & denique à Rege Catholico *animo suo* (ut verba, quibus ille in diplomate usus est, referam) " repetente, quanto studio & animi ardore in variis bellorum expeditionibus, quæ XXIII annorum spatio sese obtulere, suis obsequijs vacaverit, annua quingentorum

Ddd 2 aureo-

(m) *Crescent. op. cit. Bapt. Vicecom.*

aureorum pensione auctus fuit.(n) Ex uxore sua, quae Cardinalis Ferdinandi Tavernae soror erat, filium reliquit FRANCISCUM MARIAM, quem Rex Hispan. Marchionatu *S. Viti* & pensione annua CC aureorum locupletavit, Dux Feria, illius apud Insubres Vicarius Decurionem creavit, ejusque successores Marchiones Veladae & Caracenae plurimis negotiis adhibuere, solertemque cognovêre; *Maria Isabella Beccaria*, cujus genitor res Magni Ducis Hetruriae Mediolani agebat, patrem eum fecit aliquot liberorum, de quibus, eorumque prole, narrandi deficit argumentum.

FRANCISCUS Vicecomes, Baptistae cogn. Haeredis filius, è secundo susceptus matrimonio, *compendium gloriae familiae suae* Crescentio dicitur: fuit quippe vigore ingenii atque animi instructus, & usu rerum pollens; obiitque domi munus Judicis Collegiati, titulo *usus Comitis Mottae Vicecomitū*, quod feudum filio ejus JOHANNI MARIAE cum axiomate *Marchionis* Rex Hisp. Philippus IV anno MDCXXVII contulit. Eundem Romam ob causam Vallis Tellinae missum Urbanus VIII Pontifex Romanus an. 1628, die XXIII Aprilis *Comitem Palatinum Lateranensem*, & biduo post *Equitem S. Ecclesiae* creavit, illumque honorem filiis ipsius legitimis & eorum posteris perpetuum esse jussit. In urbe patria Decurionis, Judicis viarum, & Tribuni militiae officiis functus, & torū partitus est cum *Placidia*, ex nobilissima & splendidissima Grimaldorum familia orta, sorore Francisci Grimaldi, qui nulla ex Nicoleta Auria conjuge sua, sobole susceptis mortuus avitorum bonorum haereditatem Placidiae filiis reliquit. Pater amborum *Lucas Grimaldus* sextus è gente sua *Genuensium Dux* fuit, anno labentis seculi quinto, maritus Nicoletae Grimaldae, è linea Ducum Terrae novae prognatae. Lucae parentes fuere *Franciscus Grimaldus*, Senator integerrimus, & *Caecilia Spinula*. Francisci genitor *Raphael Grimaldus* asserti reipublicae Genuensi Corsicae regni decus retulit, cùm illuc Comissarius generalis missus fuisset; natus verò erat *Francisco de Castro*, qui ducta in matrimonium *Baptina Grimalda*, Ingonis, ab Oberti Grimaldi Principis Monoeci, Friderico I. Imp. coaevi, filio natu minore oriundi, gnata, in familiam Grimaldam arrogatus fuit.

AD TAB. XXXVI.

GUIDONIS Vicecomitis, *Baptistae* F. pari cum fratre Francisco, de quo superius dictum est, floruit auctoritate, quam prudentia, virtute & fide erga domum regnatricem sibi peperit; sub Duce Philippo Maria Vicecomite legationibus functus, postea ab ejus gnata Blanca Maria Ducissa Francisci Sfortiae uxore, Cremonensi urbi ac dioecesi, quae istius dotalitiū erat, praefectus est; hanc provinciam adhuc tenuit an. 1473, quo ad secundas transiit nuptias cum *Laeta*, ex Manfredis Imolae Dominis prognata, Tadaei Manfredi, qui ejus civitatis dominium cessit Galeatio Mariae Sfortiae Mediolani Duci, sorore. Eodem verò anno à Duce modò dicto *Genuae omniumque civitatum & locorum tam ultra quàm citra Jugum dependentium gubernatio* illi demandata fuit, usus que est Dux in literis Mediolani die XXIX Jun. anni memorati eapropter scriptis verbis sequentibus: " Occurrit Magnificus & insignis aureatus Eques D. Guido Vicecomes Affinis noster dilectissimus, quem certe ob ejus probitatem, virtutē, prudentiam, rerum experientiam, & in cunctis rebus diligentiam, ac singularem & praecipuam quandam in nos, statumque nostrum fidem, & devotionem id ipsum regimen cum summa sui laude atque commendatione, & nostra pariter totiusque civitatis satisfactione administraturum nobis ipsis persuademus. " Verum duram difficilemque se cepisse provinciam Guido Vicecomes mox sensit, eguitque animi, cum Genuenses Galeacium Ducem aliquid monstri alere, ipsisque compedes parare suspicati, stimulatore Hieronymo Gentili, magni animi, magnorumque opum juvene, seditionem an. MCDLXXVI concivissent. (o) Post Ducis Galeacii caedem Guido Vicecomes à Bona Ducissa, ejus vidua, in secretiorem Senatum adscitus, Genuae tamen permansisse, ibidemq; supremum diem obiisse videtur: sepulchrum enim ejus ibi in fano Francisci visitur, cum hac inscriptione: "Guido Vicecomes ex Condominis Somae, qui Ducalis in patria consiliarius, qui Legatus ad Principes, qui Praefectus ad milites, qui Januae Gubernator, obiit septuagenarius. (p)

Guidonem uxor prima, quam Crescentius *Margaritam Roveram Astensem*, domesticum verò documentum *Leonoram de Rotariis* fuisse tradit, sex liberorum parentem fecit, quos inter potioris sexus quinq; erant, praestantissimi viri: ab *Antonio & Theobaldo* splendida, hodieq; floret propago; De BAPTISTAE, qui *Ducalis Camerarius, Consiliarius & ductor armorum* in diplomatibus audit, uxore & prole silent scriptores; GALEATIO magna prudentia & belli pacisque artium peritia à Crescentio tribuitur; enimverò prudens ita fuit, ut cum illa tempestate viveret, qua impe-

(n) *Gal. Guald. Prior in vita.* (o) *Vid. Uber. Folieta Hist. Gen. Lib. XI. P. Bizarius Lib. XIV.*
(p) *Comes Prioratus in vita Guid. Vicecom.*

imperium Insubrum Galli Sfortiæque alternis quasi vicibus obtinebant, speculatus fortunam, huc atque illuc, unde spes major affuisset potentiæ, se deflecteret. Ita post Ludovici Mori Sfortiæ catastrophen Galliæ Regem Ludovicum XII coluit, atque ab eo feuda *Busto, Castelnoveto & la Valle* anno 1506 accepit; cum deinde Maximiliano Sfortiæ, Ludovici filio, fortuna arridere inciperet, ad partes ejus protinus se applicuit, eodemque mox ab illa deserto & Gallis victoribus se permittere coacto, haud equidem neglexit veniam sibi ac incolumitatem pacisci, attamen committere se illis tunc noluit, secessitque in Germaniam ad Maximilianum Imperat. cui ludibrium debuit, cùm singulari quo ab illo complexus fuit favore, tanquam magnæ vir auctoritatis inter Gibellinos, idoneusque ad res Mediolani novandas, & benignis verbis pollicitationibusque, quibus quotidiè pascebatur, inflatus, ad imperium, quod gentiles majores sui per CC annos in Lombardia tenuissent, aspiraret, idque spe & opinione devoraret, quemadmodum *Jovius* (*q*) literis mandavit. Postquam verba sibi dari animadvertisset, relicto Cæsare ad Helvetios abiit, eosque perpulit, ut fœdus cum Rege Galliæ percuterent, quam ob causam ab isto, quem iratum habebat, in gratiam patriamq; est restitutus, cumq; post Francisci Bernardini Vicecomitis obitũ Gibellinæ factionis principatũ obtinuisset, Michaelis equestri ordine & annua pensione donatus est, ut Rex haberet, quem autoritate præditum Trivultio, in invidiam ad extremum abducto, opponeret, sicut *Guicciardinus* (*r*) memoriæ prodidit. E duabus uxoribus, è quibus posterioris tantum nomen compertum habemus, liberos sustulit, sed marem unum LUDOVICUM, cui unica tribuitur gnata, in Arconatensem nobilem apud Mediolanensem domum denupta.

PRINCIVALLUS moderator juventæ Maximiliani Sfortiæ, qui Ludovici Mori Ducis filius natu major erat, ea virtute, fide, modestia ac diligentia in illo munere versatus est, ut patri pariter ac filio satisfaceret, gratiamque magnam apud utrumque iniret. Maximilianus Sfortia, Ducatu potitus, cùm illi proventus uberes ex aqua *Mazzana* conferret, in diplomate die XXX Januar. an. 1514 dato merita ejus sequentibus extulit verbis: " Spectabilis D. Precival Vicecomes, Consiliarius & Commensalis noster dilectissimus, vir ultra integritatem, virtutum agmine stipatus & fidei robore munitus, qui præterquam à teneris unguiculis in aula Sfortiada educatus, ipsius ætatis meliorem partem in servitiis Illustriss. q. D. Genitoris nostri fideliter defatigavit: nos etiam adhuc in tenellis viribus constitutos, tam diligenti cura, accurato studio, assiduisque laboribus custodivit, ut diffiteri non possimus quin ei plurimùm debeamus; neque unquam nos dereliquit &c. „ Liberos idem utriusque sexus aliquam multos genuit, è quibus soli BAPTISTÆ, Strenui (*il Risoluto*) cognomine distincto, prolem Crescentius adscripsit, eamque sequioris sexus in clarissimam Barbianorum Comitum de Belgiojoso familiam elocatam.

ANTONIUS Vicecomes, *Guidonis* F. à Duce Jo. Galeacio cujus juventæ moderator fuisse dicitur, terras *Lonato, Pozzolo & Corzeno* jure fiduciario an. 1490 obtinuit, à Ludovico Moro deinde in numerum Consiliariorum Secretorum cooptatus, atque anno 1497 Orator Ferrariam missus est. Ex uxore sua *Magdalena Trivultia* XXVIII liberorum pater factus esse fertur, quorum plerosque vita in prima ætate destituit; inter gnatas ejus *Anna* fuit, mater Gregorii XIV Pontificis Romani. Inter mares ab HIERONYMO & JO. BAPTISTA stirps propagata fuit, utrum verò prioris posteritas hodieque duret, pariter ac alterius compertum non habemus. CORIOLANUS Vicecomes, Jo. Baptistæ filius, *Comes* fuit *Burgi Lonati Putheoli, Condominus Somæ & Agnadelli*, è numero LX Decurionum Mediolanensium, Judex viarum, ejusdemque civitatis Legatus ad Pontificem Gregorium XIV, amitinum suum, ut de supremo dignitatum humanarum fastigio ei gratularetur; vixit adhuc sub præsentis seculi initiũ, tresq; post se reliquit filios, è quibus Jo. BAPTISTA à teneris añis Ordini Equestri Hierosolymitano S. Joañis nomen dedit, adulta verò ætate in urbe patria Decurionis, Judicis viarũ & Conservatoris Patrimonii munia obiit: NICOLAUS ejus frater, Ecclesiastico vitæ genere delecto, *Abbas* dictus est, & Pauli V Papæ Cubicularius Secretus fuit; ANTONIUS autem *Paulam ab Auria* in conjugio habuit, iisdemque muneribus, quæ fratrẽ ejus Jo. Baptistã obiisse diximus, functus est; ab eo hodierni Comites Lonati Putheoli sanguinem ducunt, quos inter GALEACIUS lauream Theologicam & Legalem anno 1675 adeptus, septennio post in Collegium Comitum, Equitum ac Judicum civitatis patriæ cooptari petiit, & de nobilitate ac antiquitate generis sui probationem typis exscriptã protulit, è qua, à Reverendissimo Dom. *Andr. Pusterla* nobiscum communicata, pleraque eorum quæ modo dicta sunt, hausimus.

In numero filiorum Guidonis Vicecomitis THEOBALDUM quoq; fuisse dictũ est; is

(q) *Histor. Lib. XVI.* (r) *Hist. L. XIII.*

bellicæ laudis cupidine flagrans à prima juventa Regis Neapolitani ſtipendiis meruit, titulumque ac gradum *Regalis armorum ductoris* obtinuit. Supremum quoque diem Neapoli obiit, & Regem teſtamenti ibidem die XVIII Auguſt. anno 1494 conditi *erogatorium* conſtituit. Filium moriens reliquit unicum ALPHONSUM, duasque filias *Violantam & Lauram*, uxore verò uterum ferente, ex quo menſibus expletis CÆSAR prodiit; utriusque progenies ſuperſtes eſt; ſed de illa quam Alphonſus proſevit narrandi deficit argumentum. Cæſare natus CAROLUS ultra annum 1585 vitam prorogavit, quo à Produce Mediolanenſium Alexandriam ad ſalutandos & more inter illuſtres conſueto excipiendos Ducem Duciſſamque Sabaudiæ ſe conferre juſſus eſt, quemadmodum etiam quadriennio ante ſimili officii genere Laude Pompeja cum Parmenſi Duce, qui Imperatricem in Hiſpaniam proficiſcentem veneratum eò venerat, functus erat. CÆSAR, Caroli filius unicus, *Marchionis Cislagi* titulo à Philippo III Rege Hiſpan. per diploma die XXVIII Maij anno 1621 auctus eſt, poſteà variis iisdemque gravibus muneribus legationibusque adhibitus oſtendit, quantæ in eo fuerint præclaræ dotes ac virtutes; cognovit eas & laudavit Rex modò dictus literis die XVII Septembr. anno 1629 datis, quibus Oratoris munere, civitatis patriæ, nomine apud ſe functum dimiſit, & legationis dextrè & decorè obitæ teſtimonio ornavit. Extrema ætate ab Imperatore quoque benevolentiæ & magnæ de virtute ſua exiſtimationis documentum accepit, diplomate ampliſſimo die V Maij anno 1649 dato, quo ipſe & ſinguli hæredes poſteri ac deſcendentes ejus legitimi utriusque ſexus nati, æternaque ſerie naſcituri *Sacri Rom. Imperii Marchiones & Marchioniſſæ* creati ſunt, dataque eis eſt facultas *bicipitem aquilam imperialem* ſcuto gentilitio inſerendi, ita ut infra diadema *initialis litera* auguſti nominis *Ferdinandi cum ternario numerō* conſpiciatur. Præterea " jure naturalitatis in omnibus S. Rom. Imperii nationis Germanicæ provinciis donati, ſervato ordine primogenituræ, Sacri Lateranenſis Palatii, aulæque Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comites facti, cum ampla auctoritate & facultate Notarios publicos per totum Romanum Imperium & ubilibet terrarum, nec non Doctores, Licentiatos, Baccalaureos, Magiſtros & Poëtas creandi, ſpurios legitimandi, tutores atque curatores confirmandi, dandi & conſtituendi, impetrans denique uxor liberi & tota ejus poſteritas privilegio exemptionis fori aucti, atque in Imperatoris & Sacri Romani Imperii clientelam & Salvaguardiam ſuſcepti aſſumtique ſunt. „ Filios Cæſar Vicecomes ex *Helena Arconata* uxore ſua genuit complures, partim Eccleſiaſticum partim ſeculare vitæ genus ſectatos; in horum numero THEOBALDUS fuere ac LUDOVICUS. Hic tertio ſtatim ætatis anno pontifice Romano diſpenſante Ordini Equitum Melitenſium adſcriptus ſimul ac armorum patiens fuit ad bellum Belgicum, ea tempeſtate diſciplinæ militaris palæſtram, voluntarius profectus eſt, & ſub ſignis Hiſpanicis prima militiæ rudimenta poſuit. Ala deinde equitum cataphractorum ſuo ære conſcripta, multis magnisque actionibus inclaruit, & impavidi ſpiritus nec ad pericula ſegnis gloriam retulit. Cum verò ad ſummos militiæ gradus eniteretur in flore ætatis morte interceptus eſt.

THEOBALDUS, ejus frater natu major, togæ ac ſagi artibus domi foriſque clariſſimus fuit; bello Belgico longa militia exercitus cum à parente quod familiæ Majoratus ad eum ſpectaret domum anno 1643 revocatus eſſet, munere *Conſiliarii Secreti Regii* in ſtatu Mediolanenſi decoratus, graviſſimisque ac ſplendidiſſimis belli pacisque negotiis adhibitus eſt. Anno 1646 à Rege Hiſpaniæ Legatus Oenipontem miſſus & nuptiis Ferdinandi Caroli Archiducis cum Anna Medicæa intereſſe juſſus, ſponſo torquem Ordinis Aurei Velleris dicti Regis nomine obtulit. Anno 1648 à Marchione Caracenæ Regio Gubernatore *Urbanæ militiæ præfectus generalis* creari meruit; anno 1657 Legatus fuit Comitis Fuenſaldaneæ pariter Producis Mediolanenſis ad Suetiæ Reginam Chriſtinam iſthac transeuntem, atque ad extremum anno 1671 inter Equites *Aurei Velleris* à Rege Carolo II cooptatus eſt. Ex *Claudia Eſtenſi Taſſona*, nobiliſſima Ferrarienſi ſtirpe ſata, pulcra ſobole auctus, non omnis mortuus eſt, filiis ſui ſimilibus poſt ſe relictis. Hos inter natu maximus CÆSAR jam anno 1657 parentis loco inter ſexaginta perpetuos Decuriones Mediol. aſcriptus, & quinquennio elapſo in Noſocomio magno ejusdem urbis Regius Locumtenens creatus, novum honorem fide virtute ac induſtria partum in domum ſuam intulit, poſtquam enim à Rege torque *Aurei Velleris* anno 1679 ornatus fuiſſet, ad *Magnatum Hiſpaniæ* quoque claſſem provectus eſt, ſed hoc decus cum familiæ

ejus

ejus maligna mors invideret, gnatum ipsius unicum, ea jam auctū ætate, ut Hymenæo litaret, rapuit.

AD TAB. XXXVII.

Vicecomites, qui initio à castro Rozani cognomen sibi sumserunt, nunc verò *Vajani & Fani Alexandri Domini ac Demarchi* audiunt, JOHANNULUM rami sui satorem agnoscunt, fratrem *Vercellini*, qui Somensium Vicecomitum lineam condidisse dictus est. Pater ille fuit OLDONIS & JACOBI, quorum hic rei sacræ alter bellicæ curam in civitate Derthonensi gessisse celebratur. Oldone natus MAPHIOLUS vir fortis ac Principibus gentis suæ devotus, partes eorum adversus Lodrisium Vicecomitem, qui invidia & æmulatione transversum actus arma contra illos ceperat, strenuè propugnavit, (s) & urbibus præfici meruit, id quod è monumento, quod mortuo Modöetiæ in fano Francisci positum fuit, constat; sequentem enim id habet inscriptionem: *Hic jacet Nobilis Vir Dominus Maphiolus Vicecomes, qui fuit Potestas Vallis Luxiardæ Graneliorum civitatis, Albæ & Alexandriæ. Obiit 1381 15 Junii.* Vivente adhuc illo JACOBUS ejus filius munus *Potestatis* Brixiæ obiit, quod maximè honorificum erat, curamque rei civilis pariter & militaris complectebatur. AMBROSIUM, Jacobi nepotem, uxor prima, opibus possessionibusque locupletavit, & filiorum duorum patrem fecit, quos matre mortua, avus *Johannes Vicecomes, Archiepiscopus Mediolanensis*, educavit. Ex eis natu minor VERCELLINUS in comitatu Galeacii Mariæ Sfortiæ fuit, cùm is copias auxiliares à Francisco Duce genitore suo Regi Galliæ Ludovico XI missas, ductaret, atque ab eodem Lugdunum delato arci, quam *Pierrecise* vocant, quamque securitatis ergo sibi tradi postulaverat, cum valido præsidio impositus est, eò quod eum *Cubicularium & commensalem suum, sibi fidissimum & singulari prudentia præditum* cognovisset, quemadmodum *Corius* literis prodidit: (t) Arci postea *Tricii* præfectus, eam carentem aqua viva puteo suis sumtibus fosso instruxit, quod *Platinus Plati*, Poëta ejus ævi haud absurdus, sequenti celebravit epigrammate:

Arx olim Tricii puteo præclara carebat,
quem bibit illa suus non erat ante latex;
Vercellinus Eques, qui præfuit, Anguiger arci,
viscera telluris fodit, & hausit aquam.
Ille vir egregius lymphas à Manibus emit,
& puteum grandi condidit ære suo.

Refertur etiam à Crescentio, visum sibi esse apud Lud. Chiesam, Civitatis Mediol. Secretarium, codicem MStum, cui titulus, *Manipulus Florum*, hicque epilogus: " Chron. ,, de Principib. Mediolanen. & Gestis eorum explicit, per me Præsb. Joannem de Muntis, qui jussu Magnifici & Præstantissimi Militis, D. Vercellini Vicecomitis, ac Ducalis Commissarii, Triciique Castellani, diligentissimè scripsi die IX Julii 1483. Ea denique præfectura motus Vercellinus à Ludovico Moro Sfortia, Cremonensem obtinuit, amplasque possessiones filiis suis reliquit. (u)

Johanne Antonio Vicecomite, Vercellini fratre natu majore, ortus est FRANCISCUS, qui pacis & belli artibus instructus, illis patriæ, his Duci Mantuano, cujus militiam Vicarii generalis titulo moderatus est, ornamento & præsidio fuit. Ex uxore sua, *Cæcilia Dugnana*, septem filios post se reliquisse Crescentio fertur, quorum taduorum tantum nomina idem autor posteritati commendavit; *Hercule* natu majore, Joh. BAPTISTA & FRANCISCUS prognati sunt, quorum posterior bellicæ laudis cupidine flagrans, invenis adhuc XX annorum cohortem CCC petitum rexit, sed in florente ætatis ac rerum cursu concidit nobili fato in Sabaudia apud munimentum *Barò*. Prior togæ nobilissimis muneribus domi, foris verò legationibus ita functus est, ut sapien-

Eee 2

(s) *Corius Hist. Med. Parte III.* [t] *Parte VI.*
[u] *Crescent. op. cit.*

pientissimi, integerrimi rerumque civilium & politicarum callentissimi viri gloriam reportaret. Pater is fuit VERCELLINI MARIÆ, qui belli ac pacis studia ita conjunxit, ut in utrisque pariter emineret. Exculto à prima juventa nobilioribus literis & disciplinis animo, in Belgium anno 1624 transiens, flagrante tunc inter Hispanos Ordinesque fœderatos bello, militiæ tyrocinium ibi fecit, & in Bredana obsidione strenui famam adeptus est. In Italiam deinde reversus plerisque actionibus & eventis belli, quod inter Gallos & Hispanos in Insubribus exarsit, magna pars fuit, & summa quæque discrimina obeundo providi atque excelsi animi & invicti roboris non unum specimen dedit, cumque Eporediam, cui loco præsidebat, Galli anno 1641 acerrimè oppugnarent, servati oppidi præcipuum propriumque decus retulit. Laudibus hoc, aliaque ejus fortia facta præter *Crescentium* Historiarum quoque hujus seculi scriptores celebrarunt, *Ripamontius* videlicet, *Bapt. Nannius & Hier. Brusonus*. Referam primi verba: " Fama & gloria, *inquit*, tam strenuè defensæ ea nocte, (*qua nempe ad ejus mœnia inter obsessores Gallos & liberatores Hispanos depugnatum fuit*) Eporediæ cessit in Vercellinum Mariam Vicecomitem, qui ibi in præsidio positus, simul ad omnia loca concursando, capessendoque suis manibus pugnam, simul trahendo secum in aciem cæteros disponendoque & animando, multa militis egregii, multa sapientissimi Ducis facinora edidit. „ (w) Nec erit dividiæ recensuisse, quæ ex diplomate, quo Rex Hisp. Philippus IV Vicecomitem nostrum *Marchionis S. Alexandri* titulo auxit, Crescentius excerpsit; ea sic se habent: " Cum Magnificus & Fidelis noster dilectus militum Tribunus Don Vercellinus Maria Vicecomes, tum ob paterna Senatoris, Joh. Baptistæ Vicecomitis, æstimatione digna, tum ob propria, utraque non utcunque nobis grata obsequia dignus existat, qui liberalitatis nostræ fructus in se sentiat, locum seu terram S. Alexandri, quam ut asserit in statu nostro Mediolani in feudum possidet, Marchionatus titulo & honore decorare decrevimus. Virum enim talem dicti Status Marchionibus adnumeramus, qui suæ singularis fidei & devotionis erga nos, militarisque virtutis & roboris perquàm accepta in belli variis occasionibus per plures annos, & in Belgicis & in præfato Statu oblatis signa edidit: jam Italici peditatus, jam galeatorum Equitum Capitaneus, hinc Tribuni militum Generalis Locumtenens, inde Tribunus militum creatus; & suo officio & sanguinis sui plenè semper satisfaciens qualitati, generosæ familiæ suæ, patrisque peculiariter vestigia æquali cum laude insectans, dum sese non semel sic strenuè inter alios in acie gessit in ipso Statu, ut designatus demum Jvreæ Gubernator sub anno 1641 obsidentibus locum hostibus illuc non sine magno vitæ discrimine introierit, illiusque defensioni & gnaviter incubuerit & prudenter se de omnibus benè meritum affatim præbendo. &c. „ Neque verò factis tantum egregiis sui gentisque qua ortus est nominis famam extendit Vercellinus Maria Vicecomes, sed cùm exacta inter acies & prælia ætate ad summi ducis gloriam, totque militares adoreas ingenii cultum atque optimarum artium honestamenta addidisset ociumque omne sapientiæ atque amœnioribus literis impendisset rarissimum illud Superûm munus, *facere scribenda, scribere legenda*, consecutus est. Cum itaque omnis ævi memoriam sedulus indagaret & suæ præcipuè gentis fastas evolveret, domesticaque tabularia excuteret, solerti tandem investigatione originem & initia domus Vicecomitum, hactenus ignorata eruit, & ab illo stipite regio, à quo nos orsi sumus, totam gentem, nusquam intercisa serie à stirpe ad suam usque ætatem deduxit atque enumeravit, justoque opere (de quo tamen utrũ calamo tantum an typis quoque exscriptum fuerit dicere non est integrum) complexus est, cui epistolam nuncupatoriam Vir maximè litteratus ac disertus *Octav. Ferrarius* præfixit, ad Vitalianum Cardinalem Vicecomitem (de quo inferius dicetur) scriptam, ejus exemplum *Parte III Prolusionum & Epistolarum* illius (x) videre est.

UBERTUS MARIA Vicecomes, Vercellini Mariæ frater, Ecclesiasticum vitæ genus & studia id ornantia secutus in *Prælatum magni talenti*, ut *Brusonii* encomio utar, evasit. Indignum verò virtute sua vitæ exitum nactus est, quem idem autor literis mandavit; in pauca contraham prolixius ab eo narrata: Est in Piceno, quæ provincia jam Marca Anconitana dicitur, oppidum *Firmum* tantæ dignationis, ut ejus gubernatio inde à Pontificatu Julii III Cardinali, cui *Patroni* titulum kat exochyn tribuunt, demandari consueverit, hujus verò vices obire solet quisquis ab isto Pontifice ei muneri admovetur. Itaque Innocentio X ad supremum dignitatum humanarum apicem evecto, Cardinalis Pamphilius

(w) *Hist. patr. s. de bello Mantuan. Lib. VIII.* (x) *pag. 77.*

ejus nepos Firmi gubernator dictus, hujusque vicarius Ubertus Maria Vicecomes constitutus est. Is omnibus affabilem lenemque se præbendo & ne quidem erga facinorosos severitatem adhibendo, sed ad preces blandientis inprimis sexus reis jam condemnatis gratiam facilè faciendo, non tantum autoritatem existimationemque suam brevi minuit, sed etiam in odium Firmanorum, hominum superborum & vindicta gaudentium, incurrit; cumque diuturnius solito illa in statione manendum ei esset, & negotio frumentario, ab aula Romana sibi injuncto, nobiles & locupletes irritasset, hicque plebem etiam incendissent, conjuratio facta est. Sentiens ille aliquid monstri ali milites Corsicos duodecim à Friderico Borromæo Montaltii Gubernatore petiit & obtinuit, qui cùm Firmum venissent nova factiosi crimina serere, non jam clàm sed palàm fremere & concitatore quodam Lucio Guerrierio tumultuari, atque in apertam ad extremum seditionem excedere; eâ Vicepræses, cum dimissis, ut turbonibus satisfaceret, Corsis in munitiorem arcis locum se recepisset, oppressus, & unà cum domesticis suis miserè trucidatus est, duodecim plagis ictibusq; confectum esse dictus autor memorat. Cadaver etiam occisi contumeliis affectum, & nudum in publica via relictum, nocte demum in Nosodochio Humilitatis sepultum fuit. Id Laurentius Imperialis, tunc Clericus Cameræ Apostolicæ, posteà Cardinalis, ad expetendas tanti sceleris pœnas à Pontifice titulo Commissarii Firmum missus, humili illi sepulchro exemtum honorifico & frequenti funere, publicoque sumptu Lauretum deportari curavit. (y)

(y) *Brusoni Hist. Ital. Lib. XVI. ad an. 1648.*



STIRPIS VICECOMITUM MEDIOLANENSIUM IN *STEMMATE DESIDERIANO*

Ramus VICECOMITUM DE BESNATO, GROPPELLO ET CRENA COMITUM CARBONARÆ, ALBIZETI ET FONTANETI.





Scuto hic delineato illi è gente Vicecomitum utuntur, qui in Borromeariæ familiæ nomen, adoptatore Vitaliano Borromæo, Johannis Mariæ Vicecomitis affine, assumti, id cum gentilitio conjungere assueverunt; frenum enim, quod in secunda & tertia ejus quadra conspicitur, ex clypeo Borromæorum variis emblematibus, quale & istud, referto, desumtum est.

VICECOMITES DE ALBIZATO, GROPPELLO

XVI. PETRUS VICECOMES, Andreotti F. Theobaldi Frater, (Vid. Tab. XXXI.) Dn. Besnati, Albizati, Cremonæ, Albuzagi &c. Vicarius Imperialis Cremonæ, Potestas Placentiæ & Borgomi, an. 1290.

XVII. Caspar Vicecomes, Dn. Albizati, Potestas Bononiæ, an. 1350. Eq. Aur. Ux. *Elisa Stampa.*

XVIII. Johannolus Vicecomes. Ux. *Achilla Flisca.*

XIX. Ubertus Vicecomes, Dn. Vissani, Potestas Bergomi, an. 1385. Ux. *Sofronia.*

XX. Johannes Vicecomes, Cubicularius Ducis Jo. Galeacii I.

XXI. Petrus Vicecomes, Comes Aronæ, Dn. Groppelli & Bremi, Cubicul. & Consiliar. Ducis Philippi Mariæ, Præfectus Cremonæ.

XXII. Johannes Petrus Vicecomes, Condom. Gropelli. *Agnes Beccaria.* — Johannes Augustinus Vicecomes, Condominus Gropelli.

XXIII. Casparinus Vicecomes, Condom. Gropelli. *Johanna Rusca.* — Johannes Vicecomes. — Philippus Vicomes.

XXIV. Johannes Aloisius Vicecomes, Dn. Carbonaræ, Consiliar. Ducis Ludov. Mariæ. *Magdalena Moneta.* — Hieronymus Vicecomes.

XXV. Jo. Caspar Vicecomes, Dn. Carbonaræ, Eq. aur. Senator Mediol. *Hippolita Stampa.* — Octavianus Vicecomes. Eques, Senat. Mediol. — Vitalianus Vicecomes.

XXVI. Jo. Aloisius Vicecomes, Dn. Carbonaræ, Eques. *Barbara Flisca.* — Franciscus Vicecomes. — Franciscus Vicecomes.

XXVII. Hieronymus Vicecomes, *Comes Carbonariæ*, Decurio Mediol. *Isabella Borromæa, Julii Cæsaris Com. Aronæ fil.* — Hieronymus Vicecomes. — Dorotheus Vicecomes.

XXVIII. Carolus Vicecomes, Com. Carbon. Condom. Albizati, ✠ Francisca Perona, ex Comit. S. Martini. — Franciscus Episc. Alexandr. 1640 Cremonæ 1643. ✠ 3 Oct. 1691. — Petrus Lucas Vicecomes, Eques Melit. — Julius Cæsar, Primicer. Metropolitanæ Mediol. — Aloisius Vicecomes. — Caspar Vicecomes. — Jo. Baptista Vicecomes. — Johannes Vicecomes. — Baptista Vicecomes.

XXIX. Fridericus Vicecomes, Archiepisc. Mediol. & Rom. Eccl. Cardinalis, 1681. ✠ 7 Jan. 1693. — Alexander Vicecomes, Comes Carbonaræ. ✠ 1685. — Hieronymus Vicecomes Episcopus Vigevani. — Petrus Lucas Vicecomes, Comes Carbonaræ, ✠ 1683. — Aloisius Vicecomes, ✠ — Johannes Vicecomes. ✠ — Dorotheus Vicecomes. — Franciscus Vicecomes. — Hector Vicecom.

ET BREMO, COMITES ARONÆ ET CARBONARÆ.

Ux. Antiochia Cribella, Urbani III Papæ proneptis. XVI.

LODRISIUS Vicecomes, &c. *Vid. Tab. XLI.* — N. uxor *Conradi. Ruscæ Comensis.* — N. desponſ. *Simonino. Turriano*, 1302. XVII.

Antonius Vicecomes. — Azzo Vicecomes. XVIII.

Caſpar Vicecomes, *Valentina, Barnabæ Vicecomitis notha.* — Robertus Vicecomes, *Archiepiſcop. Mediol.* cr. 1354, ✠ 1360. — Andreas Vicecomes, Generalis Ordinis Humiliatorum. XIX.

Caſparinus Vicecomes Dn. Albizati, Viſani, Comes Aronæ. Ux, *Agnes Beſozza.* XX

PHILIPPUS MARIA Vicecomes &c. *Vid. Tab. ſeq. XXXX.* XXI.

Caſparinus Vicecomes, Condom. Gropelli. XXII.

Otto Vicecomes. — Caſpar Ambroſius Vicecomes, Eq. Aur. Senator Mediolan. XXIII.

Johannes Caſpar Vicec. — Galeacius Vicecomes, Eq. Melit. — Camillus Vicecomes Dn. Caſſani & Magnagi, Eq. Conſil. Duc. — Paulus Vicecomes. — Hieronymus Vicecom. — Jacobus Antonius Vicecomes. XXIV.

Princivallus Vicecomes. — Caſpar Vicecomes, Dn. Caſſani, Condom. Bremi. — Paulus Maria Vicecomes. XXV.

Alexander Vicecomes. — Hieronymus Vicecomes. — Princivallus Vicecom. — Alphonſus Vicecom. — Jo. Baptiſta Vicecomes. — Guilielmus Vicecomes. XXVI.

Godefridus Vicecomes. — Marcus Antonius Vicecomes. — Franciſcus Vicecomes. — Carolus Vicecomes. — Johannes Vicecomes. XXVII.

Octavius Vicecomes. — Princivallus Vicecomes. — Jo. Baptiſta Vicecomes. — Camillus Vicec. — Joſephus Vicecomes. — Caſpar Vicecomes. XXVIII.

Joſephus Vicec. — Galeacius Vicec. — Godefridus Vicecomes. — Antonius Vicecomes. — Caetanus Vicecom. — Luchinus Vicecomes. — Alexander Vicecomes. — Johannes Vicecomes. XXIX.

VICECOMITES DE BORROMÆIS,

XXI. PHILIPPUS MARIA Vicecomes, Equ. auratus Comes & Dn. Albizati, Fontaneti & Fagnani.

XXII.

1. Johannes Maria Vicecomes Dn. Albizati, Fontaneti, Fagnani, Monticelli &c.
Justina Borromæa, Philippi Com. Aronæ fil.

XXIII.

Ludovicus Vicecomes de Borromæis.	Alexander Vicecomes de Borromæis, Proto notarius.	Jo. Hieronymus Vicecomes.	Caspar Vicecomes Borromæus. *Lucretia Raverta.*	Cæsar Vicomes.

XXIV.

Vitalianus Vicecomes.	Petrus Franciscus Vicecomes de Borromæis.	Fabius Vicecomes de Borromæis, Comes Albizati. *Constantia Trivultia, Jo. Firmi Com. Meltii f.*	Jo. Caspar Vicecomes.	Carolus Vicecomes, *Episc.* Abintimel. 1561. *Cardinalis* 1565. ✠ eod. an. 13. Nov.

XXV.

Hannibal Vicecomes, Senator Regius.	Filiodora ux. Hieronymi Vicecom. de Massino.	Otto Vicecomes Borromæus.	Vitalianus Vicecomes Borromæus.	Pyrrhus Vicecomes Borromæus, Com. Albizati, Eq. S. Jacobi. ux. 1. Hippolita de Porris, Alexandri fil. 2. Camilla, March. Joh. Baptistæ Marini f.	Jo. Firmus Vicecom. Borrom.	Claudia, ux. Com. Marci Antonii Aresini.	Anna, nup. Alexandro Panigarolæ.

XXVI.

1 Constantia, *monialis* dicta Hippolyta Camilla.	2 Fabius II Vicecomes Borrom. Com. Albizati. *Blanca Spinula, Jo. Ambrosii fil.*	Vitalianus Vicecomes Borromæus, Clericus Cameræ Apost. *Archiep.* Adrianop. ✠ 1617.	Margarita nup. *Jo. Petro Serbellonio, Com. Castilioni.*	Hippolyta, *monialis*, dicta Angelica Perpetua Maria.	Livia.

XXVII.

Pyrrhus II Vicecomes de Borromæis, Com. Albizati. *Hippolita Annona.*	Vitalianus Vicecomes, Borromæus, S. R. Eccl. *Cardinalis* 1667. *Archiepis.* Montis Reg. in Sic. 1670 ✠ 11 Sept. 1671.	Camilla.	Aurelia.	Johannes, Eq. Milit.

XXVIII.

Fabius III Vicecomes Borromæus Com. Albizati. *Margarita Arese, Com. Bartholomæi f.*	Blanca, ux. *Casparis March. Bigliæ.*

XXIX.

Pyrrhus III Vicecomes Borromæus Com. Albizati, Magnas Hispan. ✠ 1700. *Paula . . . de Trottis, M.*	Julius Vicecomes Borrom. *Abbas.*	Vitalainus Vicecomes Borromæus. ✠ 17 Oct. 1694, *Equitum Magister.*	Hannibal.

Magaritha.

LA XL.

COMITES ALBIZATI ET FONTANETI.

Ux. 1. Johanna Palavicina, Marchionis Rolandi f. XXI.
2. Maria de Ghilinis, Juliani fil. Petri Alciati vid.

XXII.

2. Galeacius Maria Vicecomes, Comes & Dn. Fontaneti.
Barbara Trivultia, Jo. Jacobi Com. Melzi fil.

XXIII.

Albertus Vicecomes.

Johannes Franciscus Vicecomes, Comes Fontaneti.
Aloisa Biglia.

Johannes Baptista Vicecomes, Comes Fontaneti.

XXIV.

Fridericus Vicecomes.

Johannes Maria Vicecomes.

Jacobus Vicecomes.
Laura Ferreria, Philiberti Pr. Masserani f.

Galeacius Vicecomes, Comes Fontaneti.
Magdalena Arcimbolda, Johannis Dn, Candiæ & Valegii f.

Caspar Vicecomes, *Archiepisc.* Mediolanens. 1585, ✠ 4 Jan. 1595.

XXV.

Cæsar Vicecomes. ☽

Fridericus Vicecomes.

Octavius Vicecomes.
Helena ex Ferreriis Mediolan.

Philippus Vicecomes. Comes Fontaneti.

Johannes Vicecomes.

Jo. Baptista Vicecomes.

XXVI.

Carolus Vicecomes.
Camilla Friderici Com. de Rubeis fil.

Livia nup. *Jo. Baptistæ Rovidio, Com. de Mondondone.*

Carolus Vicecomes, Decurio Mediol.

Cæsar Vicecomes.

TABULA XLI.

VICECOMITES DE BESNATO ET CRENA.

XVII. **LODRISIUS VICECOMES**, Petri Vicecomitis & Antiochiæ Cribellæ F. Condominus Albizati, Albuciagi, Crenæ & Besnati.

XVIII.
- Ambrosius Vicecomes, Dn. Besnati.
- Zanottus Vicecomes.
- Estorolus Vicecomes.

XIX.
- Lodrisius II Vicemes.
- Petrus Vicecomes, *Luchina Daveria.*
- Bonatesta Vicecomes, Eques auratus.
- Johannes Vicecomes.

XX.
- Gulielmus Vicecomes. *Johanna Mandella.*
- Jacobus Vicecomes Eques auratus, & Senator Ducalis.
- Estorolus II Vicecomes Dn. Crenæ & Albuciagi.

XXI.
- Lodrisius III Vicecomes. *Catharina Porta.*
- Aloisius Vicecomes.
- Jo. Petrus Vicecom. Præfect⁹ Cremonæ.
- Johannes Vicecomes, Dn. Crenæ. □
- Aloisius Vicecomes, Doctor Collegiatus Senator Mediol.

XXII.
- Nicolaus Vicecomes. *Hippolyta Capra.*
- Ardicinus Vicecomes.
- Hercules Vicecomes.
- Leander Vicecomes. *Leonora Castigliona.*
- Margarita ux. *Bernardini Melzi.*
- Hector Vicecomes.
- □ Antonius Maria Vicecomes.

XXIII.
- Lodrisius IV. Vicecom. *Catarina Roverta.*
- Petrus Franciscus Vicecomes.
- Hieronym⁹ Vicecom. *Aurelia Coria.* ☾
- Constantia ux. *Octavii Vicecomitis.*
- Franciscus Vicecom. Doct. Legum.
- Hieronymus Vic. Doctor Medic.
- Jo. Baptista Vicecom. *Laura Biraga.*
- Petrus Aloisius.

XXIV.
- Aurelius Vicec. Doctor Collegiat.
- Lucius Vicec.
- Domicius.
- Presildus.
- Octavius Vicecom. Constantia, Leandri Vicecomitis fil.
- ☽ Hercules Vicecom.
- Scipio Vicec. Referendar. utriusque Signat.
- Horatius, Eq. Melit.
- Cæsar Vicecomes. ✝
- Otho Vicecomes.

XXV.
- ✝ Jo. Baptista Vicecomes, Condom. Crenæ.
- Franciscus Vicecomes, Condom. Crenæ Doctor Collegiatus.
- Johannes Vicecomes, Doctor Collegiatus.
- Ludovicus Vicecomes, Provincialis Capucinorum.

XXVI.
- Christophorus Vicecomes.
- Petrus Aloisius Vicecomes.
- Cæsar, Vicecomes Doctor Collegiatus.

EXEGE-



EXEGESIS HISTORICA.



PETRUM Vicecomitem, qui Tabulam XXXV orditur, fuiſſe Annales prædicant, virum fortem ac prudentem & magna inter populares autoritate præditum, ſed factioſum, proindeque conjurationis adverſus Matthæum Vicecomitem & filios ejus anno 1301 factæ ſocium, quæ cum aliqua emanaſſet Petrus à Galeacio Vicecomite repentè comprehenſus, & in arce Segozani cuſtodiæ mandatus eſt, at uxor ejus, *Antiochia Cribella*, virilis animi fœmina, pro marito ſtrenuè arma cepit, convocatiſque amicis & clientibus, Seprii præfecturam hoſtiliter invaſit, adjuta à genero Conrado Ruſca, qui inter Comenſes ea tempeſtate opibus & factione potens, in perniciem Matthæi cum æmulis conſpiravit; hæcque, referente Merula (*a*) fuit origo conjurationis, cujus vi Matthæus Vicecomes paulò poſt de principatu deturbatus fuit. CASPAR & LODRISIUS, Petri filii, paternæ æmulationis hæredes, aperto Marte rem adverſus agnatos Principes agere auſi ſunt, ſed victo pugna decretoria apud Parabiacum Lodriſio & capto, Caſpar arma depoſuit, & ex inimicitia in gratiam cum Luchino Principe reconciliatus, obtinuit ab eodem anno MCCCXLI inveſtituram terrarum *Morengo, Grantola, Cunardo, Marchirolo, Bruſinopiano, Arciſate, Pandrignano, Carono & Giringhello*, extruxitque caſtrum *Albizatum*. Poſteà à Johanne Vicecomite, Principe & Archiepiſcopo Mediol. Bononiæ Prætoris titulo præfectus, ſumma eo munere juſtitia functus eſſe celebratur. (*b*) Caſpare natus JOHANNES octingentorum equitum ductor fuit, cum Bononiam Johannes Vicecomes expugnaret, & pater UBERTETTI de quo extant literæ, quibus is dominio Viſanenſi à Thoma Epiſcopo Brixienſi inveſtitus fuit, nominatus in iisdem *Egregius & Nobilis Vir D. Ubertettus Vicecomes genitus quondam D. Johannis*. Bergomenſem præfecturam idem Ubertettus vivente adhuc parente anno 1385 geſſiſſe, atque anno 1393 teſtimonium perhibuiſſe fertur Angleriæ, Bernabovis Vicecomitis filiæ, cum ea Friderico Burggravio Nurembergenſi deſponſa paternæ hæreditati renuntiaret. Uxor Ubertetti *Sofronia* Creſcentio aliiſque ſoror Angleſiæ Cypri Reginæ, Comiti Gualdo Priorato autem Petri Regis Cypri ſoror dicitur, verùm ſicuti reginam Cypri, cui Angleſiæ nomen fuerit, nullam novimus, ita poſterius tanquam incompertum in medio relinquimus.

CASPARIS ſive CASPARINI, Ubertetti filii, extollitur virtus prudentia & fides, Ducibus Joh. Galeacio, Joh. Mariæ & Philippo Mariæ multis & magnis argumentis probata. Legationem idem ternam in Anglia egregie obiiſſe celebratur, primam matrimonii ergò, quod inter Violantam, Galeacii Vicecomitis Principis Mediol. gnatam & Leonellum Clarentiæ Ducem Regis Eduardi III filium contractum eſt, ſecundam ut nuptias inter Luciam, Bernabovis Vicecomitis filiam, & Johannem Comitem Darbiæ, Leonelli fratrem, conciliaret, tertiam ut Ducis Jo. Galeacii filio primogenito gnatam Regis Eduardi uxorem peteret; quamvis autem poſteriora negotia ſucceſſus deſtituerit, donis tamen honoribuſque cumulatum, nec non inſignibus Ordinis aureæ periſcelidis decoratum ad pe-

Chev de la Jarretierre en Angleterre

(a) *Antiq. Vicec. Lib. VI. Conf. Corius Parte II. & Ripamont. Lib. I.*
(b) *Corius loco cit. Gualdus Prior. in vita Caſparini Vicecom.*



nates rediisse tradunt; quod decus ei gentique suæ non equidem invidemus, miramur magis, nullam illius mentionem occurrere in præclaro & accurato opere quod *Elias Ashmolius* de dicto ordine edidit, quoque omnium Equitum, quotquot ab institutione Ordinis ad nostram usque ætatem aurea periscelide insigniti fuerunt, nomina atque insignia exhibuit. Mediolanum à legatione Anglica reversus *Casparinus Vicecomes* castro & terra *Aronæ* cum omni suo districtu & jurisdictione à Duce Jo. Galeacio donatus est. Hujus posteà filius ac successor Johannes Maria eidem larga honoris testificatione, & amplissimo diplomate d. XXVIII Novembr. anno MCDIX contulit titulum " Generalis Marescialli sui quarumcunque Impresiarum & quarumcunque gentium suarum armigerarum equestrium & pedestrium cujuscunque conditionis existant, quæ in suis Impresiis militabunt, cum mero & mixto Imperio, nec non cum auctoritate, arbitrio, baylia, honorantiis, & prærogativis, ac emolumentis hujuscemodi Marescialiatus officio pertinentibus &c. „ Ad extremum cum Duce Jo. Maria è vita sublato ejus fratri Philippo Mariæ in occupãdo & cõstabiliendo Ducatu egregiam operam navasset Casparinus, fatis concessit senecta jam ætate, & in sacello S. Johannis fani Eustorgiani sepulcro, è candido marmore constructo, mandatus est.

A filiis Casparini natu majoribus Petro & Philippo Maria florentissima enata est propago: PETRUS Aronæ Comes Philippo Mariæ Vicecomiti, Duci Mediolani, à cubiculo fuit, ejusdemque nomine Cremonam rexit; genus ab eodem duxere *Vicecomites de Cassano, Magnago, Novate, Bettola, Caicinate, Babbiate, Faido, Penasca & Guantola, Feudatarii Bremi, Gropelli & Lomellinæ*, præcipuèque *Comites Carbonaræ*, inter quos nostra ætate eminuit FRIDERICUS *Vicecomes*, Caroli F. qui literarum & utriusque Juris studiis à pueris innutritus Romamque confirmata ætate profectus *Auditoris Rotæ* spartam aliquandiu ornavit, tandemque ab Innocentio XI Papa anno 1681 *Archiepiscopus Mediolanensis*, & paulò post, Kalendis Septembr. ejusdem anni *Cardinalis, tit. S. Alexii* creari meruit, quibus honoribus vitaque perfunctus quinpue supra septuaginta annorum Nestor terras reliquit.

AD TAB. XL.

PHILIPPO MARIÆ Vicecomiti Casparini filio secundogenito, ad feudum *Albizati* aliaque avita bona accessere *Fontanetum & Fagnanum* beneficio Ducis Mediolanensis ejusdem nominis, qui vicissim Aronam ab illo ejusque consanguineis anno MCDXXXIX repetiit. Cùm Franciscus Sfortia rerum apud Insubres potitus esset Parmæ præfectura Philippo Mariæ Vicecomiti anno 1453 demandata, & deinde cum Novariensi comutata fuit, quam adhuc anno 1476 tenuit, id quod testantur literæ à Bona Ducissa d. XXVI Sept. ad eum scriptæ hoc exordio: *Magnifico Equiti, Affini nostro carissimo D. Philippo Mariæ Vicecomiti, Locumtenenti nostro Novariæ.* (c) Ex duabus uxoribus aliquot eidem nati sunt liberi, è quibus duos tantùm mares *Crescentius* posteritati commendavit: eorum natu major & ex priore cum Johanna Palavicina matrimonio, ortus JOHANNES MARIA Vicecomes Eques Ducalisque Consiliarius, ducta in uxorem *Justina Borromea* novas opes novumque cognomen filiis suis, eorumque posteris peperit: namque Vitalianus Borromeus, Justinæ frater prolem nullam habens, filium sororis suæ primogenitum LUDOVICUM adoptatum sibi successorem designavit in bonis, voluitque Borromæorum cognomine appellari, & eorundem gestare insignia. Factum est utrumque à Ludovico, qui hæreditate adita confestim cum gentilitio nomine *Borromæum*, & in insignibus cum avito angue *frænum* conjunxit. Extincta ejus in nepote *Hannibale* stirpe transiit hæreditas & appellatio illa ad liberos CASPARIS, qui in numero fratrum Ludovici fuit, pater FABII, avus PYRRHI, ob morum studiorumque & cultus elegantiam à *Basilio de Sereniis* in elogio familiæ Borromæorũ summis vecti laudibus. (d) Eximia quoque sunt elogia, quibus ejusdem posteri in diplomate à Philippo IV Rege Hisp. anno 1667, mense Augusto dato ornantur, ex quo aliqua hic inseruisse non erit dividiæ: " Nil magis Regiæ nostræ majestatis proprium, nil æquius, quàm antiquas nobilesque familias, ac benè meritos ex eis provenientes viros regalis nostræ munificentiæ signis complecti: insignium enim stirpium splendor semper plenius diadema nostrum irradiavit. Hæc in Comitis Pyrrhi Vicecomitis Borromæi illustri familia uberrimè comprobata comperuimus, quæ ex Ducum Insubriæ præclaris descendens

(c) *Crescent. loco cit. Morigi Nobiltà di Mil. Lib. IV. cap. VI.*
(d) *Lib. VII. pag. 526. & seq.*

dens fastigiis, tanti stirpis claritatem inter feudorum vasallorumque plurimitates, inter titulorum purpurarumque dignitates per continuatam annorum seriem, luculentissimè conservavit. Ex ea Comes PIRRUS Senior omni virtutum genere floruit; Junior verò Comes PIRRUS natalium suorum sublimitatem paribus erga nos obsequiis assiduè æmulando, vigilantia æque ac prudentia ubique demonstrata, secretioris Consilii in Statu nostro Mediolanensi Consiliarius creari promeruit, ibique multis abhinc annis, quotquot ardua sese obtulerunt pertractanda, tot pretiosa perhibuit documenta. Reverendissimus in Christo Pater VITALIANUS Vicecomes Borromeus, ejus frater, postquam in alma urbe plurima propensionis suæ erga nos præstitit testimonia, primò Nuncii extraordinarii munere ad nos missus, deinde Ordinarius in nostris Hispaniarum regnis optimo jure emicuit, ubi inter plenos applausus antiquas domus suæ purpuras murice renovavit, ac cum honorum eminentia in dies magis capiunt unà secum admirandæ virtutis incrementum. Comitis JOANNIS Vicecomitis Equitis Hierosolymitani alterius fratris plurima forent recensenda facinora, nisi actu, quo cohortem in castris nostris Mediolanensibus inserviebat, immatura morte correptus remansisset; memoresque Comitis FABII, recensiti Comitis Pirri filii, qui unà cum ætatis suæ primordiis gestorum suorum nobis dicavit principia; ab ineuntibus enim annis dux cohortis pedestris effectus, deinde tempore, quo majora in dicto nostro Mediol. Statu hostilibus copiis flagrabant incendia, propriis sumtibus numerosa Equitum cohorte comparata Martis adversi flammas majori erga nos fervore, superare sollicitavit. Tantorum igitur non immemores ipsi Comiti Fabio Capitaniatum levis armaturæ in dicto nostro Statu Mediolanensi ejus vita durante contulimus; successivè ab illustri nostro Locumtenente inter cæteros electus equestrium custodiarum præfecturam summo cum splendore exercuit, qui enim pluria in nos cumulavit merita, duplici munere uno eodemque tempore potuit decorari. Denique novo exardescente Marte in præfati Comitis Fabii primogenitum dictam cohortem equestrem transtulimus, Patrisque ipsius strenuitate nixi, eum in Tribuni militum dignitatem eligimus. „ Fabii, postremùm memorati, filium natu maximum, PYRRHUM III, Carolus II Rex Hispan. paulò post initiū anni 1700 dignatione Magnatis Hispanici, ad successores ejus transitura, nec non munere Commissarii Generalis mactavit; quoniam verò Pyrrhus prole mascula destituitur, hoc eum agere nunciatum est, ut id muneris in fratrem JULIUM transferre queat, & in Curia Romana facultatem impetret, jungendi cum eodem matrimonio gnatam suam unicam.

CAROLUS Vicecomes, Cæsaris F. Johannis Mariæ N. *vir doctrina & prudentia insignis* Oldoino in Historia Pontificum & Cardinalium audit. (c) Fuit, eodem referente, civitatis patriæ apud R. Philippum II anno 1560 Orator, & sequenti anno à Papa Pio IV *Protonotarius Apostolicus* primò, mox *Albintimilliensis* vulgò *Vintimilliensis* Ecclesiæ *Episcopus* electus, Concilio Tridentino interfuit, & maximis de rebus ad ipsum concilium pertinentibus à Cardinalibus Legatis Præsidentibus Romam ad ipsum Pontificem Pium missus, ab eodem anno 1565 *Cardinalis Presbyter tituli SS. Viti & Modesti* creatus est, id quod tamen affinitati Borromeæ magis quàm meriti viri, utpote probi quidem, sed vultu tetrici, & ad gerenda negotia non valde apti, Papam dedisse in monumentis Vaticanis scriptum esse idem Oldoinus memorat, sed invidiæ tribuit. Eodem anno, quo purpuram induit Carolus Vicecomes, Ferentinam Ecclesiam quoque administrandam accepit, sed mox unà cum vita deposuit. Sepulto in æde, de qua titulum gessisse dictus est, sequens epitaphium conditum fuit. D. O. M. " Carolo Vicecomiti Mediolanensi, S. R. E. Cardinali, qui Pio IV. Pont. Max. ex Senatu Regio ad Episcopatum, inde ad Cardinalatum provectus multis ad Reges Imperatoresq; legationibus summa cum laude functus, vetustissimæ gentis suæ nobilitati præclarè omni parte respondit. Vixit annos XLII. Obiit Romæ Idibus Novembr. An. Salutis MDLXV. Carolus Vicecomes Abizati Comes magno patruo B. M. P.

GALEACIUS MARIA Vicecomes, Philippi Mariæ è posteriore toro cum Maria de Chilinis filius, dignam quoque stirpe sua prosevit propaginem, quam inprimis illustravit CASPAR, Jo. Baptistæ Comitis Fontaneti gnatus; is divini humanique juris peritia ornatus *in Papiensi Academia Professoris publici* munere fungi se familiaque sua haud indignum duxit, Sacræ deinde *Romanæ Rotæ auditor* à Papa Gregorio XIII in Melitam insulam ablegatus est, ubi discordantes equites ac ad arma proclives sua prudentia consilioque ad concordiam reduxit. Romam reversus *Mediolanensis Archiepiscopus* creari meruit, eamque dignitatem die

(c) *Tomo III, pag. 961.*

XXII Jul. anno MDXXCV solemni pompa suscepit, & piis sanctisque moribus ornavit. Prædicat id monumentum, quod mortuo in Metropolitana positum fuit cum sequenti inscriptione: " Gaspari Vicecomiti Mediolan. Archiepisc. qui adulta vix ætate, præclarisque muneribus summa cum laude perfunctus, jam matura Novarien. Episcopus à Gregorio XIII designatus, mox in Caroli Card. Borromæi demortui locum suffectus, Ecclesiam Mediolanensem annos X piè recteque administravit, obiit anno ætatis suæ LVII prid. Id. Januar. MDXCV Xenodochii majoris hujus urbis Præfecti Hæredes P.P. (f)

AD TAB. XLI.

LODRISII Vicecomitis, à quo *Vicecomites Albuciagi, Besnati & Crenæ Domini* genus ducunt, invidiæque, qua ille erga agnatam domum regnatricem flagrabat, facta jam est mentio vice iterata. Adversus Matthæum Magnum cum Turrianis consilia & arma sociavit, primasque suscepit partes missionis ad Pontificis Rom. legatum Beltrandum Vasconem Cardinalem factæ, ea fini, ut Matthæus, ipsiusq; filii, sub inani libertatis restaurandæ nomine, Mediolano pellerentur; Marco deinde, Matthæi filio secundogenito, quem dominationis cupido eadem fames atque invidia vexabat, se adjunxit, animumque ejus ægrotum ad deteriorem partem facilè applicuit, & ad apertam adversus Geleacium Principem conjurationem perduxit. Neque homo inquies & ambitione mutabilis ullis omnino donis atque honoribus collatis evinci mitigariq; potuit, ut Actiū, Galeacii gnatum, rerum potiri æquo animo pateretur. Itaque ad extremum contractis ex transfugis exulibusque copiis bellum fecit, & inter Parabiacum & Nervianum in aciem descendit, signisque collatis cum Luchino Vicecomite justo prælio pugnavit, in quo quamvis initio superior res ejus fuerit, magna tamen tandem cum clade fusus fugatusq; & una cum duobus filis captus in arce S. Columbani custodiæ mancipatus est. Posteritatem habuit satis numerosam, cujus integram seriem quia nemo extitit, qui nobis impertiret, iis quæ è Crescentio recensuimus contentū esse lectorem rogamus. Cæterùm quoniam ex illa atque ex universa Vicecomitum gente benè multis *Doctorum Collegiatorum* titulum in Tabulis adscripsimus, quid ille significet paucis subjungemus: est nimirum Mediolani Collegium JurisConsultorum fundatum antiquitus, severa lege, ne recipiatur ullus, qui suos ab origine ultima avos intactos omni natalium & vitæ labe exhibere non queat. Id Pius IV & Sixtus V Pontifices Romani nec non Carolus V Imperator & Mediolani Dux amplissimis honoribus privilegiisque auxerunt, quæ manent hodie, *nec fastum modo nobilitati sed etiam incitamentum virtutis addunt, ut Ripamontii* verbis utar. (g) Papa Pius IV, qui dicti Collegii membrum fuerat, Doctores ejusdem omnes *Comites Equitesque* jure perpetuo creavit & sancivit, ut unus eorum semper esset *Auditor Rotæ Romanæ*, alius *Advocatus Sancti Consistorii*, utque ejusdem collegii Abbates torquem auream collo gestarent, dum officium eorum duraret. Sixtus V annuam collegio pensionem quingentorum scutatorum eamque perpetuam assignavit; Horum beneficiorum perenne condere monumentum sui officii esse duxerunt incluti doctores, & utriusque Pontificis imagines ex ære conflari curarunt, utque in sacello collegii perpetuo starent decreverunt. (h) Numerus illorum, qui in Ordinem istum recipiuntur, indefinitus est, *Paulus Morigius* CLX & plures viros enumeravit, sua ætate eidem adscriptos. Universi hoc uti consueverunt titulo: *Illustrissimi DD. Abbates, Protectores, cæterique Officiales illustrissimi ac Ven. Collegii Comitum Equitum ac Judicum inclytæ civitatis Mediolani.* Solent denique ex illorum numero plerique præstantioribus urbis officiis admoveri atque præfici, & in Romana quoque curia ad honores insigniaque munera provehi.

Videri equidem possumus exequuti jam esse narrationem familiæ Vicecomitum per stemmata ramosque & lineas, in quas sese diffudit, continua serie & nunquam intercisa successione ad hæc tempora deductæ; sed præterquam quod illas ipsas, quas exhibuimus, tabulas non omnibus numeris absolutas esse, sed suos pati defectus, nec pauca in Annalibus obvia nomina Vicecomitum, quorum genesis nos præterit, in iis desiderari fatendum est, alius adhuc restat ramus, Vicecomitum videlicet *de Carimate & Riozzo*, cujus originem explorare nec Crescentio integrum fuit. Initium ejus duci solet *à Dominico Vicecomite, Carimati Domino* Philippæ Mariæ Ducis Cubiculario, patre *Alphonsi & Georgii*, quorum posterior ab eodem Duce alæ equitum levioris armaturæ præpositus à prima juventa strenui ac maximè pugna-

(f) *Ughell. Ital. Sacr. Tomo IV. p. C95.* (g) *Hist. Mediol. Dec. III. Lib. IX. p. 670.*
(h) *Paul. Morig. Nobiltà di Mil. Lib. VI. cap. 18.*

pugnacis famam adeptus est, & quia nunquam quievit, sed dies noctesque in omnes occasiones intentus hostes creberrimis iisque fortunatis velitationibus fatigare & lacessere solitus fuit, cognomen *Scaramuccia*, quo vocabulo Itali leves pugnas indigitant, à Duce memorato tulit. Posteritatis ejus seriem sequentem *Crescentius* dedit.

Georgius Vicecomes, Dominici F. cogn. *Scaramuccia*, Comes Cigognolæ, Broni, Valstidæ & Carimati, Philippi Mariæ & Francisci Sfortiæ Ducum Mediol. Cubicularius, Consiliarius & armorum ductor. Uxor ei fuit *Catharina Beccaria*, Castellini Baronis Papiensis fil.

Matthæus Vicecomes. *Lucia Marliana.* — Franciscus Vicecomes. — Lancilotus Vicecomes insignis bellator & Præfectus Comi. — Francischina ux. *Antonii Trivultii.*

Scaramuccia II Vicecomes. *Isabella Quartieri.* — Sassus Vicecomes, pater Octavi Decurionis & Caroli Mariæ Equitis Melitensis. — Hieronymus Vicecomes. — Francischina nup. *Philippo Borromeo Com. Aronæ.*

Alexander Vicecomes, Doctor Collegiatus, Præfectus Cremonæ & Placentiæ, Senator Cæsareus 1543. Legatus in Hungaria, Venetiis alibiq;. *Lucretia da Gambara.* — Cæsar Vicecomes, Eq. Melit. — Hortensius Vicecomes Tribunus milit. in exercitu Cæsareo. — Matthæus Vicecom. — Fabritius Vicecomes. *Theodora Pusterla Antonii fil.*

Drusilla nup. *Petro Paulo Cacciæ, Dom. S. Alexandri.* — Scaramuccia III Vicecomes Dn. Riozzi, Decurio Mediol. *Livia, Baptistæ Vicecomitis Condom. Somæ fil.*

Hortensius Vicecomes Condom. Riozzi, Com. Palat. Doctor & Eques in Collegio Judicum. — Jo. Baptista Vicecomes, Doctor Collegiatus 1642 Decurio. — Alexander Vicecomes, Decurio.

Vide Octavio Visconte Conte di [illegible] Seig. de [illegible] Chevalier de la [illegible] du conseil secret de guerre de [illegible] Roy d'Espagne l'an 1632 [illegible] en Milan [illegible]
quere ? comment icy
response p 166 vide p 167

SFORTIANÆ FAMILIÆ *GENEALOGIA.*













Fortia Magnus, familiæ cōditor, insignio locū primitꝰ usus esse fertur malo cydonio in memoriam Cotignolæ, patriæ suæ, Rupertus Imp. Leonem adjecit, qui læva illud sustineret, huncque pomum auro, scutum cyano tinxerunt; hoc digmate Comites S.Floræ, ex legitimo matrimonio ab eodem prognati, uti consueverunt, hodieque utuntur. Mediolanenses Duces ab illo orti abdicata familiari tessera scutum quadripartitum ex colubra Mediolanensi & aquila Imperiali, quali Vicecomites uti solebant, assumserunt. Id Marchiones Caravagii ita mutarunt, ut colubrum in clypeo quadrifido quater repetitum, aquilam verò in parmula cordi clypei incumbente gestent, & in cuspidis areola triangulari pomum cydonium repræsentent. Comites de Burgnovo colubro simplici utuntur, sed ita ut primo circulo, quem sinuosis flexibus format, malum cydonium inserant. Ex Pisauri Principibus Constantius contracta cum Marzana & Aragonia familiis affinitate clypeum suum in quadras divisit, & primæ aureæ aquilam nigram coronatam, secundæ itidem aureæ crucem patibulatam nigram, Marzanorum tesseram, tertiæ Regum Neapolis insignia, quartæ Sfortianum leonem pomum Cydoniū deferentem imponeret.

SFORTIANÆ GENEA-
DUCES ME

1\. MUTIUS ATTENDULUS, Johannis Attenduli, Cotignolensis, & Elisæ Petracinæ filius, natus an. 1369, d. 10. Jun. secundum Corium, at ex Jovii sententia d. 28 Maji, SFORTIA deinde appellatus, Comes Cotignolæ cr. à Johanne XXIII Papa, & Magnus Ecclesiæ Vexillifer à Martino V, Regni Neapol. Comestabilis à Reg. Johanna. Obiit flumine mersus d. 3 Januar. an. 1424.

2\.

FRANCISCUS Sfortia, n. 23 Jul. 1401, Com. Tricarici 1412, March. Piceni, 1433, Comes Papiæ 1447. Dux MEDIOLANI cor. 25 Mart. 1450. Dom. Genuæ 1464, ✠ 8 Mart. 1466. Ux. 1. *Polyxena Ruffa Com. Montisalti* 1418. ✠ 1419. 2. *Blanca Maria, Philippi Mariæ Vicecomitis, Ducis Mediol. fil.* despons. 1430. ducta 1441. obiit 23 Octob. 1468. § Concub. *Columbina.*	Leo Sfortia, n. m. Mart. 1407. ✠ 1440. Ux. *Trincia, Conradi Trincii, ultimi Dom. Fulginiæ fil.* 1438.	Johannes Sfortia, n. 1409. ✠ post an. 1450. Ux. *Lavella, Angeli Lavelli, dicti Tartaliæ fil.* 1419.	ALEXANDER Sfortia, *Dn. PISAURI.* Vid. Tab. IV.	Elisa nup. *Leonardo Sanseverino, Com. Cajazzi,* 1417.

3\.

1. Antonia, n. & mor. 1419.	2. GALEATIUS MARIA Sfortia Vicecomes, n. 14 Jan. 1444. Comes Papiæ 1450. DUX MEDIOL. 1466. occisus 26 Decem. 1476. Ux. 1. Dorothea Gonzaga, Ludovici March. Mantuæ f. 1466 ✠ 1468. 2. Bona Ludovici D. Sabaud. f. 6. Jul. 1468. ✠ 1485.	Hippolyta, n. 18 April 1445. nup. Alphonso Aragonio Duc. Calabr. dein Regi Neapol. 1465, ✠ 1488. d. 20 Aug.	Philippus Maria Sfortia, n. 1447. Comes Papiæ 1466 ✠ post annum 1479, cœlebs, olim sponsus Mariæ Sabaudæ 1454.	Sphortia Maria, n. 1449, Dux Barii, 1455 ✠ 1479, Sponsus Leonoræ Aragoniæ ex Reg. Neapol. 1455.	LUDOVICUS MARIA Sfortia, cogn. Morus, n. 3 Aug. 1451. Dux Barii, 1479. Dux MEDIOL. 1494. ✠ in carcere 1508. vel 1510. Beatrix Estensis, Herculis M. Ferrariæ fil. 1491. ✠ 2 Jan. 1497. § Lucretia Cribella. ☾	Elisabetha, n. 1453. Ux. Wilhelmi March. Montferrat 1469.

4\.

2. JO. GALEATIUS MARIA Sfortia Vicecomes, nat. 20 Jun. 1469, DUX MEDIOLAN. 1477. ✠ 21 Oct. 1494. Isabella Aragonia, Alphonsi D. Calab. dein R. Neapol. f. desponsa 1472, ducta 2 Febr. 1489, ✠ 11 Febr. 1524.	Hermes Sfortia Vicec. nat. 21 Jul. 1470. ✠	Blanca Maria, n. 5 Apr. 1472. despons. [1.] Philiberto D. Sabaud. 1474. [2.] Jo. Matthæo Corvino, Pr. Hung. 1485. sed nupta Maximiliano Imperatori 1493. ✠ 31 Dec. 1510.	Anna, n. 1473. ux. Alphonsi Estensis D. Ferrariæ 1491.	Galeatius nothus, Com. de Malzo.	Catharina, notha nup. [1] Hieronymo Riario, Dom. Imolæ & Fori Liv. [2] Johanni Medicæo.	Carolus, nothus ✠ ante an. 1491. Blanca Simonetta, Angeli fil.	Clara nup. [1.] Petro Vermo 1484 [2] Fulgosino, Pauli Cardin. & Duc. Genuæ fil. 1488.

5\.

Franciscus Sfortia II. n. 1490. abductus in Galliam 1499, cœnobioque mancipatus & *Abbas de Marmoutier an.* 1504. factus ibi decessit, an. 1511.	Bona Sfortia, n. 1491, nup. *Sigismundo Regi Polon.* 1518, ✠ 17 Novembr. 1558.	Hippolyta, n. 1493. ✠ 1501.	Angela Sfortia nup. *Herculi Estensi, Dn. S. Martini,* 1491.	Hypolyta ux. *Alexandri Bentifolii, Johannis Dom. Bononiæ filii* 1492.

LOGIÆ TABULA I.
DIOLANI.

Amica illi fuit ante ductam uxorem Lucia Terzana, Martiranensis. Uxor (1) Antonia Salimbena, Senensis, Francisci Casalii Dom. Cortonæ vid. ducta 1409, ✠ 1411. (2.) Catella Aloppa, Pandulphi regni Neapol. Camerarii soror, 1415. (3.) Maria Marzana, Jacobi Marzani Ducis Suessæ fil. Nicolai Com. Celani vidua, 1421. Posterior amica, Tamira ex Umbria orta. 1.

2.

Antonia ux. Ardicio-nis Com. Carraræ 1417.

[1.] BOSIUS Sfortia, Comes S. Floræ. Vid. TAB. V.

[2.] Leonardus, nat. 1417, ✠ in juv.

[2.] Bartholdus, ✠ in juven.

[2.] Johanna.

[3.] Carolus, post susceptum monachatum Gabriel dictus creatus denique Archiepiscopus Mediol. 1454, ✠ 12 Sept. 1457.

Petrus Episc. Ascul. 1438. ✠ 1442.

Honestina notha, nat. 1415.

3.

Ascanius Maria Sfortia, n. 3 Mart. 1455, Episc. Papiens. & Cremon. 1486. Abb. Ambros. Claravall. S. R.E. Cardinalis, cr. 17 Mart. 1484. † 28 Maji 1505.

Octavianus, n. 4458, ✠ 1476.

¶ SFORTIA IIdus, Comes Burgi novi. Vid. TAB. III.

¶ Drusiana nup. 1. Johanni Fregoso f. Fulgosio Duci Genuensi 1447. 2. Jacobo, Nicolai filio, Picinino 1464.

Tristanus, nothus ✠ circa an. 1477. Beatrix Estensis.

Polidorus f. Johannes Maria, nothus, Archiep. Genuens. 1498 ✠ 1513.

Julius, nothus ✠ ante an. 1498. Margarita de Crassis, Thomæ f.

Leonardus ✠ 17 Sept. 1483.

Polyxena, notha, ux. Sigismundi Malatestæ Dom. Arimini 1441, occisa 1450.

Isotta, notha, nup. Johanni Tolentino.

4.

Alexander, nothus, Barbara Barbiana.

Octavianus, nothus, Episcop. Laudens. 1497. ✠ 1540.

MAXIMILIANUS, initio dictus Hercules, Sfortia, nat. 1491. DUX MEDIOL. m. Decemb. 1512, exutus Principatu 1515, ✠ Lutetiæ . Jun. 1530. cœlebs.

FRANCISCUS Sfortia III. n. 1493. DUX MEDIOL. 1521. ✠ improlis 24 Oct. 1535. Christina Dana, Christierni R. Dan. fil. 1534.

Leo, nothus, ✠ 1496.

Blanca, notha, ux. Galeacii Sanseverini, 1489. 31 Decemb. ✠ Dec. 1496.

Cæsar nothus ✠ 1496.

¶ JOHANNES PAULUS Sfortia, MARCHIO CHARAVAGII. Vid. TAB. seq. II.

5.

Antonia Sfortia, Uxor *Hieronymi Appiani de Aragonia ex Princip. Plumbini.*

Camilla Sfortia, nup. *Julio Malvetio*, Bononiensi.

SFORTIANÆ GENEALOGIÆ, TABULA II.

MARCHIONES DE CARAVAGIO.

4. JOHANNES PAULUS SFORTIA, Ludovici Mori Ducis Mediolanensis ex Lucretia Crivella filius, creatus à fratre Francisco Duce MARCHIO CARAVAGII & COMES GALLIATI, ✠ 5 Dec. 1535. Ux. Violanta Bentivolia, Alexandri filia.

5. Mutius Sfortia, II Marchio de Caravagio., ✠
Faustina Sfortia, Bosii II, Com. Sanctæ Floræ fil.

6. Francifcus Sfortia, III Marchio Caravagii, ✠
Constantia Columna, Marci Antonii, Comestabilis Neapol. fil.

7.

Mutius Sfortia II, IVtus March. Caravagii, ✠ *Urfula Peretta, Michaelis fil. Marci Antonii Columnæ, vid.*	Fabritius Sfortia, Magnus Prior. Venet. Ord. Melit. ✠	Ludovicus Sfortia, *Abbas,* ✠	Fauftina, nup. *Andræ de Caretto, Marh. Finalii.*	Violanta.	Johanna.

8.

Joh. Paulus Sfortia II, Vtus M. Caravag. ✠ *Maria Aldobrandina, Joh. Francifci Aldobrandini, Generalis militiæ Rom. Ecclesiæ, fil.*	Alexandra Conftantia.	Anna Maria.	Lucida.	Francifcus Maria Sfortia, initio Eques Melit. dein V Marchio Caravagii, ✠ 1680. *Blanca Maria Imperialis, Francifci Mariæ Imperialis, Ducis S. Angeli & Senat. Genuensis fil.*

9.

Francifcus Maria Sfortia II, ✠ in flore ætatis.	Mutius Sfortia III, ✠ in juven.	Urfina Sfortia, nup. *Herculi Theodoro Trivulzio, Principi S. Rom. Imp.*	Olympia, ux. *Ferdinandi Gonzagæ Pr. de Castiglione.*	Francifcus Maria Sfortia III, VIImus Marchio Caravagii. ✠ 13 Jul. 1697. *Eleonora Salviati, Francifci Ducis de Guiliano fil.* 3 Jun. 1696.	Anna Maria, ✠ inf.

SFORTI-

SFORTIANÆ GENEALOG.
TABULA III.
COMITES DE BURGO NOVO.

3.

SFORTIA SECUNDUS, Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis filius, è COLUMBINA, amica ejus susceptus, COMES DE BURGONOVO. ✠
Ux. Antonia Vermia, Aloisi Vermii, Comitis Sanguineti fil. 1448.

4.

Franciscus Sfortia, Comes Burgi novi. ✠
Francisca Borromea, Joannis Com. Aronæ f.

Lucretia, *notha*, nup. *Antonino Anguisciolæ.*

5.

Alexander Sfortia, Comes Burgi novi, ✠
Barbara Barbiana, Caroli Com. Bellijoci f.

6.

Franciscus Sfortia, Comes Burgi novi, ✠
Lavinia Sanvitale, Hieronymi March. Colorni f.

Maximilianus Sfortia, Comes Burgi novi, ✠
Aloisia Septalia, Ludovici Decurionis Mediol. fil.

Ludovicus Sfortia, *nothus.*

Galeatius Sfortia, *nothus.*

7.

Franciscus Sfortia, Com. Burginovi, ✠

Alexander Sfortia, Com. Burginovi, ✠
Isabella Farnesia, Octavii Duc. Parmæ fil. natural.

Franciscus Sfortia Vicecomes.
Leonora Scota, ex Comit. Agazzani.

8.

Ascanius Sfortia C. Burgi novi ✠ improlis.

Octavius Sfortia, Comes Burgi novi, ✠ cœlebs.

Ascanius Sfortia, Com. Burgi novi.
Justina, Joh. Mariæ M. Malvicini Fontanæ de Nibbiano fil. Caroli Com. Scoti vid.

Sfortia Maria Vicomes Sfortia.

Carolus Vicecom. Sfortia, *monach. Dominicanus.*

SFORTIANÆ GENEALOGIÆ TABULA IV.
DOMINI PISAURI.

2. ALEXANDER SFORTIA, Mutii Attenduli Sfortiæ è Lucia Terzana, filius quartus, natus d. 29 Octobr. an. 1410, insignis armorum ductor & denique DOMINUS PISAURI an. 1445. obiit anno 1473.
Uxor: Constantia Varana, Gentilis Dom. Camerti ex Elisabetha Malatesta fil.

3. Genevra nupta 1. *Sanctio Bentivolio, Dom. Bononiæ, 2. Johanni Bentivolio, Santii Successori* 1463.

Baptista, uxor *Friderici Montifeltris, Ducis Urbini* 1459, ✠ 1471, æt. 26.

Constantius Sfortia, Dn. Pisauri, ✠ 19 Jul. 1483.
Ux. *Camilla Marzana, Marini Ducis Sessæ & Leonoræ Aragoniæ fil.* 1475.

4. Johannes, ex concubina genitus, Dn. Pisauri, ✠ 1510.
Ux. 1. *Lucretia Borgia, Roderici Lenzolii, qui Papa factus Alexander VI dictus est, fil.* 2. *Geneura Thiepola, Matthæi Senatoris Veneti fil.*

Galeatius Sfortia, *nothus*, occ. Mediolani anno circiter 1513.

5. Constantinus II Sforia, Dn. Pisauri, obiit an. 1512, æt. 3.

Isabella Sfortia.

6. Guido Ascanius Sfortia, n. 25 Nov. 1518. Rom. Eccl. *Cardin.* cr. 18 Dec. 1534, & Camerarius, ✠ 7 Oct. 1564.

Ascanius Sfortia, Com. V. S. Floræ, Dn. Castri Arquari, Eques Aur. Vell. ✠ 1577 æt. 55.
Ux. *Aloisia Palavicina.* 2. *Catharina de Nobilibus, Vicentii fil. Julii III. Papæ neptis.*

MARIUS SFORTIA Comes Valmontani.
Vid. Tab. seqq.

Alexander Sfortia. *Episc.* Parmens. 1560. Rom. Eccl. *Cardinalis* cr. 12 Mart. 1565. ✠ 16. Maji 1581.

7. 2. Franciscus Sfortia, Comes S. Floræ VI, March. de Varci & Castel Aquaro, Dux de Fiano, natus 6 Nov. 1562, ductor militiæ Italicæ in Belgio dein Rom. Eccles. *Cardinalis*, cr. 12 Dec. 1583, ✠ 2 Sept. 1624.

8. Sfortia Sfortia, *nothus*, Dux Fiani, Dn. Castri Arquari, ✠ improlis. Ux. N. *Pia de Carpis.*

Catharina nup. 1. *Fabritio Sabello, March. Ricciæ,* 2. *Friderico de Rubeis, Com. S. Secundi.*

SFORTIA-

SFORTIANÆ GENEALOG. TABULA V.
COMITES DE SANCTA FLORA.

BOSIUS SFORTIA, Mutii Attenduli Sfortiæ & Antoniæ Salimbenæ conjugis ejus filius, natus an. 1411. COMES SANCTÆ FLORÆ per matrimonium primum cum Eleonora Aldobrandeſca, Guidi Comitis S. Floræ filia & hærede, ducta an. 1430. Ea mortua 2do duxit Griſeidam Capuanam, Johannis filiam. Obiit d. 4 Mart. 1477. 2.

			3.
Julius Sfortia, ✠ improlis. Ux. *Franciſca Farneſia.*	Guidus Sfortia, Comes II S. Floræ. *Franciſca Piccolominea.*	Franciſcus Sfortia, Dn. Caſtri Arquari in Lombardia.	

			4.
Fridericus Sfortia Comes III S. Floræ. *Diana Urſina, Nicolai Com. Pitiliani f.*	Franciſcus Sfortia. Ux. N. *Cæſarini.*	Sforzinus Sfortia, ✠ 9 Oct. 1527.	

				5.
Boſius II Sfortia, Comes IV S. Floræ, Dn. Caſtri Arquari. *Conſtantia Farneſia, Alexandri, dein Papæ dicti Pauli III, filia.*	Aſcanius Sfortia, *Eq. Ord. S. Johan.* Prior Ungariæ.	Alphonſus Sfortia, *Archiepiſcop. Beneventanus.* cr. 1521. ✠ florente ætate.	Hippolyta nup. *1. Friderico Farneſio, 2. Hieronymo Borbonio ex Com. Montis S. Mariæ.*	

						6.
Carolus Sfortia, *Equ. Ord. Joh.* Prior Lombardiæ.	Paulus Sfortia March. Broceni ✠ improlis. Ux. *Lucretia Pia.*	Franciſca nup. *Hieronymo Urſino Com. Anguillariæ.*	Julia uxor *Sfortiæ Palavicini M. de Corte maggiore.*	Camilla nup. N. March. *Mazzarini.*	Fauſtina ux. *Mutii Sfortiæ, M. Caravagii.*	

		7.
Boſius III Sfortia, ✠ cœlebs.	Conſtantia Sfortia, nupta *Jacobo Boncompagno Duci Soræ.*	

SFORTIANÆ GENEA-
COMITUM DE SANCTA

6. MARIUS SFORTIA, Bosii II Sfor Farnesiæ filius natu minor, Eques Or vensis in Hispania, COMES DE VAL viam de Comitibus. ✠

7. Fridericus Sfortia, Dux
Beatrix Ursina, Virginii

8. Alexander Sfortia, Princeps de Valmontone, Dux de Segni, March. de Proceno, Comes VII S. Floræ, Eques Ord. Reg. Gall. ✠
Eleonora Ursina, Pauli Jordani Duc Bracciani f.

Johannes Baptista Sfortia.

9. Marius II Sfortia, Com. VIII S. Floræ Dux Onnani & Segni, ✠
Renata de Lotharingia, Caroli Duc. de Mayenne f.

Paulus Sfortia, Marchio Proceni, ✠
Ux. 1 *Isabella Bentivolia, Ferrariensis.* 2. *Olympia Cesia, Romana, ex Princip. St. Angeli.*

10. Ludovicus Sfortia, Dux Onnani & Segni, Comes IX. S. Floræ, Eques Ord. Reg. Gall. cr. 1675, obiit improlis 7 Mart. an. 1685, æt. 67.
Ux. 1. *Artemisia Columna, Julii Cæsaris Pr. Carboniani f.* ✠ 1677. 2. *Aloisia Adelais de Damas, Claudii Helionori, March. de Thianges fil.* ducta 1678.

Franciscus Sfortia, Comes S. Floræ X.
Dorothea Tocco, Josephi fil. Leonardi Pr. Achajæ neptis

LOGIÆ TAB. VI.
FLORA PARS ALTERA.

tiæ Comitis S. Floræ & Conſtantiæ 6.
dinis S. Michaelis in Gallia & Calatra-
MONTONE ET SEGNI, per uxorem Ful-

de Segni, Comes de Valmontone, ✠ 7
Ducis Gravinæ f.

8.

Franciſca Sfortia, nup. 1. *Aſcano Corniæ, M. Caſtillionis.* 2. *Alexandro March. Palavicino.*

Erſilia Sfortia, uxor *Franciſci Columnæ Pr. de Paleſtrina.*

9.

Fridericus Sfortia, n. 20 Jan. 1603. *Epiſc.* Arimin. 1646, Rom. Eccl. *Cardinalis* 1645, ✠ 28 Maji 1676.

Henricus Sfortia, *Eq. Melit.* ☾

Anna. Maria.

Conſtantia Sfortia uxor *Cornelii Bentivolii* Marchionis ✠ 1695.

10.

Maximilianus Sfortia, ✠ *Prælatus.*

Antonius Sfortia, *Abbas,* ✠ Viterbi 1696.

Fridericus Sfortia, *Dux Cæſarini* jam dictus. *Livia Ceſarina, Juliani Pr. de Genſano fil.* 1673.

Alexander Sfortia, *Nuntius Taurini, Epiſcopus Viterbiens.* 1700. ✠ 8 April. 1701.

Catharina uxor *Franciſci Mariæ Ducis Salviati.*

Aſcanius Sfortia, *nothus.*

11.

Cajetanus Sfortia Ceſarinus.

Georgius Sfortia.

Olympia Sfortia, nup. *Scipioni de Capua, Pr. Civitatis Venafr.* 1699.

Cornelia Sfortia.



SFORTIANÆ GENEALOGIÆ EXEGESIS HISTORICA.



Temmati Desideriano, cujus enarratione jam prout tulit facultas defuncti sumus, subjungere visum est Sfortianum, quo satum Franciscum Philippæ Mariæ Vicecomitis, Ducisque Mediolanensis, ex illa gente ultimi, generum, & in Ducatu successorem fuisse dictum est: enimverò SFORTIANÆ familiæ virtutis ac gloriæ theatrum non Lombardia tantùm, in qua imperium Mediolanense ultra seculi spatium tenuit, atque in amplissimum & eminens fastigium perduxit, sed universa Italia fuit. Fundamenta à MUTIO ATTENDULO posita sunt, Martis verè pullo, non animi solùm vigore, sed etiam corporis viribus inter omnes sui ævi bellorum duces excellenti, at sub nomine SFORTIÆ *de Cotignola* notiore atque illustriore. Hoc à patria atque indole, prius verò à genitoribus accepit: lucem enim primitus aspexit Cotignolæ, antiquo Galliæ Togatæ oppido, juxta viam Æmiliam agri Faventini, patre *Johanne Attendulo,* honesta magis quàm nobili stirpe, virorumque strenuorum feraci, sato; matre, *Elisa,* ex *Petracina,* factiosa gente, orta, virilis animi & felicis uteri fœmina: viginti enim liberos peperit, quibus cum ipsa lacte audaces gladiatoriosque spiritus instillasse visa est; adeò lætitia exsultabat, cùm gnatos adultos adversus Pasolinos, Attendulorum concives sed æmulos & corrivales, impigrè pro vindicando familiæ suæ decore depugnare, &, sicuti se mores illa tempestate habebant, justa prope acie dimicare & superiores discedere conspiceret. Mutium, cui tertius inter fratres locus datur, ferunt paternum agrum colendo primam ætatem egisse, sed puberem factum, duri agrestisque laboris pertæsum, sublatis die quodam in cœlum oculis de futura vitæ fortuna vota suscepisse, & ligonem, quem in manu habebat, in præaltam quercum evibrasse, eo animi decreto, se si decideret, toleranter sortem præsentem laturum, tanquam ad lautiorem à Superis neutiquam destinatum, at si ramis ligo hæsisset, aliud vitæ genus, & quidem castrense, illicò secuturum; evenisse autem posterius. Atque ea de re, sive vera, sive in fabulæ dulcedinem composita, Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem hujus nominis secundum, gloriari & dicere solitum fuisse, *ligoni illi se imperium, quod teneret, debere*, eo ipso agnoscētem, *familiæ suæ nomen non tam antiquæ nobilitatis, quàm spectatæ virtutis anspicioniti*, Jovius literis prodidit. (*a*) Militiæ tyrocinium Mutius in castris Boldrini Panicaliæ fecit, qui Pontificis Romani copiis magna fama præerat, sub Aucuto deinde, Brolia, Biordo, clarissimis imperatoribus, ordines duxit, donec Alberico Barbiano, qui longè omnes belli gloria superabat, operam suam addiceret. Apud hunc Sfortiæ nomen natum illi est à ferocia, qua cum dicto imperatore de injuria per divisionem prædæ inæqualem sibi facta, expostulare sustinuit: cum enim Albericus regessisset, an mihi quoque ut aliis soles, temerarie adolescens, vim afferre voles? (*usar meco forza*) quin desumis tibi *Sfortiæ* nomen? statim repudiato illo, quod in baptismo acceperat, nomine Sfortianum assumsit & retinuit. Contubernio usus est Braccii Montonensis, ætate, fortuna, virtutéque ferè æqualis, cum quo culta diu maximo animorum consensu amicitia in æmulationem infensam denique conversa est, ita ut Italicæ militiæ principes effecti, magnosque exercitus ductantes, de nomine sectas condiderint, & perpetua bella aluerint, ludentes de Corio liberarum civitatum, Regum atque Pontificum, quibus mercenaria arma aut inferebant, aut sustinebant, semper adversi, unoque ad extremum

(a) *De Vita Magni Sfort. Cap. II.*

mum eodemque anno violenta morte sublati, cujus alter alteri causa extitit. Sfortia à Gibellinis partium suarum dux creatus, cùm an. MCDI Ruperto Cæsari in Italiam ad bellum Joh. Galeacio Vicecomiti, Mediolani Duci inferendum profecto, sed apud Brixiam pulso, & Patavium se recipere coacto, obviam honoris & præsidii causa ivisset cum copiis, à Florentinis Patavino principi ex fœdere auxilio missis, iisque ferro atquo ære fulgentibus, & ad nutum rectoris sui intentis, ab illo existimationis ac benevolentiæ tesseram tulisse perhibetur, videlicet *Leonem*, ipsum Palatinorum Comitum, ex quibus Rupertus Imp. ortus erat, digma, cum eo tamen discerniculo, ut *auro* tingeretur, & falcula anteriore læva *pomū cydonium*, quod Sfortia jam anteà in vexillis deferre solitus erat, sustineret, & dextra minaci tueretur. (*b*) In bello deinde, quod Florentini cum Pissanis gesserunt, non alius magis, quàm Sfortiæ virtus atque opera enituit, & maxima fuit ejus gloria, cum Perusinos, Pisanis auxilio adventantes, apud Volaterram ex nec opinato invasisset & profligasset plurimis captis, id quod an. MCDV factum est. (*c*) Nicolao Atestino, Ferrariæ Marchioni posteà militans Ottobonum Tertium, Parmensem tyrannum, illiusque hostem, ob privatam simultatem modo minus honesto interfecit, à Michaletto Attendulo, fratre suo adjutus anno MCDIX, Parmamque, Regium & S. Donnini oppidum, cum XXX amplius castellis in ditionem Atestini redegit, atque ab eo, missione impetrata Monticulo, Parmensis agri oppido, remuneratus est. (*d*) Romam inde accersitus Alexandro V Papæ, hujusque successori Johanni XXIII, à Rege Neapol. Ladislao, cui illi Ludovicum II Andium Ducem objecerant, in angustias redactis, operam suam commodavit, & pugnæ cum illo ad Lyrim die XXVI Maji an. MCDX prospere commissæ, maxima pars fuit, ejusq; opere præmium *Cotignolam*, patriam suam, à Johanne Papa accepit, *cum Comitis titulo.* Gloriæ verò ipsius cùm invideret Paulus Ursinus, neque ab injuriis sibi temperaret, ad Ladislaum transiit, atque ab eo quatuor oppidis in Samnio donatus est, quibus deinde Johanna, postquàm fratri Ladislao in regnum successisset, *Beneventum, Manfredoniam, Barolum, Tranniumque* urbes, & supra XX oppida adjecit. Johannæ enim, libidinosæ mulieri, in Veneris non secus ac Martis arena virium roborisque vigorem probavit, inque ejus gratiam se penetravit; de qua tamen obtrectationibus Pandulphi Alopi, primas apud illam partes tenentis, deturbatus est, usq; adeò, ut sub exitum anni MCDXIV in carcerem conjiceretur, atque in eo quatuor menses detineretur, donec scilicet facta à proceribus quibusdam rebellione & Aquila ab eis occupata, Reginæ necessitas imponeretur Sfortiam, in cujus fortitudine spes ejus sitæ erant, in pristinum locum restituendi. Honorificè itaque è custodia eductus & bello adversus rebelles gerendo præfectus est, eam tamen legem sibi ferri passus, ut obsides fidei suæ daret, & in pignus sinceræ cum Alopo reconciliationis sororem ejus connubio sibi jungeret. Debellatis seditiosis *Comestabilis regni Neapolitani* dignitate à Regina auctus, sed magno non ita multo post malo mactus est. Postquam enim illa Jacobo Borbonio nupsisset, eumque Sfortia Regem salutare, instinctu Reginæ, quæ sola regnare, viroque tanquam umbra uti, in animum induxerat, detrectasset, per insidias, à Jacobo ejusque partes secutis, structas, unà cum tribus liberis comprehensus & in vincula iterum conjectus est, acerbiora prioribus ac diuturniora: namque ad exquisitum postremæ fortunæ ludibrium, revinctis à tergo manibus, sublimè suspensus, raptimque per vices sæpè dejectus, servi cujusdam manu acerbissimè tortus fuit, neque ultimum supplicium effugisset, nisi timore veteranorum militum, summo amore & studio Sfortiano nomini addictorum, Jacobus frenatus esset. Illorum etiam, nec non quorundam propinquorum ejus opera, maximè verò Margaritæ sororis, virili facinore perpulsus est Jacobus, ut liberiore & humaniore custodia Sfortiam haberet, donec versis rerum vicibus, & Jacobo à Regina in ordinem redacto, in libertatem pristinumque gratiæ & auctoritatis locum restitutus fuit. Ab ista deinde, an. MCDXVII, in gratiam Martini Pontificis Romam cum exercitu missus ut eam ab impotenti Braccii dominatu liberaret, fortiter non minus ac prosperè rem gessit, Braccianosque profligavit, capto Nic. Picinino, clarissimo bellatore. Verum cùm Joh. Caracciolus partes, quas Alopus, Jacobo Borbonio capite plexus, apud Reginam habuerat, occupasset, Sfortiamque corrivalem dolis insidiisque clam peteret, nec illæ cautum hominem laterent, deserta Regina ad Martinum Pontificem qui illam, Regiæ majestatis decus impudicitia stuprisque dedecorantem, regno indignam pronunciaverat, idq; in Ludovicum III Andium Ducē transtulerat, an. MCDXXI transiit, huicq; operam suā addixit, cùm econtra Braccius Johannæ partibus, magno ab illa stipendio conductus, se applicuisset. Ista in militia dum versabatur Sfortia Angelo Lavello, *Tartaliæ* vulgò dicto, fortissimo duci, veteri æmulo atque inimico, cum quo tamen recenti affinitate se devinxerat, copiarum Pontificiarum tunc ductori, sed perfidiæ & collusionis cum Braccio delato, supplicii causa extitit.

 Magna

(b) *Ibid. cap. 18.* (c) *Scip. Ammir. Hist. Flor. L. XVII.* (d) *Jovius C. XX. Corius Parte IV.*

Magna eapropter invidia laborans reditum in gratiam Johannæ quæsivit, & facilè impetravit, ita uti solent amantium iræ amoris esse redintegratio. Maximam verò Reginæ operam exhibuit, cùm an. MCDXXIII Alphonsum Aragoniæ Regem, ab illa adoptatum, sed ad omnimodam potestatem festinatius grassantem, acie exuit, & regno excedere coëgit. Postremò ad Aquilam, ab obsidione Braccii, qui eam ex fœdere cum Johanne Regina contracto in propriam ditionem ibat redactum, liberandam profectus, Aterni amnis undis haustus, fatoque suo perfunctus est. Recensebimus ultima tanti viri verbis Joh. Simonetæ: (e) " ubi, *inquit iste*, ad Aterni hostium perventum est: comperit hostes vadum ejus fluminis in adversa ripa sudibus præfixis scaphaque submersa interrupisse, castellumque desuper ædificasse, & præsidio imposito transitu suos prohibere. Hac difficultate nihilo segnior Sfortia ad trajiciendum amnem factus, anteriores progredi jubet; quinque omnium primi insignibus vecti equis flumen ingrediuntur. Hos Franciscus & Michael Attendulus subsequuntur. Sfortia octavus additur, & non multo labore in ulteriorem ripam trajiciunt. CCCC circiter equites eos secuti sunt. Interim refluens in adversum amnem maris unda vento impulsa intumescere; qua re perculsi reliqui in ripa constiterunt. Imposuerat Braccius Piscariæ municipio equites ad quadringentos & peditatum non parvum. In hos Franciscus cum iis qui transierant obviam factus, acerrimè confligit, eosque tandem in fugam vertit, complures ex iis capit. Hac pugna alacrior factus Sfortia in fluminis fauces regressus voce manuque stantes in adversa ripa ordines transire ac se subsequi jubet. At ubi eos cunctari segnesque stare videt: rursus ipse ut acrius cogeret transeûndique timentium animis fiduciam præberet, amnem ingreditur, & qua profectus erat, infelicem maris undam repetit. Sed priusquam ad fluminis ripam perveniret: ad armigerum interfluctus periclitantẽ flectit sublevaturus, ne mergeretur, & dum pereunti illi manum extendit, quo insidebat equus posterioribus desertus pedibus labitur, moxque Sfortia ephippio excussus, ac thoracis reliquorumque armorum pondere pressus exæstuantibus undis obruitur. Equus sessore vacuus ad littus enatavit. Ipse verò Sfortia junctis ferreis manicis graves manus sustulit, perinde ac auxilium implorans, cumque nemo se maris fluctibus hostilibusque telis objicere auderet, fluctuum magnitudine obrutus anno ætatis quarto & quinquagesimo vita deferitur, qui diu posteà ac multum conquisitus nusquam repertus est. ,, Antonius Franciscus Rainerius virtutis fatique ejus memoriam hoc, quod sequitur, epigrammate posteris commendavit:

Belligeri grave Martis opus dum Sfortia tractat,
Sfortia magnanimum gloria prima Ducum,
fert & opem rapidis merso generosus ab undis
dum puero, ingentem liquit in amne animam.
Hæc memorant: at vera magis Polyhymnia magni
facta ducis famæ tradidit, atque obitum.
Scilicet undosum dum sanguine tingit Aternum,
hasta atque armisono conspiciendus equo,
commotum fluvii numen, voluisse nitentem
pollutis illum mergere vorticibus.
Ut fama & rapti Herois tumefactus honore
æternus *tanto funere* Aternus *eat.*

Matrimonium Sfortia quadragesimo demum ætatis suæ anno iniit, ducta *Antonia Salimbenia*, antiquissima Senensi stirpe sata, vidua Fr. Casalii Cortonæ reguli, qui conjuratione civium interfectus est; cum ea dotalia quatuor castella ei obvenere, *Mons Jovis cum Monte Nigro atque item Ripa & Balneo*, Clusianis aquis propinquo, quibus Cocchus Salimbenius, Antoniæ frater, *Clusium*, vetustissimæ claritatis urbem, addidit. Illi primus partus vita constitit, quo editus est BOSIUS, à quo Romani Sfortiæ profluxere. (f) Ad secundas cum *Catella Alopa* nuptias necessitate coactus, ceu dictum est, transiit, exque ea non toto vertente triennio tres liberos suscepit, quos immatura ætate mors abstulit. Postremò quinquagesimum annum agens ultimas sibi nuptias *ambitiosè admodum*, ut Jovii verbis utar, (g) quæsivit, assiduis artibus, ac ingentibus armorum officiis, petita, ductaque *Maria Martiana*, Suessani reguli filia, quæ in Campania & ad Fucinum lacum multis oppidis imperabat, & primò Ludovico II Andium

(e) *Rer. gest. Fr. Sfort. Lib. I.* (f) *Jovius Cap. LX.* *Corius Parte IV.*
(g) *Cap. LXII.*

Andium Duci desponsa eoque ante consummatum matrimonium mortuo, Comiti Celani nupta fuerat, & post Sfortiam Francisco Ursino, Comiti Manuppelli, in manum convenit. Ex ista Sfortiæ natus est CAROLUS, qui sive tenuitate valetudinis gerendis rebus, tractandisque armis inhabilis, sive quod armorum gloriæque militaris satis arbitraretur esse domi, genio suo obsecutus, studiis sacrarum literarum inde ab adolescentia atque in disciplinam monachorum Ordinis S. Augustini se tradidit, ubi *Gabrielis* nomine assumto facilè princeps ejus ordinis evasit. Postea cùm frater ejus Franciscus Mediolanense imperium indeptus esset, & per illud tempus Mediolanensis Ecclesia morte Nicolai Amidani vacaret, illo annitente à Nicolao V Pontifice Rom. Archiepiscopus Mediolanensibus declaratus est an. 1454, XI Kal. Jul. ut ita uno tempore penes eandem familiam utraque potestas sacra pariter & civilis esset; haud equidem diuturna sed maximè concors; decessit enim ille anno tertio sui Pontificatus, sepultusque est in Ecclesia Deiparæ virginis Incoronatæ; ad tumulum hæc legitur inscriptio:

" MCCCCLVII die XII Septemb. obiit B. Pater Gabriel de Cotignola, Archiepiscopus Mediolanensis Ord. Observantiæ Fratrum Eremitarum S. Augustini ac frater germanus Ill. D. D. Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani. (h) " Porrò ex *Lucia Trezana*, nobili fœmina, ex Martiano oppido orta, quam prima juventa adamavit & justæ uxoris loco coluit, quamque tandem Ludovico Folianeo nuptui locavit, longè præstantissima & fortunata prole est auctus; gnatæ duæ erant, quibus splendida & rationibus suis convenientia matrimonia conciliavit, filii quatuor, in quibus omnibus ex paterna disciplina tanta indoles bellicæ virtutis enituit, ut singuli propè absoluti Ducis nomen famamque sint consecuti; sed ex illis LEO & JOHANNES posteritate caruerunt; Posterior quò usque vitam prorogaverit incompertum habemus: apud Corium & Simonettam ultima ejus mentio, si rectè advertimus, in narratione rerum an. 1450 gestarum occurrit, ubi fratri Francisco, Mediolanum oppugnanti operam adhuc navasse memoratur. *Leo*, cui à fratre modo nominato in bello, quod pro Venetis adversus Philippum Ducem Mediolani gessit, tormentorum cura demandata fuit, in oppugnatione Caravagii pila in dextro fœmore ictus, ex eo vulnere paucis post diebus an. 1440 mortuus est; (i) à reliquis duobus Ducum Mediolanensium Principumque Pisaurensium nobilissimæ stirpes provenerunt. PETRUS, qua matre natus fuerit, non satis liquet ex Ughelli Italia sacra, neque alibi mentionem de eo reperire quivimus; ita verò se habent, quæ illic leguntur: (k) " Petrus a Cotigniola, Magni Sfortiæ filius, Francisci Insubrum Ducis & Gabriellis Mediolanensis Archiepiscopi frater germanus, Ordinis Minorum, ab Eugenio IV an. 1438, XIV Kal. Jul. electus, fato functus est an. 1442, de quo Ammiratus in arbore ejusd. familiæ, & lib. obligationum ejusdem Eugenii IV. Eo Præsule conciliabulum Basiliense in demortui Pauli locum quemdam Laurentium Dominici filium de Rotella delegit Asculanum Episcopum, qui tanquam Pseudo-Episcopus & invasor habitus, exul à patria miserè obiit. " Post Terzanam Sfortiæ, *Tamira* quædam fœmina, venustate admirabili prædita, & è Calle Umbriæ oppido oriunda, in amoribus fuit, è qua ad aquas Pendulas in Hetruria suavissimi oris filiam, nomine *Honestinã* suscepit. (l)

FRANCISCUS, Sfortiæ filius natu maximus, rerumque gestarum & imperii, quod consecutus est, magnitudine eminentissimus, Miniati in Hetruria primitus lucem aspexit, ex *Lucia Tertiana* natus. Simul ac ætas ejus militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis sese exercuit, & genitorem, cùm is à Ladislao Rege Neapol. conductus esset, secutus, ab isto *Comes Tricarici* creatus, atque ab eo tempore, usque dum Mediolani Ducatum obtinuit, *Comes Franciscus* dictus est. Ætatis suæ anno decimo septimo uxorem primam apprimè nobilem & dotatam accepit, è qua fœmineæ prolis pater factus, hanc matremque ab hujus amita veneno è medio sublatas, secundo conjugii anno, amisit. In Calabria, quò anno MCDXXI à Ludovico Andino, Reginæ Johannæ filio adoptivo cum amplissimo Proregis munere missus fuit, ducis militaris partes primùm obiit, atque insigne fortitudinis & prudentis clementiæ documentum dedit, cùm militibus, qui ab ipso ad hostes defecerant, & post prosperam pugnam iterum in suam potestatem maximam partem venerunt, parceret, licet à genitore, quem de illis consuluit, ad ultimum supplicium damnati fuissent. Post patris interitum consensu militari imperator salutatus, atque à Johanna Regina urbibus oppidisq; omnibus, quæ ille in regno Neapolitano tenuerat, tanquam natu maximus inter fratres

 suos,

(h) *Jovius Cap. LXII. & ap. Ripamont. Dec. III. Lib. V. & Ughell. Ital. Sacr. Tomo IV. pag. 380.*
(i) *Simonetta Lib. V.* (k) *Tomo I. pag. 529, 530.* (l) *Jovius Cap. 59.*

suos, investitus jussusque est *Sfortiæ* cognomine cum fratribus suisque & ipsorum posteris perpetuò uti. Profligatis eodem adhuc anno Aragoniis, & urbe Neapolitana ejectis, victoque apud Aquilam d. 2 Junii magno prælio, & occiso Braccio, præterea que Conrado Trincio, Fulginatium regulo, imperata facere coacto, maximam famam atque existimationem adeptus est, ita ut quacunque bellum aliquod pararetur, expetitus fuerit. Philippo Mariæ Duci Mediolanensi operam suam, fato quodam ductus, primùm addixit, eo ipso anno, quo *Blanca Maria*, Philippi filia, nata est, quæ post quinquennium, anno nempè MCDXXX, adhuc puella, ei desponsa, atque ipse cum omnibus liberis posterisque ab illo adoptatus, inque familiam Vicecomitum adscitus est. Enituit anno sequenti Fr. Sfortiæ virtus bellica in memorabili pugna, qua nono Kal. Julias Venetam classem ingentem & maximo sumtu comparatam in Pado fudit ac delevit: Cremagnola, qui terrestri Venetorum militiæ præerat, ne classi subsidio veniret, stratagemate detento; quamobrem iste posteà Venetiis proditionis postulatus, & capite plexus est. Quiescente Veneto bello Franciscus arma in Picenum transtulit, Philippo haud invito, *neque*, ut *Simonetæ* (m) verbis utar, *ægrè ferente, si in Eugenii Pontificatu res Romanæ Ecclesiæ perturbarentur, quod dum patria Venetus esset, Venetas partes sequebatur.* Longè verò alium id bellum habuit eventum, ac Philippus putaverat, eum nempè, ut Sfortia illi suspectus, & ipse eum suspiciens, autoritatemque, qua Nicolaus Picinninus apud illum pollebat, molestè ferens, cum Eugenio pacisceretur, & novi belli, quod iste, Venetique & Florentini facto fœdere adversus Philippum parabant, ductum susciperet, *Vexilliferi Romanæ Ecclesiæ, & Marchionis Piceni* honore, plenoque in hanc provinciam jure à Pontifice auctus. Divulsa illa societate & facta inter Philippum Florentinosque pace cum illo in gratiam utcunque rediit, spe matrimonii cum Blanca consummandi; delusus verò iterumque alienatus, imperium Venetæ Florentinæque militiæ adversus Philippum denuò suscepit & gessit, donec ille cumulatis cladibus, quas apud Soncinum & in Hetruscis an. MCDXL accepit, perpulsus Franciscum nuptiis filiæ suæ sibi adjungere feriò constituit, eidemque pacis cum Venetis & Florentinis faciendæ arbitrium detulit. Pace sancita, nuptiisque Cremonæ, quæ dotis loco ipsi à socero tradita fuit, peractis, ad propria in Apulia bona, adversus Alphonsum Regem, arma illic victricia circumferentem, tutanda, converso Francisco aliud in Picenis bellum ab Eugenio Papa illatum est, cujus autor & impulsor Philippus fuit, semper generū suspectans, resque ejus post Alphonsi Regis commoda ducens. Hujus belli, varia & atroci fortuna aliquot annorum spatio gesti, incendium in eis, quibus exarsit, finibus haud se continuit, sed latius serpens Philippi quoque ditionem corripuit, quam Veneti ex veteri cum Francisco fœdere invaserunt, magnaque ejus parte occupata ipsi metropoli incumbentes in eam illum adduxerunt necessitatem, ut enixissimis precibus generum, sibi, ex quo de Zerpellione, quem in locum Picinnini copiis suis præficere constituerat, perfidiæ supplicium sumsit; invisum & exosum, rogaret, Petro Pusterla internuncio, ut relictis Venetorum partibus ad se cum exercitu veniret, rebusque suis in supremum discrimen adductis, ruentique imperio succurreret. Fluctuantem inter varia consilia Franciscum, & hinc fidem Venetis Florentinisque datam, isthinc discrimina, in quibus soceri fortunæ versarentur, cum principatu, quem seu jure successionis seu armis suum aliquando fore sperare posset, reputantem, ipsi denique Veneti, emeritas ei persolvere pecunias detrectando, Cremonamque Blancæ, uxoris suæ, dotem intercipere moliendo, perpulerunt, ut constitueret, derelicta illorum societate socero opem ferre. Ergò eodem suasore, nec non conflandæ, qua indigebat, pecuniæ, urbem Hæsium, quæ ex omni Piceno proximo bello sibi reliqua erat, Romano Pontifici XXXV aureorum millibus, à Rege Alphonso exsolutis, vendidit, iisque inter milites distributis ad iter in Lombardiam se accinxit. Verum dum ob novas suspiciones quas in Philippi animo adversus ipsum malevoli excitarunt, moras nectit, morbo ille oppressus & intra paucos dies assumtus est; eo nuncio Cotoniolæ accepto maturavit iter, jamque progressus in Parmensium fines, legatos Mediolanensis civitatis obvios habuit, qui suam rempublicam, suamque libertatem, quam Philippi excessu recuperasse sibi videbantur, commendarent, rogarentque, ut in easdem gerendi belli conditiones, in quas fuerat à socero evocatus, venire pergeret. Iis benigna responsione dimissis, & Parmensibus in amicitia & autoritate Mediolanensium confirmatis, Cremonam cum exercitu progressus est, ibidemq; operam suam Mediolanensibus ea lege addixit, ut si Brixiam cepisset, urbem eam sibi haberet; si postea Verona quoque potitus esset, hanc, illa dimissa obtineret. Ticinenses deinde, quodlibet aliud, quàm Mediolanensium imperium accipere paratos, in suam, nec-

quic-

(m) *Rer. gest. Fr. Sfort. Lib. III.*

quicquam istis ringentibus, suscepit clientelam, *Comesque Papiæ* appellatus est, Derthonensibus verò, suæ quoque urbis imperium ipsi deferentibus, Prætorem dedit, ad placandos mediolanensiũ animos, quorum rempublicam, non à Venetis tantùm, sed Gallis etiam & Genuensibus, Sabaudisque ac Estensibus in maximas difficultates conjectam fide sua & virtute servasse & restituisse ab ipso *Ripamontio*, Principibus patriæ suæ haud alioquin satis æquo, prædicatur. Placentia expugnata & Venetorum classe in Padi amnis brachio incensa, terrestrique eorundem exercitu apud Caravagium ad internecionem cæso, quæ victoriæ omnes in annum MCDXLVIII inciderunt, cùm Brixiam suæ potestati, si eam cepisset, ex pacto permittendam, invadere cupienti Mediolanenses aliud ex alio impedimentum objicerent, aliasque offensionis ansas præberent, animo ab illis alienato, & spe adipiscendi imperii repleto, pacem cum Venetis iniit, armisque & pecunia ab illis instructus bellum Mediolanensibus intulit. Occupatis Berthona, Novaria, Viglevano, Laude Pompei & castellis plerisque, ipsam denique metropolin obsidione cinxit, & necquicquam hinc Sabaudo, isthinc Venetis, qui magna nobilitate, à Sfortiæ partibus iterum discesserant, eam liberare conantibus, eò redegit, ut armis fameque & intestina discordia miserè afflicti cives extremã necessitatem spontanea deditione prævenirent, & Franciscum in urbem reciperent, die XXVI Febr. an. MCDL. In solemni deinde ingressu, ad diem VI Kal. Apr. annua festivitate celebrem translato, magnum animi moderati specimen dedit, quia adornato per urbis primores & oblato curru quo triumphantis instar sublimis veheretur, fastum eum aspernatus, & umbella quoque repudiata, pari cum cæteris cultu urbem ingressus est, & recto itinere ad maximum templum perrexit; Ibi veste alba serica ad pedes usque effusa indutus, Ducalis dignitatis, summique imperii insignia, atque à dilectis à singulis urbis portis sive regionibus civibus sacramentum accepit, eo omnium applausu ac obsequio, *quali*, ut habent verba Ripamontii, (*n*) *justo ac benemerenti Principi patere gratorum civium animos oporteret: raroq; ullius antea post ve Ducum tam effusa studia Cleri Populive Mediolanensis expertus in omni literarum communive memoria reperietur.* Itaque ex eo tempore pro civitatis jure & auctoritate ab cunctis nationibus, præterquam à Friderico III Rom. Imperatore, quod is mortuo sine liberis maribus Philippo Longobardiæ Principatum ad Imperium rediisse diceret, nec non à Carolo Francorum Rege, qui ad patruelem suum Aurelianensium Ducem hæreditatem Philippi pertinere putabat, *Mediolanensium Ducem* semper esse appellatum *Simonetta* (*o*) & *Corius*, (*p*) passim concinentes, notarunt. Ducatu ita potitus Franciscus quievit à militari quotidianoque labore; quod inde ab anno ætatis suæ duodecimo, quo à literarum disciplina à patre in militiam revocatus fuerat, nunquam ab eo factum esse *Simoneta* (*q*) memoriæ prodidit. Omnis quoq; Italia à bellorum motibus & incommodis quievit; At brevis illa quies fuit: altero enim abhinc anno bellum cum Venetis recruduit, quod cum varia fortuna gereretur, totaq; per id Italia in partes abiret, opera negociosi cujusdam monachi, quem *fratrem Leonem* vulgò appellabant, pace d. VIII id. Apr. an. MCDLIV promulgata, sopitum est. Sociis exinde amicisque auxilia Franciscus portavit, & Alphonso Regi Neapolitano ejusq; gnato Ferdinando adversus Andegavenses fratrem Alexandrum, Regique Galliæ contra factiosos regni sui filium Galeacium cum copiis submisit; Genuenses verò secum discordes suo adjunxit imperio, urbe eorum & arce, quam *Castelletum* vocant, medio anno MCDLXIV expugnata, & in verba sua adacta, cùm ipsi per XXIV Oratores ex omni ordine civium Genuensium missos, sceptrum, claves & cætera dominatus insignia traderentur. Sexto denique & decimo Principatus anno, cùm eum firmum, multisque munimentis domi & foris stabilitum haberet, ipsamque Mediolanensem arcem, magnum & nominis sui & regni monumentũ, perfecisset, & urbem amplissimo splendidissimoque nosocomio ornasset, repentina morte, maximo populi dolore, è medio sublatus est, quintum & sexagesimum ætatis añum agens. Erant ei præter vetustatem familiæ alia omnia abundè: species corporis ampla, formaque imperatoria, probitas, industria, facundia, militiæ magna scientia, animus belli ingens constans & usque præsens, ut omnes difficultates, omnia superaret humana, domi temperans, libidinis voluptatumq; victor, tantummodò gloriæ ac imperii avidus; id tamen postquam indeptus est, clementia, benignitate & justitia moderari gnarus, ita ut maximum sui desiderium cunctis, quibus imperitaverat, reliquerit. Uxor ejus *Blanca Maria* biennii tantum, & quod excedit, spatio marito superstes fuit, nec sine suspicione veneni decessit, quæ in Galeatium filium allapsa est. Fuit illa *Ripamontio* (*r*) referente, eximiæ religionis mulier, duoq; inclyta templa, D. Mariæ *Virgini* Coronatæ alterum, alterum D. Agneti Martyri posuit; virilis animi eadem, & regendis populis apta, unde initia suspicionum, & cum filio dissidiũ, insidiæq; demũ in matrem

Nnn ortæ

[n] *Lib. VI.* (o) *Lib. XXI.* (p) *Sub fin. Partis V.* [q] *Lib. XXII.* [r] *Lib. VI.*

ortæ creduntur. Facta illa est mater egregiæ sobolis: gnati sex erant, filiæ duæ, juxta ordinem nativitatis in tabula locati, rectius & emendatius, ac ab genealogis hactenus enumerati fuere, à quibus omnibus atque ab ipso etiam *Fr. Zazzara* ordo eorum turbatus, numerus auctus diminutusve, & genuinorum cum spuriis facta confusio est. Filiarum natu major *Hippolyta*, à patre, adhuc puella, Alphonso Aragonio, Ferdinandi filio, Alphonsi Regis Neapolitani nepoti anno 1455 desponsa, elapsoque decennio ab eo penatibus suis inducta est; minorem *Elisabetham*, annum ætatis sextum & decimum agentem, frater Galeatius Wilhelmo, Montisferrati, Marchioni, jam quinque supra sexaginta annos nato, nuptui locavit. Inter natos Francisci Ducis postremus OCTAVIANUS, ita fortè appellatus, quod octava Blancæ proles esset, anno ætatis decimo octavo in trajectu Abduæ equo ab impetu fluminis perverso, undis haustus est, Mediolano, ob conspirationem cum fratribus adversus Cecum Simonetam, præcipuum fratriæ regentis ministrum, initam detectamque, profugus. (s) SFORTIÆ, tertio genito, Alphonsus Rex Neapolitanus Ducatum *Barii* in Apulia cōtulit, neptemque suam è filio Ferdinando *Leonoram Aragoniam*, eodem tempore quo Hippolyta Alphonso condicta fuit, despondit. Mortuo genitore à fratre Galeatio ipse & Ludovicus, quod inquieto essent ingenio, in Galliam relegati sunt; illo autem è vivis sublato Mediolanum reversi turbas fratriæ cierunt, propter quas exilio iterum multati, Sfortiaque in Barensem Ducatum suum secedere jussus est. Impulsu deinde Ferdinandi Regis Neapolitani arma in Liguriam intulit, vel Genuenses vel Mediolanensem Ducatum ex illa parte infestaturus, nisi morte, vel ex pinguedine, vel veneno orta, interceptus fuisset; uxore ante sexennium exciderat: namque Leonora Aragonia, ipsi olim desponsa, Herculi Estensi in manum convenit. PHILIPPUS MARIA, secundus Francisci Ducis filius adhuc impuber sponsam accepit Mariam Ludovici Ducis Sabaudiæ & Annæ de Cypro filiam, superveniente ætate ad matrimonium habili nuptiis sibi adjungendam; in tabulis super his sponsalibus d. XIII Sept. an. 1454 factis, & à Sam. Guichenonio (t) editis, dos *scutorum centum millium auri ponderis* constituta est, & Franciscus recepit creare & decorare dictum Philippum Mariam filium suum *de titulis Comitatus, civitatis & districtus Papiæ*, ac eidem assignare *civitatem & districtum Tortonæ cum juribus & pertinentiis, ita tamen ut ea omnia recognoscere teneatur in feudum à genitore Duce Mediolanensi, & post ejus decessum à Galeatio, ejus primogenito, cùm creatus fuerit Dux Mediolani.* Lapsus itaque est idem autor, in ipsa familiæ Sabaudicæ historia, ubi Philippum Mariam Sfortiam, Francisci Ducis filium primogenitum appellat; neque quod ille vult, mors Philippi præmatura sponsalia illa dissolvit; sed aliam intervenisse oportet causam, ob quam Maria Sabauda Ludovico Lucemburgico Comiti Sancti Pauli an. 1466 nupsit, relicto Philippo Sfortia, quem ætatem per multos adhuc annos prorogasse ex Corio constat: tribus nempè fratribus, Galeatio, Sfortiæ & Octaviano superstes mansit; nec tamen se civilibus fluctibus, post Galeatii cædem exortis, commisit, utpote quieti ingenii, minimeque promtus ac agilis quemadmodum modò dictus author literis prodidit. De reliquis tribus Francisci Ducis filiis legitimis deinceps singillatim dicetur.

Hoc loco *de nothis* ejus aliqua subjugenda sunt: hos complures habuit, ex diversis haud dubiè fœminis genitos; unius verò mentio tantùm se offert apud Corium, *Columbinæ* videlicet, qua natos fuisse ait *Sfortiam* IIdum, à quo *Comites de Burgonovo*, peculiari tabella enumerati, provenerunt, nec non *Drusianam*; hanc genitor an. 1447 Jano Fregoso sive Fulgosio, Genuensium Duci, eoque vertente anno mortuo despondit Jacobo Picinnino, Nicolai, cum quo perpetuam exercuerat æmulationem inimicitiamque, filio natu minori, virtute bellica patri haud inferiori, cùm is in bello Mediolanensi defectionem ad Sfortiā, unà cum fratre suo majore Francisco, simulasset; larva autem mox ab eis deposita, longa nuptiis mora injecta est, nempè usque ad an. 1464, quo demum Jacobus Picinninus, perditis in regno Neapolitano rebus Andegavensium quibus militarat, Regi Ferdinando Aragonio se permittere periculosum ratus, ad Franciscum Ducem confugit, atque ab illo benignè exceptus nuptias cum Drusiana peragendi facultatem obtinuit; verùm anno sequenti allectus à R. Ferdinando lauto, stipendio Hippolytam, Francisci filiam, Alphonsi Aragonii, qui Ferdinandi gnatus erat, sponsam Neapolim comitatus, at ibi, post prolixa benevolentiæ fucatæ signa sibi data, in vincula jussu Regis conjectus, & vita privatus est: nec suspicione caruit Franciscus Dux proditi Ferdinando generi, quemadmodum *Jovius* memorat; sed de fène-

stra

[s] *Corius Parte VI.*
[t] *Preuves de l'Hist. Geneal. de la R. m. de Savoye pag. 379.*

ſtra carceris delapſum interiiſſe rumor à regiis, Simoneta referente, diſperſus fuit. Erant Franciſco præter Druſianam duæ adhuc filiæ extra matrimonium genitæ, nempè *Polyxena* & *Iſotta*; illam pater Sigismundo Malateſtæ Domino Arimini in matrimonium dedit, quo acerrimo deinceps hoſte uſus eſt, ita ut is conjugem, propterea quod Sfortiæ filia eſſet, acerbiſſima morte necaret, vulgari tamen jubens, peſtifero morbo correptam deceſſiſſe. (u) Iſotta mulier facta eſt ex viro Jo. Tolentino, nobili familia, quæ *Maurucia* primitus dicta fuit, oriundo, gloriaque militari & conſtanti erga ſocerum fide illuſtrato. E virili ſexu liberos naturales Franciſcus habuit poſt Sfortiam IIdum, cujus jam mentio facta eſt, fietq; iterum inferius, TRISTANUM, POLIDORUM, JULIUM & LEONARDUM, quemadmodũ *Corius* teſtatur. (w) TRISTANUS belli paciſque artibus imbutus, inter Senatores, quibus poſt Ducis Galeatii Mariæ, fratris ſui, cædem cura reip. demandata fuit, locum promeruit; ſed non ita multò poſt fatis conceſſit, Beatrice Eſtenſe vidua relicta (x) POLIDORUM in flore ætatis an. 1475, d. 30 Mart. vita functum & Mediolani in æde Cathedrali B. Mariæ virginis ſepultum eſſe *Henninges* tradit; [y] *Franciſcus Zazzara* (z) verò ſcriptor Italus, Archiepiſcopum Genuenſem fuiſſe ait ſub nomine *Johannis Mariæ*, quod fortaſſis, cùm Eccleſiaſtico vitæ generi ſe addixiſſet, ſuſcepit; & recenſetur in catalogo Archiepiſcoporum Genuæ *Johannes Maria Sfortia*, Paulo de Campo Fregoſo an. 1498 ſucceſſor datus, atque an. 1513 vitæ & ſacræ dignitatis munere perfunctus. De Julio & Leonardo præter nomina nihil in Annalibus repertum mihi eſt; poſterioris emortualem, in Tabula notatum, Henningeſio, jam allegato, debemus.

De GALEATII MARIÆ Sfortiæ Vicecomitis Franciſci Ducis filii primogeniti nativitate ita Jo. Simoneta. (a) " Dum exeunte an. MCDXLIII Franc. Sfortia copiis ſuis in hyberna deduci curat, juſſit uxorem Blancam, quam ſciebat jam eſſe partui proximam, Firmum proficiſci. Ea cum in magnificis Girifalci arcis ædibus reſediſſet, optatum puerperii diem expectabat, ediditque non multò poſt expectatum parentibus puerum: ad XIX Kal. Febr. quo die Franciſcus ipſe Floramontem, cui uni ſui corporis curam committebat, ad uxorem ſalutandam miſerat: redeunte igitur cum hoc optatiſſimo nuncio Floramonte, & quidem noctu, Franciſcus cum viſendæ conjugis, tum etiam communicandæ cõmunis lætitiæ gratia, Firmum & ipſe lætus conceſſit: præſertim quod injecta ſibi jam ſpes de potiundo uxoris cauſa Philippi ſoceri patrimonio ſuſcepta ex ſententia prole aucta videbatur: ob eamque cauſam cùm ſtatuiſſent parentes ex avi voluntate infanti nomen imponi, quò & majori benevolentia principem ſibi reconciliarent, & illi impoſterum puerum diligendi initium præberent: mittitur Mediolanum ad Philippum Gaſpar, Piſaurenſis medicus, qui eum rogaret, ut quod vellet nepoti nuper nato nomen decerneret; quod cum intellexiſſet Philippus, lætari ſe plurimùm reſpondit puero ſua jam ingraveſcente ætate nato, & placere ſibi dixit, ut nepoti Galeatio nomen eſſet, quod ejus avo prius fuerat. Itaque cum hoc reſponſo Gaſpare ad Franciſcum reverſo, Galeatio nomen puero inditum eſt: duobus pro more cognominibus additis, Maria Sfortia, altero à materno, altero à paterno avo acceptis. „ Eugenium Pontificem, cum Fr. Sfortiæ filium natum eſſe inaudiviſſet, dixiſſe feruntex implacabili, quo illum perſequebatur, odio, *alterum eſſe Luciferum ſua tempeſtate exortum.* Poſtquam Mediolanenſi imperio potitus eſſet pater, filium Galeacium *Papienſium Comitem* nominavit; viginti poſteà annos natum cum copiis auxiliaribus in Galliam ad R. Ludovicum XI, inteſtino bello afflictum miſit, ut diſciplinam militarem, ipſo vivente, diſceret, armis aſſueſceret, & militum quoque gratiam auctoritatemque bello gerendo ſibi compararet, ut *Simonetæ* iterum verbis utar. (b) Ab illa expeditione priuſquam ad penates reverſus eſſet Galeacius, patrem mors occupavit, quam ubi ex matris Blancæ literis cognovit, demandata Jo. Palavicino exercitus cura, ipſe mutatis veſtibus cùm perpaucis domeſticis & mercatore quodam itineris duce, Italiam repetiit, nec levi diſcrimini, quod ab incondita agreſtium turba Novaleſii, oppido in Taurinenſibus ad montis radices ſito, ei intentatum fuit, ereptus, ad XIII Kal. Apr. Mediolanum rediit, & ſummo honore ac lætitia a cunctis exceptus, ducatus dignitatem, & principatus, quem pacatiſſimum ubique pater reliquerat, gubernacula ſuſcepit; ſed neutiquam pari virtute prudentiaque rexit, nec paternis veſtigiis inſtitit, quamquam, teſte *Ripamontio*, (c) multæ regiæ artes ei erant: *ſtudia literarum, liberalitas*

[u] *Simoneta ſub fin. Lib. XX.* (w) *Parte VI.* (x) *Corius ibid.*
(y) *Op. Geneal. Reg. I. Mon. IV. p. 1455.* (z) *Della Nob. d'Ital. nella fam. Sforza.*
(a) *Sub fin. Lib. VI.* [b] *Lib. ult.* (c) *Lib. VI.*

in aulæ splendore, pietas in ornandis templis, & nisi lubrica ætas, facilisque ad offensionem animus lacesseretur, Mediolanenses sub eo principe non pessimè agebant. Iustitiæ usque ad severitatem fuisse tenacem *Jovius* [*d*] prædicat, dedisseque enixè operam, ut nihil in judiciis esset venale, aut ad gratiam corruptum, quando pœna inexorabili certissimoque præmio cuncta constarent. Amari quippe simul & metui cupiebat, ita ut nonnunquam sordidi mercatoris simulato habitu discurrens per ditionis regiones oblatos in via aut in diversoriis simplicissimos homines ad ferenda de principe colloquia pertraheret, eruendosque certissimos de se rumores, utraque nominis sui fama frueretur. Præter venatorias equestriumque armorum exercitationes, pilæ ludo, majoris præsertim, quam follem vocant, tanta cum voluptate tenebatur, ut ingentis structuræ ædificia Mediolani & Ticini, cæterisque in arcibus ad usum ejus certaminis conderet. Sed profusæ liberalitatis, & in cultu vitæ regii luxus, magnificentiæque nomine inprimis celebratur: ea certè extra modum prodiit in portentosi sumptus apparatu, ac pompa, qua Florentiam urbem, cui fœdere junctus erat, auxiliaresque copias adversus Pontificem & Venetos submiserat, an. MCDLXXI ingressus erat, quamque post Corium Gratianus quoque singillatim descripsit. Cæterùm incontinens & turpiter libidini deditus erat, eaq; multas illustres domos dehonestabat, alliciendo fœminarum alias ipsa principatus vi, specieque, aliis flagitii mercedem offerendo: (*e*) nam eam tum fuisse " Jovius (*f*) *conqueritur* ex multo ocio luxuriantis seculi conditionem, in ipsis præcipuè nobilioribus matronis, ut totum pudicitiæ decus ab humanitate aulæ alienum prorsus & subagreste putaretur, ideoque princeps ad licentiam libidinis proclinatus, & juventæ vigore, venustatæque oris supra omnes spectatu dignissimus, procacibus fœminarum oculis & desideriis cupidissimè deserviret. Erat enim tum vulgatum inter fœminas, nullam ex principis concubitu fieri impudicam, earumque maritos, qui ineptis hirci videri possent, ita excellere aureis cornibus, ut dignitate cunctos anteirent. Illud novæ cujusdam ac penè furiosæ libidinis in Galeacio *Ripamontius* exaggerat, quod fœminas easdem, quas ipse stupro vel adulterio temerasset, prostituebat etiam lubidini suorum, quò plus ignominiæ domum referrent. Par huic intemperantiæ crudelitas fuit, cujus exempla scriptores literis prodiderunt, quæque inter hoc singulare est, quod agrestem, qui intra septa obvium forte leporem, contra ejus edictū, occiderat, mandere prædam, & solidum cum pelle ossibusque vorare animal coëgit. Hi mores atque illæ contumeliæ, claris quoque familiis inustæ, tres nobiles juvenes, cubiculo principis adscriptos, ad conjurandum compulere: quorum unus *Carolus Vicecomes*, super dolorem translati à familia sua in Sfortianam domum principatus, incendebatur injuria probroque sororis, quam non vitiasse solum Galeacium, sed exoleto suo prostravisse didicerat. Hic socios sibi assumsit *Jo. Andream Lamponianum* & *Hieron. Olgiatum*. Priorem proprii stimuli ingens in Principem odium, quod litem secundum adversarium judicasset, incitarunt. Sed Olgiatum vix dum pubescentem amor laudis ex cæde tyranni traxit, incitante præceptore *Cola Montano*, (cui & suo quondam pædagogo Galeacius acceptas in pueritia plagas loro nudatis clunibus publicè rependi jusserat) & sæpè gloriam inculcante, quæ Cassios & Brutos tyrannorum interfectores manaret. Hi ergò postridiè natalis Christi Ducem S. Stephani ædem, ut divinæ rei interesset, post multa suæ finis præsagia intrantem, inter frequentem corporis custodiam, latera cingentibus legatis Ferrariensi & Mantuano, nihil veriti tantam stipatorum turbam, animo adversus omne periculum obfirmato invasere. Primus Lamponianus impetum fecit, & in speciem dimoventis turbam, porrigentisque literas, quas manu præferebat, duos illi ictus, in ventre unum, alterum in gutture inflixit, mox Vicecomes & Olgiatus à tergo inermem lethalibus plagis confecerunt. Nulla vox morientis audita est, nisi quod B. Virginem Mariam bis terve invocavit. Facto ad eum casum per omne templum tumultu & clamore, parricidarum princeps, Lamponianus, dum per mediam turbam evadere conatur, à satellite æthiope hasta obtruncatus est; cæteri duo immixti effugientium turbæ elapsique postquam varias latebras quæsivissent, biduo post comprehensi, in quæstionem dati, atque ad supplicium acerbissimum rapti sunt. Olgiatus viginti annorum adolescens, muliebri forma mollique corpore, mira constantia finem suā nobilitasse prædicatur: ut enim sodalis animūm fractum suo exemplo confirmaret, petiit, ut à se supplicii initium caperetur, interque cruciatus carmina modulatus est, & labentem sibi animum subinde increpuit. Idem omnia conjurationis consilia, casusque in eo negocio suos sociorumque scriptis publicè literis intrepidus enarravit, quas *Corius* & *Ripamontius* recensuerunt. Nec indigni sunt memoratu versus, quos in vinculis tormentisq; jactitavit:

Quem

(d) *Elog. Lib. III.* (e) *Ripamont. loco cit.* (f) *Elog. Lib. III.*

Quem non mille acies, quem non potuere phalanges
sternere, privatâ Galeaz Dux Sfortia dextrâ
concidit; atque illum minimè juvere cadentem
adstantes famuli, nec opes nec regna, nec urbes:
Hinc patet, humanis quæ sit fiducia rebus;
& patet hinc, sævo tutum nihil esse Tyranno. (g)

Secundum supra tricesimum ætatis annum nondum expleverat Galeatius Maria Sfortia Meoiolani Dux, cùm letho illo malo emortuus est. Uxores duas habuit: de priore Mantuanæ Historiæ Scriptores audiendi sunt, quoniam Mediolanenses vix ejus mentionem fecerunt; " Anton. Possevinus *hæc refert: (i) Anno 1451* Francisco Sfortiæ Mediolani Duci Ludovicum Gonzagam Marchionem Mantuæ necessitudine sibi adjungendi, ne Venetorum partibus accederet, occasionem quærenti, ea in promptu erat, si Galeacio natorum suorum maximo, Susannam, Ludovici filiam, matrimonio junxisset; neque tamen transactum negotium, puella infirma, *atque etiam, quod* Scipio Agnellus Maffeus (k) *haud dissimulavit,* leniter gibbera, & monastico ob id instituto mancipata. Sed in ejus locum Dorothea soror delecta, natu minor, & formæ elegantia, morumque compositione fœminiles virtutes antegressa. Hanc Galeacius, ubi post excessum genitoris è Gallia ad suos rediit, certamque imperii ab illo relicti possessionem vidit, missit Mantuam fidissimis, spectatissimisque procerum, Mediolanum deduci curavit, nuptiisque maxima magnificentia celebratis sibi sociavit; & ut plerumque affinitatum amicitiarumque initia magno impetu & effusa charitate cœptantur, extrema languescunt; sic in Ludovicum Galeacius immensa contulit: nem omnia pro ejus arbitrio componi voluit, & edicto quoque ac missis ad ipsum literis totius dominii sui universalem gubernatorem eum declaravit, quarum exemplum apud Possevinum occurrit, scriptarum Papiæ nonâ Martii anno 1468. Attamen eo ipso adhuc anno Galeacius, instinctore quodam Jo. Alborano, qui scurrilitate & lenocinio in gratiam Principis irrepserat, & Mantuanum, officii sui generum commonefacere, & si quæ se indigna patrasset reprehendere solitum, oderat, talemque magistrum procul habere cupiebat, tædere soceri uxorisque cœpit, atque ad divortium cum ista novasque nuptias animum intendit, ita ut scriptis ad Pontificem Rom. literis conquereretur, Dorotheam sterilē, animo commotiorem, sibi à patre nulla sua voluntate datam, ipso nomine exosam se habere. Cremonam posteà ablegatæ per medicum, pecunia & promissis corruptum, in boletorum cibo, quo illa delectabatur, venenum propinavit, quo contabuit & extincta est.

Simulavit equidem Galeacius vultu tristitiam, & nuncio de uxoris morbo accepto Mediolano Cremonam advolavit, sed præcipitatis cum *Bona Sabauda* nuptiis, quam formæ venustate morumque elegantia commendatam, Dorothea adhuc vivente, usus pronubo, fratre Tristrano, ad Regem Galliæ Ludovicum XI Bonæ sororium, eum in finem ablegato, ambierat, sibjque in castro Ambasiæ d. 9. Maij an. 1468 condictam in matrimonium ducere stipulatus erat, (l) crimen tantùm non ipse prodigit, quod Ludovicus Marchio Mantuæ prudenti dissimulatione tegere, generique conscientiam literis privatis, quasi aculeis, pungere, quàm propalare & ad publicam querimoniam progredi maluit. *Bona Sabauda* marito superstes mansit; sed vidua facta ita se gessit, ut imprudentiæ impudicitiæque probro notata sit bordatissimo historiarum scriptori *Guicciardino*: genio illa suo indulgebat, & voluptates inaniaque aulicæ vitæ delectamenta curis & laboribus, quos filii tutela & Principatus regimen exigebant, antehabebat, & denique exilium gratiosi sui, Antonii Tassini, sordidi hominis, adeò molestè ferebat, ut tutela publicè abdicata regimen metropolimque reliquerit; quo ipso flammæ ambitionis, qua Ludovici Sfortiæ, affinis ejus, animus jam ardebat, oleum adjecit, nec Lombardiæ tantum sed omni Italiæ Iliadem malorum attraxit. Facta cæterum fuit mater quatuor liberorum, marium duorum, totidemque fœminarum. Illorum natu major in Ducatum successit; minor HERMES nominatus, post fratris obitum nullo aut exiguo loco à patruo Ludovico habitus, cum eodem tempori ac fortunæ cedente in Germaniam an 1499 se proripuit, iterumque, adfulgente fortunæ natu hilariore, in Italiam cum illo radiit; mox verò cùm sors omnia retrò egisset, à Venetis unà cum Ascanio Cardinali, patruo suo, captus, Gallisque traditus, & ab horum Rege Ludovico XII sorori suæ, Maximiliani Imp. uxori, redditus est. (m) Ab isto deinde, anno 1502 legatus in Italiam unà cum Brixinensi præposito missus fuit, qui cum Pontifice aliisque Principibus & civitatibus plerisq; de transitu in Italiā ad suscipiendā coronam agerent.

(g) *Corins Part. VII. Ripamont. Lib. VI. Gratian. de Cas. illustr. Vir. Jovins Elog. Lib. III.* (i) *Gonzagæ Lib. VI. p. 590. & seqq.* [k] *Annal. di Mantoua Lib. XI. cap. 3.* (l) *Guich. Hist. de la mais de Sav.* (m) *Bucar. rer. Gall. L. VIII. §. 35.* (n) *Guicciard. Hist. It. Lib. V. Scip. Ammir. Hist. Flor. Part. II. L. 27.*

Liberos quoque naturales utriusque sexus Dux Galeatius Maria Sfortia è concubinis sustulit, in Tabula enumeratos: è sequiori sexu *Catharina* inclaruit, virilis animi fœmina, quæ à patruo, Ludovico, Sixtum IV Pontificem sibi fratrique Ascanio devincire gestiente, ejus ex sorore nepoti Hieronymo Riario, Fori Livii & Imolæ Domino, nuptui data, post mariti cædem, à Ludovico Pansecco an. 1488 patratam, civibus Foroliviensibus rebellionem eodem tempore facientibus, magna constantia filio Octaviano paternum principatũ vindicavit, deindeque Jo. Medicæo nupta, ejusque morte secundum in viduitatem conjecta, arcem Foroliviensem adversus Cæsarem Borgiam, Alexandri VI Papæ filium, pari virtute propugnavit; at majore vi oppressa & victa, ineunte anno seculari Romam tanquam in triumphum ducta, & in mole Adriani custodiæ mandata fuit; unde aliquando post Ivonis Alegrii, ductoris Gallicarum copiarum, precibus educta, Florentiæ consenuit. (*o*) Inter filios naturales Ducis Galeatii Mariæ *Carolum* primo loco nominasse satis habuit *Corios*, neque amplius mentionem ejus fecit; ALEXANDER juvenis robusti egregiique animi elogio ab eodem ornatus, nec non GALEATIUS, quem *Comitem Melpi* sive *de Melzo* vocat, Ludovico Duci à cubiculis, & fugæ ejus consortes fuisse memorantur; priori uxorẽ Barbianæ gentis *Zazzara* tribuit, & fortassis pater is fuit *Camillæ Sfortiæ*, Julio Malvetio, Bononiensi patritio nuptæ; eam enim *neptem Ducis Jo. Galeacii* Crescentius in *Corona Nobilit. Italicæ* appellat. (*p*) OCTAVIANUS ab Alexandro VI Papa Laudensi Ecclesiæ præfectus est anno 1497, quam varia administravit fortuna: cum enim Ludovicus XII Rex Galliæ Mediolanum occupasset, Laude Pompeja excessit anno 1501, & demum an. 1512, postquam Galli Mediolano facessere coacti essent, & Maximilianus Sfortia haud nulla illius opera ejus imperium recuperasset, illuc rediit. Vix autem triennio elapso cùm Mediolanum denuò in Gallorum potestatem devenisset solum iterum vertit, abjectaque spe redeundi Laudensem cum Aretina Ecclesia exeunte anno 1519 commutavit, eamque sedem tenuit usque ad an. 1525, quo exactis rursum Gallis pristinæ sedi restitutus est; sed cum Duci Francisco II venisset in suspicionem parùm sinceræ fidei, exilium voluntarium subiit, iterumque revocatus tandẽ variantis fortunæ pertæsus privatam vitam Mediolani exegit. (*q*)

Galeatii Mariæ Ducis Mediolanensis necem ubi comperit Sixtus IV Pontifex, dixisse fertur ore fatidico: *Hodie pax Italiæ mortua est.* A Mediolanensibus eodem adhuc die, quo ille vitam amisit, JOHANNES GALEACIUS Princeps proclamatus, & postquam exequiæ satis amplæ, magnaque omnium ordinum frequentia cohonestatæ, defuncto factæ sunt, tutela novi Principis, octavum demum ætatis annum agentis, imperiiq; administratio matri ejus *Bonæ Sabaudæ* delata, eidemque additus est Generalis Secretarii titulo *Cecus Simoneta*, spectatæ vir industriæ ac fidei, qui Galeatio etiam & Francisco Sfortiis ab epistolis fuerat. Duo præterea Senatus constituti sunt, quorum unus de rebus forensibus & civilibus decerneret, alter, ne quid respublica imperiumque detrimenti caperet, provideret; atq; huic patrui Principis, videlicet *Sfortia & Ludovicus*, præsides dati sunt, postquam cognita cæde fratris, a quo in Galliam relegati fuerant, reduces facti essent. Quoniam verò Simoneta autoritate prævalebat, atque ex ipsius arbitrio cuncta gerebantur, adeò molestè id illi tulerunt, ut collatis cum fratribus Ascanio & Octaviano, nec non Roberto Sanseverino, amitino, consiliis res novas molirentur, quibus Ludovicus Mantuæ Marchio, opportunè Mediolanum tunc delatus, sequester arbiterque concordiæ intercessit; itaque cum sequenti anno, qui seculi septimus supra septuagesimum erat, Genuæ à Fliscanæ factionis hominibus seditio concitata esset, illorum opera eximia in ea opprimenda rebellibusque coërcendis exstitit; at paulò post iterum aliquid monstri alere comperti, exilio multati sunt. Ita dum abessent Joh. Galeacius solemni cerimonia in maximo templo coronatus, sceptroque Ducali insignitus est die XXIV Apr. anni MCDLXXIIX, eaque in celebritate multos è Mediolanensi nobilitate Equites creavit. Magna deinde in urbe ex tranquillo moles discordiarum exorta est, cum suasore Simoneta, Guelphicarum partium fautore, arcis præfectus *Longignana*, quem Franciscus Sfortia muneri illi admoverat, exturbatus, aliique custodia arcis demandata esset, prætereaque Florentinis adversus Pontificem & Regem Neapolitanũ Ferdinandum auxilia mitterentur; hic enim distrahendis Mediolanensium rebus non tantum Prosperum Adornum, Genuensem, ad rebellionem perpulit, sed etiam Sfortias & Sanseverinum exules armis virisque instruxit, quibus bellum in Liguriam ipsamque Mediolanensem diœcesin inferrent; eo ardente cum Sfortia è morbo decessisset, Ludovicus ejus

frater

[o] *Guicciard. Lib. IV. Belcar. Lib. VIII. §. 30.* (p) *Part. I. Narrat. XXII. cap. 2.*
(q) *Ughellus Ital. Sacræ Tomo IV. p. 930.*

frater opera Gibellinorum & *Antonii Taſſini*, qui Bonæ Duciſſæ gratia florebat, nec genere nec forma bonus, ſed verſutus ac mollis, odioque adverſus Simonetam accenſus, cum illa & Duce reconciliatus, clamque in arcem Mediolanenſem receptus eſt; ex quo tempore magna rerum mutatio facta, & Ludovico, imperio imminenti, cuncta plana & proclivia fuerunt. Gibellinis ad ſeditionem concitatis Simoneta in vincula conjectus, atq; una cum fratre ſuo Johanne Simoneta, ſcriptore Sfortiadum, Papiam abductus, ubi ſæva aliquandiu cuſtodia habitus, & falſis criminibus circumventus, ad extremum d. 30 Oct. an. 1480 medio in foro capite truncatus eſt; veneranda canitie ſenex utpote ſeptuagenarius, *qui*, Ripamontio teſte, *ſancte atque innocenter vixerat, cujus plurima & graviſſima merita in urbem principatumque extabant.* Hoc pacto cùm *Ludovicus* hominem ſibi inviſum, ſuisque conſiliis obſtiturum è medio ſuſtuliſſet, & paulò poſt matrem Principis exilio Taſſini, quo illa, ceu ſupra dictum fuit, intimè utebatur, ita irritaſſet, ut plena indignationis tutelam filii publicè abdicaret, urbeq; excederet, ipſe nepotis tutelam, & principatus regimen ſuſcepit, ita tamen ut aliqua ex parte & aliquandiu in ejus ſocietatem venire pateretur *Jo. Franc. Palavicinum & Philippum Euſtachiũ*, ephoros Principis, id quod *Triumviratus* ſpeciem præbuiſſe *Corius* ait. Educatio verò Principis pueri ita fiebat, eaque ſub diſciplina, ut ſuo magis ingenio, quod tamen imbecille ac hebes à natura acceperat, ætatulæque ad ludicra, voluptates & luxum pronæ, relinqueretur, quàm literarum aut armorum ſtudiis moribusque & artibus Principe dignis imbueretur; cujus pravæ inſtitutionis ratio jam tunc haud obſcuris gliſcens indiciis apertior facta eſt, poſtquam penitus animum Ludovicus nudavit, & ipſam hanc adoleſcentis inertiam ſocordiamque retinendi imperii cauſam usquedum illius eſſet confirmatior ætas animusque, ne regentis inſcitia detrimentum reſp. pateretur, ambitioni ſuæ prætendit. Ea verò antequam ſe proferret, bellum à Ludovico cum Venetis in gratiam Herculis Marchionis Ferrariæ ſuſceptum, ſed præcoci pace, magna iſtius ſociorumque cum offenſione, finitum eſt, Helvetii & Valeſii, bello Inſubres vexare auſi, prælio victi, & ſuis ſe continere ſedibus coacti ſunt, præterea que *Genua*, diſcordiis civilibus feſſa, ad certam confeſſionem pacata eſt imperii, cui ampliſſima ſexdecim civium legatione Mediolanum miſſa, oblatisque Duci Jo. Galeacio *ſceptro, vexillo S. Georgii, clavibus urbis & ſigillo*, ſe permiſit, præſidemque *Vicarii Sfortiani* titulo accepit in decennium, Auguſtinum Adornium: in ipſa denique Lombardia metropolique cuncta tranquilla florentiſſimaque fuerunt. Matrimonium etiam, inter Jo. Galeatium & Iſabellam Aragoniam dudum pactum, conſummatum eſt; hujus initio magicis artibus effectum eſſe Corius omnesque ſcriptores referunt, ut ille per multos menſes impos fuerit ad conjugii arcana peragenda, cujus criminis autorem Ludovicum tota Italia creditum fuiſſe *Guicciardinus* memoriæ prodidit; Iſabella quippe conſpecta ſubitò ſic iſte exarſit, ut ſibi eam conjugem dari concupierit, & annuiſſet Ferdinandus Rex Neapol. virginis avus, niſi Alphonſus pater reſtitiſſet. Quare hac ſpe excluſus Ludovicus faſcino quidem Joh. Galeacium laxavit, aliamque uxorem duxit, verùm cum ex ea liberos ſuſcepiſſet, omnes ſuas cogitationes eò convertit, ut in ſe eosque Mediolanenſis imperii jura transferret, cujus vis & robur jam tum penes ipſum erat, ſola Ducalis nominis gloria Jo. Galeacio relicta; nimirũ arces, milites, ærarium, omniaque principatus inſtrumenta paulatim in ſuam poteſtatem redegerat, & præfectos artium veteres cum novis ſibi obnoxiis commutaverat: itaque nulla deponendæ adminiſtrationis & poteſtatis nepoti reſtituendæ mentio, quin adultum jam Principem usque adeò neglexit, ut cultum ac victum neceſſarium ille deſideraret. Quam indignitatem minimè ferens Iſabella, mulier ingentis animi & regii ſpiritus, præterea que æmulatione ergà Beatricem, Ludovici conjugem, ſplendiſſimo cultu habitã, incenſa & denique rumore natum iſti filium Papiæ Comitem deſignari, ut inde propinquo gradu ad imperium efferretur, perculſa, per literas crebras fidumque internuncium patrem avumque de omnibus rebus edocuit, & enixè oravit, fraude impia circumventis oppreſſisque ut ſuccurrerent, neque ſuam, mariti, liberorumque vitam in manu tyranni diutius ſitam eſſe paterentur. Hæc in animum Alphonſi altius deſcenderunt, quam Ferdinandi, jam ætate defœcati, & difficultates ac pericula pro ea, qua pollebat, prudentia prævidentis; quare conſtitutum verbis prius animum Ludovici experiri, atque oratores Mediolanum mittere; eis cum iſte verba reddidiſſet, & falſa ſpe lactatos dimiſiſſet, bellum Alphonſo inſtigante Ferdinandus oſtentavit & parare cœpit; cui reprimendo Ludovicus fatale illud & funeſtum ſibi familiæque ſuæ & omni Italiæ cepit conſilium Gallica accerſendi arma. Neque interea, metu & ambitione amens, à novo ſibi temperavit flagitio: venenum enim Jo. Galeacio propinari curavit, idque lentum ac temperatum, ut ſenſim veluti morbo ac tabe con-

consumeretur. Et decumbebat ille jam Ticini, Galliæ Rege Carolo VIII cum exercitu adventente; visit eum Rex, utpote amitinum lectoque ejus perhumaniter assedit; enixissimam verò morientis commendationem parvorum liberorum, conjugisque Isabellæ piam & flebilem pro patre genteque sua supplicationem ac deprecationem minus cordi habuit; audita tamen, jam Placentiam cum Ludovico delatus, Jo. Galeacii morte, clerum populumquè ejus civitatis congregavit, exequiasquè defuncto fieri jussit, quas suapte præsentia cohonestavit. Ludovicus quoque Mediolanum subitò reversus, cadaver Ticino eò deportari jussit, & quasi avertendæ suspicioni omnibus ergà supremam nepotis memoriam officiis functus est, eisque peractis in arcem se abdidit, & mœrentis instar aliquot dies publico abstinuit, ei potius meditationi solitudinem quærens, quo pacto quam exercere cœpit histrioniam, pulchrè peragat. *(r)*

Nondum attigerat Jo. Galeacius quintum supra vicesimum ætatis annum, cum, *sicut immaculatus agnellus*, sit venia Corii verbis, è viventium numero exturbatus fuit. Plures illi filios genitos fuisse ex autore modò dicto nec non Ripamontio licet colligere; sed duorum tantum nomina oblivioni subducta sunt; FRANCISCI videlicet & BONÆ. Matri eorum *Isabellæ* Ludovicus Sfortia, cum deinde Ludovici XII R. Galliæ in Italiam adventu perterritus, fugam in Germaniam adornaret, & jactura omnium fortunarum facta sua alienaque largiretur, Ducatum Barrensem in Apulia, quem Alphonsus Rex Neap. jam antehac occuparat, & fisco addixerat, dotis ipsius nomine donavit, petiitque ab ea, ut filium *Franciscum* secum in locum tutiorem abire pateretur; sed maluit illa apud se eum retinere, posteaque Regi Ludovico tradere, à quo in Galliam abductus, &, ne Sfortiani imperii legitimus hæres superesset, in Monasterium *Marmoutier* conjectus, ejusque tandem Abbas factus est; *(s)* vitam is tamen in Heduis finivisse traditur, in venatione currentis equi lapsu examinatus. *(t)* *Isabella* mater patrios repetiit lares, suæ quoque gentis calamitates supremosque casus visura & collacrimatura; pars etenim fuit miseræ & flebilis catervæ, qua prosequente patruus ejus Fridericus, Rex Neapolitanus, perditis & desperatis rebus suis in Ænariam insulam se proripuit. Hoc verò inde in Galliam profecto, illa in Barrum oppidum secessit, ubi miseriarum suarum lexamentum aliquod habuit, cum *Bona*, ejus filia à Rege Poloniæ Sigismundo in matrimonium in petita ac ducta esset, nuptiis Cracoviæ anno MDXVIII. celebratis, quò sponsam honoris ergò deduxit Hyppolitus Cardinalis Estensis, apud Forum Julii à Prospero Columna, qui eò usque eam comitatus erat, sibi traditam. His nuptiis Isabella mater sexennii spatio superstes mansit, & denique morbo intercutis aque decessit; eximiæ constantiæ & pudicitiæ laudi, qua florente ætate claruit, labem in ipso denique ætatis flexu adspersam fuisse, eò quod Prosp. Columnam, sibi cultum & officium assiduè tribuentem, sæpequè procacem, ad urbaniores jocos admisisset, *Jovius* literis prodidit. *(u)* BONA ejus filia trigesimo conjugii sui anno vidua facta, post octennium prætextu valetudinis curandæ in Italiam se recepit, ingratiis filii sui, Regis Sigismundi Augusti, Procerumque Polonicorum, quos largitionibus delinire ne quicquam conata est. Auctores profectionis ei *Neugebauero* referente, *(w)* fuere Laurentius Papacoda & Camillus Brancantius, Neapolitani, aulæ ipsius familiares, qui spe eam impleverant, Proregis Neapolitani officio functuram. Hac verò spe exclusa, cum in Poloniam reverti cogitaret, venenum ei à dicto Papacoda, cum quo consuetudine non satis honesta usam esse, *Thuanus* literis prodidit, propinatum, & supposititio testamento Ducatum Barrensem, quem illa ex hæreditate materna acceperat, à Rege, filio ejus, abalienatum fuisse, idem autor tradit. Cùm itaque Ducatum illum morte Bonæ Philippus Hispaniæ Rex tanquam regni Neapolitani partem & feudum, cujus ipse supremus & directus Dominus esset, occupasset, Rexque Poloniæ Sigismundus Augustus, misso ad illum Alberto Kriscio, veluti hæreditarium repetiisset, Neapolim is ire, & jure ibi experiri jussus est; & quanquam Sigismundus Ferdinandum Imperatorem arbitrum hujus litis delegerit, successu nihilominus destitutus est *(x)* Non oblitteratam tamen fuisse actionis nominisq; istius memoriam ex *Hugonis Grotii Epistola* 560 colligere est, qua ad Axel Oxenstiernam scribens, hæc inter alia refert: " Regi Poloniæ ex Neapolitano Regno CLM. Scutatorum mitti (ex Italia nunciant) præsentis pecuniæ, obventiones præterea annuas quasdam perscribi, specie transigendi de veteri nomine, re ipsa ut ab aliorum amicitia abducatur: iterumque

(r) *Corius Parte VI. & VII. Ripamont. Lib. VI. Guicciard. Hist. Ital. Lib. I. Jovius Hist. Lib. I.* [s] *Mezeray Hist. de Fr. Tom. II. p. 1216.* [t] *Jovius Elog. Lib. V.* (u) *Elog. Lib. V.* (w) *Hist. Polon. Lib. VIII. p. 592.* (x) *Ibid. p. 601. Add. Thuan. Lib. XVI.*

rumque epistola 597: " Mediolano scribitur, Austriacos, quod ipsis cum Rege Poloniae " erat controversum, de eo transegisse, datis ei reditibus ex regno Neapolitano, Castello " maris, quod dicitur, & Rupe Guilielma, qui superent CCCL scutatorum millia.

BLANCA MARIA, Ducis Galeacii Mariae Sfortiae filia natu major, nondum biennis desponsa fuit Philiberto I Duci Sabaudiae, tunc novenni, an. MCDLXXIV, die 2 Januar. quae sponsalia cùm in arcis Mediolanensis aula superiore celebrarentur, ferrum, quo concameratio astringebatur, forte ruptum, Ducem & Oratores Sabaudos atque alios, qui praesentes erant, tanto metu, ne ruerent fornices, implevit, ut magna festinatione inde se proriperent, & in cavaedium devolarent, ubi reliqua solemnia peracta sunt, quemadmodum *Corius* refert. (y) Omen id fortassis fuit interruptae postea praematura sponsi morte consummationis istarum nuptiarum. Neque minus successu caruere secunda Blancae sponsalia cum Johanne Matthia Corvino, Matthiae Regis Hungariae filio, an. MCDXXCV coepta, & post biennium solemni ritu facta, proxeneta Episcopo Varadinensi. Nimirum excelsiori thalamo destinata erat Blanca, videlicet Maximiliani Imperatoris Augusti, cui à patruo Ludovico, cum dote CCCCM aureorum praeter ornamenta, quae ad XLM aestimabantur, nuptui locata fuit. " Non probabantur illae nuptiae, verba refero Gerardi de Roo, (z) plerisque Germaniae principibus, quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia Austriacae veteri & tot majorum imaginibus auctae prosapiae impar esset, videreturque Caesar dote magis quam genere adductus eam affinitatem inire. „ At enim verò si fas est ex eventu facta notare, hae ipsae nuptiae, sicuti Sfortianae familiae prima specie laetae & honorificae fuerunt, ita ad ejusdem exitium haud leve monumentum attulere; illis enim, & inprimis dote luculenta à Ludovico oblata & persoluta, perpulsus esse videtur Maximilianus Imp. ut illi & posteris ipsius amplissimo diplomate Ducatum Mediolanensem, in damnum affinis Johannis Galeacii ejusque liberorum, contulerit; quo impetrato Ludovicus, nihil amplius pensi ac moderati habens, mala sibi domuique suae attraxit, ut Caecias nubes. Usa caeterum est Blanca sterili cum Maximiliano conjugio, cujus necisque ejus causam immoderatum cochlearum esum, & corruptum ex eo stomachum fuisse tradunt. Decessit Oeniponti decimo & octavo conjugii sui anno, & sepulta fuit in monasterio *Stambs*. Falsus itaque est *Pontus Heuterus*, qui biennio tantum in matrimonio Maximiliani illam vixisse, atque inter venandum, sicut Maria Burgunda, prior Caesaris uxor, equo delapsam, paulò post è casu cum foetu, quem utero gerebat, periisse refert. (*a*)

LUDOVICUS Sfortia, quartus Francisci Ducis Mediolanensis filius, sicuti virtutibus nonnullis eluxit, ita vitiis obrutus fuit, & fato cupienti perdere Sfortianam domum imperiumque Mediolanense, sufficiens. Ambitio inprimis, qua falsi fieri mortales solent, & regnandi dira cupido eum vexabant, praecipitemque animum ad omne nefas impellebant. Post fratris sui natu maximi excessum à tutela filii ejus initio depulsus, & Pisas relegatus, postquam rediit, atque à Bona Ducissa in arcem Mediolanensem receptus est, eam brevi authoritatem obtinuit, ut adversarios, Cecumque praesertim Simonetam capitis damnatũ, è medio tolleret, Ducissam tutela se abdicare, atque ab urbe abire adigeret, illam ipse susciperet, & cuncta suo arbitrio ageret. Ita cum ad insitam ei libidinem dominandi usus & consuetudo accessissent, id primum agitavit, ut se in nepotis, etiam adulti, tutela tutum conservaret, & Regi Neapolitano ejusque filio, Duci Calabriae, Jo. Galeacii propinqui sui partes suscepturientibus, aliud negocium facesseret, domesticoque eos illigaret bello; quem in finem Carolum Galliae Regem literis, & misso oratore Belgiojosi Comite, excitavit. Hunc assiduis stimulis ad expeditionem in Italiam suscipiendam perpulsum, & magno cum exercitu superatis Alpibus ad fines Mediolanensis principatus delatum, ut magis sibi conciliaret, munus quod gratissimum juveni fore cognoverat, misit, videlicet matronas aliquot forma praestantes, quas stupro à Rege cognitas esse maximo illustrium domorum dehonestamento, *Corius & Ripamontius* haud dissimularunt. Praeterea, ut hominum consilia cupiditatesque gradatim ascendunt, altiora spectans belli Gallico-Neapolitani occasione Mediolanensis imperii jus omne in se transferre cogitavit, utq; flagitiũ aliquo juris colore adornaret, & suas res majoribus munimentis in omnes eventus stabiliret, Maximiliani Imperatoris affinitatem quaesivit, oblata ei in uxorem cum dote summa Blanca Maria, Jo. Galeacii, de cujus corio ludebatur, sorore, & misso legato, Erasmo Brascha, qui Maximiliano persuaderet, Ludovicum fratri Galeacio Mariae jure praeferri debuisse, quod etsi natu minor tamẽ ex patre jam Duce, non privato, sicut iste, esset natus, porrò nec fratrem nec ejus filiũ in Ducũ numero habendos esse, quia devolutã Philippi Mariae Vicecomitis morte ad Rom. Imp. ditionẽ sine autoritate & inve-

[y] *Hist. Mediol. Parte VI.* [z] *Hist. Austr. Lib. XI. p. 392.* (a) *Rer. Austr. Lib. V. cap. 2.*

investitura Cæsarea usurpassent, se verò, impetrato Maximiliani assensu & diplomate, legitimè impetraturum. Quamvis verò his ipsis argumentis Ludovicus Sfortia omne familiæ suæ jus in Ducatum Mediolanensem iret destructum, quippe quem Franciscus, ejus pater, armis sibi vindicaverat, spreta Friderici Imp. quo Maximilianus natus est, commonefactione, attamen tanta vis erat dotis, quam Ludovicus Maximiliano repræsentavit, ut hic non tantùm promitteret, se Ludovico Mediolanense imperium, ejus filius & reliquæ stirpi, quasi à Philippi Mariæ obitu principatus ille legitimo Duce caruisset, autoritate imperatoria concessurum, sed etiam, universa pecuniæ summa persoluta, ejus rei diploma amplissimum traderet, Antverpiæ die 5 Septembr. ann. M CCCC XCIV scriptum, cujus exemplum *Corius* Historiæ suæ inseruit. In eo multis laudibus extolluntur Ludovicus Sfortia, ejusque progenitores, approbatur prima Ducatus Mediolanensis institutio, facta ab Imp. Wenceslao in gratiam Jo. Galeacii Vicecomitis, renunciantur ille ejusque descendentes "legitimi S. Rom. Imperii Principes, Duces Mediolani & Lombardiæ, Comites Papiæ & Angleriæ, & denique facultas iisdem conceditur *arma sive insignia regalia*, videlicet "aquilam nigram in campo aureo, in forma, qua ipsa arma Serenissimi Reges deferre consueverunt, aut per quarteria in suis armis deferendi aut protandi." Aliud præterea privilegium a Cæsare datum fuisse Ludovico *Jovius* refert, quo filii etiam ejus *nothi*, ubi legitimi defecerint, successionis in Ducatum capaces declarati sunt; verum quoniam id eundem quidem diem & annum, sed alium locum, nempè Mechliniam, denotat, dubiæ est fidei. Accessit tamen tabula protestationis instar, qua Imperator facti sui rationem dare videtur, cujus exemplum sequitur: "Maximilianus Dei favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariæ Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Britanniæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ Lucemburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, Habspurgi, Tirolis &c. Cum Ill. Dominus Ludovicus Maria Sfortia Vicecomes, qui multos annos Ducatum Mediolani summa cum laude & gloria gubernavit & administravit, sæpius & cum magna instantia à Serenissimo genitore nostro, & à nobis humillimis precibus requisiverit, ut privilegium hujusmodi Ducatus Mediolani & Lombardiæ & Comitatus Papiæ Johanni Galeaz ejus nepoti concedere vellemus, tamen pluribus justis rationibus & causis, (deesse videntur verba, repulsam tulerit) eo maximè quod præfatus Johannes Galeaz ipsum Ducatum & Comitatum à populo Mediolanensi recognovit, quod quidam fuit in maximum Imperii præjudicium. Et quia est de consuetudine sacri Romani imperii, neminem unquam investire de aliquo statu sibi subjecto, si eum de facto sibi usurpavit, vel ab alio recognovit: genitor noster perpetuæ memoriæ Imperator Serenissimus, neque Electores unquam consentire voluerunt, neque consentierunt, quod talis Ducatus & Comitatus in eum conferretur. Sed ut illustris Sfortianæ familiæ rationem habuisse videretur, cujus egregia facinora & celebres victoriæ per universum pænè orbem celebrantur, & quia idem Ill. Dominus Ludovicus in eo gubernando admodum sapiens est, & validè idoneus, in maximum commodum subditorum, & non parvam sacri Imperii commoditatem, utilitatem & ornamentum, ei obtulimus tale privilegium in personam suam, & filiorum ac successorum suorum, & accedente electorum consensu, ei tanquā benè merito contulimus privilegium & investiturā Ducatus Mediolanensis & Lombardiæ, ac Comitatus Papiæ &c. prout publico diplomate à nobis sibi concesso continetur: in quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & nostro sigillo pendente muniri, & nostra etiam propria manu subscripsimus. Datum in terra nostra Antverpiæ d. VIII Octobris M CCCC XCIIII: Regnorum nostrorum scilicet Romani VIII, Ungariæ verò V.

Johanne Galeacio patrui facinore vivis exempto, & funerato, id restabat, ut parvus illius filius, si minus vita, at Principatu paterno spoliaretur; itaque à primoribus Mediolanensis civitatis à Ludovico ad id instructis ac subornatis relatum ad Senatum fuit, eam esse tum imperii Mediolanensis magnitudinem, tum temporum Italiæ imminentium difficultatem, ut res sit futura perniciosissima, si Jo. Galeacii filius, quinque annorum puer, succederet patri: principem hìc requiri prudentia, rerum usu & autoritate pollentem; idcircò publicæ salutis & necessitatis causa, à lege, quod & ipsa jura permittunt, paululum deflectendum, & Ludovicum, ut hujus imperii dignitatem nomenque, onus hisce temporibus gravissimum, communis boni causa velit suscipere, cogendum esse: Eo prætextu, Ludovicus honestate ambitioni cedente, etsi nonnihil per simultationem reluctaretur, manè insequentis diei, aurata veste indutus, alboque equo vectus urbem ingressus est, & more antecessorum in templo maximo supplex ad aram adorato Numine præbuit

buit speciem legitimè adeuntis imperium; prius seorsim contestatus, se id tanquam ad se ex Regis Romanorum diplomate jure spectans suscipere; neque ita multò post advenere duo Cæsaris legati, Brixiensis Episcopus & Conradus Strucina, ferentes literas & mandata, quorum autoritate *Ludovicus Dux Mediolani & Lombardiæ* crearetur. Hæc coronatio *stupenda*, ut Corii verbo utar, *cerimonia* facta est ad XIII Kal. Jun. an. MCDXCV. qui dies erat Feliciano sacer. Ita summam votorum suorum consecutus Ludovicus, in summam mox sollicitudinem adductus est victoriis Caroli Regis: is enim progressus in Liguriam, atque inde Pisas Florentiamque, atque utrobique receptus, & Romæ quoque Alexandro VI Pontifice metu transire in partes coacto, incredibili felicitate, nullo occurrente hoste, Neapolitano regno, pulsis Aragoniis, potitus, majora rerum momenta, omnisque Italiæ imperium concepisse videbatur. Itaque ille non minorem jam curam operamque ad ejiciendos iterum Italia Gallos, atque antea ad accersendos, intendit, ipsoque instigante Pontifex, Cæsar, Reges Hispaniæ, Venetique in fœdus secum cojerunt, quod Venetiis, quò omnium legati convenerant, percussum est. Tot ac tantis, fœderatis munitus Ludovicus impotentiam animi sui mire prodidit, cùm sollicitudine, qua paulò ante angebatur, in fiduciam insolentiamque versa, Ducem Aureliani Ludovicum, Caroli Regis propinquum, qui Astam jure aviæ suæ Valentinæ, Jo. Galeacio Vicecomite, primo Mediolani Duce natæ, tenebat, ludibrio habere literisque monere non vereretur, ne inposterum Ducis Mediolanensis appellationem, quam post Philippi Mariæ Vicecomitis mortem pater ejus Carolus assumserat, usurparet, sed tradita sibi Asta saluti suæ consuleret, atque in tutum trans Alpes se reciperet; isto verò harum minarum vanitate adeò nihil commoto, ut Novariam firmum & celebre oppidum opera nobilium duorum Opicinorum occupaverit, & Sforttiæ eripuerit, hic eo audito lacrymis suam ignaviam consternationemque ostenderet, & Veneto legato supplicaret, ad Senatum ut scriberet, seque & imperium suum patribus commendaret. Carolus interea tum desiderio natalis soli, tum nuncio de fœdere contra se inito impulsus in Galliam reverti constituerat, jamque Neapoli discesserat, relicto ibi cum titulo Proregis & parte copiarum Comite Mompenserio, & per Hetruscos ad Tarum amnem usque progressus erat, cum fœderatorum exercitus ei occurreret, & justo de certandi prælio necessitatem imponeret, quod incidit in diem VI Julii, anni postremo loco memorati: eo quamvis haud inferior res Gallica MCDXCV. fuerit, attamen Carolus fugientis instar Astam se subduxit, & pace deinde cum Ludovico Sfortia inita, dieque IX Octobris conclusa Novariam ei, in gratiis Aurelianensis Ducis, restituit, Galliamque repetiit. Hoc modo omni hosti metuque solutus Sfortia sicuti tàm inflari prosperis quàm frangi adversis solitus erat, ingenti sese gloria efferre, cunctas rerum vicissitudines, quæ proximo sexennio per omnem Italiam contigerunt, suis auspiciis suisque consiliis & opibus adscribere, fortunæ se filium esse palàm asseverare, nescius tunc, quid serus vesper vehat, & quàm atrox fatum ipsummet maneat; cujus equidem præsagia credita fuerunt funera trium ejus liberorum naturalium, uno atque eo per exiguo tempore mortuorum, quosque inter *Blanca* erat Galeacii Sanseverinatis, quo plurimùm utebatur, uxor, nec non conjugis ejus, *Beatrix Estensis*, quæ non minus in rebus gravioribus quàm jucundioribus comes marito assidua esse consueverat, & post exanimem partum enixum cum doloribus acerbissimis animam efflavit, & denique cædes *Antonii Landriani*, intimæ admissionis ministri, de qua non dubitatum esse *Corius & Ripamontius* referunt, quin ea Sfortiæ rebus exicium attulerit. Nimium Carolo Gallorum Rege repentina morte è vivis sublato cùm Ludovicus Aureliani Dux successisset, vetus Sfortiæ hostis, animum is illicò ad occupandum Mediolanensem Ducatum, in quem jus ab avia sua repetebat, ceu dictum est, appulit, & Alexandro Pontifice Venetoque Senatu spe lucri proferendique imperii in partes tractis, novum illi bellum fecit, quo & periculo ab utroque latere, hinc à Galliis, illinc à Venetis, sibi incumbente Sfortia ita consternatus est, ut ne quidem in conspectum ingruentium hostium se dare sustinuerit; sed Alexandria ob Galeacii Sanseverini ignaviam spe citius amissa nec Mediolanensi in arce satis se tutum fore putarit, eaque Bernardino Curtio, veteri suo alumno, sed venalis fidei homini, concredita, urbis autem & imperii administratione IV viris demandata, d. 2. Sept. an. 1499 Comum se proripuerit, abductis secum liberis, propinquis & concubina, nec non XXX mulis, auro argentoque & suppellectile pretiosa onustis; Como etiam metu excussus Oenipontum ad Maximilianum Cæsarem profectus est, paucosque post dies cognovit, Mediolanensem arcem Gallis traditam, atque à Venetis Cremonam occupatam esse perfidia præfectorum. Mox autem sortis suæ, opisque Cæsareæ, non satis ex voto promptæ, pertæsus, impium cepit consilium Bajazetem

Turcarum Imperatorem invocandi, & contra Gallos Venetosque concitandi, quem in finem Ambrosium Mendacem & Martinum Casalem Constantinopolim ablegavit, cum amplissima instructione, quam integram *Ripamontius* recensuit. (b) Verùm oblata est Ludovico à fortuna, pro pila hominem habente, spes imperii recuperandi celerior, quàm quæ Cæsarea aut Turcica ope inchoata erat: Rex etenim Galliæ haud diu Mediolani commoratus in regnum suum reversus erat, relicto ad ejus custodiam Jo. Jacobo Trivultio; is cùm nimio partium Guelphicarum studio infectus adversam Gibellinorum fortunam variis modis premeret, civitatemque omnem militaribus ac aliis injuriis vexari & lacerari pateretur, rediit civibus Sfortiani imperii desiderium; quo cognito Ludovicus ejusque frater Ascanius neutiquam sibi defuere sed in Italiam confestim redire, aliquot millibus Helvetiorum Grisonumque mercenariorum militum, quos conduxerant, & Sequanico aliquo equitatu, à Cæsare impetrato, stipati, & pronis lætis q; animis passim accepti omnem penè ditionem, civitatibus cispadanis certatim se dedentibus, pari ac amiserant facilitate receperunt, imperiiq; metropolin, Trivultio cum Gallis arci se includere coacto inter faustas civium acclamationes, manantibus præ gaudio lachrymis, d. V Febr. an. MD. ingressi sunt. In obsidione verò dictæ arcis nec non Novariensis occupatis cùm novæ Gallorum copiæ, à Rege post auditã Mediolanensium defectionem sub Tremollii ductu submissæ, & cũ illis, quæ apud Insubres hibernarant conjunctæ, incumberent, Ludovicus Sfortia rerum humanarum ludibrium factus est, præbuitque fœdius spectaculum, quàm cùm antea fugitivus ab urbe imperioque suo abiret. Namque Helvetii, qui cum eo erant, cum popularibus suis, qui Gallis militabant, compacto rem agentes, quasi in Velabro olearii, sub prætextu non numerati ad diem stipidii tumultuari cæperunt; accurrens Ludovicus, Ascanio fratre Mediolani relicto, omnem inter eos supellectilem argenteam distribuit, jamque ceu putabat, dilinitos ad prælium ineundum ut se parent, strenuosque homines præbeant, blandè hortatus est; illi tergiversari, aliud ex alio causari, denique pernegare, adversus populares propinquosque suos arma se stricturos, & desertionem, sive, ut illi vocabant, reditum in patriam adornare, neque id saltem precibus lachrymisque Sfortiæ dare, ut eum aliquò in tutum ab hostibus locum deducerent, hoc solum postremò concedere, ut gregali cultu ordinibus mixtus abditusque fugæ fortunam tentaret. Ita Ludovicus Dux Mediolani & Lombardiæ braccatus & cœno fœdatus inter calones & lixas trepidus incedebat, prælongam humero hastam ferens & per media Gallorum castra, miserabile humanæ vicissitudinis documentum, ductabatur die tertio Idus Aprilis; utque sortem ejus crudelius adgravaret pertinax fortuna, agnitus aut proditus, à Gallis comprehensus, & detractata larva in Novariensi arce custodiæ datus est. Perductus inde Lugdunum, ubi tunc Rex erat, sed ut ad conspectum ejus, quemadmodum summoperè cupiebat, admitteretur, minimè consecutus, *Lochias* in angustum perpetuumque carcerem relegatus fuit, ubi post aliquot demum annos ictericus diuturnam miseriam morte finivit, atque in templo dictæ arcis humili sepulchro illatus est, quemadmodum *Andr. Du Chesne in Antiquit. Urb. Gall.* refert. (c) Circa terminum vitæ ejus dissentiunt Scriptores, Guicciardinus & Gallorum plerique ad decimum usque captivitatis suæ annum eum prorogant, *Jovius & Zazzara* quinto expletum esse ajunt, *Leander Alberti* annum 1508 supremum illi fuisse tradit, Anton. *Albicius* verò annum 1504: id certum est, eum Ascanio fratri an. 1505 defuncto supervixisse, mortemque ejus, quod omnis tum ipsi spes simul interierit, dolentius deplorasse. Non temporo mihi quin subjiciam, quod ex Bern. Arluni Chronico Mediolan. in *Joh. Wolffii Lect. Memorab.* (d) refertur de spectro, quod mercatoribus duobus per Taurinos saltus in Galliam iter facientibus apparuit, literasque tradidit, Ludovica Sfortiæ perferendas, fratrem ejus Galeacium se esse dictitans. Ludovicus acceptis & reseratis literis, in Pontificii Brevis modum complicatis, sequentia inibi legit verba: " O Ludovice cave tibi; quoniam Veneti Gallique in tuam perniciem coituri sunt, tuamque à stirpe rem eversuri; verum si mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, ut conciliatis spiritibus sinistra fata avertantur, idque consecuturum spero, si mihi non adversatus annueris. Vale. " Subscriptio erat: *Galeacii fratris tui Spiritus.* Hìc attonitis aliis rei novitate, aliis commentum irridentibus plerisque pecuniam dependendam sub custodia affirmantibus, eò quod mercatores in carcerem conjecti & in tormentis habiti nihil fraudis subesse magna constantia asseverassent, Ludovicus tamen à superstitiosa hac largitione abstinuit, & nuncios dimisit, fatale verò præsagium implevit.

Erat

(b) *Lib. VII. p. 292 & seq.* (c) *Parte I. p. 506.* (d) *Tomo II. pag. 416.*

Erat *Ludovicus Sfortia* ingenio, eloquentia, multisque animi & naturæ ornamentis excellens; sed vicissim vanus ac inquietis ambitiosisque consiliis plenus, & promissorum fideique contemptor, ita ut omnem insitæ prudentiæ vim subtili astu & multæ simulationis artificio muniendam arbitaretur; propriaque idem vota contegere, dissimulanter mentiri, fallere ex commodo, atque traducere simpliciores homines ex disciplina officioque non insulsi principis esse putaret. Et quoniam adspirante votis suis aliquandiu fortuna res maximas consecutus erat, aliorum prudentiam consiliaque celebrari molestissimè ferebat, suaque industria & artibus cujusvis mentem quò vellet impellere, suaque ex libidine flectere se posse sibi persuadebat. (e) Ideò *moro arbore* symboli loco usus est, serius equidem nec nisi postquam hyems desæviisset germinante, sed statim tuto partu ocyssimè fructiscente, quasi indicaturus, sibi quoque eam esse indolem, ut in omni actione nunquam festinanter, sed graviter consilia ineat, atque ea sicut oportet maturè & celeriter explicet. Ortum ei ab illo emblemate cognomen *Mori* fuisse Jovius ait, non ab oris fuscedine, quod alii tradunt, cùm fuerit æquo pallidior; tantumque abest ut ipse illo offenderetur, ut potius quia Morum Itali Æthiopem appellant, magna in tabula regio cultu *mulierem* pingi jusserit, *cujus purpuream vestem æthiops setis verrebat*, quò suum in Italiæ pace ac tranquillitate studium atque curam expromeret; quam tabulam cum Florentini legati fortè spectarent, unus eorum, ut est ea natio acuta inprimis ac dicax, *videat*, inquit, *sedulus ille æthiops, ne pulverem omnem, & purgamenta, quæ regia veste excutit, in se ipsum converrat.* (f) Beatricem Estensem, Herculis Marchionis Ferrariæ filiam, fastus ac luxuriæ ingentis mulierem, (g) jam an. 1480 sibi desponsam, post undecimum demum annum domum duxit, eamque repudiaturus erat, si Isabella Aragonia, nepoti destinata, potiri potuisset. Filios ex illa duos suscepit, de quibus posteà sermo erit, tertius in partu extinctus est, matremque eodem funere mersit: hanc ille ita luxit, ut jejunium in aula fuerit, & per totum deinde annum dederit hoc mœrori ac desiderio, ne accumberet unquam, sed stans vesceretur, totoque eo tempore atratus fuerit; in funus ejus amplius XV millia aureorum insumpta fuisse Ripamontius memoravit. (h) Nothos etiam Ludovicus habuit, quorum duos *Leonem videlicet & Blancam* ante ductam Beatricem ex incomperta fœmina sustulit; posteriorem Galeacio Sanseverino amitino suo, nuptui dedit, Leonem una cum modo dicto Sanseverino ludis equestribus, Venetiis an. 1485 magna frequentia celebratis interfuisse apud Corium legimus. Post Beatricis obitum Ludovicus *Lucretiam Cribellam*, nobili apud Mediolanenses stirpe satam, adamavit, atque ex ea *Jo. Paulum Sfortiam*, Marchionum Caravagii autorem suscepit.

ASCANIUS MARIA Sfortia, quintus Francisci Ducis filius, cùm Ecclesiasticum vitæ genus amplecteretur, curas seculi adeò non abdicavit, ut se totum iis immergeret, & civilibus fluctibus nunquam non committeret; hinc quoque non magis in sua potestate fuit, ac illi qui maritimis jactantur, exiliaque & carceres suo sibi jumento accersivit. Post fratris natu maximi, Ducis Galeacii Mariæ obitum turbas adversus eos, qui imperium procurabant, una cum fratribus parturiens, Perusiam relegatus est. Impetrata deinde redeundi Mediolanum facultate cùm Principem Gibellinicæ factionis ageret, jam *Episcopus Papiæ & Protonotarius Apostolicus*, à fratre Ludovico, præcipuum inter administratores Ducatus locum nacto, & Guelphicis partibus ex commodo suo favente, custodiæ mandatus, moxque Ferrariam secedere jussus fuit. Reconciliatus posteà fratri, commendatione ejus, qui Catharinam, Galeacii germani natam, Hieronymo Riario Pontificis Sixti IV propinquo in matrimonium collocarat, *Cardinalis Diaconus SS. Viti & Modesti in macello Martyrum* est creatus, & d. XVII Mart. anno MCDLXXXIV publicè renunciatus, quo ipso adhuc anno Sixtus IV fatis concessit, antequam ille Cardinalatus insignia accepisset; hinc dubitatum fuit an posset Sfortia in proximis Comitiis Pontificiis suffragium ferre; verum ex Senatus consulto illis interfuit, & voce Innocentium nominavit. Inde opimis sacerdotiorum reditibus, (namque præter Papiensem Ecclesiam, Cremonensem quoque & Novariensem, nec non Mediolanensem metropolitanam, quam equidem mox urgente fratre abdicavit, & cum Abbatia Ambrosiana commutavit, regebat,) ipsoque patrimonii censu ditissimus factus, publicam dilexit coluitque magnificentiam & hospitalitatem, neque ab illo vitæ cultu & sumtu equorum, canum venationis & aucupii, temperavit, qui Regi magis, quam Sacri ordinis viro, conveniens est. His verò moribus

(e) *Guicc. sub fin. Lib. IV. Jovius Elog. Lib. IV.* [f] *Gratian. de Cas. Ill. Vir.*
[g] *Belcar. Hist. Gall. L. V. §. 14.* [h] *Lib. VI.*

in Romana aula eminentissimam amplitudinem potentiamque consecutus, malè illa est usus iis in comitiis, quæ post Innocentii VIII mortem sunt habita, in quibus turpissimo mortalium, Roderico Borgiæ, se mancipavit, & coemtis complurium patrum suffragiis perfecit, ut iste Pontifex Maximus renunciaretur; sibi tantæ opis pretium pontificii tabularii procurationem, quam *Vicecancellariam* vocant, munus in Romana curia præcipuum, depactus, prætereaque sacerdotia, oppida, illiusque, quam Romæ habebat, magnificentissimã domum, preciosa supellectile refertam; sed proverbio deinde locum fecit: *turdus ipse sibi malum cacat;* cum Rodericus s. Alexander VI Papa in Ludovici fratris domusque Sfortianæ perniciem cum Gallis ac Venetis conspiraret, ut Cæsari filio magna fortuna ac dominatio cujusvis strage ac ruina pararetur. Cujus belli impendente tempestate Ascanius Mediolanum venit, ut fratri à potentibus undique hostibus circumvento, adesset; at eo apud Novariam miserabiliter destituto captoque, ipse Mediolano cum multis Gibellinæ factionis principibus profugus à Conrado Lando vetere amico, apud quem in Ripalta, Placentini agri castello divertit, Venetis proditus, atque ab iis aliquandiu Venetiis præalto in carcere custoditus, ad extremum Ludovico Galliæ Regi traditus est. Perductus in Galliam majori equidem humanitate, ac frater, acceptus, & in honestiori custodia. nimirum in Biturigũ turri, habitus est, sed libertatis spe nihilo meliore; ad eam tamen viam illi, post toleratum forti ac patienti animo triennii carcerem, Alexandri Pontificis mors aperuit. Nam Georgius Ambrosius Cardinalis Rothomagensis, qui summum gratiæ atque autoritatis locum apud Ludovicum Galliæ Regem tenebat, in magnam spem adipiscendi Summi Pontificatus elatus, & Ascanii operam ambitioni suæ magno usui fore arbitratus, ab hero suo facilè impetravit, ut eum secum ad comitia Romam duceret, accepta fide, rediturum in Galliam, si Rex ita jussisset; verùm non in his tantùm comitiis, sed illis etiam, quæ post Pii III, Papæ XXVI dierum, obitum habita sunt, spe & voto suo frustratus Rothomagensis, cum Ascanium in Galliam reduci contenderet, non permisit id Julius novus Pontifex, indignum ratus hominem purpuratum nullo suo merito captivum haberi, illumque manere Romæ ac liberum esse jussit. Nec tamen ea lætitia diuturna Ascanio fuit, quippe qui non multò post, dum ad recuperandam patriam, pellendosque Mediolano Gallos cum Hispanis Gonsalvo & Liviano adjutoribus, bellum molitur, in ipso consiliorum apparatu, Romæ veneno, seu pestilentia interceptus & mortuus est. Eum Julius II, quamquam dum adhuc Cardinalis esset altercationes domesticæ crebrò inter ipsos intercessissent, marmoreo sepulchro honestavit, quod ad Flumentanam portam in templo D. Mariæ cum hac inscriptione conspicitur: D. O. M. ASCANIO MARIÆ SFORTIÆ VICECOMITI, *Francisci Sfortiæ, Insubr. Ducis F. Diacono Card. S.R.E. Vicecancell. In secundis rebus moderato, in adversis summo viro. Vix. An. L. Mens. II. D. XXV. Jul. Pont.* Max. *virtutum memor, honestissimar. contentionum oblitus, sacello à fundament. erecto posuit M.D.V.* (*i*)

Ludovici Mori & Beatricis Estensis filius natu major initio *Hercules* in memoriam avi materni nominatus, posteà verò MAXIMILIANUS appellatus est in gratiam Imperatoris, ejusdem nominis, ad quem à genitore, cum is fugam ob bellum à Ludovico Rege Gall. sibi illatum adornaret missus fuit, novum agens annum, unà cum fratre Francisco & Precivallo Vicecomite, pueritiæ suæ moderatore; atque illic permansit, donec in ætatem venit, & spes recuperandi paternum principatum apparuit. Ea ab illa ipsa gente, à qua proditus traditusque Gallis pater fuerat, primitus ei ostensa est: Helvetii enim vel quod neglectius à Ludovico Rege Galliæ, de quo nimium quantum se meritos putabant, haberentur, vel quod potentiam illius suspectantes tenuiore uti vicino mallent, facilè ad societatẽ cum Julio Papa, cui Gallos Italia ejicere fixum, destinatumque erat, ineundam inclinarunt & perducti sunt; simul etiam cum Rege Hispaniæ Venetisque ictum est à Pontifice fœdus. At enim verò infelices initio eventus fœderata hæc arma habuerunt; magnoque ad Ravennã prœlio victores Galli de summa rerum metum ingentem fecerunt, ita ut Helvetii fortunã speculati nudare animos cunctarentur. Mox autem versa fortuna res Gallorum pejore in loco esse cæperunt, ita ut plerisque Æmyliæ & Flaminiæ locis, nec non Genua, amissis, spem quoque retinendi Mediolani, cujus cives incolasque quotidianis injuriis à se abalienarant, abjicerent, & cum copiarum suarum reliquiis discederent, trahentes secum Cardinales, qui conciliabulum adversus Julium Papam Pisis Mediolanum transtulerant. Post illorum abitum indixit Pontifex conventum ad Mantuam urbem, cui Cæsaris nomine Matthæus

(i) *Guicciard. Lib. I, IV. & VI. Jovius Elog. Lib. IV. Gratian. de Cas. Ill. Vir. in Hist. Lud. Sf. Ciaccon. Hist. Pontif. & Card. Tomo III. p. 86.*

thæus Langus Gurcensis Episcopus interfuit, & decreto de Mediolanensi principatu Maximiliano Sfortiæ vindicando assensit. Intereà dum id executioni mandaretur *Octavianus Sfortia* Episcopus Laudensis statum urbis moderabatur: *Maximilianus Sfortia* verò possessionē paterni imperii jussu & autoritate Cæsaris aditurus, Veronam indeque Cremonam se contulit, eoque in loco unà cum Matthæo Cardinali Sedunensi & Raim. Cardona, Legato Regis Hisp. reditum Gurcensis, Romam Lateranensis concilii ergò profecti, præstolatus est; ubi ille adfuit, deductus est anno 1512 exeunte Sfortia Mediolanum, & summa civitatis lætitia acceptus, quam arcis Novariensis deditio cumulavit; quumque disceptatum esset inter Cardinalem & Cardonam, uter eorum claves urbis, possessionis argumentum, Sfortiæ porrigeret, cessit tandem Hispanus Sedunensi, ut Helvetiorum maximè opera in principatum se restitutum esse Sfortia agnosceret. Iisdem porrò debuit, quod non illicò ad privatā iterum redactus est fortunam; namque ingruentibus iterum Gallorum armis cùm conjurationem *Sacromorus Vicecomes*, partium Gallicarum acerrimus instinctor, & multa hostilia pro Rege contra Sfortias ausus fecisset, (*k*) & aliquot oppida ad Gallos defecissent, ita statim cecidit animo, ut actum de se esse ratus Mediolanum relinqueret & Novariam secederet, ubi obsessus à Gallis fuit; His verò Helvetiorum virtute, qua memorabilis *ad Novariam* victoria parta est, ad internecionem cæsis, Principatus illi tunc conservatus fuit. Ea in pugna, quæ in diem VI Junii anni MDXIII incidit, Dux Sfortia ipse fortiter atque alacriter se gessisse à *Jovio* memoratur, cui cæteroquin ob animi væcordiam, ingenii absurditatem, morumque & cultus sorditiem malè audit. Refert idem, creditum fuisse veneficis potionibus aut alia fascinatione convulsam ei mentem, ita ut nihil Principe dignum ageret, dum imperium tenuit. Eo autem tertio anno exutus est à Rege Galliæ Francisco, Ludovici successore, qui expeditione ad recuperandum Insubrum principatum suscepta, captoque ad Villam Francam Prospero Columna, primario inimici exercitus duce, & Helvetiis memorabili apud *Melenianum* prœlio d. XIII Sept. an. 1515 victis, Mediolano urbe facilè potitus est, cùm Maximilianus Sfortia trepidus in arcem se recepisset, ubi obsessus post aliquot dies, quarto Octobris, Regi se arcemque dedidit, & Mediolanensis principatus jure cessit, ea conditione, ut in Gallia liberè & pro dignitate vivendi facultas & pecunia congrua, annua nempe XXX aureorum millia, sibi darentur. Nec abnuit conditionem Rex, nec promissis defuit, sed in Galliam delato omnia quæ ei observato potius quàm custodito tribui poterant, liberaliter concessit. Sed ille huic catastrophæ quindecim annos supervixit, & denique vaga febri oppressus Lutetiæ decessit, ac funere magnificè instructo in Carmelitarum æde sepultus est. (*l*)

FRANCISCUT Sfortia, tertius hujus nominis, septimum, referente Corio, agebat annum cum à patre in Germaniam, tanquam in tutum locum, unà cum fratre suo missus fuit. Postquam illic adolevisset, atque iste paternum principatum recuperasset, in Italiam reversus, & *Barensis Dux* appellatus est. Quum verò arma Francisci Regis Galliæ in Italiam ingruissent, & victis apud Melenianum Helvetiis Maximilianum in arcem Mediolanensem compegissent, ægrè Franciscus Sfortia à fratre facultatem accepit in Germaniā se recipiendi. Ab ea tempestate Cæsarem sectatus, novamque rerum vicissitudinem præstolatus est; hæc elapso quinquennio se dedit, cùm Leo Pontifex Carolusque Cæsar ad pellendos ex Insubribus Gallos fœdus pepegissent, bellumque eo eventu adversus eos gessissent, ut post frustra tentatam Parmam metropolim ipsam, hancque fortuitò & repentina aliqua sorte, instinctu ignoti & plebeji senis, nunquam exinde amplius conspecti, mense Novembri anno MDXXI in potestatem suam, arcem verò operibus cinctam & commeatu privatam sensim ad extremam necessitatem redegerint. Enimverò Fr. Sfortia intereà, inflammata Hieron. Moroni literis & Andr. Barbati, monachi Augustiniani concionibus civium Mediolanensium Gibellinæ præsertim factionis voluntate expetitus, atque à Julio Medicæo Cardinali pecunia instructus, nec nullis militaribus copiis stipatus, arce Croaria, quæ Venetæ ditionis erat, occupata, per Veronensem & Mantuanum agrum Placentiam, indeque Papiam penetravit, & tandem per colles abditos viasque inexploratas Mediolanū, necquicquam id prohibere conantibus Gallis, pervenit, effusissimo civium gaudio, quasi simul cum ipso felicitas urbem intrasset; atque auctum illud brevi est prospero cum Gallis & Hel-

(k) *De hac conjuratione dictum est supra prolixius ex Jovio, in Commentario ad Tab. XXIX §o,* De Sacromoro Jovius &c. (l) *Jovius Elog. Lib. VI. Belcar. rer. Gall. Lib. XV. & XX. Ripamont. Lib. VII. Guicciard. Lib. XI. & XII.*

& Helvetiis *ad Bicoccam* conflictu, Laudisque Pompejæ expugnatione, nec non Genuæ, quam Marchio Piscariæ bona quasi civium pace intercepit, & denique arcis Mediolanensis deditione, die XVIII Aprilis an. MDXXIII facta. Cum firmatum utcunque sibi esse imperium putaret, ad ordinandam rempublicam animum adjunxit, & supremum quoddam Consilium instituit, ex XXVII Senatoribus compositum, quorum sint Prælati quinque, Equitus novem, & Jureconsulti tredecim sanxitque ut qui ex gente Sfortiana sunt, aut in futurum erunt, cum primum ætatem XXV annorum excesserint, etiam non legitimo matrimonio nati, intelligantur esse & sint in numero Senatorum, utque etiam in perpetuum eadem dignitate gaudeant duo ex familia Vicecomitum, quemadmodum in ipsa Constistitutione Mediolani die XVIII Maji 1522 promulgata & typis ex scripta legere est. Post breve intervallum, cum redintegraretur à Gallis bellum, capiti Francisci Sfortiæ impias comparavit insidias *Bonifacius Vicecomes*; is aulico & militari munere apud Ducem functus, ira odioque adversus eum exarsit, tum ob ademptam sibi petitum cohortis præfecturam, tum ob Hestoris Vicecomitis, propinqui sui, cædem, à Jo. Jacobo Medicæo jussu Moroni, qui Hestoris æmulus & Ducis intimus erat, patratam; itaque Ducem Modoëtia Mediolanum proficiscentem & æquitantem à tergo pugione aggressus est; sed quia ipse in equo sublimis sedebat, princeps autem parva mula vehebatur, & ferientis impetum sentiens caput inclinabat, leve duntaxat in sinistro ejus humero inflixit vulnus statimque fuga se proripuit. Conterritus hoc facinore Sfortia, metuque & suspicione majoris conjurationis impletus, iter Modoëtiam relegit, animo magis quam corpore æger, Mediolani verò quæstiones haberi jussit, quarum acerbitas cum gravissimam ei apud nobilitatem offensionem & voluntatum commutationem afferret, Galli supervenere & solita, gentis circa initia rerum felicitate primo statim in cursu cunctis trans Ticinum amnem occupatis metropoli incubuere, eaque potiri nullo negotio poterant, nisi occasionem cunctatione propria & fatali amisissent. Irata ex eo fortuna usis cum Bonivetus à Rege novis copiis instructus submissus esset, sed quas restaurare debebat popularum per temeritate sua evertisset, Rex ipse Italiam repetere & fortunam experiri decrevit. Ea iterum initio illi propitia Mediolanum dira pestilentia & fame tantum non exhaustum ac desolatum (centum & quadraginta millia hominum interiisse Ripamontius memoriæ prodidit) facilè & sine certamine recepit, Papiam verò cùm diu incassum obsedisset, tandem d. XXV Februar. an. 1525. decretoria *ad Ticinum* pugna victus ac ipsemet captus est. Tam egregiæ verò victoriæ, recuperatique Mediolani fructus usque adeò nullus in Sfortiam redundavit, ut à Ferdinando Davalo Piscariæ Marchione, spoliare eum Mediolanensi imperio cupiente, simulatione & dolis ad consilia contra Cæsarem agitanda allectus deindeque ab eodem proditus, ac licet blandis ipsius verbis persuaderi se passus esset, ut diluendæ suspicioni omnia ditionis suæ loca præter arces Mediolanensem & Cremonensem eis traderet, in priore operibus cinctus atque obsessus fuerit. Pace deinde inter Cæsarem Galliæque Regem ut cunque facta, hocque in libertatem restituto, cum nulla ab illo affulgeret spes Sfortiæ ab obsidione liberandi, Pontifex & Veneti de salute Italiæ soliciti animum ad fœdus pro Sfortia incundum, inque id Regem Galliæ, conditionum, quibus libertatem redimere necesse habuit, pœnitentem & pigentem, pertrahendum adjunxerunt, ejusque vigore contractis copiis bellum inchoarunt; opem verò Sfortiæ in arce obsesso, urbique miserandum in modum à Cæsareis vexatæ afflictæque, ostendarunt magis quam tulerunt, hinc ille extrema necessitate & fame compulsus d. XXIII Aug. an. 1526 deditionem fecit, pactus sibi suisque discessum incolumem, utque Comum ab Hispanis vacuum unà cum vectigalibus sibi haberet; isti autem quum oppido excedere nollent, neq; ex reliquis etiã deditionis conditionib9 præter datam in abitu incolumitatem quidquam ipsi servatum esset, sicut Guicciardinus refert, Laudem, quam urbem fœderati tenebant, sese recepit, & fœdus à Pontifice & Venetis suo nomine ictum confirmavit, illorumque opera Cremona aliisque oppidis potitus est; Leva deinde Laudem oppugnante, quia ob adversam valetudinem bello interesse non poterat, Brixiam abiit, relicto illic Johanne Paulo fratre suo cum XII peditum cohortibus, qui impigra defensione Cæsareanos peste quoque debilitatos, pedem referre coegit. Cæterùm is novi hujus belli eventus fuit, ut Pontifex pariter & Rex Galliæ undique se suosque profligante fortuna usi pacem à Cæsare accipere necesse haberent, quæ cum priore Barcinone cum hoc verò Cameraci, utraque anno 1629 sancita fuit, Venetis & Francisco Sfortia utrobique exclusis, qui ea propter in novum arctiusque fœdus coivere. Priusquam tamen idem annus elapsus esset, istis etiam pacem Cæsar dedit Bononiæ, quò venerat coronam imperialem à Pontifice suscepturus. Hujus precibus pariter

riter & suismet rationibus perpulsus Francisco Sfortiæ eodem evocato sub fide publica, benigneque complexo, Ducatum Mediolanensem restituit, ingenti tamen pecuniæ summa ei imperata. Quò minus verò tranquillitate unquam frueretur Sfortia, obstitit primùm inimicitia eum inter & Levam orta, cumque ea Philippi Archiuti, qui deinde Mediolanensis Archiepiscopus fuit, opera sublata esset, bellum, à Jo. Jacobo Medicæo, qui circa Larium lacum imperium aliquod sibi ibat quæsitum, excitatum. Hoc quoque pace finito, cùm Cæsar Sfortiæ cælibi Christierni Daniæ Regis filiam, ex matertera sua genitam, connubio junxisset, confirmata his nuptiis illius authoritas videbatur, spesque tranquillitatis & melioris fortunæ animos subiit; sed illa mox decollavit, cùm fatorum malignitate Sfortia novæ nuptæ delitiis indulgens, intra secundum conjugii sui annum, ex levi lippitudinis initio, abriperetur, nulla prole, non autem nullo sui desiderio Insubribus relicto. Titulis ubi solitus erat sequentibus: *Franciscus Secundus Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani ac Bari; Papiæ Princeps Angleriæque Comes, ac Genuæ, Cremonæ & Hastæ Dominus.* (m)

AD TAB. II. SFORT. GENEAL.

JOHANNES PAULUS SFORTIA, Ludovici Mori ex Lucretia Cribella filius, generosa indole, invicto animo & militari prudentia præstantissimus, iisque virtutibus maximo fratribus suis, Maximiliano & Francisco Sfortiis, Ducibus Mediolani, usui fuisse celebratur. Priori in prospero cum Gallis apud Novariam prœlio fortitudinem suam probavit, erga alterum verò virtus fidesque sua variis in occasionibus enituit, maximè in strenua & constanti propugnatione arcis Mediolanensis, & civitatis Laudis Pompejæ, quam, illâ extrema diræ famis necessitate decedere coactus, ab Italis, Germanis Hispanisque acri obsidione cinctam singulari fortitudine Francisco Duci servavit. His aliisque rebus præclarè ab illo gestis permotus Carolus V Imperator in conventu Bononiensi eximio eum honore habuit, facta potestate caput coram se operiendi, aliisque benevolentiæ suæ signis cumulavit, & deinde absenti literas honorificentissimas misit, quas inter cætera monumenta domestica reconditas asservari accepimus. A fratre in Ducatum avitum restituto, meritorum ac fidei decoramentum præmiumque insigne tulit, *Caravagii Marchionatu & Galliati Comitatu* donatus. Illo vita defuncto cum Mediolanensis principatus in ditionem Caroli V Imperatoris concessisset, isque ex Hispania in Italiam venisset, adire & venerari eum gestiens Marchio Caravagii Florentiam celerrimo cursu petiit, at præ nimia itineris contentione rupta ei vena mortem inter juga Appenini montis acceleravit, spesque quas alebat, evertit, quemadmodum ex genealogia Marchionum Caravagii, quam una cum exegesi historica Vir Humanissimus atque Eruditissimus Dn. *Andreas Pusterla*, tunc Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus, jam verò Præpositus Abbiagrassensis, ad me misit, cognovi. Aliter paulò se habent, quæ *in Historia Veneta Andr. Mauroceni* (n) leguntur: " Jo. Paulus Sfortia, *inquit iste*, Francisci defuncti haud ex legitimis nuptiis frater, Insubrum imperium jure sibi vindicare videbatur quod tabulis, quibus à Maximiliano Imperatore patri illius tituli atque insignia Mediolanensis imperii concessa fuerant, contineretur, ut legitimis masculis vita functis, illegitimi quoque succederent; atque ei non modo JCtorum responsa favebant, sed Mediolanenses Sfortianæ familiæ addicti instaurari in eo pristinum suorum principum decus summis votis exoptabant. Verum has surgentes spes Jo. Pauli obitus corrupit; ad Cæsarem enim proficiscens Florentiæ inter prandendum repentina morte correptus, Nonis Decembris anno 1535 interiit. „ In matrimonio habuit Violantam Bentivoliam, clarissima stirpe, quæ Bononiensis civitatis principatum aliquandiu tenuit, satam, maternam verò originem ad ipsam Sfortiarum familiam referentem: erat enim ei genitrix *Hippolyta Sfortia*, Caroli filia, eximia forma prædita, quam Alexander Bentivolius, Johannis & Hannibalis Principum Bononiensium gnatus & frater, cum dote LXXX mille ducatorum à Duce Mediolanensi anno 1492 uxorem accepit, atque ab eodem non ita multo post Vicarii generalis Ducatus Mediolanensis munere tituloque honestatus est, quemadmodum *Sansovinus* refert. (o)

MUTIUS Sfortia, Joh. Pauli filius unicus, in memoriam Magni Sfortiæ, abavi sui, eo nomine insignitus, *secundus Marchio Caravagii* fuit; post præmaturam patris mortem sub tu-

[m] *Guicc. Hist. Lib. XIV. & seqq. Galeac. Capella comment. rer. gest. pro restit. Fr. D. Mediol. Jovius Elog. Lib. VI. Ripamont. Lib. VIII. & seq.* [n] *Lib. IV.*
(o) *De Orig. & fact. fam. Ill. Ital. p. 188.*

tela matris optimè educatus, ut primum per ætatem licuit in Germaniam ad Carolum Imperatorem profectus, atque ab eo magnatum ſtipendio, quingentis ſcilicet ſcutis menſtruis, donatus, arma ejusdem ſecutus eſt. Deinde Philippum, Imperatoris filium, cùm is Mediolanum veniſſet, cum comitatu ſexaginta equitum ex flore patricii ſanguinis excepit, ejusdemque benevolentiam non minorem illa, qua apud Auguſtum parentem pollebat, ſibi conciliavit. Poſtremò cùm ad obſidionem Metenſem, lectiſſimos gratuitæ operæ milites duxiſſet, in Lotharingia è vita exceſſit, relicto poſt ſe filio FRANCISCO, *tertio Marchione Caravagii*, è Fauſtina Sfortia, gentili ſua Romanæ ſtirpis, genito: huic eadem in urbe uxor obtigit ex ſplendidiſſima clariſſimaque Columnarum domo, cui pater erat Marcus Antonius Columna, inclitus heros, maxima illa Turcit apud Naupactum victoria illuſtratus. Ex ea conjuge tres Franciſcus ſuſcepit natos, quorum poſtremus LUDOVICUS Abbas ad S. Johannis in Lamis regni Neapolitani, medius FABRITIUS Eques Hieroſolymitanus, Magnus Prior Venetiarum, deinde præfectus generalis claſſis Melitenſis, denique pro Philippo III Hiſpaniæ cohortis, ære ſuo conſcriptæ, dux in Inſubribus & Pedemontio fuit; MUTIUS autem primogenitus, *quartus Caravagii Marchio*, ex honorariis ephebis Philippi II Regis Hiſp. ad excelſum Senatum ſecretiorem Status Mediolanenſis ab eodem Rege provectus, in matrimonium duxit Urſinam Perettam, Marci Antonii Columnæ Comeſtabilis Neapolitani matruelis ſui viduam' Sixti V. Pontificis Maximi neptem. Hinc nati duo filii, ambo excelſæ indolis, patrique ſimillimi. Itaque parens ſobolis ſecurus ſe totum Philippo III Regi devovit, capaciſſimam mentem, iugentemque animum pace & bello teſtatus. Elegans quoque liberalium ſtudiorum & autor & admirator, ut eis excolendis & ornandis Academiam in propriis ædibus anno 1594 conderet, primusque ejus principatum ſuſciperet, Academici deinde nomen aſſumſerunt *Inquietorum*, & ſymboli loco machinam ex canaliculis bene multis compoſitam, per quos agitatione rotæ, curſu fluminis impulſæ, aqua ad planitiem montis defertur, eundemque irrigat & frugum herbarumque fertilem reddit, cum lemmate: *Labor omnibus unus.* (o) Quinque ſupra quadraginta annos vixit Mutius, eiq; ſucceſſit filius natu major JOH. PAULUS, IIdus hujus nominis, *Marchio Caravagii quintus.* Is à primis annis peditum Hiſpanorum & haſtatorum ductor, deinde etiam gravioris armaturæ equitum præfectus generalis fuit, quingentisque equitibus ære ſuo conſcriptis Regi Catholico in Pedemontano & Monferratenſi bello egregia virtute meruit, & quinque annis in militia exactis, vitæ ſociam ſibi adjunxit Mariam Aldobrandinam Clementis VIII Papæ neptem, & ſororem Margaritæ Duciſſæ Parmenſis, ex qua utriusque quidem ſexus ſobolem ſuſcepit, ſed virilem citò iterum amiſit, ipſeque, cum à Philippo IV Rege *Prorex Aragoniæ* deſignatus eſſet, jam gravi morbo decumbens, poſt acceptum collati ſibi muneris honorificentiſſimi nuncium, immatura morte abreptus eſt. Succeſſit ei in Caravagii Marchionatu frater FRANCISCUS MARIA; is beneficio Cardinalis Montaltii, avunculi ſui, Prioratum Campi mortui à primis annis obtinuerat; duos autem ſupra viginti annos natus, Equitum Melitenſium ordinem ingreſſus eſt, duarumque deinde turmarum ductor pro Rege Catholico expugnationi Vercellarum interfuit. Maritimis poſteà expeditionibus in claſſe Melitenſi ritè perfunctus, ob fratris nepotumque obitum ad penates reverſus eſt, ubi regio juſſu in conſilium, quod Secretius vocant, adlectus, recuperatis à fiſco beneficiariis prædiis, poſitisque Hieroſolymitani ordinis inſignibus, matrimonium contraxit cum *Blanca Maria Imperiale*, Franciſci Mariæ Genuenſis Senatoris & Ducis Sancti Angeli gnata. Vitam ad octavum ſupra ſexageſimum ætatis annum prorogavit, vir in literis tum Græcis tum Latinis, aliisque ſcientiis, etiam auſterioribus, verſatus, liberalitate, clementia, æquitate, pietate & modeſtia ſingulari præditus. Filium poſt ſe reliquit, annis jam in ſenium vergentibus genitum; hic ducta Romæ uxore, nobiliſſima ſtirpe ſata, intra primum matrimonii ſui annum immatura morte è vita diſceſſit.

AD TAB. III. SFORT. GENEAL.

In numero liberorum naturalium Franciſci Sfortiæ, Ducatus Mediolanenſis vindicis, SFORTIA fuit, *Secundi* appellatione à fratre cognomine diſtinctus, atque è femina, cui *Columbinæ* nomen erat, genitus, quemadmodum ſuperius dictum eſt. Vixit illa tempeſtate *Aloiſius Vermius*, vix inter inſubres generæ famaque longè clariſſimus, opibusque & clientelis pollens, quem Sigiſmundus Imperator Comitum Sanguineti anno 1433 creaverat. Hunc

(o) *De Orig. & fact. fam. ill. Ital. p. 188.*

Hunc Franciscus Sfortia maximo sibi præsidio atque incremento in bello, quod adversus Mediolanenses gerebat, fore intelligens, omni ratione virum demereri sibique devincire statuit; nec Vermius à Sfortia alienus erat; Sed postquam hic Placentiam in potestatem suam redegisset, qua in diœcesi ille castra prædiaque multa habebat, facilè perpulsus est, ut se Sfortiæ partibus applicaret, id tantum pactus, ut in militia ejus ductoris munere fungeretur, gnatamque suam unicam Antoniam Sfortiæ filius, de quo dici cœptum est, uxorem duceret, id quod in rebus anno 1448 gestis *Corius* retulit. Extremo Francisci Sfortiæ vitæ tempore Sfortia secundus aliquid monstri aluisse videtur; illo enim anno 1461 in morbum adeò gravem lapso, ut de vita ejus periclitaretur, & jam falsus de morte ejus rumor emanasset, sed præter spem ac opinionem in gratiam cum valetudine redeunte, fugam Sfortia haud bene sibi conscius adornavit, sed jussu genitoris interceptus & custodiæ traditus fuit. Ex ea deinde dimissus, neque à fratre Galeatio Maria, in Principatu successore, illo, quem sibi deberi putabat, loco habitus, ab eo discessit, & hostibus Florentinorum, quibus ille fœdere tunc junctus erat, stipendia fecit. At fratre vivis exemto Johanni Galeacio, ejus filio, operam navavit, locumque, quem inter ductores armorum ejus nactus est, ornavit, & vixit adhuc anno 1483, quo deliberationi de bello adversus Venetos in gratiam Herculis Ducis Ferrariensis suscipiendo, eum iterfuisse, sententiamque dixisse *Corius* memoriæ prodidit. Titulo *Comitis de Curgonovo*, & castello ejus nominis in Placentina diœcesi sito, à fratre auctum fuisse *Crescentius* refert. (q)

Cum in Alexandri Sfortiæ Comitis Burginovi filiis FRANCISCO & MAXIMILIANO nova hic Sfortianæ stirpis ramus germina produxisset, prioris propago fluxa fuit, emarcuitque in ASCANIO, Francisci nepote, *Equite*, ut habet encomium Crescentii, (r) *locuplete & amplissimorum redituum*, qui bona sua mobilia testamento Cardinali Ascanio Sfortiæ Castri Arquati Domino legavit, immobilium verò hæredem *Alexandrum Sfortiam*, propatrui sui filium reliquit, jam magnis opibus possessionibusque in valle Trebbia & Tidonensi præditum, & honoribus atque autoritate in aula Ducis Parmensis pollentem, cui à consiliis sanctioribus, à cubiculo & custodia corporis fuit. Filiorum ejus alter OCTAVIUS bello Belgico & Insubrico spectatus & ad summos militiæ gradus ab Hispaniarum Rege evectus fato præmaturè cessit. ASCANIUS II, ejus frater, Parmensis fortalitii præfecturam gessit, stirpemque propagavit. Ejusdem patruus FRANCISCUS IV Viscontium nomen cum Sfortiano conjunxit, & utrumque ad filios transmisit, ex quibus SFORTIA MARIA in Germania militavit, Venetis deinde expeditionibus alam equitum duxit, & denique domi sub Duce Parmensi militari munere functus est; fratre ejus CAROLO inter monachos Dominicanos in monasterio S. Johannis Placentiæ studia religionis ornante.

AD TAB. IV. SFORT. GENEAL.

ALEXANER SFORTIA, Mutii Sfortiæ, cui Magni nomen robur & æs triplex circa pectus peperit, filius, inter eos, quos ex *Lucia Terciana* sustulit, ordine nativitatis quartus, Gregorii nomen in Baptismo accepit, quod ei posteà parens in honorem Alexandri Papæ cum illo commutavit. A prima juventa castrensem vitam egit, & tanto tantaque vi præstantis animi arma tractavit, ut non modo Francisco fratri indomiti corporis & pugnacis ingenii vigore, verùm & felicitate rerum gestarum æquaretur, præterea que sibi ac posteris principatum in Togata Gallia, non secus ac ille in Cisalpina, conderet. Postquam Franciscus frater Piceni Marchionatum obtinuisset, provinciæ huic ejus nomine præsedit, atque anno MCDXXXV. Fortebraccium, clarum bellatorem & acerrimum Romani Pontificis nec non Sfortiarum, ei tunc militantium, hostem, Camertium oppugnantem, prælio fudit & cepit, sed graviter vulneratum, quod ob insitam ferociam dedere se nollet, itaque & paulò post animam efflavit. Pari felicitate an. MCD XLI. adversus copias Alphonsi Aragonii, loca, quæ frater ejus in Brutiis tenebat, infestantes, pugnavit, capto Raimundo Cardona, earum ductore; vice versa vorò cùm non ita multò post Assisium cum pedestri præsidio missus esset, adversa usus est fortuna, urbe à Picinino astu per aquæ ductum occupata, hinc noctu eam deserere, & per hostes perque confragosos & nivibus obvios saltus cum paucis pedestri itinere ad fratrem redire coactus fuit; at id damnum mox strenua Firmi defensione & dicti Regis Alphonsi depulsione, nec non victoria de Franc.

Rrr 2 Picin-

(q) *Corona della nobiltà d'Italia Narrat. XVIII. cap. 5.* (r) *Loco cit.*

Picinnino, Braccianorum ductore d. X Kal. Sept. an. MCDXLIV. prope Truentum amnem in Picenis reportata, sarcivit. Gratiam ergò relaturus Franciscus Alexandro fratri pro fideli ac strenua sibi navata opera, hortatu Friderici Montefeltrii Urbinatis, sibi amicissimi, *Pisaurum* à Galeacio Malatesta XX aureorum nummorum millibus emit, eamque legem sibi ferri passus est, ut ejus urbis imperium Alexandro traderet, cui paulò ante nupserat *Constantia*, Galeacii ipsius neptis, nata ex filia Elisabetha, quam Gentili Varano Camertii domino in matrimonium dederat, eaque via ille Pisauru, civitatem situ & vetustate nobilem, adeptus est. Sed inconstantiæ & suspensæ ex fortuna fidei documentum sequenti statim anno dedit, cùm fratris res Eugenii Papæ & Alphonsi Regis Aragon. & Neapol. armis in maximas difficultates angustiasque redactæ fuissent, tunc enim illo deserto sibi seorsim ivit consultum, seque & Pisaurum Papæ permisit; quamquam mutata brevi intervallo in melius fratris fortuna ei se reddidit, utque labem illam elueret, gnaviter & constanter laboravit. Anno MCDLIII. à fratre cum 2000 militibus Florentinis auxilio missus, magno rebus eorum præsidio fuit; sed gratiam, quam ab iis solidam inire poterat, corrupit, dum ad extremum mercatores rorum, sub prætextu defraudatæ sibi partis de condico stipendio, deprædaret. Anno MCDLXIX. cum post excessum Sigismundi Malatestæ Arimini reguli filius ejus nothus Robertus paternum principatum sibi vindicasset, ringente Romano Pontifice, Alexander Sfortia spe inductus Ariminum ab Ecclesia Rom. tolerabili tributo obtinendi, si Malatestæ ereptũ fuisset, arma sua cum Pontificiis sociavit; sed pugna victus & acie exutus de spe conatuque depulsus est. Anno MCDLXXI. Venetis adversus Florentinos militavit, interfuitque tumultuariæ pugnæ, quæ ad rivum *Ricordinam* dictum haud procul Florentia æquo utrinque Marte commissa fuit. Abhinc biennii circiter spatio Gotignola Primajum navigans morbo correptus, & in loco Ferrariensis ditionis, cui *Fossè* nomen, mortuus est. (s)

CONSTANTIUS Sfortia, in memoriam matris suæ, quæ animam cum eo enixa est, ita appellatus, patri Alexandro in Pisaurensem principatum successit, eumque XI annorum spatio rexit togæ ac sagi artibus, quibus pariter præditus erat, urbemque ædificiis ornavit & castro munivit. Postquam diu Florentinis stipendia fecisset, extremo vitæ suæ tempore ad Venetos, illorum hostes, transiit, levitatis & perfidiæ probro ea propter *Scipioni Ammirato* notatus. (t) Quo minus verò isti uti eo possent, mors impediit, quæ Constantium brevi morbo abripuit. Eam licet Florentini haud ægrè tulerint, attamen quia, sicuti idem autor ait, odium amicitiaque post rationes status duci solent, literis ad *Camillam*, defuncti uxorem, datis scripserunt, rempubl. Florentinam illam resque ejus curæ semper & cordi habituram, gaudere etiam, quod Pisaurense imperium filio Constantii primogenito, cujus licet privigni, tutelam illa suscepisset, delatum fuerit. Nuptiarum, quas Constantius cum dicta Camilla, paternum genus ad Marzanos Sueffæ & Squillacii in regno Neapolitano Duces, Maternum ad Aragonios Neapolis Reges referente, celebravit, tantam fuisse ferunt magnificentiam atque apparationem, ut regiam æquaret & digna visa esset, quæ typis evulgaretur. Atque ostentare regiam cognationem in scuto suo Constantius solitus est; *quadripartitum* enim assumsit, cujus *prima quadra* aquilam imperialem, *secunda* aurea crucem patibulatam nigram, *Marzanorum* digma, *tertia* regum *Neapolitanorum* insignia, *quarta* leonem *Sfortianum* cum pomo coccineo repræsentabant. (u)

JOHANNES Sfortia, Constantii filius è concubina genitus, deficiente legitima ex illo prole, in Pisaurense dominium successit, autoritate Papæ Sixti IV, censum annuum DCCL scutatorum sibi depacti. Quia pueritiæ annos nondum excesserat, Camilla, Constantii uxor relicta, curam ejus & regiminis suscepit, eaque materna fide functa est, ita ut subditos, ad rebellionem pronos, in obsequio retineret, aliaque mala, quæ imminebant, prudenter averteret. Quantumvis verò Johannes à prima juventa Philosophiæ studiis mirè deditus & excultus fuisse prædicetur, præcepta tamen ejus factis minimè expressit, cum adulta ætate, & par moli regiminis sibi visus, Camillam optimè de se meritam non solùm omni autoritate exuit, sed etiam ditione sua excedere jussit, fidem faciens, quod *Zazzara* observavit, sentiæ Cornelianæ: *Beneficia eò usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse, ubi multum antevenere, pro pro gratia odium redditur.* Militavit aliquandiu Ferdinando Regi Neapo-

(s) *Simonetta Sforti ad. Lib. III. IV. & seqq. Corius parte VI. Vincentius Cimarellus Histor. Urbinat. Lib. II. Cap. 2. Scip. Ammirat. Hist. Flor. Lib. XXIII. & XXIV.* (t) *Lib. XXV.* (u) *Leander Desc. Ital. edit. Venet. pag. 292. Zazzara della Nob. d' Italia.*

Neapolitano, donec armis Caroli VIII Regis Galliæ ingruentibus, & cunctis Italiæ regulis sollicitudinem incutientibus suis rebus prospicere necesse habuit; egregiè autem sibi provisum atque præcautum putavit affinitate, quam cum Alexandro VI Papa contraxit, ducta in matrimonium *Lucretia*, ejus filia; sed ea post ortas suspiciones vel repudiata, vel à patre ipsi adempta, paulò post anno nempe seculiari à Cæsare Borgia, Lucretia fratre, Romaniæ Marchiæque imperio inhiante, Pisauro ejectus, paratamque necem fuga evitare coactus est. Ita extorris Venetias se recepit, ibidemque *Genevram Tiepolam*, patricia gente ortam connubio sibi sociavit; Alexandro Papa autem è vita sublato, & concussa Cæsaris Borgiæ licentia, Pisaurum rediit, ubi lætis animis à civibus popularibusque exceptum fuisse, eosque moderato imperio usque ad obitum suum rexisse *Leander & Cimmarellus* referunt; econtra nonnullis scriptoribus tyranni appellatione notatur, improboque & crudeli animo fuisse perhibetur, quandoquidem cum Bajazethe Turcarum Imperatore amicitiam commerciumque literarum, quibus omnia Christianorum principum consilia rerumque eventus ei patefecit, inierit, eundemque adversus Venetos in auxilium Ludovici Sfortiæ Ducis Mediolanensis excitaverit, & *Pandulphum Colenuccium*, Pisaurensem, virum doctum & historia Neapolitana aliisque scriptis illustratum, deprehensis literis, quibus nomine Herculis Ducis Ferrariensis populares ad fidem Borgiæ servandam exhortatus est, in carcerem conjectum strangulari curaverit. Filium post se reliquit parvulum CONSTANTIUM *Secundum*, è Tiepola susceptum, quem & Principatum fratri Galeacio commendavit, sed illi patri haud diu superstes mansit, & morte sua matri ad vitam monasticam, quam in cœnobio Muranensi S. Claræ amplexa est, viam aperuit. (*w*)

GALEACIUS Sfortia, Johannis frater, Julio II Pontifici Romano stipendia fecisse, & copias auxiliares, quas iste Maximiliano Imperatore Patavium oppugnanti ex fœdere submisit, ductasse memoratur. Post obitum Constantii II nepotis sui è fratre Pisaurum se contulit, urbis illius imperium sibi avito jure vindicaturus, sed Papa refrangante vi majori cedere eidemque quibus potuit conditionibus id relinquere coactus est, invito populo Pisaurensi, qui discedentem magna frequentia deduxisse, multisque lacrymis dolorem suum declarasse Cimarello memoratur. Itaque Franciscus Maria Roboreus à patruo Pisaurensi dominio investitus est, qua via cum Urbinatensi ducatu conjunctum id fuit. Cæterum Galeacius ad Maximilianum Sfortiam Mediolani Ducem se recepit, cum quo aliquando nocte in tempestate Ticino Mediolanum proficiscens, excubiisque Helveticis nomen edere recusans, scloppeto impetitus atque ita in latere vulneratus est, ut animam efflaret, quemadmodum *Fr. Zazzara* refert; (*x*) Jovius id accidisse ait, Galeacio cum Maximiliano à festo Matronarum convivio noctu sine funalibus in Curiam redeunte ex occursu incognitæ armatorum catervæ, ortamque esse suspicionem non fortuitum, sed Sacromori Vicecomitis insidiis paratum, casum fuisse. (*y*)

AD TAB. V. ET. VI. SFORT. GENEAL.

Mutio Attendulo Sfortiæ ex justo cum *Antonia Salimbenia* matrimonio filius unicus susceptus est, BOSIUS à genitore appellatus, ut patruelis sui Bosii Attenduli fortissimi equitum præfecti, quem ad Spoletum amiserat, memoriam in domo suo renovaret. Indole ac virtute animi haud imparem fratribus suis Bosius se præbuit, rerumque, quæ à Francisco, natu maximo inter illos, aut ejus auspiciis, gestæ sunt, magna pars fuit; insignis maximè opera ejus extitit in bello Mediolanensi, quo, cùm ipsa urbs oppugnaretur, pro mœnibus fortissimè dimicans glande latus ei percussum est. Permultum ante, nempe anno MCDXXX apud Orvietum cum CC militibus jussu Martini V Pontificis Romani custodiæ oppidi illis ergò hærens, nobilem & opulentam uxorem duxit parariis ac pronubis Ludovico Gentile & Brandolino Monaldesco, filiam videlicet Comitis *St. Floræ, quæ,* Jovio referente, *septem oppida in Hetruscis in hæreditatem trahebat, & genus, Dantis Poetæ testimonio, ad prealtam Hetrusci Regiique sanguinis originem referebat.* (*z*) Enituit post illa Bosii Sfortiæ virtus in ancipiti prœlio, quod anno MCDLIIX, die

(w) *Leander loco cit. Cimmarell. Histor. Urbin. Lib. II. Cap. 2. Guicciard. Hist. Lib. V & VI. Zazzara op. cit.* [x] *Leander & Zazzara locis cit.*
[y] *Histor. Lib. IV. Integram Jovii narrationem videsis supra in Notis ad Tab. XXIX. §. De Sacro moro Jovius &c.* (z) *Jovius in Vita Magni Sfortiæ Cap. LX. & Zazzara op. cit.*

die X Kalend. Jul. apud St. Fabiani prope Truentum amnem cum Jacobo Picinnino commissum est. (a) Mortua *Eleonora Aldobrandesca* ad secunda transiit vota cum *Crisoforo de Capuana*, ætatemq; ad sexum supra sexagesimum annum produxit. Filii tres illi tribuuntur è quibus natu minimus FRANCISCUS Sfortia solemnibus nuptiarum Ludovici Sfortiæ cogn. Mori cum Beatrice Atestina interfuisse, atque in hastiludio ad majorem earum splendorem celebrato strenue dextereque fecisse, deinde Blancam Sfortiam, Maximiliano Imper. desponsam in Germaniam comitatus esse, memoratur (b) idem in Lombardia castrum *Arquatum* tenuit, filiumque post se reliquit naturalem SFORZINUM dictum, qui *Musarum pariter & Martis alumnus*, Henningio (c) audit. Fit ejusdem apud Gvicciardinum (d) mentio, & refertur, quod Franciscus Sfortia Duce, deditionem arci Mediolanensis faciente, pactum inter alia fuerit, ut Sforcino Castellum novum in Dertonensi agro situm daretur. Cùm ætatis suæ anno quinquagesimo sine prole mortuus esset Arquatense castrum ad BOSIUM II Sfortiam, primi è filio natu maximo Julio pronepotem, devolutum est. Hic in matrimonio habuit *Constantiam Farnesiam*, Pauli III Papæ notham, de cujus cum patre consuetudine, *Bernardinus Ochinus* in libello Italico virulento adversus dictum Pontificem edito ne fanda effutivit, & veneno Sfortiam à socero, ut filia liberius potiri posset, sublatum esse perhibuit.

Pulchro liberorum chorum familiam Sfortianam *Constantia Farnesia* auxit, sex filiorum, quatuor sequioris sexus mater facta, illi omnes partim in Ecclesia partim in militia maximam gloriam summasque dignitates assecuti sunt. Qui seculare vitæ genus coluerunt, imprimis in bello Senensi clari facti sunt, in quo diversas secuti sunt partes: namque ASCANIUS & PAULUS Cæsari & Cosmo Medicæo militarunt, MARIUS autem & CAROLUS, Hierosolymitanæ militiæ per Galliam Cisalpinam præfectus, *Prior Lombardiæ* vulgò dictus, Regi Galliæ, cujus inclientelam Senenses ejectis Hispaniis se dederant, stipendia fecerunt. ASCANIUS, qui misso hoc nomine *Sfortia* appellari maluit, Sanctæ Floræ Comes universo Cosmi equitatui præfuit, hancque spartam egregiè ornavit. MARIUS à Petro Strozzio, Gallicarum copiarum ductore, Casolio impositus crebris excursionibus hostes lacessendo, prosperaque pugna, quam cum Meleniano Marchione apud Monasterium, Cardinalis Mignanelli castellum, commisit, gloriam adeptus est. PAULUS impavidi spiritus & magnæ expectationis juvenis, cum prima militiæ rudimenta poneret, in conflictu apud Pisciam, quo Galli iterum superiores discessere, captus sed mox cum Theoplilo Celcagnino Comite vicissim à Cæsareanis capto, permutatus est. Secutum est post dies non ita multos proelium Marcianum, cui dum velitationibus præluditur & MARIUS Sfortia ardentius in hostem invehitur, equo suffoso ab Alexandro Pelagio captus, dumque eum hosti eripere conatur CAROLUS frater, captus & ipse ac uterque Florentiam ductua est. In ipso prœlio, quod in diem III. Non. Sextilis anni MDLIV incidit, quoque Galli cœsi pulchram victoriam Cæsareanis & Medicæis reliquerunt, non alius magis, quam SFORTIÆ Sanfloriani Comitis virtus atque opera enituit. Senis anno qui illum excpit subactis cum major Sfortiæ gentis bonorum pars in Cæsaris potestatem veniret, & novum in Italia bellum gliseeret inter Paulum IV Papam & Cæsarem Philippumque ejus filium, & Galli Pontificiis partibus se miscerent, Sanflorianus Comes, familiæ suæ princeps, qui cum Guidone Ascanio Cardinali, & Alexandro tunc Cameræ, uti vulgò appellant, Clerico, fratribus partes Cæsareanas semper secutus fuerat, Carolo & Mario alteris fratribus, nuper captis, facili negotio persuasit, ut Gallos desererent, & tutiori fortunæ fortunas suas crederent, sed Carolus, qui sub Henrico Rege Galliæ merebat, & duas triremes optimè instructas in Massiliensi portu reliquerat, cum è Gallia ad Senense bellum profectus esset, ne nudus & inermis ad Cæsarem transiisse videretur, triremes illas Gallo subducere cupiebat; itaque simulatione obductis literis ad Regem missis obtinuit, ut illæ Nicolai Alamanni ductu Centumcellas, Pontificiæ ditionis oppidum, appellerentur, statimque ALEXANDER Sfortia, Caroli frater, triremes, tanquam à fratre emtas, sui juris fecit neque tamen eas inde deducere potuit, à Petro Capuano arcis præfecto, apud quem Alamannus de vi injuriaque conquestus erat, portu clauso prohibitus.

Verùm

(a) *Simoneta de reb. Franc. Sf. Lib.*
(b) *Trist. Calchus Nuptiis Augustis p. 96. & 112.*
(c) *Theatr. Geneal. P. II. pag. 1109.*
(d) *Hist. It. Lib. XVII.*

Verùm rei certior factus GUIDO ASCANIUS Sfortia Cardinalis, inscio Pontifice, per Jo. Franc. Lotinum, quem à secretis habebat, à Johanne Montorii Comite, Papæ fratris filio, diploma ad Centumcellensis arcis præfectum impetravit, quo ille jubebatur Alexandrum cum triremibus liberè dimittere, neque se Regum negotiis immiscere. Itaque Alexander statim Cajetam, indeque Neapolin ad Proregem Bernardum Mendozam, Auriamque Hispanicæ classis præfectum triremes deduxit. At Pontifex re cognita immanè quam commotus est, statimque in carcerem Lotinum conjici, Alexandrum Sfortiam citari & audacis facti rationem reddere, Cardinalem quoque gravissimis indictis pœnis curari jussit, ut triremes quamprimum Alamanno restituerentur; hoc cùm in potestate Cardinalis non esset, gravissimasque intereà minas Pontifex intentaret, se ni monitis ac mandatis Sfortiæ parerent, in eos acerba quæque exemple diturum, Cardinalis etiam Carafa Papæ nepos Sanflorianum ad se vocatum in Hadriani arcem custodiendum misisset, effectum denique est, ut è carcere liberandi Cardinalis fratris causa Comes Sanflorius, qui Cosmi Hetruriæ Ducis exercitui adhuc præerat, ab Hispanis enixè contenderit perfeceritque, ut triremes restituerentur. Quamvis autem Sanflorianus Cardinalis redditus tunc libertati fuerit, ob novas tamen paulò post suspiciones Papæ jussu denuò in Hadriani molem conjectus, & Alexandro, ejus fratri, absenti Sacerdotium ademtum est. Flagrante eodem inter Romanum Pontificem sive Carafas Gallosque eorum adjutores & Cæsarem bello SFORTIA Comes Sanflorianus anno MDLVII servatæ civitellæ, adversus Franciscum Lotharingium Guisiæ Ducem, qui maxima vi eam oppugnandam susceperat, decus retulit, laborumque ac fidei decoramentum torquem Ordinis Equestris Aurei Velleris à R. Philippo II accepit. Cosmus deinde Hetruriæ Dux, cum anno MDLXV filio suo Francisco uxorem conciliasset, Johannam Austriacam, Ferdinando Imperatore genitam, usus est Sanfloriano Comite inter præcipuos, per quos de pactis matrimonialibus transactum, & consueta inter magnates honoris & civilitatis officia peracta sunt. Pacata postea Italia, cum Gallis domi bellum esset exortum, idque civile & pro aris utrinque susceptum, Pius V Papa Regi Galliæ Carolo copias auxiliares misit, eisdemque Sfortiam Comitem Sanflorianum cum summo imperio præfecit, *ob singularem rei militaris peritiam, tanto muneri parem, à Pontifice nihil gratiæ dante delectum*, quod Viri illustris *Thuani* de illo judicium fuit. A Duce quoque Hetruriæ aliquot militum cohortes submissas esse, quas *Marius Sfortia*, Sanfloriani frater, dùctavit, *Ammiratus* refert. Post Monconturianam pugnam, qua eximia Sanfloriani Comitis opera extitisse prædicatur, & regii victores debellatum esse cum Protestantibus putabant, dimissi Itali, & *Sanflorius post actas a Rege Pontifici & ipsi gratias, honorificis testimoniis decoratas, insuper signis bello captis donatus cum præcipuis ducibus honorificè item remuneratis domum abiit,* ut *Thuani* iterum verba referam. Proximo ab eo, quo illa gesta sunt, anno, qui septuagesimus seculi fuit, cum bellum inter Venetos Turcasque ob insulam Cyprum ortum esset, & Papa supra laudato annitente Rex Hispaniarum cum ipso ac Venetis in sacrum fœdus coiisset, instructaque ingenti classe expeditio adversus Turcas suscepta esset, *Sanflorius* quoque & *Paulus Sfortia* frater in ea interfuerunt, & in memorabili apud Echinatas prœlio fortitudinis suæ documenta dederunt. *(e)* Elapso abhinc quadriennio Sanflorius fato suo perfunctus atque in æde S. Bernhardi in Thermis, quam secunda ejus uxor *Catharina de Nobilibus*, Julii III Papæ è sorore neptis, condidit, sepultus fuit, ubi hoc legi epitaphium *Zazzara* refert:

SFORZIA SFORZIE COMITI S. FLORÆ BELLATORI SPECTATISSIMO, EXERCITUUM DUCTORI V.C.

ob anno 1571.

CATERINA NOBILIS SFORZIA COMITISSA S. FLORÆ.

De GUIDONE ASCANIO & ALEXANDRO Sfortiis, quorum jam mentio superius facta est, nonnulla dicenda supersunt; prior literarum studiis Bononiæ in collegio Farnesiano tinctus, ætatis anno decimo sexto nondum impleto ab avo materno *Cardinalis Diaconus*

(e) *Scip. Ammirat, Hist. Flor. Lib. XXXV. Thuan. Lib. XIV, XV, XVI, XVIII, XLIII & XLIV. Andr. Mauroc. Hist. Ven. Lib. VII.*

conus SS. Viti & Modesti in macello martyrum creatus, mox ecclesiarum Anglonensis, Montisflasconis & Cornetanæ, Clusinæ ac Parmensis administratione cumulatus, *Patriarcha Alexandrinus, Bononiæ Æmiliæque Legatus, S.R.E. Camerarius* electus, & in Pannoniam ad bellum contra Turcas missus fuit. Sub Julio III Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in via lata Parmæ* apud Octavium Farnesium legationem obiit, ut pro rebus Parmensibus antequam Pontifex bellum susciperet, aliquid consilii caperet. Apud Paulum verò IV Hispaniæ Protector, cum gravissimam contraxisset offensam, ceu è supra dictis intelligere est, in gratiam tandem cum illo rediit, pacisque inter eum & Philippum II Hispaniæ Regem conciliator extitit. S. Mariæ Majoris Basilicam, cujus Archipresbyter fuit, nobili sacello, ex Mich. Angeli Bonarotæ modulo artificiosè exstructo ornavit, ibidemque, postquam apud Insubres ætatis anno XLV diem supremum obiisset, à fratre tumulatus est. ALEXANDER Sfortia jactis literarum fundamentis adhuc juvenis Basilicæ Vaticanæ S. Petri sacerdotium, mox Cameræ Apostolicæ Clericatum obtinuit. Malo deinde quod sub Paulo IV Papa sibi attraxisse supra dictus est, defunctus eidemque reconciliatus, annonæ curam suscepit, maximaque integritate & laude gessit, ita ut à Pio IV urbis & totius Ecclesiasticæ ditionis Annonæ præfectus constitueretur. Anno 1560 Episcopus Parmensis, cedente fratre, electus, illoque vivis exempto Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ in via renunciatus est. Quæ porro munia obierit & qua fama, sequens indicat inscriptio Camertina: *Incilyto SFORTIANO nomini ALEXANDER SFORTIA, qui bellicis primum laudibus insignis in Clericorum cameræ collegium cooptatus, rebus in urbe præclarissimè gestis à Pio IV. magna totius Reipubl. Christianæ expectatione ad Cardinalatus fastigium evectus legatione Æmiliæ atque Flaminiæ sub Pio V integerrimè functus, à Gregorio XIII. ob eximiam jurisprudentiam justitiæ Signaturæ, maxima provinciarum & urbis jucunditate, præfectus, ab Hispaniarum Rege apud Apost. Sedem suorum regnorum omnium præsidioque præpositus, Italiæ rebus ingenti penuria, plurimisque aliis calamitatibus exagitatis & tumultibus Legatus ab eodem Pontifice ac amplissima in Vaticano totius ditionis Ecclesiasticæ potestate, nullo antea exemplo cognita, renunciatus, ex urbe egressus divinam crucem humanis comitantibus armis patrimonii Ducatusque Spoleti contumacibus profligatis, ac pacatis civitatibus Perusiisque ac totius Umbriæ compositis rebus, Camerinum gratissimus accessit, Principi justo, clementi, liberali, & avitæ clarissimorum Insubriæ Ducum, SFORTIADUMQUE omnium Heroum virtutis gloriæque inclyto Heredi amplificatori. Valerius Rungherius Camertium Gubernator P.P. Anno Salutis MDLXXX.* Decessit Alexander repentino casu Maceratæ in Marchia Anconitana die Martis XVI Kal. Junii, hora decima octava anno 1581, corpus ejus Romam deportatum in sepulcro quod vivus sibi erexerat, è regione fraterni, in sacello familiæ in Basilica S. Mariæ Majoris, conditum est. (*f*)

FRANCISCUS Sfortia, Ascanii Comitis Sanctæ Floræ & Catharinæ Nobilis filius, primùm apud Octavium Farnesium Parmæ Ducem, mox apud Franciscum Hetruriæ Ducem educatus, hujus postea sororem sponsam duxisse Ciacconio perhibetur. Anno ætatis XVIII. bellicæ laudis, qua pater orbem terrarum impleverat, cupidine inflammatus, ad Belgicum bellum profectus est. Illic sub Alexandro Farnesio consobrino suo militiæ tyrocinium fecit, atque ita brevi inclaruit, ut Hispani milites, si quando eis proprius Dux aberat, illius quam alterius Itali Principis imperio regi mallent. At cum tertio stipendiorum suorum anno à Rege Philippo Dux Italorum militum apud Belgas Generalis designatus esset, à castris ad curiam vocatus, galeamque cum galero commutare jussus fuit à Papa Gregorio XIII, qui nil tale expectantem *Cardinalem Diaconum* exeunte anno 1583 creavit; eam dignitatem ille absens accepit, & deinde *Presbyter tit. S. Matthæi in Merulana* factus, tandemque *Episcopus Cardinalis* Ecclesiam Albanensem an. 1618, & Tusculanum ann. 1620 adeptus est. A Sixto V Flaminiæ ab exulibus ferè oppressæ Legatus constitutus spatio unius mensis octingentis patriæ hostibus cæsis, provinciam pacavit itaque moderatus est, ut *Flaminiæ Protector* à provincialibus eligeretur. Comitiis pontificiis novies interfuit magna prudentiæ & dexteritatis existimatione, magnaque autoritate. Mortem obiit Romæ sexagenario major, & sepultus est in æde S. Bernardi apud Thermas prope Catharinam matrem. Princeps inter alia animi decora ingenii perspicacis, multæ magnificentiæ, summæ industriæ & humanitatis; memoriæ autem adeò tenacis, ut varias rerum & nationum historias, quibus plurimùm gaudebat, perpetuò complecteretur, & tam rebus quàm sermonibus prudenter aptaret. (*g*)

MARIUS Sfortia, de cujus rebus gestis jam dictum fuit, felici matrimonio, quod cum *Fulvia de Comitibus,* illustrissima stirpe Romana sata, contraxit, nova feuda prædiaque in

[f] *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo III. pag. 282.*

[g] *Ciacc. Op. Cit. Tomo IV. Ughell. Ital. Sacr. Tomo I.*

in familiam ſuam intulit, illa enim caſtri *Valmontone*, quod *Labicum* priſcis appellatum fuiſſe Leander tradit, & Signiæ oppidi in Latio ſiti, hæres fuit, A poſteriore Ducum à priore Principum titulis eorum poſteri uſi ſunt, & Comitum cognomen cum Sfortiano conjunxerunt. Cæterum quemadmodum Marius Gallicis addictus fuit partibus, ita etiam, qui ab eo prognati ſunt ad hanc usque ætatem ut plurimum eisdem ſe dediderunt, & honores equeſtres penſionesque annuas à Regibus Galliæ acceperunt. FRIDERICUS Sfortia tamen Alexandri Ducis Signiæ, Equitis Ordinum regiorum Gallicorum, filius, quem poſt adminiſtratam Avenionenſem provinciam ex Referendario utriusque Signaturæ atque ex Protonotario *Cardinalem* Innocentius X. Papa creavit, Hiſpanis ſe dedidit, partes Oratoris Hiſpanici in urbe peregit, Neapolitani regni geſſit patrocinium, & Archimandritæ Siculi munus ſuſtinuit. Ad ſcriptus idem fuit initio Diaconis Cardinalibus, deinde presbyteris, & præfuit ædi SS. *Equitii & Eudoxiæ*. Procamerarii etiam munere in abſentia Cardinalium Barbarinorum functus eſt. Anno 1646. Ariminenſem Epiſcopatum ſuſcepit, iterumque poſtea abdicavit, vixitque duos ſupra ſeptuaginta annos. HENRICUS, ejus frater, Melitenſi militiæ nomen dedit, ſed voto continentiæ inſuper habito nothum poſt ſe reliquit *Aſcanium*, qui *Marcheſius Sfortia* dici voluit, & pater aliquot liberorum ex Pariſienſi muliere factus, haud ita pridem deceſſit. A MARIO II. & PAULO Sfortiis in ramos ſtirps diducta eſt, quorum alter in Marii filio unico LUDOVICO emarcuit; is an. 1675. XXIX. Sept. torquem Ordinum Regiorum Gallicorum una cum Flavio Urſino Duce Bracciani & Philippo Columna Principe Sonnini, à Duce Nivernio Romæ in æde S. Ludovici magna cerimonia & frequenti pompa ſuſcepit, & deinde, defuncta ſine liberis conjuge conterranea, cum Galla jam ſexagenarius connubio coire ſuſtinuit.

PAULUS Sfortia quinque poſt ſe reliquit filios, celebri apud Romanos hominum fama & multo nomine. FRANCISCUS caput familiæ morte patruelis factus titulum avitum Comitis S. Floræ aſſumſit, ductaque Neapoli uxore è ſplendidiſſima Toccorum familia ortam, illic ut plurimum degit, prole deſtitutus. MAXIMILIANUS ſumta toga Eccleſiaſtica vita caruit, priusquam ad honores emergeret. ANTONIUM ob ingenium illuſtre, multam doctrinam & Latinorum verſuum venuſtatem *Proſper Mandoſius* Eques Romanus, genere ac eruditione nobiliſſimus, laude dignum cenſuit in *Bibliotheca* ſua *Romana*; (*h*) at idem vitæ morumque licentia carceres exiliaque ſibi attraxit, obiitque mortem propè ſubitaneam Viterbii. FRIDERICUS nuptiis, cum *Livia Ceſarina* quæ jam Veſtalibus adſcripta erat, ad clathros monaſterii S. Annæ celebratis, orbi innotuit, negociumque ſibi faceſſivit, quo tamen brevi, poſtquam matrimonium hoc pro legitimo declaratum fuit, levatus eſt. ALEXANDER Eccleſiaſticum vitæ genus ſectatus cum *Nuntii Pontificii* ſpartam ab Innocentio XII. ſibi demandatam Auguſtæ Taurinorum aliquandiu ornaſſet, ibidem in medio honorum curſu morte interceptus eſt.

(h) Vol.2. Gent.10. num. marg.27.



CORPUS
HISTORIÆ GENEALOGICÆ
ITALIÆ
ET
HISPANIÆ

in quo

STIRPIUM UTRIUSQUE REGNI PRIMARIARUM

GENEALOGIÆ

EXEGESI HISTORICA PERPETUA

illuſtratæ

Ordine Alphabetico

exhibentur

Cum

INSIGNIUM ICONIBUS

&

Indicibus neceſſariis.

Recenſente

JACOBO WILHELMO IMHOF.

NORIMBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS HOFFMANNI Vid. & ENGELBERTI STRECKII, Bibliopol.

Typis JOHANNIS ERNESTI ADELBULNERI. An. 1702.

ELENCHUS FAMILIARUM,

quæ in hoc opere exhibentur

&

Tabularum, quas singulæ implent, numerus.

I. STIRPS REGIA ARAGONICA. Tabb. 7.

II. ATESTINA	*Tabb. 4.*	*III. AQUINENSIS*	*Tabb. 7.*
IV. AQUAVIVIANA	*3.*	*V. ACUNIANA*	*11.*
VI. ARCHINTEA	*1.*	*VII AVALENSIS*	*2.*
VIII. BARBIANA	*1.*	*IX. BARBERINA*	*1.*
X. BENAVIDENSIS	*3.*	*XI. BONCOMPAGNANA*	*1.*
XII. BORROMEANA	*2.*	*XIII. BURGESIA*	*1.*
XIV. CAJETANA	*7.*	*XV. CANTELMENSIS*	*2.*
XVI. CAPUENSIS	*2.*	*XVII. CARACCIOLENSIS*	*17.*
XVIII. CARAFENSIS	*17.*	*XIX. CERDANA*	*3.*

XX. CHISIA. Tabb. 2.





AD LECTOREM.



Rodromum Historiæ Genealogicæ Italiæ & Hispaniæ, quem anno superiore in lucem emisimus publicam, ipsum jam corpus sequitur, & prodeunt hac vice, primæ instar cohortis, XX familiæ, quibus reliquæ, maximam partem elaboratæ, tempore opportuno, si Deus permiserit, succedent. In eis, quas nunc producimus, Hispanicarum numerus longè minor esse videtur, quàm Italicarum; sed observabit Lector, plures illarum sub uno frequenter latere nomine, eò quod cognominum mutatio inter Hispanos usu recepta est; ita Acuniana stirps multas alias complectitur familias diversarum appellationum, cùm ad eam genus etiam referant Duces Escaloniæ, Osunæ & Uzedæ aliique, qui abdicato dudum Acuniano nomine Paciecorum, Gironum aliaque adsciverunt cognomenta. Pari modo Aragonica quoque stirps præter alias familiam Ixariensium Ducum, qui inter Grandes Hispaniæ primæ classis numerantur, continet; in Benavidensi verò Basanensis, è qua primi Marchiones de Sancta Cruce & Viso orti sunt, mentio injecta est. Ordine uti visum fuit Alphabetico, tanquam simplicissimo & nemini damnoso, à quo, dum stirpi Regiæ Aragonicæ primus datus est locus, discessum esse haud fore spero, qui criminetur; nec per me stetit, quò minus hoc in volumine omnes ad tertiam Alphabeti literam pertinentes stirpes prodirent; sed quia cùm alias ob causas, tùm ob instantes nundinas abrumpendum fuit, remanent ad partem secuturam duæ Italicæ, totidemque Hispanicæ, videlicet *Cybonia* & *Columnensis*, *Cordubensisque* & *Cuevana*. Multo labore nec nullis sumptibus hunc mihi constitisse recensum peritus quisque facilè intelliget; & quamvis non omnes, quæ hic recensentur, stirpes omni vacent defectu, data tamen est opera pro virili, ne linearum capitalium deductio, & personarum, quibus familiæ illæ maximè illustratæ sunt, genesis alicubi desiderari possit; eò quoque collimatum est, ut virorum Italorum pariter ac Hispanorum, qui hac tempestate clarent, quorumque nomina per ora hominum incedunt, origines & cognationes orbi curioso innotescerent; quamquam ita sunt nostri homines, ut plerique superficiaria, sicut aliarum rerum, ita etiam genealogicarum notitia, velut

rore

❀ ❀ ❀

rore cicadæ, pascantur, pauciores solidam sectentur, hinc epitomarum & nomenclaturarum genealogicarum proventus & quæstus jam est multò uberrimus. Cœterum quia historiæ ac genealogiæ studium non tam ingenio quàm industria perficitur, hæcque maximè multa lectione & jugi cum peritis inter populares pariter ac exteros commercio literario exercenda est, utrique me haud segniter incubuisse testimonio esse queunt tum Auctores, quos passim in Exegesi Historica citavi, tum viri genere ac doctrina illustres, quorum benevolentiam operamque mihi navatam prædicavi in loco, quibus etiam grates ac laudes, quas debeo, iterum iterumque persolvo, communi præcipuè rei literariæ promotori, fama per omnem orbem cultiorem noto, *ANTONIO MAGLIABECHIO*, quippe qui inter primos mihi adjumento, aliisque præclaris in Italia viris, ut symbolas suas conferrent, incitamento fuit. Sed nec tacendus & laude posthuma defraudandus est *ANDREAS JOSEPHUS BARO DE GITTIO*, Neapolitanus, vir rerum civilium apprimè gnarus, scriptisque, quæ edidit, haud incelebris: is sponte sua, & primus ex nobilissima illa urbe, unde posteà Principum quoque Virorum favor mihi adspiravit, literarum commercium mecum instituit, idque coluit, donec medio anno seculari è vivis excessit. Circa Hispanicas familias cùm aqua mihi hæreret, destituto à nonnemine in Australi plaga degente, in quo spem meam collocaveram, apparuit ex Boreali, tanquam ex machina, egregius & strenuus adjutor, videlicet *GERARDUS ERNESTUS DE FRANCKENAU*, Secretarius Regius Danicus, redux haud ita pridem factus ex Hispania, ubi cum Legato Potentissimi Daniæ Regis moratus erat, & ingenio industriaque pollens elegantem rerum Hispanicarum omnium notitiam sibi comparaverat, cujus eximium specimen visurus est propediem Orbis eruditus in *Historia Legum Hispaniæ*, sive *Bibliotheca ejus Juridica*, quam elucubravit, quæque sub Amstelodamensibus sudat prelis. Post eam insignia, sive *Las armas*, omnium Hispaniæ Nobilium Magnatumque, peculiari opere collecta, publici facere juris in animo idem Vir Nobilissimus habet. Nequeo quin corollarii loco subjungam versus Hispanicos, quibus pro naturali, qua præditus est, facilitate pangendi carmina, conatibus nostris, ex affectu quidem magis quàm ex merito, applausit:

Feliz España! cuyo heroico lucimiento
nos deja ver por los ilustres hechos
de tus hijos sus generosos pechos,
Elevandolos a igual merecimiento
de sus virtudes, colocando su memoria
entre los Heroes de la Historia.
A qui te ves por IM HOF ilustrada,
Hijo tan digno de mi patria amada,
El publica en medio de las Alemañas
De tus hijos las heroicas hazañas.
Corona pues con cedro, laureoles y flores
Las doctas sienes deste peregrino,
Que curioso tan de lexos vino
Para llevar al cielo tus loores.
Assi tendra contigo eterna memoria
Pues el repite los ecos de tu Gloria.

STIRPS




STIRPS REGIA ARAGONICA


COMITUM BARCINONENSIUM, BISULDUNENSIUM, Cæritanorum, Urgellenſium, Ruſcinonis & Provinciæ REGUM ARAGONIÆ, VALENTIÆ, BALEARIUM & SICILIÆ,


nec non Dominorum de Exerica, Ayerbe, Hixar & Caſtro.














Ayerbe   Hixar



INſignium loco Comites Barcinonenſes, & Reges Aragonici, ex eis orti, ab omni memoria uſi ſunt *ſcuto* ſimplici *aurato*, *palis quatuor minio tinctis diſtincto*. Qui Siciliæ ex ea gente imperitarunt, cum avitis inſignibus teſſeram Imperatorum Romanorum, *aquilam* nempè *nigram*, in perpetuam maternæ originis memoriam, eo, qui ſuperius videre eſt, modo, conjunxerunt, primo autore Friderico Rege, Petri, qui Conſtantiam, Manfredi ab Imperatoribus Romanis oriundi gnatam, in matrimonio habuit, filio. Scuto tertio uti conſueverunt, qui ex *Ajerbienſi* familia oriundi in regno Neapolitano ſuperſunt, titulis Principum Caſſani, Marchionum Grotteriæ & Comitum Simerii eminentes, denotantque *pali* paternam ab Aragoniæ Regibus manantem originem, maternam verò *parmulæ limbum implentes*, *&* *faſcia diſtinctæ*, quæ inſignia erant *Vidauriæ* gentis, è qua Exericæ & Ayerbii Domini maternum duxere genus. Poſtremum ſcutum *Ixarienſe* erat, cum Aragonicis inſignibus Navarrenſia conjuncta continens, ob uxorem primi Ixaritani Baronis, regio Navarrenſi ſanguine cretam, & communem univerſæ iſtius gentis matrem.

TABU

COMITES BARCINOVIS, BISULDUNI,

1. WIFREDUS, cogn. Pilosus, COMES BARCINONEN

2. Radulfus, *monachus* Rivipullanus, dein *Episcopus* Urgellensis. — Wifredus † improlis an 911. Uxor, *Garsendis*.

3. Seniofredus, Comes Barcinon. † cælebs 967. — Wifredus Comes Bisuldunensis, occ. 957. — Oliba Cabreta Comes Ceritan. & Bisuldunensis, † 990. *Ermengardis*. — Miro, Comes & *Episcopus* Gerundensis † 984.

4. Bernardus, cogn. *Taliaferrus*, Comes Bisuldunens. suffoc. in Rhodano 1020. *Tota*. — Oliba, *Episcopus* Ausonens. & Abbas Cuxanens. † 1047. — Wifredus Com. Ceritanens. tandem *monachus*, † 1050. Ux. 1. *Guisla*. 2. *Elisabeth*.

5. Willelmus, cogn. *Crassus*, Comes Bisuldun. † 1052. *Adalais*. — 1. Raimundus Comes Ceritan. † 1068. — Guifredus *Archiepisc.* Narbonensis. — Ardoinus. — Willelmus *Episcopus* Urgellensis 1042. — Berengarius, *Episc.* Gerundensis. — 2. Bernardus Comes Bergitani.

6. Willelmus, cogn. *Trunnus*, Comes Bisuldunens. occ. — Bernardus Comes Bisuldun. † 1111. improlis *Ermengardis*. — Willelmus Raimundi Comes Ceritan. † 1095. Ux. 1. *Adalais, Petri Raimundi Com. Biterret Carcass. fil.* 2. *Sancia*. — Henricus, miles. — Fides nupta *Gaufredo Com. Ruscinonensi*.

7. Willelmus Jordani Comes Ceritan. & Confluentis, occ. ap. Trypolim in Syria 1103. — Bernardus Comes Bergitani, dein Ceritan. † 1117. improlis. — N. nupta *Comiti Paliarensi*. — N. Uxor *Vice-Comitis de Landres*.

8. Raimundus Berengarii III. dictus Arnoldus Comes Barcinon. & Provinciæ natus an. 1082. 11. Novemb. †. mense Jul. 1131. Uxor I. *Maria Ruderici fil.* 2. *Dulcia, Gilberti & Gerbergæ Comitum Provinciæ fil. ac hæres, ducta an. 1112.*

9. 1. Filia, desponsata in ætate tenera *Bernardo Willelmi Com. Bisuldun.* an. 1107. sed non nupta. — 2. Raimundus Berengarii IV. Comes Barcinon. Marchio Ilerdæ, Tertosæ ac Provinciæ, Princeps in Aragonia Suprarbia & Ripacurcia. † 6. Aug. 1162. *Petronilla, Ranimiri Regis Aragon. fil. ac hæres* 1137. † 5. Oct. 1173. — Berengaria, ux. prima *Alphonsi VII. Regis Castellæ & Leg. Imperat. Hisp.* † m. Febr. 1149.

10. ALFONSUS REX Aragoniæ, Comes Barcinon. *Vid. Tab. seq.* — Petrus Comes Ceritan. & Carcasson † circa an. 1167. — Sancius Comes Ruscinonis † 1221. *Sanctia Nunnii Larensis Comitis in Castella* fil. — Raimundus Berengarii VI. Comes Provinciæ, occ. 1181. — Dulcia nup. *Sanctio I. Regi Lusitaniæ* 1181. † 1198. — Eleonora ux. *Ermengaudi VII. Com. Urgellit.*

11. Nuno Sancii f. Nunnius Comes Ruscinonis f. Rossilionis, Vallis Asperii, Confluentis & Ceritaniæ, † improlis an. 1236. & circiter. *Petronilla Com. de Bigorre, Gastonis de Bearnia vidua*, quam duxit an. 1216. nec ita multo post ab ea absque cognitione Ecclesiæ ob cognationem desertus est.

LA I.

CERITANIÆ, URGELLÆ ET PROVINCIÆ.

SIS, mortuus anno 912. vel 913. Vxor ei fuit *Widinildis*, five *Guinildis*. 1.

Miro Comes Barcinon. † 929. Uxor, *Aŝa∫a* † 962. — Suniarius Comes Urgellen∫is † 950. Uxor, *Richildis*. 2.

Borellus Comes Urgellenf. dein etiam Barcinonen∫is, dictus etiam Marchio & Dux, † 993. Ux. I. *Letgardis*, *filia forte Raimundi Com. Arvernorum*. 2. *Aimerudis f. Emerugh*. — Ermengaudus. — Miro 3.

1. Raimundus Borelli Com. Barcinon. † 1017. *Erme∫∫indis*. — Ermengaudus Comes Urgellen∫is, occ. ap. Cordubam in bello contra Mauros, 1. Sept. 1010. — 2. Bonifilia *Abbat.* mona∫t. S. Petri. — Ermengardis nup. *Geriberto Vicecomiti Barcinon.* 4.

Berengarius, cogn. Curvus, Comes Barcinonens † 1035. Ux. I. *Sancia*, *Sanctionis Comitis fil.* 2. *Guisla*. — Ermengaudus II. Comes Urgellens. cogn. *Peregrinus*, quia Hiero∫olymis peregrinus obiit an. 1038. *Con∫tantia*. 5.

1. Raimundus Berengarii dictus *Vetulus*, Comes Barcinon. Gerundenf. & Carca∫∫on. † 27. Maij 1076. Ux. I. *Eli∫abetha*. 2. *Adalmodis*. — Sancius, *Monachus*, dein *Prior* S. Benedicti de Bagiis. — 2. Willelmus Comes Minori∫∫en∫is f. Mene∫∫æ. — Ermengaudus III. Comes Urgellenf. natus an. 1032. † 1065. in obsid. Barba∫tren∫is ca∫tri, ideoque dictus e∫t *de Barba∫tre*. Ux. I. *Sanctia Aragonia*, *Ramiri I. Regis f.* 2. *Clementia*. 6.

1. Petrus Raimundi, † ∫ine prole. — 2. Berengarius Raimundi Comes Barcin. † Hiero∫olymis. — Raimundus Berengarii II. dictus *Caput ∫tupæ*, Comes Barcinon. occ. à fratre 6. Dec. 1082. *Mathildis Roberti Gui∫cardi Ducis Apul. ac Me∫∫inæ* fil. — 1. Ermengaudus IV. Comes Urgell. cogn. *de Gerbo*, à ca∫tro hujus nominis quod muniērat, & diu incolebat, ut facilius Balagarium à Saracenis po∫∫e∫∫um expugnaret. † 1092 Ux. I. *Lucia*. 2. *Adalais*. 7.

Almodis uxor *Bernardi Amati Folch*, *Vice-Com. Cardonæ*. — Ermengaudus V. Comes Urgell. occ. à Saracenis in pugna ad Moyerucam 13. Sept. 1102. *Maria*, *Petri An∫urii Comitis*, *qui Vall∫oleti in Vaccæis dominabatur*, *fil.* 8.

Examena nup. *Rogerio II. Comiti Fuxen∫i*. — Berengarius Raimundi Comes Provinciæ, occ. à piratis an. 1144. — Ermengaudus VI. Comes Urgellens, Dominus Ilerdæ, cogn. *Ca∫tellen∫is*, qui cum matrem inde haberet, illic quoque magnam vitæ ∫uæ partem tran∫egit, † 28. Jun. 1154. Ux. I. *Dulcia*. 2. *Ar∫endis de Ager*. — Major ux. *Petri Fernandez de Trava*. 9.

Raimundus Berengarii V. Comes Provinciæ, occ. an. 1166. *Rich∫a f. Richildis Bolešlai Polonorum Ducis fil. Alfon∫i VII. R. Ca∫tell.* vid. 1161. — 2. Ermengaudus VII. Comes Urgell. interfectus cum fratre ∫uo Gaucerando de Sales apud Valentiam à Chri∫tianis an. 1184. *Eleonora*, *Raimundi Bereng. Com. Barcinon. & Princ. Aragon. fil.* neptim fui∫∫e in ge∫tis Com. Barcinon. Cap. 18. legitur. — Stephania ux. *Arnaldi Myronis*, *Com. Palliarien∫is*. — I∫abella, nup. *Raimundo Folch Vicecom. Cardonæ*. — Elvira ux. *Ferdinandi Perez de Trava*. 10.

Filia. — Ermengaudus VIII. Comes Urgellen∫is, obiit ab∫que liberis an. 1208. *Alvira Sobiraten∫is Com.* — Miraglis, ux. *Pontii de Capraria*, mater Geraldi, qui po∫t avunculum u∫urpavit Comit. Urgellen∫em. 11.

Aurembiaxis hæres Comit. Urgell. nup. *Petro de Lu∫itania*, † 1231.

TABU

REGES ARAGONIÆ VALENTIÆQUE

10. ALFONSUS f. ILDEFONSUS REX Aragonum hujus nom. II. cog. Castus, Comes Barcinonæ, Marchio Provinciæ, Raimundi Berengarii IV. Comitis Barcinon. & Petronillæ regni Aragonici hæredis filius, natus an. 1152. † 25. April. 1196.

11. PETRUS REX Aragon. hujus nominis II. Comes Barcinon. n an. 1176. occ. 13. Sept. 1213. *Maria, Guillelmi III. Dom. Montispessulani fil. ac hæres* 1206. † 1219.

Constantia nupta I. *Emerico Regi Hungaror. 2. Friderico II. Imperat. Roman. Regi Sicil. Duci Suevia 1208.* † Catanæ in Sicil. 1220.

Eleonora ux. postrema *Raimundi VI. Comitis Tolosani*, nupta 1200.

Sanctia nup. *Raimundo VII. Comiti Tolosano.*

12. JACOBUS I. cogn. *Expugnator*, Rex Aragon. Valentiæ & Majoricarum, Comes Barcinon. & Dom. Montispessulani, natus 1. Febr. 1208. † 26. Jul. 1276. Ux. I. *Leonora, Alphonsi VIII. R. Castell. fil. ducta* 1221. *separata* 1229. 2. *Violanta f. Jolanta, Andrea R. Hungaria fil.* 1235. † d. 9. Oct. 1251.

Constantia *notha*, nup. *Wilhelmo Raimundo Moncada, Cataloniæ Senescallo* 1520.

13. 1. Alfonsus † an. 1260. ducta paulo ante *Constantia Moncada, Gastonis Vicec. Bearniæ fil.*

PETRUS III. cogn. *Magnus* Rex Aragon. Valentiæ & Siciliæ, Com. Barcinon. † 10. Nov. 1285. *Constantia, Manfredi Siciliæ Regis fil. duc. 16. Jun.* 1262. † 1302. Concub. I. *Maria Nicolai.* 2. *Agnes Zapata.*

JACOBUS REX MAJORICARUM *Vid. Tab. seq.* B.

Sanctius *Archi-Episcopus* Toletanus, occ. à Mauris an. 1275.

14. ALFONSUS III. Rex Aragon. cogn. *Beneficus*, † 18. Jun. 1291. sponsus *Leonoræ, Eduardi R. Angliæ fil.* æt. 27.

JACOBUS II. Rex Siciliæ, dein Aragon. Valent. & Sardiniæ, Com. Barc. † 5. Nov. 1327. Ux. I. *Blanca, Caroli II. Reg. Neapol.* f. 1295. † 14. Oct. 1310. 2. *Maria Lusignana, Hugonis III. R. Cypri* f. 1315. † 1321. 3. *Elisenda, Moncada, Petri f.* 25. Dec. 1321.

15. 1. Jacobus, regni hæreditate abdicata militiæ Montesanæ nomen dedit anno 1319. † 1334.

ALFONSUS IV. Rex Aragon. cogn. *Benignus*, n. sub init. an. 1299. † 24. Jan. 1336. Ux. I. *Teresia Entenza, Com. Urgelli*, 10. Nov. 1314. † 28. Octob. 1327. 2. *Leonora, Ferdinandi IV. R. Castell. f.* 1329.

Johannes *Archiepisc.* Toletanus, dein Episc. Tarracon. denique *Patriarcha.* † 17. Aug. 1334.

Maria nup. *Petro Infanti Castellæ Dom. Camerorum.*

Constantia ux. prima *Johannis Emanuelis, Dn. Villenæ.*

16. 1. PETRUS IV. cogn. *Ceremoniosus*, Rex Aragon. nat. 5. Sept. 1319. † 13. Jan. 1388. Ux. I. *Maria, Philippi Ebroicensis R. Navar. f. 1337.* † 1346. 2. *Leonora, Alphonsi IV. R. Lusit. f. 1347.* † *1348.* 3. *Leonora, Aragon. Petri R. Sicil. f. 1349.* † *1377.* 4. *Sibylla Fortiana, Bernardi f. Artali Focii vid.* 1379. † 23. Nov. 1406.

Constantia ux. *Jacobi Reg. Majoric.*

Isabella † 1327.

Jacobus Com. Urgellæ & Vicec. Agerens. † 1347. *Cæcilia Bernardi Com. de Cominges f. 1336.*

C

17. 1. Constantia n. 1344. nup. *Friderico III. R. Sicil.* 1361. † m. Jul. 1363.

Johanna Ux. *Johannis Aragonii C. Emporiarum.*

Maria † inf.

2. Petrus n. & † 1348.

3. JOHANNES I. Rex Aragon. n. 27. Dec. 1350. † 10. Maji 1395. Ux. I. *Martha Johannis I. Com. Armaniac. f. 1372.* † *1379.* 2. *Jolans f. Violanta Roberti D. Barens. f.* 1384. † 1431.

18 1. Johanna ux. *Matth. Com. Fuxensis* 1392 † 1407.

2. Jacobus Dux Gerundæ, † parvulus.

Jolans f. Violanta, nup. *Ludovico Andino R. Neap.* 1400 † 1431.

Ferdinandus, † inf. 1389.

MARTINUS Rex Siciliæ, † 28. Jul. 1409. Ux. I. *Maria, Friderici III. Reg. Sicil. fil. & her.* 1390. † 1401. 2. *Blanca Caroli III. R. Nav. fil.* 1402.

19. 1. Petrus, al. Fridericus, n. 17. Nov. 1398. † 1401.

2. Martinus † m. Aug. 1407.

Fridericus, *nothus è Theresia Sicula*, Comes Lunæ, † improlis 29. Maji 1438.

Violanta, *notha ex Agatha de Pesce*, nup. 1. *Henrico de Guzman Com. de Niebla*, & ab hoc repudiata *Martino de Guzman & Silva.*

D. ex Ar[illegible]

COMITES BARCINON, PROVINCIÆ ET URGELLÆ.

Uxor: *Sanctia de Castella, Alfonsi VII. Regis Castellæ & Legionis, Imperatoris Hispan. fil.* 1174. † in Xixenensi virginum cœnobio mense Nov. 1208. 10.

11

Alphonsus Comes Provinciæ & Forcalquerii, † an. circ. 1209. *Garsenda, Renaldi de Sabran Dom. du Castellar filia ex Garsenda Comitissa de Forcalquier.*

Ferdinandus monachus Cistertiens. dein *Abbas* Montis Aragonum. 12.

Raimundus Berengarius V. Comes Provinciæ & Forcalquerii, † *Beatrix, Thomæ Comitis Sabaudiæ fil. ducta m. Dec.* 1220. † 1266.

13.

Margarita, uxor *Ludovici IX. Sancti Regis Galliæ, ducta 1234.* † 20. Dec. 1295.

Leonora nup. *Henrico III. Regi Angliæ* 1236. † 25. Jun. 1291.

Sanctia uxor secunda *Richardi de Anglia Com. Pictav. & Cornub. electi Imperat. Rom. ducta* 1243. † 1261.

Beatrix Comitissa Provinciæ & Forcalqu. uxor prima *Caroli I. de Francia Ducis Andium, Regis Neapol. & Sicil.* 1245. † 1267.

13.

Isabella nup. *Philippo III. R. Gall. 1262* † 1271.

Violanta Ux. *Alphonsi X. R. Castell.*

Constantia nup. *Emanueli Infanti Castellæ.*

Maria † *puella 1268.*

Leonora † puella.

Sanctia *religiosa* † in Palæstina.

Quatuor filii *extra justum matrimonium geniti*, quos *Vid. Tab. V.*

14.

FRIDERICUS REX SICILIÆ *Vid. Tab. IV.*

Petrus de Aragonia † improl. 30. Aug. 1296. *Wilhelmina de Moncada, Gastonis Vicecom. Bearn. f. ducta 1290.*

Isabella *sancta*, ux. *Dionysii R. Lusitan.* 1281. † 2. Jul. 1332.

Jolanta, al. Constantia, nup. *Roberto R. Neapol.* 1297. † 1302.

Septem liberi *naturales* quos *Vid. Tab. V.*

15.

PETRUS Comes Ripagurt. & Emporitanus *Vid. Tab. seq.* A.

Blanca, *Abbatissa.*

Jolanta nup. 1. *Petro Despotæ Romaniæ, 2. Lupo Lunæ Dom. Segorb. 1339.*

Isabella ux. *Friderici Pulchri Duc Austriæ & Imperat.* 1315. † 1334.

Raimundus Berengarius Comes Pratensis. Ux. I. *Blanca Philippi Andini Pr. Tarenti f. 2. Maria, Jacobi I. Dom. Xericæ f.*

Bonifacius Aragonius *nothus.*

Jacobus *nothus.*

16.

Fridericus, Alfonsus, Sanctius, mortui in pueritia.

2. Ferdinandus Marchio Dertosæ, n. 1329 occ. 1363. *Maria, Petri R. Lusitan. f. 1354.*

Johannes, n. 1334. occ. 1358. *Isabella, Johannis Cerdæ de Lara, Dom. Biscaiæ f.*

1. Johanna ux. *Ferdinandi Emanuelis 1345.*

Blanca ux. *Hugonis Vicec. Cardonæ.*

2. Johannes Com. Emporiarum. Ux. I. *Blanca Arag. Petri R. Sicil. fil. 2. Johanna, Petri IV. Reg. Aragon. f.*

17.

MARTINUS Rex Aragon. anteà Dux Monblanci, † 31. Maji 1410. Ux. I. *Maria, Lupi Lunæ Com. & Segorb. Dom. fil. & hær. 1372.* † 30. Dec. 1406. *2. Margarita Aragonia Petri Com. Pratens. f. 1409.*

Leonora nup. *Johanni I. R. Castell. 1375.* † 1382.

Alfonsus, n. 1362. † puer.

4. Isabella, ux. *Jacobi Arag. C. Urgell.* 1407.

Petrus Com. Urgell. † m. Jun. 1408. *Margarita, . . . March. Montisferr. f.*

2. Leonora.

18.

Jacobus & Johannes, obiere in infantia.

Margarita † parvula.

Jacobus Aragonius Com. Urgell. *Isabella, Petri IV. Reg. Aragon. f. 1407.*

Thadæus † ante patrem.

Johannes Dn. Entenzæ Barbastr.

Leonora.

Johanna ux. *Johannis Com. Cardonæ.*

Isabella, *monialis.*

19.

Isabella ux. *Petri Infantis Lusitan. 1428.*

Eleonora nup. *Raimundo Ursino Com. Nolæ.*

Johanna, nup. I. *Johanni Com. de Foix, 1438. 2. Joh. Raimundo Folch. IV. Com. Cardonæ.*

TABU A

DUCES GANDIÆ, COMITES

15. Petrus de Aragonia, Jacobi II. Regis Aragoniæ & Blancæ Neapolitanæ F. Comes de Ribagorza & Ampurias, ad extremum Monachus, †

16. Alfonsus Comes de Denia & Ribagorza, March. de Villena, Comestab. Castellæ, Dux de Gandia, † 3. Mart. 1412. *Violanta de Arenos Dom. Vallis Guadalesta, Gonsalvi Diaz de Arenos filia & hæres.* — Leonora, uxor *Petri Lusiniani R. Cypri.*

17. Jacobus Com. de Ribagorza, † ante patrem, sponsus *Leonora, Henrici II. R. Castell. fil.* — Alfonsus, dictus Junior, Comes de Denia & Ribag. Dux Gandiæ † sine prol. 29. Nov. 1425. *Maria d'Evreux, Caroli II. R. Navarra fil.* — Petrus Aragonius occ. in pugna Aljubarott. contra Lusitan. 14. Aug. 1385. *Johanna, Henrici II. R. Castell. f.* 1378. — Johanna, ux. *Johannis II. Com. Cardona* 1377.

18. Jacobus Aragonius, occ. Barcinonæ. — Henricus de Villena, Comes de Cangas & Tineo, Magister Ord. Calatrav. † 15. Dec. 1434. improl. *Maria de Albornoz, Johannis Dom. de Albornoz, Alcozer, Salmeron &c. & Constantia de Castella fil.* — Alfonsus. — Leonora nup. *Antonio de Cardona Hugonis Com. fil.*

B

The Balearic islands

REGES MA

13. JACOBUS de Aragonia, Jacobi I. Regis Aragoniæ & Jolantæ de Ungaria filius secundogenitus, REX MAJORICÆ s. Balearium, Comes Ruscinonis & Cerdaniæ, Dom. Mompellerii, † an. 1312.

14. Jacobus, *monachus* Ordin. Franciscan. — SANCTIUS Rex Balearium &c. † improl. 4. Sept. 1324. *Maria Andr[illegible] Caroli II. R. Neapol.* f. 1309. — Ferdinandus Balearicus Princ. Peloponesi, an. 1316.

15. 1. JACOBUS Rex Balearium, Comes Ruscin. & Cerdaniæ, Dn. Mompeller. natus 1. April. 1315. occ. in pugna pro recuperando regno in Majorica inita d. 25. Octob. 1349. *Constantia Alphonsi IV. Reg. Aragon. f.*

16. Jacobus Balearicus Rex Neapolitanus ducta *Johanna Regina Neapolis, Ludovici Tarentini vidua* an. 1362. † an. 1375. — Isabella nupta *Johanni Palæologo March. Monferrati* 1358.

LA III.

DE RIBAGORZA ET PRADES.

Uxor: *Johanna, Gastonis I. Comitis de Foix fil.* 15.

		16.
Johannes Comes de Prades Baro de Entenza. *Sanctia Ximenez de Arenos.*	Jacobus *Episcop.* Dertosæ.	

			17.
Petrus Comes de Prades, Bar. de Entenza. *Johanna de Cabrera.*	Timbor uxor *Bernardi de Cabrera I. Com. de Modica.*	Jacobus de Prades, Conneſtab. & Admiral. Sicil. *Johanna de Moncada, Matthæi Com. de Agosta f.*	

				18.
Johanna Com. de Prades nup. *Johan. Raimundo Folch, III. Com. Cardona.*	Margarita ux. 2da. *Martini Regis Aragon. & Sicil.*	Violanta ux. *Bernardi de Cabrera II. Com. de Modica.*	Iſabella nup. *Francisco Ventimiglia Com. de Colleſano.*	

JORICÆ.

Uxor: *Sclarmonda, Rogeri IV. Comitis Fuxensis filia, ducta an. 1270.* 13.

			14.
Ux. I. *Isabella, Ludovici Princ. Peloponesi fil.* † 1315. 2. N. *sobrina Regis Cypri.*	Philippus de Majoricis.	Sanctia, uxor 2da. *Roberti R. Neapol.* 1309. † 28. Jul. 1345.	

	15.
2. Ferdinandus Balearius ſ. de Majorica, † circa an. 1341. *Eſchiva ſ. Civa Lusignana Hugonis IV. Reg. Cypri fil.*	

REGES

14 FRIDERICUS Aragonius, Petri III. Regis Aragoniæ & Siciliæ F. REX SICILIÆ illius nominis Secundus cr. 1296. † 20. Jun. 1337.

15. PETRUS *II.* Rex Siciliæ, † 8. Aug. *1342. Elisabetha, Ottonis Com. Tyrolensis. fil.*

Rogerius.

Manfredus, † 1317.

Constantia, nupt. *1. Henrico II. Regi Cypri 1317. 2. Hugoni Lusiniano Regi Armeniæ 1331.*

16. LUDOVICUS Rex Sicil. n. 4. Febr. 1337. † 16. Octob. 1355.

Johannes † 22. Jun. 1352.

FRIDERICUS, cogn. *Simplex.* Rex Sicil. n. 1. Sept. 1342. † 27. Jul. 1377. Ux. I. *Constantia, Petri IV. R. Arag. f. 1361.* † *1363. 2. Antonia Baucia, Francisci Duc. Andriæ f. 1372.* † *1374.*

N. *Abbatissa* D. Claræ Messanensis *regni* sub Ludovico fratre *vicaria.*

Leonora, uxor tertia *Petri IV. R. Aragon.* 1349. † 1374.

17. Antonius Aragonius *nothus. Beatrix, Petri Dom. Exericæ f.*

Ludovicus, *nothus.*

1. MARIA Regina Siciliæ, uxor *Martini Aragonii Regis Sicil. 1390.* † *25.* Maji 1401.

Wilhelmus Aragonius, *nothus*, Comes Melitæ. *Beatrix Aragonia, Johannutii Dom. Bucherii f.*

18. Johanna uxor *Perronis de Gioeni Bar. de Aidone.*

PROPAGO FRIDERICI II.

15. Filia ex *Sibylla Sormella* ante matrimonium genita, & nupta *Rogerio Lauriæ* Admirali Siciliæ, cum dote Gerbensis insulæ.

Sancius Aragonius Baro de Militello Valdemona.

Alphonsus Fridericus Aragonius. Ux. N. *filia Bonifacii Veronensis in Eubœa.*

16. Fridericus Aragonius Baro de Militello. *Johanna de Aurea.*

17. Sanciolus Aragonius Baro de Militello Valdemona. *Lucia Palicia.*

Vinciguerra Aragonius Comes Cammaratæ, Dn. civitatis Termine & Nohara 1364. & post mortem nepotis Baro de Militello.

18. Matthiolus B. de Militello, † improlis.

Fredericus Aragonius Dn. de Mirte de Crapa, Militello, S. Marco.

Johannes Aragonius, *Episcopus* Pactensis.

Bartholomæus Aragonius, Dn. Ficarræ.

19. Bartholomæa uxor *Henrici Vintimilii Com. de Girace.*

LA IV.

SICILIÆ.

Uxor, *Leonora Andina, Caroli II. Reg. Neapol. fil.* ducta an. 1302. † 9. Aug. 1341. 14.

15.

Marga- rita.

Elisabetha ux. 2da *Stephani Duc. Bavariæ*, 1328.

Wilhelmus Dux Caltafimi, Athenarum & Neopatriæ, † 1338. *Maria Albarez, Jacobi II. Dom. Exericæ f.* 1335.

Johannes March. Randatii, Dux. Athen. & Neopatr. † m. Apr. 1348. *Cæsarea Lanza, Petri Com. de Caltanaſſettæ f.*

Catharina, *Abbat.* ad S. Claræ Messin.

16.

Euphemia, *regni Vicaria*, sub Friderico fratre, † 28. Febr. 1359.

Blanca, ux *Joannis Aragonii Com. Empuriarum.*

Jolanta.

Stephanus Aragonius *nothus.*

Fridericus Dux Athen. & Neopatr. † 1355.

Leonora nup. *Wilhelmo Peralta, Com. Calatabellotæ.*

Constantia.

17.

Ludovicus Aragonius, Comes Solensis, † circa an. 1386. *Helena Cantacuzena.*

18.

Filia nupta *Xuro Simeoni Walachiæ Dynaſtæ filio.*

REGIS ILLEGITIMA.

15.

Rolandus f. Orlandus Aragonius Dominus Bucherii, Avolæ & Cassibilii.

N. Uxor *Johannis Claromontii Com. Modicæ.*

Isabella nup. *Raimundo Com. Peralta.*

16.

Alfonsus Aragonius, † improl.

Fridericus Aragonius, † improl.

Johannutius Aragonius Dn. Bucherii &c. Ux. *Johanna.*

17.

Johannes Aragonius Dn. Bucherii. *Leonora, Concubina.*

Beatrix, nup. I. *Wilhelmo Aragonio Com. Melitæ.* 2. *Rogerio Paſſaneto Comiti.* 3. *Nicolao Caſareo.*

18.

Petrus Aragonius.

Fridericus Aragonius.

Johannes Aragonius.

Wilhelmus.

Beatrix.

Clara.

Alfonsa.

19.

Johannes Aragonius Baro Avilæ 1451. *Beatrix de Guilles, hæres Terræ novæ.*

Clara Aragonia Uxor *Caſpari Aragonii Bar. Avilæ & Terræ novæ.*

20.

Caspar de Aragonia & Guilles, Baro Avilæ & Terræ novæ 1471. *Clara Aragonia Johannis f.*


21.

Carolus de Aragonia & Guilles Baro Avilæ & Terræ novæ. *Julia, Caroli de Luna & Peralta vidua.*

Beatrix nup. *Joanni Vincentio Tagliavia Com. de Caſtelveterano.*

22.

Antonia nup. I. *Franciſco Tagliavia*, Jo. Vincentii filio. 2. *Johanni Tagliavia* Francisci fratri, à quo *Duces de Terranova & Principes de Caſtelveterano.*



B TABU-

TABU

PETRI III. MAGNI, REGIS ARAGON.

Ex *Maria Nicolai.*

Jacobus Perez, Dominus Segorbii. *Sanctia Ferdinandi Diaz f.* — Johannes. — Beatrix uxor *Raimondi de Cardona.*

Constantia Domina Segorbii nupta *Artallo Lunæ, Lupi Ferrencii F.*

JACOBI I. REGIS ARA

Ex *Theresia Vidauria*, Ægidii f.

13. Jacobus Infans Aragoniæ, Dominus EXERICÆ. *Elva, Alvari Perez de Azagra f.* — Petrus Infans Aragoniæ Dominus de ATERBE. Vid. Tab. seq. VI.

14. Jacobus III. Dom. Exericæ. *Beatrix de Lauria, Rogerii Admiralis Magni f. 1296.* — Maria, uxor 2da *Raimundi Berengarii Aragonii Com. Pratensis.*

15. Jacobus III. Dom. Exericæ, † 1335. improl. *Maria, Caroli II. R. Neapol. fil. Sanctii R. Majoric. vidua 1326.* — Petrus Dom. Exericæ post fratrem. † 1362. *Bonaventura Hugonis Judicis Arborensis f. 1331.* — Alfonsus [Rogerius de Lauria, Cocentaynæ Præfectus 1339. — Maria Alvarez nup. *Wilhelmo Aragon. Duc. Athen. 1335.* — Beatrix ux. *Petri Poncii de Leon.*

16. Beatrix, uxor *Antonii Aragonii,* Ludovici R. Sicil. filii natur. — Sanctius de Exerica, *nothus.* — Johannes Alfonsus de Exerica, *nothus*, † postremus Exericarum an. 1369. — Henricus de Exerica, *nothus.*

LA V.

ET SICILIÆ LIBERI NATURALES.

Ex *Agnese Zapata.*

Petrus Aragonius
Constantia Mendez de Silva, Suerii f.

Ferdinandus Dn. de *Albarrazin.*

Sancius Præfectus Ampostæ † circa an. 1341.

Theresia uxor *Artali Alagon.*

Alfonsus Aragonius.

Petrus Aragonius.

Ferdinandus Aragonius.

Constantia ux. *Gonsalvi Anez Pimentel.*

Theresia nup. *Gonsalvo Mendez de Vasconcelos, Dom. de Penela.*

GONIÆ LIBERI SUSCEPTI.

Ex *Berengaria Fernandia.*

Petrus Fernandez Dominus de HIXAR. Vid. Tab. VII.

Berengaria, uxor *Petri Amarici de Reverter Dom. de Villa franca.*

Ex *Aldoncia Antillonia.*

Ferdinandus Sanchez, Dominus de CASTRO & Ponfar, † 1225. 13.
Aldoncia Ximenez de Urrea Chimeni Dom. de Aranda f.

Philippus Fernandez Dom. de Castro. 14.
Aldoncia, Raimundi Dom. Peralta fil. ac hæres

Aldoncia Fernandez de Castro & Peralta, hæres paternæ maternæque ditionis, nupta *Philippo Salucienti, Thomæ Marchionis F.* 15.

TABU

FAMILIA AIERBI

13. PETRUS DE ARAGONIA, Jacobi I. Regis Aragon. ex Theresia Vidauria F. Dom. de AIERBE.

14. 1. Petrus Dom. de Aierbe, ditione exutus à Petro III. Rege. Ux. I. *Maria de Luna.* 2. *Violanta Lascara Vintimilia, Wilhelmi C. de Vintimilia f.*

15. 2. Constantia. | 1. Maria uxor *Petri Cornel.*

16. Garsias d'Aierbe, Dn. de Paternoi. *Marquesia Martini de Bineis f.*

17. Sancius Dn. de Paternoi. *Maria Petri Jordani de Urrias f.*

18. Garsias d' Aierbe † *sacerdos* Romæ. | Johannes Dom. de Paterno. Ux. *Leonora de Caballeria, Petri f.*

19. Johannes † infans | Sancius, † inf. | Petrus de Aierbe, Cæsaraugustæ habit. *Jabella de Goutton; à quibus progenies.* | Johannes de Aierbe, † Neapoli. | Philippus, † inf. | Ferdinandus † ante patrem. *Laura Siscara, Pauli Com. de Aiello f.*

20. Johanna nup. 1. *Onufrio Cantelmo,* 2. *Pirro Antonio Crespano.* | Victoria, nup. 1. *Hieronymo Columnæ.* 2. *Carolo Mormile.* | Michael Comes II. de Simari, ux. 1. *Camilla Spinella, Caroli Com. Seminaræ f.* 2. *Julia Siscara Antonii C. Aielli f.* 3. *Marina Borgia, Godofredi Pr. de Squillace f.*

21. 3. Alfonsus III. Comes de Simari, March. de Grotteria 1583. *Dianora de Guevara, Caroli C. de Potenza f.* | Ferdinandus † in bello Ostiensi. | Franciscus. | Cæsar de Aierbo.

22. Michael, † ante patrem. | Indicus II. March. de Grotteria, † improl. *Isabella Concubletta Jo. Francisci M. Arenæ f.* | Petrus III. March. de Grotteria. *Johanna Joppolo, Messanensis.* | Hippolyta, nup. 1. *Andreæ Staiti, Messanensi,* 2. *Francesco de Spes Dom. Bovini.*

23. Vincentius, M. IV. de Grotter, † improl. | Franciscus M.V. Grotter. † improl. | Caspar VI. March. Grotter. Princeps I. Cassani. *Hieronyma de Curte, Camilli f.* | Dianora ux. *Marii de Aierbe & Aragon.* | Francisca, nup. 1. *Jacobo Gifoni M. de Cinque frondi,* 2. *Francisco Pescara D. de Saracina.* | Veneranda, *monialis.*

24. Petrus † ante patr. | Filibertus de Aierbe & Aragon. II. Princ. de Cassano, Dux de Alessano, Dn. de Aquara. *Laura Guarino, Ducissa d' Alessano, Emilii f.* | Carolus. | Joffredus. | Catharina, ux. *Jacobi de Aquino, Pr. de Crucoli.*

25. Josephus de Aierbe & Aragon. III. Pr. de Cassano, Dux de Alessano &c. † 1698. *Catharina Trivultia, Herculis Theodori Pr. Misocci f. ducta 1673.*

Nicolaus Michael de Aierbe & Arag IV. Pr. de Cassano, Dux de Alessano. | Felix. *Eq. Melit.* | Hercules. | Filibertus. | Emilius. | Sanctia ux. *Marini Caracciolo M. de S. Eramo.*

LA VI.

ENSIS DE ARAGONIA.

Uxor 1. *Aldoncia de Cervera.* 13.
2. *Philippa Accrociamuro, N. Com. de Celano. f.*

1. Jacobus, Dom. de Liso, Brancavilla, Valderaffa & Paternoi. 14.
Ux. N. *Moncada.*

Michael de Aierbe Dom. de Paternoi. 15.
Maria Sancia.

Violanta nup. *Majorasco ex domo Pomar.* 16.

Sancius d'Aierbo, Dom. de Simari in Calabria. 18.
Diana al. Blanca, Sanz.

Violanta.

Alfonsus Dn. dein Comes de Simari an. 1519. 19.
Johanna Ruffa.

Michael.

Camillus.

Marius.

Sancius *Episcop.* Terminens.

Maria ux. *Andrea de Capua D. Termoli.*

Diana nup. *Hectori Pappacoda Dom. de Larino.*

Johannes de Aierbo. 20.

Petrus de Aierbo.

Sancius de Aierbo.
Zenobia Dentice.

Hieronymus de Aierbo & Aragonia. 21.

1. Hieronyma ux. *Joh. Bapt. Carafa Com. de Montecalvo.* 22.

2. Andreas de Aierbo & Aragon.

Hippolyta, *monialis.*

Marius de Aierbo & Aragon.
Dianora de Aierbo & Aragon. Petri M. de Grotteria f.

Franciscus de Aierbo & Aragonia. 23.
Johanna de Aierbe & Arag. Casparis I. Princ. Cassani f.

Jacobus de Aierbe & Aragonia.

Johanna, nup. 1. *Francisco de Aierbe & Aragonia,* 24.
2. . . . . . .
Brancia Pr. Casalis majoris & March. de Larino.

TABU

DOMINI ET DU

13\. PETRUS FERNANDEZ de Aragonia, Jacobi I, Regis ex Berengaria Fernandia F. Dominus de HIJAR f. IXAR.

14\. Petrus Fernandez II. Dominus de Hijar. 2. *Constantia Maza de Vergua.*

15\. Alfonsus Fernandez III. Dom. de Hijar. *Teresia de Alagon, Artali Dom. de Sastago fil. Blasconis soror, 1329.*

16\. Petrus Fernandez IV. Dom. de Hijar. Ux. 1. *Violanta Cornel & Luna, Ludovici, Dom. de Aljarafin. f.* 2. *Isabella de Castro & Saluces.*

17\. 1. Alphonsus Fernandez V. Dom. de Hijar † 3. Jun. 1400. *Toda de Centelles.* | Teresia, Uxor quarta *Petri Ximenez de Urrea, Dom. de Rueda.*

18\. Johannes Fernandez VI. Dom. de Hijar. Ux. 1. *Maria de Luna.* 2. *Timbor de Cabrera, Bernardi I. Com. de Modica in Sicil. f.*

19\. Johannes Fernandez VII. Dom. de Hijar, Comes de Aliaga cr. 1474. primus DUX de Hijar cr. 1483.

20\. Ludovicus Fernandez I. Comes de Belchit cr. 1498. Dux de Hijar, † 25. April, 1517. æt. 89. *Guiomara Enriquez, Henrici I. Com. de Alva de Aliste. f.* † *1519.* | Jacobus de Hijar, † in pr. Sant Alban. in Gall. 1488.

21\. Johannes Fernandez de Hijar, † ante patrem. *Isabella de Arellano, Alfonsi Ramirez I. Com. de Aguilar. f.*

22\. Ludovicus Fernandez, III. Comes de Belchit, Dom. de Hijar. Ux. 1 *Beatrix de Alagon, Blasconis Com. I. de Sastago f.* 2. *Hypolita Fernandez de Heredia, Joh. III. Com. de Fuentes f.* | Alfonsus Fernandez de Hijar, Eq. Ord. S. Jac. à quo posteritas. | Petrus de Hijar. *Maria Coscòn.* à quibus propagó.

23\. 1. Helena, uxor *Johan. Fernandez de Heredia, IV. Com. de Fuentes,* Hypolitæ fratris. | 2. Johannes Fernandez de Hijar, † ante patrem. *Isabella Despés.* | Ludovicus Fernandez de Hijar, mentis inops.

24\. Rafaela uxor *Petri Aragonii.* | 1. Martin Fernandez de Hijar & Cerda, III. Comes de Galve, † ante patr. improl. *Francisca de Luna, Michaelis Martinez de Luna, II. C. de Morata f.* | 1. Hieronyma, IV. Com. de Galve post fratrem, ux. *Roderici Gomez de Silva, I. March. Eliseda.*

LA VII.

CES DE HIXAR.

Uxor I. *Teresia Gombal. de Entenza.* 13.
2. *Marchesia de Navarra, Theobaldi I. R. Navar. è Marchesia Lopez de Rada fil. nat.*

Ux. I. *Maria Fernandez de Luna, Lupi Ferencii f.* 14.
3. *Cæcilia de Anglesola.*

Marchesia, Uxor *Blasci III. de Alagon, Dom. de Sastago & Pina.* 15.

16.

2. Petrus Fernandez de Hijar, Comendator Major de Montalvan, sator *Ixariensis familiæ in Valentia* ex *Isabella Mesia.* 17.

Johanna Fernandez de Hijar ux. *Artali VIII. de Alagon, Dom. de Sastago.* 18.

Uxor, *Catharina de Beaumont, Caroli de Navarra dicti de Beaumont f.* 19.

20.

Margarita, ux. *Philippi de Eril. Dom. de Salva.*	Timbor, ux. prima *Philippi Galzeran de Castro, Dom. de Estadilla.*	Blanca nup. *Blasconi IV. de Alagon, X. Dom. de Sastago.*	Catalina, ux. *Lupi Ximenez de Urrea I. C. de Aranda.*

Guiomar de Hijar, nupta *Blasconi de Alagon.* 21.

22.

Carolus de Hijar, *Decanus* Calahorræ.	Guiomar uxor *Johannis de Moncada C. de Aytona.*	Isabella, nup. *Michaeli Sanchez.*	Leonora, *Prior* monast. Gigenens.	Helena.

Jo. Franciscus Christophorus Ludovicus Fernandez de Hijar IV. Comes de Belchite, Dux de Hijar, † 13. April 1614 23.
Ux. I. *Anna de Cerda & Mendoza II. Com. de Galve, Balthasaris de Mendoza I. Com. de Galve f. 1566.* 2. *Francisca de Castro & Pinos C. de Wolfogona, vidua Michaelis Martinez de Luna, IIC. de Morata.*

24.

2. Maria Stephana Fernandez de Hijar Com. de Belchit. innupta.	Isabella Margarita Ducissa & Domina de Hijar, Lezara & Aliaga, Com. de Belchit, Wolfogona &c. Uxor *Roderici Sarmiento de Silva Villandrado, VIII. Com. de Salinas & Ribada, II. March. de Alenquer. 1622.*

James Francis V. Dux Chev de la Toison. ob 1700
Maria Pinatell d'Aragon

Francis C. de Belchite & Ribadeo

Joachim Diego Duc d'Hijar

Petrus Alcantara D'Hijar Chev de la Toison ... 17..

Augustin Pedro Duc Hijar
vis 1820



EXEGESIS HISTORICA.



RAGONICÆ Familiæ, quam tabulis ſuperioribus recenſuimus, principia à Comitibus Barcinocenſibus manarunt, nomen ab urbe *Barcinone* ſortitis, ea *præcipuum Laletaniæ, & totius Cataloniæ hodie ornamentum*, (α) jam illo tempore, quo adhuc à Saracenis incolebatur, Francorum Reges comiter coluiſſe traditur, initio hujus reverentiæ facto à *Solinaan*, Duce Barcinonæ & Gerundæ, qui anno 752. Pipino Regi ſe dediderit. Sub præfecti Saraceni adminiſtratione aliquandiu habita, poſtquam an. 801. à ditione Maurorum omninò erepta fuiſſet, liberiorque Francorum autoritas facta eſſet, Comites accepit, ab illis pro arbitrio impoſitos. (β) Primus, qui hoc titulo Barcinonem rexit, *Bera* appellatur, à Ludovico Pio, Caroli Magni filio, in ſecunda Hiſpanica expeditione conſtitutus. Comitis honori adjunctam quoque fuiſſe Ducis autoritatem Petrus de Marca (γ) cenſuit, tum ob dignitatem civitatis, tum quia in ipſo limine Hiſpanico ſita pondus belli tolerabat adverſus Saracenos, eaque propter Comiti validiores copiæ parandæ erant in ſubitis irruptionibus, quod aſſequi facilè non potuiſſet, niſi cœteros Comites, ſaltem in bellico tumultu, dicto audientes habuiſſet. Perpetuò autem Comites Barcinonenſes antiqui ſe *Marchiones* indigitare ſolebant, i. e. *Cuſtodes Hiſpanici limitis.* Beræ perduellionis reo ſuffectus eſt *Bernardus*, Guillelmi Comitis Narbonenſis filius, an. 820; hunc Carolus Calvus, cum regno ejus in diviſione paterni imperii Marca Hiſpanica adſcripta fuiſſet, læſæ Majeſtatis delatum Comitatu Barcinonenſi multavit, eumque *Aledranno* ſtrenuo viro dedit, quem *Willelmus*, Bernardi filius, Barcinone per dolum capta, inde ejecit an 841. at viciſſim doloſius captus pœnam capitis ſubiit an 850. A Mauris interjecto biennio urbem, prodentibus Judæis, occupatam fuiſſe Scriptores referunt. (δ)

WIFREDI, cognomento *piloſi*, ex caſtro Arriano, quod in Comitatu Ruſcinonenſi ſitum eſt, orti, fortitudo illa tempeſtate enituit, inclaruitque, qua multa egregiè adverſus Saracenos geſſit, eisque ſæpè à ſe victis & fugatis partem provinciæ eripuit. Is in meritorum mercedem COMES BARCINONENSIS circa an. 880. conſtitutus ſtirpem ampliſſimam ac ſplendidiſſimam ad regale faſtigium provectam, quam tabulis præcedentibus recenſuimus, condidit. Quibus majoribus ortus ſit, non eſt exploratum, ſummo autem genere prognatum fuiſſe acta conſecrationis Eccleſiæ Gerundenſis an. 1038. peractæ teſtimonium perhibent; in his enim Oliba Epiſcopus Auſonenſis, Wifredi piloſi Comitis pronepos, qui ei interfuit, dicitur regali ſtirpe ſatus. (ε) Cùm religionem Chriſtianam in plerisque locis marcæ Hiſpanicæ reſtituiſſet, *inceſſit illum*, uti verba habent, Viri Clariſſimi Stephani Baluzii, (ζ) *Sancta ambitio condendi habitaculi monachorum in loco vocato Rivopullo in diœceſi Auſonenſi, cujus*

(α) Petrus de Marca Archiepiſc. Toloſan. in Marca Hiſpan: à Steph. Baluzio edita Lib. II, Cap. 4.
(β) opere citato Lib. III, Cap. 16. (γ) ibid. Cap. 17. (δ) Cap. 27.
(ε) Marc. Hiſp. Lib. IV. p. 445. & in Append. p. 1066. (ζ) Op. cit. p. 372.

cujus Ecclesiam Sanctæ Mariæ dicatam anno 888. fuisse consecratam legitur in Chronico veteri Comitum Barcinonensium. Eodem Tempore Wifredus & uxor ejus filium suum *Radulfum Deo obtulerunt in eodem Monasterio ut ibi habitaturus sit omnibus diebus vitæ suæ.* Sepultus ibidem est Wifredus pilosus, postquàm vitam cum morte commutasset; habuit, ut scribitur in gestis Comitum Barcinonensium, (η) filios quatuor, *Radulfum* videlicet, monasticæ à genitore, ceu dictum est, destinatum, quem tamen dein Episcopum Urgellensem factum esse ferunt, *Wifredum*, ante patrem an. 911. si rectè Baluzius rationem subduxit, veneno interfectum; *Mironem* in Comitatu Barcinonensi successorem, & *Suniarium* Comitem Urgellensem. A Mironis natis orti sunt Comites *Bisuldunenses & Cerritanenses*; Barcinonensem enim Comitatum post mortem *Seniofredi*, filii Mironis natu maximi, quem *virum religiosissimum & cælibatus cultorem* fuisse testamentum ejus an. 966. Kal. Oct. scriptum testatur, *Borellus* filius Suniarii Comitis Urgellensis, occupavit.

Bisuldunensis & Cerritanensis Comitatus in numero undecim comitatuum recensentur, in quos, regnante familia Carolingorum divisa fuit administratio Marcæ Hispanicæ: autorem hujus divisionis Carolum Magnum fuisse Petrus de Marca detexit: *cum enim*, uti refert, *veteres Principes suum unicuique civitati Comitem præficere soliti essent, ille studio rei militaris accuratè constituendæ, limitis Hispanici custodiam in plures partitus, tres comitatus instituit in pagis singularum civitatum.* (θ) Bisuldunensis comitatus pars erat Gerundensis pagi, cui jam tum adjuncta erat Emporitana dioecesis, ita dictus ab oppido Bisulduno, quod idem fuisse cum Sebelduno laudatus paulò ante Præsul censuit, vulgò *Besalu* appellatum, situm ad Clodianum fluvium. (ι) Cerritania sive Cerdania, quæ cum Urgellensi pago conjuncta erat, duplici montium seriæ circumscribitur, & comprehendit convalles fertilissimas, vicisque quam plurimis & incolis frequentatas: præcipua urbium ejus Podium Ceritanum, vulgò *Puig Cerda* audit, è veteris Liviæ, quam Caput Ceretanorum prisci indigitarunt scriptores, ruinis excitata. (κ) Uterque Comitatus Bisuldunensis nempè & Cerdanensis stirpe Comitum suorum extinctâ in Barcinonensium Comitum ditionem concessit; Bisuldunenses defecere in Comite *Bernardo* Willelmi Crassi filio, Bernardi, quem quia armis acerrimus atque fortissimus extitit, *Taliaferrum* sive scindentem ferrum vulgò appellarunt, nepote, Willelmi, qui eò quod nasum fictitium haberet, *Trunnus* cognominatus, & quia vir iracundus atque iræ impatientissimus esset, interfectus fuit, fratre, *viro benignissimo & patientissimo*, ut legitur in gestis Comitum Barcinonensium; (λ) Is eam ditionnm sexaginta annis tenuerat, obiitque senectute confectus, & sepultus est in monasterio Rivipullensi, & quoniam nullos liberos reliquerat, omnis ejus ditio ad Raimundum Berengarii Comitem Barcinonensem ex pactis inter eos ante quadriennium initis, & cessione facta à Bernardo Willelmi Comite Ceritaniæ, qui illi sanguine multo proximior fuit, & post sex annos eandem ac ille fati legem subiit, sua quoque ditione ad Raimundum Comitem Barcinonensem transmissâ. Dictus iste est initio Comes Bergitanus à Comitatu hujus nominis, in dioecesi Ausonensi, à Carolo M. instituto, in quo olim Vergium oppidum clarum erat, cujus hodieq; nomen superest in *Berga* oppido non ignobili, ad radices montium sito. (μ) Cerritanensis Comitis nomen assumsit post excessum fratris sui natu majoris Willelmi Jordani, qui Hierosolyma profectus, cum in sacro bello fortem & strenuam operam navasset, prope Tripolim urbem Syriæ sagittâ ictus occubuit. (ν)

Urgellensis Comitatus in provincia Tarraconensi situs, atque hinc & inde vicecomitatu Castriboni cinctus est, in cujus extrema parte siti sunt montium trajectus in Catalониam; civitas ejus dicta olim fuit Orgelis, in Episcopatum jam temporibus Constantini Magni, evecta, hodiè Urgellitana sedes vulgò *La Seu de Urgel* nominari solet. (ξ) Tenuit hunc Comitatum SUNIARIUS, natu minimus Wifredi Pilosi filius, qui etiam tutorio nomine comitatum Barcinonensem cæterasque Mironis fratris ditiones administravit, sed eas anno 950. filiis ejus remisit, neque ita multò post fatis concessit, tribus relictis filiis. Eorum natu maximus BORRELLUS Comes Urgellensis fuit nec non Barcinonensis: namque post obitum Seniofredi patruelis sui, *ut erat manu promtus & bellandi peritus, statim invasit in*

(η) Recensuit ea Baluzius in dicto opere à pag. 538. ad 579.
(θ) Op. cit. Lib. III. Cap. 7. (ι) Ib. Lib. II. Cap. 21.
(κ) Lib. I. Cap. 2. & 12. (λ) Cap. 13.
(μ) Op. cit. Lib. II, Cap. 23. (ν) Gest. Com. Barcinon. cap. 14.
(ξ) Marc. Hisp. Lib. I, cap. 2. & 12.

nomen potestatemque Comitis Barcinonensis , ut habent verba Baluzii, (ο) *tradito illius fratribus comitatu Bisulduni & Ceritaniæ.* Eminuisse exinde legitur titulis *Comitis & Marchionis idemque Ducis Gothicæ.* Barcinonem pugna à Saracenis haud procul Moncada castello an. 984. victus, & magna clade affectus, amisit; at anno sequenri recuperavit, & *monasterium puellare S. Petri, à patre suo fundatum* , *atque à Barbaris exustum reparavit, inque eo constituit ancillas Dei velatas regularis habitus gnaras, quibus Abbatissam præfecit filiam suam dictam Bonifiliam.* Uxores duas habuit, quarum priorem *Ledgardin* gnatam fuisse Raymundi, qui Comes Arvernorum fuit in initiis regni Lotharii Regis Francorum, atque per eam in familiam Comitum Barcinonensium intrasse nomen Raymundi, inter Aquitanos tunc vulgatissimum, at in Marca Hispanica rarum, Baluzius censet. (π) Ex ea Borrellus genuit *Raymundum*, qui ei successit in Comitatu Barcinonensi, & Ermengaudum, â quo stirps Comitum Urgellensium defluxit, qui omnes Ermengaudi nomen gesserunt.

Raymundo natus BERENGARIUS cogn. *Curvus*, *tenuit Comitatum Barcinonæ per annos XVIII. nihilque ibi boni gessit, immò in omni vita sua parentelæ probitate fuit inferior*, ut legitur in gestis Comitum Barcinonensium. (ρ) Mortem obiit in bello apud Baltargam locum Ceritaniæ, sepultusque est in monasterio Rivipullensi. Successit ei RAIMUNDUS filiorum natu maximus; huic, referente Baluzio, an. 1057. prid. Non. Jun. Ermesindis Comitissa Barcinonensis, avia sua, vendidit pretio mille unciarum auri comitatus Barcinonensem, Gerundensem, Minorissensem & Ausonensem, tum etiam castrum Cardonæ: ea enim omnia in potestate sua habebat jam inde à temporibus Raymundi Borelli viri sui, sive per testationem, sive per sponsalitium, sive per quasdam definitiones, quas fecerat cum filio suo Berengario Comite, patre Raymundi. Inhians deinde Raymundus comitatibus Carcassonensi & Redensi ad se trahere curavit jura Willelmi Raymundi Comitis Ceritaniæ uxorisque ejus Adalaidis, quæ filia erat Rangardis Comitissæ Biterrensis & Carcassonensis, & aliorum, illaque partim emtione in se transtulit, partim donatione accepit. Idem & Adalmodis ejus uxor secunda an. 1068. cum consilio procerum & judicum provinciæ condiderunt codicem legum, quem vulgò vocant *Usaticos Barcinonenses*, quo etiamnum utuntur Catalani: Fuisse prædicatur *Adalmodis* fœmina ingentis animi, ex familia Comitum Marchiæ Lemovicensis Baluzio censente, orta, filia Bernardi & Ameliæ Comitum Marchiæ, atque antea Hugoni Liziniacensi & Poncio Comiti Tolosano successivè nupta, sed ab utroque non morte, sed divortio ex causa consanguinitatis vel affinitatis separata. (σ) Occisam illam fuisse à privigno Petro in gestis Com. Barcinon. legitur verbis sequentibus: *Nobilissimus Comes Raimundus tres genuit filios, Petrum scilicet Raimundi, & Berengarium Raimundi & Raimundum Berengarii. Illi verò duo primi fuerunt quasi duo genimina viperarum, quæ naturaliter ruptis visceribus interficiunt suas matres. Prior enim, id est, PETRUS RAIMUNDI, madriastram suam Adalmoym interfecit; unde & in Hispania sub pœnitentia obiit sine prole.* (τ) *Secundus*, nempè *BERENGARIUS RAIMUNDI*, sicut ibidem paulò post refertur, *fratri suo RAIMUNDO BERENGARII invidens, quod se præisto à patre despectum putaret, eum, quum Gerundam contenderet, in loco, qui vocatur Pertica des Ostor inter Gerundam & Sanctum Celidonium vulgò San Saloni occidit valde adhuc juvenem*, sed splendido jam matrimonio à patre auctum. Hunc, eadem gesta tradunt, fuisse *virum armis strenuissimum, benignum, dulcem, pium, hilarem atque probum, corpore & forma pulcherrimum, vocatumq; caput de stopes s. stupæ, eò quod haberet, capitis cæsariem maximam atq; grossam.* (υ) Gaufredus Prior Vosiensis ait, hoc nomen ei inditum *propter multiplices plagas, quas accepit*, in capite nimirum; unde manifestum esse arbitratur Baluzius, eum non expirasse inter manus inimicorum suorum, sed aliquando tempore superstitem fuisse post accepta vulnera, ut stupa iis adhiberi posset. (φ) Reliquit filium sibi *cognominem*, admodum puerum, quippe natum viginti sex aut circiter diebus ante mortem patris, in festo nempè S. Martini. Hunc per undecim annos fuisse sub tutela patrui sui Berengarii & Bernardi Guillelmi Queralti, intereaque patruum partim suo jure, partim tutorio nomine se Comitem Barcinonensem dixisse Baluzius refert; (χ) at in gestis Comitum istorum legitur Berengarium comitatum procurare & nomen sibi Comitis impo-

(ο) Op. cit. Lib. IV. p. 399.
(π) Ib. p. 402. (ρ) Cap. IX.
(σ) Marc. Hisp. Lib. IV. pag. 449. & seqq. (τ) Cap. XI.
(υ) Cap. XV. (φ) Marc. Hisp. Lib. IV. p. 464. (χ) ibid. p. 465.

imponere volentem à magnatibus ac nobilibus Cataloniæ ob fratricidium à Comitatu & toto dominio ejectum fuisse, postea que sub pœnitentia Hierosolymis obiisse peregrinum (ψ)

RAIMUNDUS, Raimundi Berengarii F. Comes Barcinonensis fuisse dicitur in gestis sæpe citatis *vir dilectissimus, largissimus & armis opinatissimus, idemque mente pius, militia strenuus, pacis amator, in bellis inclitissimus triumphator.* Cum uxore *Dulcia* comitatum Provinciæ acquisivit; Præterea comitatus Bisulduni & Cerritaniæ Barcinonensi penitus adjunxit; cumque in Cerritanensem actionem movisset quidam Guillelmus de Salsa, finem accepit controversia an. 1134. & comitatus adjudicatus est Comiti Barcinonensi. Civitatem Majoricarum cum classe Pisanorum obsedit, vastavit & cepit an. 1114. plures etiam conflictus cum Saracenis habuit, & semper in omnibus victoriam obtinuit, & plurima ac munitissima oppida illis abstulit; tributa deinde ab eorum Principibus, Valentiæ scilicet, Tortosæ & Ilerdæ accepit. Anno 1117. dedit, referente Baluzio, Ecclesiæ Tarraconensi civitatem Tarraconensem simul cum agro adjacenti, sibi reservans dominicaturam & palatium; illa verò deinde, anno nempe 1128. cum autoritate Raimundi ab Oldegario Archiepiscopo concessa fuit jure hæreditario Roberto Bordeto de Culeio, qui Princeps Tarraconæ exin dictus est. Duas habuisse legitur uxores, primam *Mariam Ruderici* cujusdam filiam, cum qua an. 1103. prid Non. Aug dedit Canonicis monasterii S. Adriani juxta fluvium Bisancium decimam omnium rerum, quæ ad eos pertinebant in navibus, quæ in ditionem eorum appellerent; ex ista filiam genuit, quam in tenera admodum ætate adhuc constitutam in matrimonium condixit Bernardo Comiti Bisuldunensi an. 1107. cum dote Comitatus Ausonensis, sed ille decessit, antequam ea nubilis & viro apta esse potuit. Post Mariam Raimundus Comes Barcinon. *Dulciam* duxit, cujus originem Baluzio vix alius accuratius exploravit; ita autem ille: (ω) *Richardus Vicecomes Carladensis in Arvernis, sed finitimus pago Ruthenico, duos habuit filios, Richardum nimirum, qui Comitatum Ruthenensem emit à Comite Tolosano, & Petrum Vicecomitem Carladensem. Iste uxorem duxit Comitissam Amiliani, ex qua unicum filium habuit belli artibus clarum, qui comitatum Provinciæ adjecit comitatui Carladensi. Is fuit Gilbertus maritus Gerbergæ Comitissæ Provinciæ; ex iis orta est Dulcia, quæ diu post mortem patris, utpote jam an. 1090. extincti, nupsit Raimundo Berengarii Comiti Barcinonensi. Huic Gerberga dedit comitatum Provinciæ, Gavaldensem & Carladensem, & quicquid ad eandem pertinebat in comitatu Ruthenensi. Anno igitur 1112. initio mensis Februarii Gerberga Comitissa Provinciæ filiam suam Dulciam, quam vetus charta Niciensis & veteres memoriæ Massilienses ab Antonio Ruffio commemoratæ vocant unicam illius filiam, in matrimonium dedit Raimundo Comiti Barcinon. simulque cum eâ dedit amplas illas possessiones; tum in Hispaniam ducta uxor.* Lapsos esse ostendit eodem loco vir laudatus illos, qui Stephaniam, uxorem Raimundi de Baucio, filiam ejusdem Gilberti & Gerbergæ, Dulciæque sororem consanguineam fuisse tradiderunt, & rationes affert insinuantes, Stephaniam uterinam tantum Dulciæ sororem fuisse, patremque habuisse Gilbertum Comitem Aretalensem, cui Gerberga secundis nuptiis in manum convenerit. In numero illorum, qui Stephaniam sororem Dulciæ germanam fuisse putarunt, *Buchetus* erat; is majores etiam ejus aliter enumerat, avum ei tribuens Berengarium Vicecomitem Ruthenensem & Emilanensem (*de Rhodes & Millan*) Richardi I. Vicecomitis, qui an. 1049. & circiter vixerit, filium, eundemque maritum Alisæ, filiæ ac hæredis Gilberti Vicecomitis Carlatensis. Berengarium patrem constituit Richardi II. (illius nempè, qui Comitatum Ruthenicum ab Alfonso I. Comite Tolosano in Palæstinam abeunte an. 1112. emit, & Hugonem Comitem Ruthen. genuit,) & Gilberti, quo natæ Dulcia & Stephania. Sed ab istius æque ac à Baluzii sententia longè discrepant quæ de origine Richardi Com. Ruthenensis & Vicecom. Carlatensis in Godefridi *del Vigeois* Chronico, quod Tomo II. Bibliothecæ *Patris Labbè* extat, leguntur, ubi ille Raimundi, qui *Caput stupæ* appellatus est, & Comes Barcinonis fuit, filius fraterque Raimundi Berengarii, cui hæres regni Aragonici uxor erat, dicitur errore haud simplici, & pellucente, si diligenter res consideretur. Materna Dulciæ genesis ita se habet:

C 2 Guili-

(ψ) Cap. XVI. (ω) Op. cit. pag. 482. & seqq.

Guillielmus I. Comes Provinciæ, filius ex *Ruffii* ſententia Boſonis Com. Provinciæ & Folcoaræ, Nepos Rotboldi, ex opinione vero *Cheſnæi & Labbæi* Raimundi Principis Gothiæ ac Aquitaniæ & Berthæ Marchioniſſæ Etruriæ.

Guilielmus II. natus an. 978. *Gerberga, Ottonis Wilhelmi Com. Burgund. f.*	Conſtantia *uxor Roberti Regis Galliæ 998.* † *1032.*

Guilielmus III. Comes Provinciæ, † *1054. improlis.*	Godefridus Comes Provinciæ poſt fratrem † 1063. *Stephania cogn. Dulcia.*

Bertrandus Comes Provinc. † 1090. *improlis.*	Gerberga, hæres Provinciæ, *nupta 1. Gilberto Com. de Millan* 1090. *2. Gilberto Com. Arelat.*

Cæterum *Raimundus Berengarius Comes Barcinon.* Dulciæ Comitiſſæ Provinciæ maritus, extremo vitæ tempore, anno nempè 1131. pridie Idus Julii, *habitum ſuſcepit Templariorum è manibus Hugonis Rigaldi militis Templi, & circa finem ejusdem menſis exceſſiſſe creditur è vivis, apud Barcinonem in domo pauperum*, ſicut geſta Com. Barc. tradunt, *ſepultusque eſt in Monaſterio Rivipullenſi.* Duos filios reliquit, quorum unus vocatus fuit RAIMUNDUS *Berengarii*, alter BERENGARIUS *Raimundi*: Priori dedit Comitatum Barcinonenſem & cæteros in marca Hiſpanica conſtitutos, tum etiam Carcaſſonenſem & Redenſem. Alterum habere ſibi juſſit comitatum Provinciæ, & quicquid juris patri competebat in Comitatu Ruthenenſi, in Gabalitam & in Carladenſi.

RAIMUNDUS *Berengarii* IV. patris in Comitatu Barcinonenſi ſucceſſor, *mira probitate, ſcientia, ingenio ac conſilio pollens, toto orbe famoſiſſimus claruit*, ſicuti in geſtis Com. Barcin. prædicatur. (α) *Fuit nempè naturaliter magnanimus, audax, probus, facilis & ſubtilis, in propoſito conſtans & providus, geſtu & habitu approbandi viribus præpollens, ſtatura arduus ac procerus, manu promtus, corpore validus, membris aptus, diſpoſitione compoſitus, colore pulcherrimus, ſic quod nihil, ut ferebatur communiter, defuit ei boni, immò ſapientier ac abundantior omnibus ſuis temporibus extitit.* An. 1137. pridie Idus Auguſti in matrimonium accepit *Petronillam* filiam Ranimiri Regis Aragonenſis admodum puellam *cum totius regni integritate*, cujus curam & adminiſtrationem tum abdicavit Ranimirus, titulum tamen Regis non aſſumſit, ſed ſolo Principis Aragonenſis contentus fuit; eique deinde cum Dertoſam an. 1148. & an. 1149. Ilerdam ac Fragam ad deditionem compulſas in ſuam poteſtatem redegiſſet, titulum *Marchionis Ilerdæ ac Dertoſæ* adjunxit. An. 1143. V. Kal. Decembr. in celebri apud Gerundam conventu *novam conſtituit militiam ad defendendam occidentalem Eccleſiam, quæ erat in Hiſpaniis adverſum Mauros & Saracenos, ita ut ea ſemper eſſet in ſubjectione & obedientia militiæ Templi Hieroſolymitani.* Propterea *ad honorem Dei & ad ſalutem animæ patris ſui, qui fuit miles ac frater jam dictæ militiæ, in cujus regula & habitu glorioſe vitam finivit, Roberto Magiſtro militiæ templi & ſucceſſoribus ejus tradidit caſtrum Montisgaudii ab iis perpetuò poſſidendum, tum etiam caſtrum Chalomeram & Barbaranum.* Supremum diem in Italia obiit, quò unà cum Raimundo, fratris filio, Provinciæ Comite, claſſe profectus erat, cum Frederico Imperatore Taurini congreſſurus; morbo enim in itinere correptus haud procul Genua *in burgo Sancti Dalmatii* extinctus eſt. Corpus ejus relatum in Cataloniam, ſepultum eſt in monaſterio Rivipullenſi. Ei ſucceſſit filius natu major, qui vivente patre Raimundus vocatus fuit; poſt ejus verò obitum à Regina ſuperſtite *Ildefonſus* ſ. *Alfonſus* nominatus eſt. (β) Idem *Rex* quoque fuit *Aragonenſis.* Petronilla regina tutelam filii admodum juvenis, & regni adminiſtrationem ſuſcepit. *Petro* ſecundo filio Princeps Raimundus Cæretaniæ Comitatum nec non Carcaſonenſem ditionem attribui juſſit, ſubſtuto in demortui locum filio tertio *Sanctio*. Hunc poſteà Petrus Aragoniæ Rex Ruſcinonenſi Comitatu auxit, quem Alphonſus Rex, ejus Pater ex teſtamento Gerardi Comitis Ruſcinonenſis, ſine prole an 1178. mortui, acceperat; *Nunnius*, Sanctii filius ac Succeſſor, prole deſtitutus eundem per pactionem Jacobo Regi Aragoniæ reſtituit; de qua, ejusque cauſis nec non rebus tum à Sanctio tum à Nunnio for-

(α) Cap. XVII. (β) Lib. I.

nio fortiter gestis, deque procuratione regni Aragonici à priore post acerbam Petri Regis mortem obita, *Joh. Samblancatus* in *Indice Comitum Ruscinonensium* disseruit; de matrimonio verò Nunnii cum Comitissa Bigorritana ejusque dissolutione egit *Petrus de Marca* in *Historia Bearniæ* Lib. IX. Cap. 10. Soboli de cætero Raimundi Principis ab Hieronymo Blanca in Commentario rerum Aragon. additur filius illegitimus *Berengarius*, qui *Abbas Montis Aragonum* primùm, *Turionensis* deinde, *ac Ilerdensis Episcopus* creatus decessit. (γ)

BERENGARIUS *Raimundi* Provinciæ Comes vigore dispositionis paternæ factus, bello petitus est à Raimundo Baucio, qui Stephaniam Dulciæ sororem, in matrimonium duxerat, partemque Comitatus Provinciæ ratione uxoris suæ ad se pertinere debere ajebat. Illi Princeps Raimundus frater cum exercitu subsidio accurrit & Monpellerium expugnavit. Berengarius deinde à prædonibus in portu Melguriensi occisus est, quemadmodum in *gestis Com. Barcinon.* (δ) & *Suritæ Indice Rer. Aragon.* legitur, (ε) reliquitque hæredem Filium Raimundum Berengarii, ex matre incomperta genitum: *hunc patruus Princeps, assumto Marchionis Provinciæ titulo, summis affectum difficultatibus, defendit ac sustinuit, Bauciosque armis in ordinem coëgit, ita ut an. 1150. pacem acceperint, & majori cedentes Arelatensis urbis dominatione contenti fuerint.* (ζ) Nuptias deinde Raimundo Provinciæ Comiti patruus conciliavit Richæ, viduæ Alphonsi VII. Regis Castellæ, quarum ergò à Friderico Imperatore, cujus amita Richam natam fuisse tradunt, legatos ad Principem Raimundum missos fuisse Surita memoravit, atque utrique dominatum & ditionem Provinciæ *honorario fidelitatis jure* ab Imperatore attributum, uti ea obtinerent conditione, qua majores â Druentia flumine ad Hispanici maris oras, & alpium jugis ad Rhodanum possederant, ad hæc adjecisse cis Druentiam arces, & quæ Avenione obtinuerant; Arelatem præterea urbem; Forcalquerii denique comitatum Provinciæ Comitatui subjecisse; ea tamen lege addita, *ut Provincia & regnum Arelatense in ditione Romani Imperii essent, & tributum XV. Marcharum auri ponderis Coloniensis singulis annis Imperatori penderent.* Id anno 1161. actum, & anno sequenti ampliore forma confirmatum fuisse autor dictus refert; id porrò ad an. 1165. memorans: *Octobri mense Raimundus Provinciæ Comes & Raimundus Tolosas & S. Egidii Comes Belicardi congressi Comitatum Forcalquerii partiuntur & paciscuntur, uti filia Comitis Provinciæ Tolosatis filio nubat; mediaque Forcalqueriæ & Melgoriensis ditionis pars dotis nomine assignantur, cum ea portione, quæ in Avenionensi urbe Forcalqueriæ ditioni contributa erat.* Post hæc ad an. 1166. *Raimundus Provinciæ Comes moritur.* Vetus rerum Arragonensium autor tradit, *prœlio cum Nicensibus commisso ex acie saucium elatum, accepti vulneris plagâ fuisse confectum.* Rex Alphonsus illicò Marchionis Provinciæ cognomentum procerum consilio suscipit, & in provinciam proficiscitur. Proceres Provinciæ se Regi addicunt, quod Raimundus Tolosas ditiones eas omnes invadere, & uti sponsalia filiæ Comitis Provinciæ ex pacto convento filio tradantur, summoperè adnititur. Nuptias præterea Richæ Reginæ ambit. Ea spe commotus, magna belli contentione cum Rege dimicat. Hoc inter Regem & Tolosatem bellum duravit usque ad an. 1176. quo demum transactio & amicabilis compositio inter eos facta & confirmata est in Insula *de Gernica* inter Tarasconem & Bellicadrum d. XIV. Kal. Maji; ea *Comes Tolosæ remisit Regi Alfonso in perpetuum, quicquid juris vel rationis ob promissam ejus filiognatam Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ, Consangvinei Regis, habebat in dicto Comitatu Provinciæ, aliisque terris, sicut inter Ildefonsum Comitem Tolosæ & Raimundum Berengarii Comitem Barcinonæ divisum fuit; receperuntque Tolosas Gabaldanam terram & Rex Comitatum Melgoriensem,* (η) *at filia Comitis Provinciæ non ivit in matrimonium Tolosatis gnati;* num ex alio viro mulier sit facta aut innupta decesserit, inexploratum habemus.

Haud supervacuo huc transcripturi videmur, quæ *in gestis Comitum Barcinon.* de Raimundo Berengario Comite Provinciæ ejusque morte & proximis in comitatu successoribus leguntur: (θ) *Ildefonsus post mortem patris, remansit aliquantulum puerulus, & Raimundus Berengarii Comes Provinciæ consobrinus suus veneratione & gratia sui avunculi Raimundi Berengarii Comitis Barchinonæ ad visitandum & consulendum dictum Ildefonsum Regem Aragoniæ suum consobrinum pervenit Barchinonam, & ipsum educavit,*

C 3

(γ) Facit ejusdem mentionem Surita Ind. Rer. Arag. ad an. 1179.
(δ) Cap. XVII. (ε) Lib. I. (ζ) Marc. Hisp. IV. p. 502.
(η) Instrumentum pacificationis recensuit Baluzius in Appendice Marcæ Hispan. pag. 1368. & seqq. Conf. Suritæ Indic. Rer. Aragon, Lib. I. ad an. 1176. (θ) Cap. XXII.

vit, & omnem suam curiam honorificè & liberalissimè rexit tenuitque potenter. Transactis denique duobus annis in Provinciam remeavit, & conflictum habuit cum hominibus civitatis Nicaænæ, ibique vulneratus ad mortem obiit in Domino anno Christi MCLXVI. Post mortem cujus Ildefonsus supra dictus puerulus remanens per Raimundum Comitem Tolosanum plurimas sustinuit injurias; de quo posteà satis dignè talionem habuit. Ildefonsus autem post mortem Comitis Provinciæ supradicti comitatum habuit, eò quia dictus Comes obiit sine filio. Plures seditiones cum Tolosano Comite habuit, ipso tamen Comite ei primò injuriante. Nam dictus comes castrum d' Albarro dolo illi abstulit, dum ipse Ildefonsus ibi cum Ugone Terragonensi Archiepiscopo hospitatus esset, & vellet primùm Provinciam ingredi. Divina igitur gratia ordinante Bertrandus de Baucio cum Ildefonso puero equum ascendit, & Rhodani fluvium transmeans Arelatum illum devexit & honorificè susceptus est, & sic totum Provinciæ Ducatum suscepit & tenuit potenter. Posteà verò Raimundo Berengarii fratri suo inclyto juveni Provinciæ Ducatum pro ratione tribuit; qui liberalissimè tenuit dum vixit; sed à quibusdam proditoribus fuit occisus die sancto Paschæ, & deportatus ac tumulatus in Magalonensi sede anno Christi MCLXXXI. Post cujus necem Ildefonsus Rex Aragonum castrum illorum proditorum, quod dicitur Murus vetus obsedit, cepit ad destruxit, & omnem Provinciam recuperavit, ac dum vixit potenter tenuit Gemina quoad cædem Comitis modo dicti ex *chronico sancti Victoris Massiliensis* Baluzius retulit: (*i*) *Anno MCLXXXI. Non. Apr. Raimundus Berengarii Comes & Marchio Provinciæ frater Ildefonsi Aragonensis Regis & Comitis Barchinonensis, vir nobilis ac strenuus, & omnibus amabilis, à proditoribus in die festo Paschæ interfectus est.*

AD TAB. II. STIRP. ARAGON.

ARAGONIÆ, sive ab *Aragone* fluvio, qui per ea loca decurrit, seseque Egæ junctus Ibero miscet, sive à Tarracona corrupto vocabulo appellationem nactæ, atque è Saracenorum potestate ereptæ, initio Comites præfuerunt; postquam verò Regum Navarræ ditioni adjecta atque à Rege Sanctio, qui *Major* cognominatus est, & Navarram, Suprarbiam, Ripacurciam, Aragoniam & Castellam in unam potentiæ molem coëgerat, imperium inter quatuor filios divisum fuit, Arragoniam *Ramirus*, sive *Ranimirus nothus* regni titulo accepit, & *Rex Aragoniæ* dictus est. Ramiro successit *Sanctius*, eo natus, hunc tres exceperunt successivè filii, *Petrus*, *Alphonsus & Ramirus II.* pater *Petronillæ*, cujus cum Raimundo Berengarii Comitis Barcinonensis matrimonio Aragonia cum Catalonia conjuncta est. (*a*) ALFONSUS itaque Raimundi & Petronillæ filius, secundus hujus nominis inter Reges Aragoniæ fuit, eamque aliquot amplificavit oppidis, quibus hostes exuit, prætereaque Ruscinonensem Comitatum, ab ultimo Comite Gerardo per testamentum, quod is an. 1173, IV. Non. Jul. condidit, sibi donatum post ipsius mortem imperio suo adjunxit, neque ejus titulum deposuit, licet comitatum in fratrem Sanctium, ceu jam dictum est, transtulisset. *Casti* cognomen inditum illi fuisse tum ob animi modestiam ac integritatem, tum præcipuè quod jus-matrimonii castum semper atque integrum servarit, tradunt: supremum diem Perpiniani explevit, VIII. Kal. Maji MCXCVI. quo curiam sive conventum generalem indixerat, & sepultus est in monasterio Popaleti, quod à patre inchoatum ipse perfecerat.

PETRUS II. regno Aragonum post Alfonsum patrem præfuit, *donatus*, sicut *in gestis Comitum Barcinon.* memoratur, *& honoratus super alios Reges omnes pulchritudine, probitate, militia & breviter omni laude.* Romam an. 1204. cum magnifico comitatu ad salutanda, ut loqui amant, Apostolorum limina profectus, à Papa Innocentio III. cum summa lætitia exceptus, & in æde sancti Pancratii multa pompa unctus & coronatus est in Regem; quem honorem cumulatè Rex est remuneratus, namque *ex mera liberalitate & voluntate ob honorem Dei ac Romanæ Ecclesiæ & Domini Papæ Innocentii dedit & fecit libertatem omnibus Ecclesiis, & monasteriis regni sui, quod sine suo consilio & suorum possent*

(*i*) Op. cit. Lib. IV.

(*a*) Origo & stirps omnis Regum Navarræ, è qua Ramiri Reges Aragoniæ prodiere, in Exegesi Tabulæ VII. Stemmatis Desideriani videri potest.

possent liberè, eligere in suis Ecclesiis, cùm vacarent; (β) præterea regnum Aragonicum tributarium Ecclesiæ constituit, & CCL. *Mahozemutinorum* aureorum nummorum tributum in singulos annos ab Aragoniæ Regibus conferendum indixit; ægrè ferentibus & graviter post ejus reditum proceribus populoque Aragoniæ conquerentibus, quod ex libero regno, & ab omni munere soluto Rex stipendiarium fecerit. (γ) Fratris deinde rebus in Provincia restitutis & firmatis, Geraldum de Capraria, qui post avunculi sui Ermengaudi Comitis Urgellensis excessum hunc comitatum occupaverat, in castro Balagario obsedit, captumque cum uxore & liberis in Aragoniam duxit, ubi usque ad ipsius mortem manserunt. Anno 1212. expeditionem adversus Mauros, inita cum Rege Castellæ societate, suscepit, qua istis exitiabilem pænè cladem in pugna d. XXVII. Kal. Aug. prope Ubedam commissa intulit, sibi verò maximam gloriam peperit. Ad extremum cum Comiti Tolosano sororio suo à Simone Comite Montfortio, cruce signatorum ductore, oppresso suppetias laturus in Pagum Tolosanum profectus esset, illic in obsidione Murelli occubuit Idibus Septembris. Duxerat in matrimonium Mariam Montispessulani dominii hæredem, à Bernardo III. Comite Convenarum, cui prius nupta fuerat, & duas pepererat gnatas, ob consanguinitatem separatam; sed tædio ejus & vagæ econtra Veneris cupidine correptus, cum connubii divortium fieri contendens sanctissimam fœminam exturbare niteretur, clam quasi cum alia concubiturus, ancillari dolo, furtim Reginæ admissus, eoque ex concubitu *Jacobus* filius & in regno successor procreatus est, sicut *Surita* memoriæ prodidit. Persequente nihilominus Petro Rege divortii consilium, Maria Romam se contulit, & Papæ Innocentii fidem ac opem imploravit, qui *innocentiam Reginæ attendens de jure matrimonium confirmavit*; subjungere placet dyatiposin prosapiæ ejus:

Guillelmus Dominus Montispessulani, Guillelmi an. 1121. mortui & Ermesindæ F.
Sibylla, è Regibus Hierosolym. ceu ferunt, orta.

I.

Guillelmus Dom. Montispessulani, † an. 1179.
Mathildis, Hugonis II. Ducis Burgund. fil. ducta 1172.

Guillelmus III. Dom. Montispessul. Ux. *Eudoxia Imperat. Constantinop. fil. Agnes pellex.*	Guillelmus dictus junior.	Guidus *Eq. Templ.*	Raimundus, *monachus.*	Sibylla, uxor *Raimundi Gocelin, Dom. de Lunel.*

Maria Domina Montispessulani, nup. 1. *Bernardo III. Com. Convenarum*, 2. *Petro II. Reg. Aragon.*	Guillelmus & septem alii liberi ex *Agnete* geniti, ab Innocentio Papa pro illegitimis declarati.

ALFONSUS, Alfonsi II. Regis Arag. filius secundus, *habuit Ducatum Provinciæ*, ut habent verba in gestis Com. Barcinon. *fuitque armis strenuus, ac etiam multùm largus.* Cùm an. 1209. Constantiam, Regis Hungariæ viduam, sororem suam, ad Fridericum Siciliæ Regem, cui desponsa erat, magno provincialium & Catalanorum procerum comitatu deducens, in Siciliam Februario mense appulisset, *funestæ eæ nuptiæ fuere morte Alfonsi, & plurium procerum, qui magna vi morbi ingravescente Panhormi decesserunt*; sicut *Surita* refert. Successit Alfonso in Comitatum filius RAIMUNDUS BERENGARIUS, qui cum gnatas tantùm haberet, easque quatuor, natu minimam ex eis *Beatricem* hæredem Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii instituit, ab ipso quidem Raimundo Comiti Tolosano destinatam, sed post patris obitum Carolo Comiti Andium, Regis Ludovici Sancti, qui sororem ejus natu maximam in matrimonio habebat, fratri, nuptiis adjunctam, ad quem hac via dicti Comitatus pervenerunt.

JACO-

(β) Gest. Com. Barcinon. Cap. XXIV.
(γ) Surita Ind. R. Arag.

JACOBO I. vix quisquam inter Reges Aragonum gloria rerum gestarum illustrior fuit; tricies cum Mauris acie prosperè congressus esse prædicatur, Balearibus insulis & Valentiæ toto regno eos exuit, suam autem ditionem iisdem amplificavit, *Expugnatoris* cognomine eapropter insignitus; Ruscinonensi prætereà comitatu post excessum Nunnii, Sanctii F. potitus est, eoque imperitante *Ruscino Catalonia nomine comprehensa fuit, quam omnem & quicquid cis Pyrenæum est veteri Gallorum imperio, cujus tunc tantum umbra restabat, prorsus exemit, abdicatione ejus à Ludovico Sancto Galliæ Rege an. 1258. facta Corbelii ad Sequanam, ubi Jacobus illum convenerat.* (δ) Eidem tamen multa adversa domi forisque acciderunt, duroque cum primis initio usus est adolescentiæ. Ex furtivo, ceu dictum fuit, in matrimonio justo concubitu Miravalli conceptus & Mompellerii natus est, convocatis ad fidem partus faciendam cunctis civitatis optimatibus, eorumque uxoribus, ipsa nocte Kalend. Februarii. Jacobi nomen puello impositum, cujus causam *Bernard. Gomesius*, qui de vita ejus rebusque gestis scripsit, hanc retulit: *ut ipso Purificationis festo die, pridie cujus in lucem editus fuerat, Christo nomen daret puer, dubitante Regina, cui nam ex Apostolis Domini illius nomen imponendum commendaret, duodecim candelas cereas, æqualis ponderis atque magnitudinis ex voto offerri Apostolis curavit, unicuique illarum proprium cujusque Apostoli nomen adscribens, ut quibus simul succensis candela, quæ diutius præluceret, designatum huic Apostoli nomen puero imponeretur: unde aliis omnibus consumtis ac extinctis prælucente Jacobea dicta, protinus in templum remeatum est, atq; Jacobi nomen puero tanquam à Deo impositum, ut scilicet Apostoli Hispaniarum Patroni nomine potiretur puer, qui Hispaniense imperium atque Christi nomen, tam longè lateque erat propagaturus.* (ε) Post rudes annos severa Simonis Comitis Montfordensis disciplina eductus est, sub qua adhuc egit, cum genitor in bello adversus illum in gratiam Comitum Tolosatium suscepto, occubit; igitur, ut à Montfortio puer, in regnum successor, dimitteretur, Pontificis Romani Innocentii III. autoritas & imperium exorandum erat. Ilerdam, quo generalia regni comitia ad eum excipiendum convocata erant, delato, quamvis septenni, juramentum fidelitatis ab omnibus præstitum est, antehac in Aragonia inusitatum: procuratio regni Sanctio Comiti Ruscinonensi, Regis propatruo, demandata, quam Ferdinandus etiam, patruus Regis, appetebat: ambobus nova molientibus & turbas cientibus Rex, ante annos animum curamque virilem gerens, ex arce Montionis, ubi à Gulielmo Monredonio educabatur, egressus & Cæsaraugustam profectus regni habenas decennis capessivit, propatruum patruumque, futuram Regis virtutem animique magnitudinem præsentientes, in ordinem cœgit, pacatumque regnum reddidit, & tranquillum. Ducta deinde in uxorem *Leonora Castellana*, filioque ex ea suscepto, præposterus ambos incessit scrupulus consanguinitatis, ita ut divortium ex decreto Rom. Pontificis facerent an. 1229. filio tamen ex hoc matrimonio nato de jure natalium & successione in regnum caverent. Leonora, *nimiæ sanctitatis fœmina*, ut habent verba *Hier. Blancæ*, protinus ad celebre se contulit Burgense monasterium, *de las Huelgas* vocatum, quod ipsa construxerat, ibique abdita piam ac religiosam superstitem duxit ætatem. Post quinquennium Jacobus *Violantam Hungaram* penatibus induxit, quamvis amoribus *Teresiæ Vidauræ* implicitus, cum qua spe matrimonii ab ipso lactata duos genuerat filios, quos testamento legitimos declaravit, & arcibus oppidisque donavit, sed de iis, liberisque Jacobi Regis illegitimis inferius peculialiter dicetur. Violanta decem natorum mater facta est; filii uti Blanca refert, quatuor fuere, *Petrus, Jacobus, Ferdinandus & Sanctius*; inter hos nec non Alfonsum, è priore conjugio prognatum, cum pater regna dividere, & singulis, solo Sanctio, Ecclesiæ mancipato, excepto, partem ditionis assignare statuisset, gravis & perpetui dissidii semina sparsa sunt, Alphonsusque apertè cum genitore diffidere cœpit, ad arma ivit & turbas frequenter effecit. Fratres quoque ipsi non consiliis solum & studiis, sed etiam armis, discordarunt, ac varias utrinque perditorum hominum factiones ad se allicientes, magnas adversus temp. procellas, ac civiles tempestates excitarunt, cum Alfonso in robore ætatis post contractum cum Constantia Bearnensi matrimonium, sed ante generatam prolem, morte intercepto, neutiquam extinctas. In laudibus & virtutibus Jacobi I. Regis id cœterùm commemoratur haud sicco pede prætereundum, quod *regios commentarios* ipse scripserit, quibus *nulla extare rerum Aragonensium clariora, magisve insignia monumenta Su-*

(δ) Samblanc. Ind. Com. Ruscin. p. 49. Marc. Hisp. p. 536.
(ε) Lib. I. Extat Hisp. Illustr. Tomo IV. p. 395.

ta Surita testatur, (ζ) quodque inter armorum strepitum legibus scriptis judiciisque constitutis Aragonenses devincire curaverit; cùm antea patriis moribus, institutisque civilibus majorum facinorumque usitatis exemplis, de manu in manum traditis, uterentur. ( ) Tandem profectus ad Montesanorum rebellionem puniendam, adversa valetudine correptus est Setabi; *antequam verò admoveretur ultimus personam Regis posuit, regnumque filio Petro tradidit, eo consilio, ut Populetensi cœnobio D. Bernardi institutu initiaretur, verùm Valentiam morbo ingravescente delatus spiritum ibi efflavit d. VI Kal. Aug. ætatis anno sexagesimo octavo* Ex ejus filiabus *Sanctia* cum se totam divino cultui addixisset, mutata veste ad sacra loca invisenda profecta, *multa* ibi *in pauperes Christi præclara gessisse, & post obitum miraculis eluxisse* proditur. Inter filios SANCTIUS Toletanus Antistes, quem nothis *Bern. Gomesius* accenset, cum adversus Mauros copias educere sustinuisset, ab iis interceptus & tragula transfixus cecidit; mortuo caput & manus pontificiis annulis præfulgens præcisa (ι)

PETRO III. Aragoniæ Valentiæque Regi post Jacobum *Magni* cognomentum inditum fuit, *quod, tametsi Romanorum Pontificum, ac omnium ferè Christianorum Principum potentiæ aliquandiu in ejus ruinam, tanquam in communem hostem, Ecclesiæque inimicum conspirarunt, sui præterea subditi, antiqua jura patriasque leges in quàm plurimis rebus frangi dolentes, ab eo dissidere, pristinæ libertatis retinendi causa, coacti fuere, sola animi sui magnitudine omnes has, graves quidem, ac per se magnas, difficultates concoxit, neque non imminutam solùm, sed ingenti potius incremento adauctam sibi & posteris ditionis suæ majestatem reliquit.* (ι) Siculi Regni occupatione grandem contraxit invidiam, Gallorumque arma passim nec non Pontificis Romani Martini, qui illis studebat, fulmen in caput suum concitavit. Ut illam susciperet expeditionem tum jure uxoris suæ, extrema Conradini, legitimi Siciliæ regni hæredis, nuncupatione stabilito, tum precibus Siculorum, qui hostilia indignaque sub Gallorum imperio passi opem ejus enixè imploraran, permotus est. Incidit illa in annum 1282. cujus d. II. Kal. Sept. classis Aragonica Drepanum appulsa, indeque Panormum transvecta est, ubi die tertio à Siculis *Rex Siciliæ Dominusque, Rex Petrus* constitutus, atque illi regnum sacramento delatum. (κ) A Carolo Andino, Siculi & Neapolitani regni usurpatore, læsæ ac proditæ fidei, quasi externum regnum dolo ac fraude, sub prætexto belli sacri, invasisset, accusatus, atque ad singularem pugnam, in quam uterque centenis stipatus equitibus descenderet, provocatus est. Accepta à Petro conditione, locus utrinque Burdegala, Vasconiæ urbs, Regi Angliæ tum subdita; jure jurando firmatus, diesque certaminis ipsis Junii Kalendis an. 1283. dictus fuit; sed cùm is illuxisset, ingentem permultorum hominum undique spectandi gratia eò confluxorum expectationem incertum quæ frustratio ludificatioque excepit. (λ) Id certum, Petrum Mense Majo anni modò dicti è Sicilia, relictis ibi uxore regina, filioque Jacobo, in Hispaniam renavigasse, Valentiamque delatum centum equitum, qui in Burdigalensi certamine cum Rege consociarentur, delectum fecisse, quorum nomina maximam partem Surita memoriæ mandavit: at in Aragonia animos procerum populique tumentes reperit, moxque intellexit, Philippum Francorum Regem cum Jacobo Majoricarum Rege fratre suo, quem durius habitum à se abalienaverat, & magno exercitu adversus Aragoniam movere. His jam Perpiniano aliisque locis potitis, cum Petrus contracta, quantum poterat, militum manu se objecisset, acerrime haud procul Gerunda, à Gallis tunc obsessa, pugnatum est Marte ancipiti d. XVIII. Kal. Sept. an. 1285. Gerunda equidem exinde Gallis dedita, sed paulò post eis pestilentia & morte Philippi Regis sui fractis atq; afflictis à Petro recuperata est. Hic, cum ad extremum circa bellum in Balearem majorem adversus fratrem Jacobum transferendum satageret, iterq; Tarraconem faceret, morbo æstu febrique jactatus media via ita repentino concidit, ut humeris Villam francam reportaretur, ubi d. IV. Id. Non. animam reddidit, nondum quinquagenarius.

ALFONSUS III. Petri II. Regis F. in Baleari majori insula, quam Majoricam vocant, cum militaribus copiis agebat, ejusque occupatione, expulso patruo, quod Gallis in patrem irruentibus opem tulisset, defunctus erat, cum nuncium de morte genitoris accepit. Sumto sta-

D

(ζ) Ind. rer. Arag. ad an. 1213. (η) Id ad an. 1247.
(θ) Surita ad an. 1275. (ι) Hier. Blanca Comment. Arag. Rer.
(λ) Literæ tum à Petro Arag. tum à Carolo Rege Neap. de duello indicto apud Burdegalam scriptæ & evulgatæ legi possunt in Marca Hispan. sub finem Gestorum Com. Barcinon. p. 581. & seqq.

to ſtatim Regis Aragonum titulo correptum fuiſſe à primoribus *Blanca* refert, & monitum, ut ante Regale diadema majorum more ſuſceptum eo abſtineret; benignè tamen ab illo reſponſum eſſe, *ſe minimè quidem id feciſſe, ut antiquis patriis moribus deductio fieret; ſed quia indecorum fore judicaverat, ſe, qui jam Majoricæ regno occupato, Regale inde ſumptum nomen adſciverat, Regio nomini Infantis Aragonum nomen anteferre.* Ergò poſtquam Ebuſum quoque Inſulam in poteſtatem ſuam redegiſſet, in Aragoniam rediit, & ipſo Paſchatis feſto an. 1286. Cæſarauguſtæ in templo primario ſummi imperii inſignibus ornatus & ſacro oleo perunctus eſt. In Menorcam deinde inſulam expeditione ſuſcepta Mauris eam eripuit, & Chriſtianis ritibus imbuit. Carolum Salernitanum Principem, in bello Siculo captum, & in cuſtodia habitum in libertatem reſtituit; civiles diſcordias *privilegiis unionis, quibus Fori Suprarbienſis ſeries, juſtitiæque Aragonum poteſtas continetur, conceſſis* ſedavit. In flore ætatis & nuptiarum cum Eleonora Angla depactarum apparatu peſtilenti morbo oppreſſus atque extinctus libertatis & manſuetudinis ſuæ, unde cognomen ei inditum, triſte omnibus deſiderium reliquit.

JACOBUS, Petri F. in Siciliam cum matre Conſtantia & fratre Friderico an. 1283. profectus, Panormi à Siculis uti Siculi regni hæres atque ſucceſſor jurisjurandi religione confeſtim adſcitus fuit, proindeque audita deinde patris morte nomen & poteſtatem *Regis Siciliæ Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ* ſibi ſumere, & d. IV. Non. Febr. an. 1286. feſta ac ſolemni cærimonia regium diadema ſuſcipere nullus dubitavit. At an. 1290. nuncio ad ipſum, in Calabria belli negotiis diſtrictum de fratris Alfonſi Regis Aragonum immatura morte perlato, iter in Aragoniam adornavit, fratremque Fridericum Vicarium in Sicilia reliquit. Die VIII. Kal. Octob. an. 1291. Cæſar auguſtæ regni Aragonici corona, iisdem cærimoniis, quibus pater & frater eam ſuſceperant, redimitus, eodemque adhuc anno congreſſus Montacuti cum Sanctio Caſtellæ Rege nuptias Iſabellæ, ejus filiæ, ſibi pactus eſt; quas poſt triennium nondum conſummatas pontifices Romani Cœleſtinus & Bonifacius reſciderunt, atque irritas reddiderunt. Secretò eadem tempeſtate inter Papam, Carolum Regem Neapol. & Jacobum Regem Arag. conventum fuiſſe *Surita* literis prodidit, uti Jacobus de jure regni Siciliæ decedat, & Sardinia Corſicaque Inſulæ Aragonum regno contribuantur, quas Pont. Max. Eccleſiæ nomine condonaturus erat. Atrox inde bellum inter Jacobum & Fridericum fratres, Aragoniosque & Siculos, qui ſe à Jacobo deſeri perindignè ferebant, ſurrexit; aliudque haud minus acre ac funeſtum cum Piſanis ob Sardiniam inſulam, quæ in illorum tunc poteſtate erat, à Papa Regi Jacobo perliberaliter, ceu dictum eſt, donata; ſubacta hæc eſt, & ipſa Piſanorum civitas Regis imperio ſubjecta an. 1324. Domi Jacobus ita regimen inſtituiſſe prædicatur, *ut apud omnes nobile ac illuſtre Juſti Principis cognomentum obtinuerit: fuit enim æquitatis ſtudioſiſſimus cultor, acerrimusque injuſtitiæ inimicus.* (μ) Supremum diem Barcinone explevit cum ſextum & ſexageſimum annum ageret, & in cœnobio Sanctarum Crucium regia funebri pompa ſepultus eſt. Poſt diſſoluta cum Iſabella Caſtellenſi ſponſalia, tres ſucceſſivè uxores penatibus induxit; ſed ex prima tantùm liberos ſuſcepit, in tabula nominatos; filium quoque habuit *illegitimum Jacobum*, quem ampliſſimo patrimonio in Sardinia donavit, (ν) aliumque cui *Bonifacio* nomen, in Sicilia fortaſſis cum ageret, genitum; hunc enim *Fazellus* rerum Sicularum ſcriptor *Petri II. Regis conſobrinum* disertè vocat, & arcis urbisque Pactarum ac Tyndaridis præfectum fuiſſe refert. (ξ)

PETRUS Aragonius, Regum Alfonſi & Jacobi frater natu minimus, multis fortibus factis & gloria militari illuſtris, cùm belli, quod Alfonſus Cerda juri ſuo in regnum Caſtellæ vindicando adverſus Ferdinandum, Sanctii Regis filium, ope Alfonſi Regis Aragonii an. 1296. ſuſcepit, Dux eſſet conſtitutus, deſtinatis ei in operæ præſtandæ mercedem, *Concha, & Alarcone, Moja & Canneto* oppido, & Majorgæ obſidionem magno conatu urgeret, æſtu febrique jactatus *Oterdeſumis*, quò ſecedere neceſſe habuit, mortuus eſt, acerbiſſimo omnium mœrore. Corpus ejus Cæſarauguſtam unà cum Simonis Urreæ & Raimundi Angleſolæ, qui intimus illi amicus fuerat, cadaveribus delatum, & in cœnobio fratrum Minorum terræ mandatum eſt. (ο)

De

(μ) Blanca Rer. Aragon. Comment. (ν) Ibid.
(ξ) Lib. IX, Cap. 6. (ο) Indic. Rer. à R. Arag. geſt. Lib. II.

De JACOBO; Jacobi II. Regis filio natu maximo, hæc Surita. (π) *Cum Jacobus Regis F. in procuratione regni rempublicam non comiter, sed horridius & plerumque formidatus administrasset, & natura non moderata & miti, sed asperior & durior haberetur, severissimi imperii juvenis, paucis ante diebus factis sponsalibus cum Leonora Ferdinandi Castellæ R. Filia, non præceptis solùm patris, sed precibus contumaciter resistens, tametsi nuptiarum fœdera sancirentur, patri denunciat, se voti reum esse ne rempublicam gerat, regnumve administret. Religione etiam obstringi confirmat, ne uxorem adjungat. Abhorrente & tergiversante patre tandem cum d. X. Cal. Jan. an. 1319. emancipatus esset, Tarracone in cœnobio fratrum Minorum, Rege conventibus assidente, hæreditariam regni successionem abrogat, & Ordines regni juris jurandi sanctione ac vinculo, quo illi, ut primigenio regnorum hæredi devincti erant, solvit. Eodem temporis momento vestitus societatis Hierosolymitanæ mutatione, regalem ornatum deponens, coram Bernardo Solerio, qui eum vestitu Hierosolymitano cinxit, eius ordinis sacram militiam solemnibus cærimoniis profitetur: Post aliquot menses ex Hierosolymitano habitu atque vestitu in Montesonæ societatis sacra desciscit, atque deflectit, cujus instituto, reliquo vitæ tempore inservivit, & regia dignitate & capite deminutus,* libidini cæterum & ignaviæ prorsus deditus.

ALFONSUS IV. abdicatione fratris natu majoris hæres avitorum regnorum constitutus, in omni vita summa insitæ clementiæ, mansuetudinis, pietatisque & humanitatis specimina edidit, quibus *Pii ac Benigni* cognomentum sibi peperit. Adhuc adolescens bello Sardico à patre præfectus prosperè & egregiè id confecit, insulamque Aragonum imperio subdidit. Genitore vivis exempto regale diadema Cæsar Augustæ III. Non. Apr. Resurrectionis Dominico die an. 1328. suscepit, solemni more, sed majori quàm unquam antea pompa & festivitate. Primas nuptias XIV. agens annum celebravit Ilerdæ cum virgine nobilissima ac ditissima *Teresia Entenza*, gnata Gombaldi Entenzæ & Constantiæ Antilloniæ, Urgellitani Comitatus, plurimarumq; aliarum ditionum hærede, sicut *Blanca* refert. Quo pacto Urgellensem Comitatum nacta sit, *Surita* memoriæ prodidit, ita enim ille ad an. 1314. *Ermengardus Caprera Urgellitanus Comes Julio mense decedit, testamento Teresiam Entenzam sororis filiam hæredem scribit, modò Alfonso Regis filio nubat.* Ermengardus ille nepos, ni fallor, fuit Alvari Capreræ Comitis Urgell. ex filia Leonora, quam ex Constantia Moncada legitima uxore susceperat, & unà cum duobus filiis, ex Cæcilia Fuxensi non justo connubio natis, an. 1268. mortuus post se reliquit, sicut idem autor memoriæ prodidit. Leonoram Sancio Antillonio nupsisse in Gestis Comitum Barcinonensium legitur; hinc Constantiæ Teresiæ matri Antillonium cognomen, cùm frater ejus Ermengaudus materno usus esset. Alvarus satus erat Pontio Caprera Comite, filio Geraldi de Capraria, quem Ermengaudo VIII. Comiti Urgellitano, è Barcinonensium Comitum stirpe orto, avunculo suo successisse Tabula I. notatum fuit. Teresia post partum Sanctii filii mortua Rex Alfonsus II ad secunda transiit vota, duxitque *Leonoram Castellanam*, fratri suo natu majori antehac desponsatam, è qua cum filium suscepisset Ferdinandum, eiq; Dertosanam ditionem statim addixisset, aliaque prætereà loca è patrimonio regio divellere, uxorio arbitrio devinctus, conaretur, atque adeò contrarium legi à se ipso latæ de non alienando seperandove aut effundendo regio patrimonio viam iniret, maximæ à Petro Regis filio primogenito & futuro regnorum hærede, toto à paternis moribus diverso, turbæ concitatæ sunt; quibus Rex morbo gravi & diuturno affectus immortuus est Barcinone, & Ilerdæ in monasterio Sancti Ordinis Minorum sepultus. (ρ)

RAIMUNDUS BERENGARIUS, quartus Jacobi II. Regis F. à genitore Comitatu Pratensi Montanorumque ditione, & eorum oppidorum, quæ Guilielmo Entenzæ paruerant, donatus est d. II. Non. Maji an. 1324. dictum verò Comitatum cum Emporitano, quem Petro fratri ipsius natu majori pater dederat, posteà permutasse videtur; frequenter enim *Emporiarum Comes* in Annalibus appellatur, quo etiam titulo *Johannes*, ejus filius usus est, cum è contra Pratensis Comitis nomine Johannes, Petri filius patruelis, appellaretur. Rexit Raimundus Berengarius an. 1356. Valentiam vicaria potestate, at imperatoria dignitate, anno 1361. verò summæ Ruscinonensium rerum præfectus fuit. Eundem filiumque ejus Johannem fuisse referunt *indices Rerum ab Aragon. Reg. gestarum* in numero insignium ac strenuorum virorum, qui regno Aragonico in maximas difficultates per bellum à Petro Cru-

D 2 deli

(π) Ibid. (ρ) Blanca Op. cit.

deli Castellæ Rege Valentiæ illatum conjecto & *penè occidenti, præclaram atque omni laude dignam operam tulerunt.* (τ)

JOHANNES quintus Jacobi II. Regis F. vulgò, tertius *in Hieronymi Blancæ Commentario* dicitur; is ex Montis Aragonum Abbatia ad Archiepiscopatum Toletanum provectus fuit, sed cum inter ipsum & Johannem Emmanuelem ejus affinem graves essent inimicitiæ ortæ, & Alfonsus Castellæ Rex Toletano regia signa, quibus tabulæ publicæ, literæque obsignantur, quæq; Toletanis Archiepiscopis tradi moris vetusti fuit, & ejus muneris functione Cancellarios se Castellæ nominant, ademisset; Antistes ea indignitate vehementer commotus Archiepiscopatum Toletanum resignavit, & administrationem Tarraconensis Ecclesiæ ejusque provinciæ cum dignatione *Patriarchæ Alexandrini* suscepit anno 1326. obiitque octennii spatio, quo elapso ad Populum ficum mortuus & Tarracone sepultus est: *vir insigni pietate, sanctitate, summaque sacrorum librorum litteratura præditus.* ( )

PETRO IV. Aragonum Regi *Cærimoniosi* cognomen idcirco inditum fuisse Blanca refert, *quod in cærimoniis regiæ dignitatis servandis diligens admodum fuerit & curiosus.* Eo regnante, atque adeò dimidii spatio seculi, nulla pax, nulla quies in omni ejus ditione fuit, sed continuis seditionum bellorumque tumultibus cuncta erant infesta, summa imis permixta, ita ut de summa imperii plus simplici vice periclitatus fuerit. Nimirum congruebant cum ejus moribus tempora: erat enim durus, suspiciosus ac turbulentus, singularique immanitate, ac sui sanguinis crudelitate præditus; hinc perpetuas cum fratribus exercuit simultates, nec unquam sincera inter eos intercessit reconciliatio; *Ferdinandum* ejus jussu post datas epulas obtruncatum esse liquidò compertum fuit, *Johannem* & utriusque matrem *Leonoram*, novercam suam, in Castellam se proripere coëgit, ut ab isto Rege, nomine & natura ipsi simili, mactarentur; germano quoque fratri suo *Jacobo* necem maturasse, suspicionem haud vanam movit. Balearium Regem Jacobum, agnatum & sororium suum regno & vita exuit, nec liberos ejus persequi fortunisque mulctare destitit, dum spirarent. *Bernardinum Capreram* Comitem Ausonensem, virum, *Suritæ* judicio, *optimum, militiæ domique præclarissimum, sine quo Rex nihil magnæ rei opere aut consilio aggredi ausus erat, cujusque neque consilium umquam, neque virtus frustra fuerat*, post summam rerum gestarum gloriam partam, exacta ætate invidia & obtrectatione malevolorum circumventum, & nullius flagitii convictum præcipiti in iram ingenio capite truncari imperavit. (υ) Verum uti vitiis obrutus erat, sic etiam virtutibus quibusdam eluxit: fuit enim *Blancæ* testimonio, *ad excogitandum acutus, ad audendum callidus, ad efficiendum acer & promptus, rei militaris peritissimus, summi consilii, maximi animi.* Clementiam etiam vi naturæ suæ facta aliquando in consilium adhibuisse memoratur, post victoriam scilicet Epilensi prœlio an. 1348 partam de seditiosis in Aragonia civibus, unionis privilegiis, quæ Alfonsus III. olim concesserat, abusis; quamquam enim in nonnullos procerum severè animadverterit, ***haud** tamen **acerbè**, **nec pro ingenio***, ut Suritæ interpretis verbo utar, ***victoriam in plebem exercuit***; ansam verò inde arripuit in conventu Cæsaraugustæ acto, nomen unionis & coitionis privilegiis illis rescissis, penitus abolendi, ejusque vim maximam in Magistratum *Justitiæ* Aragonum transferendi, decernens, ut universum regnum ac regni jus non amplius coitioni & armis, sed istius Magistratus censoriæ virgulæ in posterum subjaceret. Cum Sardis rebellibus acerrimum & diuturnum ei bellum fuit; maximæ autem molis atque anceps illud erat, quod cum Castellanis ipsi exortum est. Ad extremum cum nuptiis quartis *Sibyllam Fortianam*, Catalani Equitis gnatam, spreta Johanna Regina Neapolitana matrimonium ipsius per legatos procata, in torum adscivisset, (cum qua jam antea stupri consuetudinem ipsi fuisse & *Isabellam* filiam, quam ex ea suscepit ante nuptiarum solemnia genitam esse *Laurent. Valla* literis prodidit) eidemque, maxima pompa coronatæ, ditiones oppidaque donasset, pares inter ipsum filiumque Johannem contentiones exarserunt, atque olim ei cum patre geminam ob causam intercesserunt, cumque Johannes Comes Emporiarum filii partibus se addixisset, bello eum persecutus est, quod postremum ipsi fuit. Decessit senecta ætate *mirabili quodam*, sicut *Blanca* refert, *casu: proditur enim*, ait, *eum proscripta & edicta die sexagesima, à Sancta Tecla, Tarraconensis Ecclesiæ Diva tutelari, quod in ipsius patrimonium violenter irrupisset, obiisse citatum, ut miser ipse Rex usque ad extremum vitæ spatium*

( ) Ad an. 1353. (τ) Indic. Rer. ab Aragon. R. gest.
(υ) Ind. Rer. Aragon. Lib. III.

tium nullum visus sit otiosum spiritum duxisse nec tranquillum. Dum Rex gravi & desperato morbo decumbebat, Fortianam reginam veneficii postulatam servilem in modum habitam & tormentorum cruciatibus à privigno subjectam, severasque in eam & ejus propinquos ac clientes sententias latas fuisse *Surita* refert.

JOHANNES, Petri IV Regis F. altero, à quo natus erat, mense, nempe d. XII Kal. Febr. an. 1351, à genitore in Perpinianensi arce residente *Gerundensis* civitatis ditione & dominatu donatus, & *Ducis* nomine ac titulo decoratus est, cujus cognomine inposterum Regum Aragonicorum liberi primigenii regnique hæredes nuncupentur. Eidem Non. Sept. an. 1352. Cæsaraugustæ in æde maxima Salvatoris legitima regnorum successio sacramenti fide sancita. Deinde an. 1363. V. Kal. Febr. à patre dominationis omnium regnorum & ditionum regiarum vicarius constitutus, & ætatis lege liberatus, eodemque adhuc anno d. XVII. Kal. Aug. cum XIII. annum ageret universæ gubernationi regnorum præfectus est. Cum Blancam, Philippi Valesii Francorum Regis filiam ipsi desponsam, in itinere Bitteris mors intercepisset an. 1370. sequenti Armeniacensis Comitis Sororem cum dote CLM Francorum in matrimonium duxit, hacque viduatus, Jolantem Barensis Ducis gnatam sibi sociavit, patre invito & refutante, qui Mariam Siciliæ Reginam neptem in matrimonium ei collocare statuerat. Quale patre rebus humanis exempto regimen ejus fuerit, in pauca redegit Surita, *is*, inquiens, *Rex summæ rerum parùm consulens desidiæ, atque ignaviæ, immò & voluptatibus. deditus, & uxorio imperio addictus, inglorius vixit, & acerbissimo casu morte est affectus: cum enim in Foxano nemore pomeridiana lustratione agrorum ante Urriclium castellum in luporum venationem animum intenderet, & immani excitata & agitata lupa, cum eam insequitur, cohorruisset, equo deturbatus mortuus est inventus sepultusque ad Populeti.*

MARTINUS à Petro IV. Rege patre suo primò *Besalunensi* ditione cum titulo *Comitis* an. 1368. donatus, an. 1369. *Senescalli Cataloniæ* munere honestatus, cum deinde Mariam, Lupi Comitis Lunæ & Domini Segorbii filiam natu majorem & hæredem, uxorem accepisset, insuperque à genitore Exericensi ditione auctus esset, *Comes Exericæ & Lunæ & civitatis Segorbii Dominus* appellatus est. Siculo quoque regno à patre donatum fuisse an. 1380. *Surita* refert, quod ejus regni jus Friderici Regis senioris testamento ad ipsum pervenisset; sed ille nec jure nec titulo illo tunc usus est. A Johanne fratre simul ac is regnum obtinuit, *Momblancum* oppidum cum *Ducis* honore ditionibus ejus adjectum fuit. Conciliatis gnato suo homonymo nuptiis Mariæ Reginæ Siciliæ, an. 1392. unà cum illo & nuru in Siciliam trajecit, reprimendæ factiosorum hominum insolentiæ & sedandis, quas effecerant, turbis. Circa id negotium pulchrè & prosperè satagentem nuncius ex Aragonia missus domum revocavit ad capessenda paterna avitaque regna, morte fratris, qui nullam virilem prolem post se reliquerat, ad ipsum delata; non prius tamen ex Sicilia discessit, quam filio pacatum reddidisset regnum. Redux medio anno 1397. in Cataloniam factus, id primum ei datum est negotium, ut Matthæum Fuxensem Comitem & Johannam Aragoniam ejus uxorem fratris filiam, regnum affectare & bellum movere ausos publica sententia, Barcinone pronunciata, majestatis condemnaret. Indictis deinde ad Cæsaraugustam comitiis generalibus, d. III. Kal Maji an. 1398. in solio sedens ante aram templi maximam *concionem* habuisse celebratur *gravissimam & uberem, multis*, ut Blancæ verbis utamur, *floribus ex veteri Aragonum & Catalanorum historia desumtis conspersam*, tum jusjurandum exegit, coronam verò regiam secuti demum anni Idibus April. pompa solemni suscepit. Reducta sensim, ipsius consilio, industria ac fortitudine, in Aragoniam, provinciasque cum ea conjunctas, æquitate, justitia & tranquilitate, cum florens & felix regnum ad gnatum transmissurus sibi videretur, spes omnes tristis de præmaturo ejus de vita discessu nuncius evertit. Susceperat iste expeditionem in Sardiniam ad restinguendam turbulentorum quorundam nefarias conspirationes, præclaramq; de eis victoriâ consecutus erat, cum ad Callaris civitatem ex diuturno labore & cæli aërisque intemperie in febrim incidit & extinctus est, omni genere virtutis & rerum gestarum gloria florens, legitimis nullis superstitibus liberis. Ita qui patris hæres futurus putabatur, patrem testamento amplissimæ Siciliensis ditionis hæredem nuncupavit; tuncque Martinus pater *Aragonum & Siciliæ Rex* vocari cœpit, *ac Athenarum & Neopatriæ Dux.* Confectus non tam senio, quàm corporis infirmitate, fatalem tamen stirpis periodum prorogare conatus est, ducta ob amissam Mariam Lunam conjugem suam, secundis nuptiis *Margarita Pratensi*, formosissima fœmina & regia stirpe sata, sed eo ipso conatu

natu fatalem sibi horam acceleravit, & nondum elapso anno Barcinone naturæ concessit, ultimus Aragoniæ Regum ex virili Barcinonensium Comitum prosapia; Conflatam illi fuisse mortem *vel malitia vel stultitia mulierum, quæ quotidiè citra medicorum conscientiam cibariis ad Venerem quàm ad salutem aptioribus infierciebant virum, unguentisque oblinebant*, Laur. Valla (φ) memorat; id quoque *non omnibus*, uti ait, *notum, sed à domesticis regis viris bonis & gravibus acceptum*, referens; *cum rescivisset Comes Urgellensis, spe successionis in regnum anxius, constitutum esse Regi Fridericum, è filio nepotem legitimare, ut successionis capax esset, uxorem ejus ac matrem die Jovis ante diem dominicum solennibus legitimationis destinatum, anserem saginatum, quem opiparè concinnarant, assum regiis ministris porrexisse per speciem demerendæ reginæ, ut regem & adipibus & quartana torpidum ad Venerem procreationis gratia excitarent; de quo ansere ubi comedit rex, statim vehementi dolore stomachi conflictari cœpisse ac lamentari, moxque ardentissima febri insecuta secunda defunctum esse.* Extrema curarum Martini Regis revera erat, ut *Friderico Aragonio* jam dicto, quem Martinus Rex Siciliæ, ejus gnatus, ex *Tarsia* concubina sustulerat; quemque ipse insigni Lunensi Comitatu donaverat, successionem, saltem in regnum Siciliæ, assereret, sed voti damnatus non est; nec FRIDERICUS *Lunæ Comes*, cum inter competitores amplissimæ ditionis ab avo relictæ, nomen professus esset, electoque in Regem Aragoniæ Ferdinando Castellano, è Johanna sorore postremorum Regum prognato, imperata facere detrectasset, se fatigando aliud, quam exilium quæsivit: fuga enim in Castellam adornata, licet initio benignè habitus & Cuellario, Villalonio atque Ariona cum Ducis honore à Rege Castellano Johanne II. donatus fuisset, posteà tamen cum eidem in suspicionem incidisset regni appetendi, *tam repentè fuit ejus memoria, mira quadam oblivione, contrita, ut idem tumulus qui illius corpus contexerat, visus sit etiam ipsius simul nomen obruisse. Vix enim*, ut habent verba Blancæ, *de eo certi quid proditur, nec quisnam finis fuerit miseram ejus vitam consequutus.* Ad arcem *Braçuleas*, ab Olmedi oppido non longè dissito, proditionis crimine notatum occubuisse perhibent. *Lupus Haro* in *Nobiliario* (χ) refert, interceptum sub initium anni 1434. apud Medinam campi & perpetuo carceri addictum in castro *Brazuelas* supra nominato, post quadriennium elapsum ibidem mortem obiisse. De *Violantæ*, sororis ejus, *divortio* cum Nieblæ Comitæ hæc Mariana ad an. 1426. retulit: *A Joanne Gusmanno Nieblæ Comite uxor Violantes Martini Regis Siculi filia, post diuturna dissidia repudiata est, magno dolore Friderici Lunæ Comitis, sororem regio sanguine prognatam, nulla sua culpa væsanos tantum ob mariti amores ludibrio haberi non ferentis; inde simultates graves exortæ sunt inter utramque familiam.* (ψ)

Alfonso IV. Aragonum Regi è primo cum Teresia Comitissa Urgellensi matrimonio præter Petrum, in regno successorem filius quoque erat, nomine JACOBUS, huic genitor d. XVII. Kal. Jun. an. 1328. *Urgellitano* comitatu, & vicecomitatu *Agerensi* à se donato, paucis ante obitum suum diebus nuptias Cæciliæ gnatæ Comitis Convenarum, misso ea propter in Galliam Raimundo Peralta, regiarum classium præfecto, conciliavit. Actionem deinde hæreditariam Jacobus in comitatum Convenatensem movit, cum Johannes Comes, Cæciliæ frater, sine prole an. 1340. decessisset; verum Philippus Valesius Rex Galliæ Petrum Raimundum Convenatem in possessionem comitatus, exclusa Cæcilia, misit. Posteà in spem erectus successionis in Regnum Aragonicum, Petro Rege ipsius fratre prole mascula destituto, procurationem regni affectavit, utque ea sibi demandaretur pervicit, in gratiis Regis, dissimulationem tamen in consilium adhibentis; nam *perceleri morte, qua paulò post oppressus fuit, & quod vinculis frater eum attineri constituerat, veneno necatum omnibus est persuasum.* (ω) PETRUS, Jacobi F. *Urgelli Comes* militaria imperia, auspiciis patrui & patruelium Aragoniæ Regum, egregia fama, obiit; De eo *Libro III. Laur. Vallæ de rebus à Ferdinando R. Arag. gestis legitur*, quod habuerit *scrinia aureis argenteisque pro regionum diversitate numismatis referta, & malleo cuneata, idque non avaritiæ modo, sed lusus & contumeliæ gratia. Hospites enim, qui permulti ad eum familiariter divertebant, sciscitabatur, cujusnam generis pecunia indigerent; respondentes ejus generis, ut in quam quisque provinciam iter haberet, adducebat ad scrinia, & quantum vellent capere jubebat, frustraque conantes capere deridebat, & hos sibi de amicis jocos comparabat, novo genere dissimulandæ avaritiæ jactandarumque opum.* Præter sequioris sexus liberos, gnatos duos post se reliquit, *Jacobum & Johannem*, inter quos posterio-

(φ) De Ferdin. Arag. Rege Lib. II. (χ) Lib. IX. cap. 25. (ψ) Lib. XX. cap. 14.
(ω) Surita l. c. & Mariana de reb. Hisp. Lib. XVI, cap. 13.

ſteriorem ditionis *Entenziæ Barbaſtrenſis*, & aliorum oppidorum hæredem ſcripſit, ſicut in *Indice Rerum à Regibus Aragon. geſtarum* (α) legitur; at *Blanca* Johannem æque ac Thadæum, qui tertius Petri fuit filius, ante patrem deceſſiſſe, & ambos natu grandiores Jacobo fuiſſe, refert, famamque percrebuiſſe memorat, eorum alteri à Jacobo, injuſta ac inſana dominandi cupidine elato, occultè & clam ſuis manibus necem illatam fuiſſe. (β) JACOBUS vivente adhuc patre Iſabellam, Martini Regis ſororem, uxorem accepit; cumque Martinus Rex Siciliæ unicus Aragonici filius, vivis exceſſiſſet, haud dubius regni hæres ſibi viſus, non equidem uxorio, ſed avito jure ad procurationem regni, quæ primogenitis conferri conſueverat, aſpiravit; eo munere à Rege tunc delinitus, prætereaque *Conneſtabulii* poteſtate auctus, mox occultis ejuſdem artibus concita ad ripam Cæſarauguſtana plebe, cui ob ſuperbiam inſolentiamque non minus ac Regi inviſus erat, turpi fuga expulſus eſt. Refert *Laur. Valla* (γ) matrem Jacobi Urgellenſis atque uxorem Regem, jam animam agentem, adiiſſe, & rogaſſe, ut nunc ſaltem in extremo vitæ tempore Comitem declararet regni ſucceſſorem; non reſpondenti, atque ut ſolebat alto ſomno ſubdormitanti, apprehendiſſe, matronam veſtem à pectore, atque inquiiſſe, *filii mei eſt regni ſucceſſio filii mei, quem tu ſuccedere vetas contra fas jusque*; ad quam illum inſpicientem, *ego*, inquiiſſe, *ignoro iſtud & ita eſſe non credo*, ſimulque Guilielmum Moncadam & unum legatorum retracta manu & brachio fœminæ admonuiſſe, ut reverentius tangeret regem. Vacante mox regno, cum Jacobus ob propinquam cum defuncto rege agnationem potior multorum opinione in cauſa ſucceſſionis habitus eſſet, ea inflatus multa arroganter egiſſe memoratur, Antonii Lunæ, Aragonenſis *Rici hominis*, qui tam amplo patrimonio in Aragonia potiebatur, ut per ſua fermè oppida è Caſtellæ finibus ad Galliam usque iter facere potuerit, opibus conſiliisque adjutus; nec poſtquàm regno excidiſſet, flagrantem ambitione animum cöercuit, ſed novo Regi Ferdinando obſiſtere non dubitavit, *eodem*, ut habent verba Blanæ, *prorſus vultu & confidentia, ac ſi jam ſibi explorata & domi condita victoria eſſet.* Tandem in urbe Balagueri, quæ comitatus Urgellitani caput eſt, diu obſeſſus, Regi ſe permittere coactus fuit, à quo lege majeſtatis poſtulatus, bonis publicatis, Xativæ, quæ olim *Setalis* appellabatur, Conteſtanorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, in cuſtodiam traditus, diu vixit & obiit, nulla virili prole poſt ſe relicta. (δ) Cœterum de ratione, qua Ferdinandus, è Caſtellanis Regibus ortus, in Regem Aragonum, poſt triennale fermè interregnum, electus fuit, modoque circa electionem adhibito, dictum à nobis eſt ad Tabulam XI. Stemmatis Deſideriani.

AD TAB. III. STIRP. ARAG.

DE PETRO Aragonio, Jacobi II. Regis filio, vel tertio vel quarto, in *Indicibus rerum ab Aragonicis Regibus geſtarum* hæc leguntur: A. D. XIII. *Kal. Jun. ſacro Aſcenſionis Domini die, an. 1322, Rex Ilerdæ Petro F. Comitatum Ripacurciæ condonat. Dignitatis ſupremæ jura & ſummam ditionis poteſtatem ſibi poſteriſque Regibus cavens, recipit: ſolemnique carimonia, in ſacra maxima æde veſtitu, inſignibusque Comitis exornat. Emporitano etiam Comitatu, quod Malgaulinus nullis ſuperſtitibus liberis è vita exceſſerat Petrum F. donat.* Erat Petrus vir bonus ac prudens patriæque ſub turbulento Petri IV. regno apprimè utilis, pietate quoque ac religione inſignis; hac percitus Johanna uxore mortua, cum filiis ex ea procreatis ampla ſua bona partitus in Valentina urbe ſacra Franciſcanorum inſtituta profeſſus eſt, ac *in ea mira & ſingularis paupertatis patientia ornatus, vixit & obiit* (ε) poſt annum 1368.

ALPHONSUS, Petri filius natu major, à Petro IV. Rege, patruele ſuo, donatus eſt *Dianio, Conteſtanorum oppido, vetuſtate antiquiſſimo ac portu inſigni, Comitatus honore tituloque decorato* ſub exitum anni 1356. Egregiè de Rege regnoque merendi occaſionem deinde nactus, cum an. 1363. Valentiæ, opulentiſſimæ & pulcherrimæ urbi à Petro Crudel Rege Caſtellæ obſeſſæ, præfectus eſſet, *hoſtium conatus omnes, & acerrimos impetus, inſigni animi virtute & robore propulit, & exſultantis hoſtis audaciam contudit*, ſicut *in Indic.*

(α) Lib. III. (β) Op. cit. Lib. II.
(γ) Commentar. rer. Arag. pag. 682. Tom. III. Rer. Hiſp.
(δ) Blanca l. cit. & Mariana Lib. XX. Cap. 5.
(ε) Hier. Blanca Rer. Arag. Comment.

Indice Rer. Arag. memoratur. Posteà ab Henrico Comite Trastamarensi, cum is primum Rex Castellæ adversus Petrum Crudelem, fratrem suum, proclamatus fuisset, ob navatam sibi fortem operam *Villenæ Marchio* an. 1366. renunciatus; atque an. 1381. pridie Nonas Julii *primus Castellæ Connestabilis* creatus est. (ζ) Martinus denique Rex Aragoniæ ipso inaugurationis suæ festo nempe Id. Apr. 1399. *vexillum suapte manu Alfonso Marchioni Villenæ, insignibus regiæ familiæ Ripacurciæ decoratum tradidit; & pileo ipsius capiti imposito, Gandiæ Ducem creavit, ejusque decoris cognomine atque dignitate rerum gestarum gloria præstantem cohonestavit.* (η) Post excessum Martini Regis inter competitores regni nomen professus est, sed obfuisse ei refert Blanca tum uxoris immoderatam licentiam libertatemque vivendi, quæ haud illi comparaverint eam, quæ tantum virum decuisset, claram ac stabilem authoritatem, tum summam senectutem, qua confectus pæne jam desipere censebatur, morte quoque in ipsa meditatione Regii muneris obeundi, & antequàm electio novi Regis peracta esset, interceptum fuisse idem autor memorat. Filiorum ejus natu maximo JACOBO nomen fuisse *Jo. Bapt. Lavania in Notis ad Nobiliarium Petri Infantis Lusitaniæ* (θ) refert, & uxorem destinatam Leonoram, Henrici II. R. Castellæ gnatam, cum qua licet matrimonium non consummasset ex causa incomperta, filium tamen post se reliquit *cognominem*, quem Johannes II. Rex Aragoniæ cum Francisca Rosa, à se extrema ætate adamata, matrimonio jungere instituit; sicut *Mariana* memorat, (ι) deinde verò Barcinone è medio tollere jussit, de qua re ita idem autor: (κ) *Ripagorsam atque Villaformosam Rex Johanni Aragonio, Alfonsi F. addixerat, vendicato Jacobo Aragonio & occiso Barcinone, qui patris Jacobi Alfonsique avi Gandiæ Ducis jura, & secundum ea duo illa oppida repetebat, ferox conatu, audacia exitiali.* Tetigit ejusdem Jacobi necem *Luc. Marineus Siculus*, de clementia & severitate Johannis II. R. Arag. verba faciens, & *Gothalanorum*, inquiens, *qui ab eo defecerunt, multos ad eum revertentes & veniam supplices deprecantes, impunè quidem benigneque recepit; Jacobum autem Aragonium & Johannem Monticatinum, nec non & complures alios in defectione pertinaces belloque victos, ultimo supplicio, sed lata prius sententia tamen, affecit.* (λ)

ALFONSUM Dianiensem Comitem, Alfonsi Gandiæ Ducis filium secundogenitum Martinus Rex Aragoniæ an. 1402. Valentiæ, ubi tunc commorabatur, *procuratorem, regno Aragonico, dissidiis factionibusque Lunarum & Urrearum Gurrearumque scisso & afflicto, præposuit, & vicarium, ut, quoad Valentino in regno demoratur imperatorio ducis munere defungi posset*, quemadmodum in *Indice Rerum ab Aragon. Reg. gestarum* legitur. *Mariana* de eodem ejusque fratre Petro sequentia refert: (μ) *Duobus Alfonsi Villenæ Marchionis filiis Alfonso Petroque duæ Henrici Regis Castellæ amitæ connubio junctæ fuerant, dos dicta XXX. aureorum millia singulis: ea Anglis data paternæ libertatis pretium, pro quo Alfonsus filius erat obses.* PETRUS *ad Aliabarrottam ceciderat, ejus Henrici pater cui à Villena cognomentum fuit, eruditionis tantum studium, ut magica etiam sacra carminaque coluisse fama sit: extant ingenii monumenta, in quibus multa reconditaque eruditio est, elegantiæ parùm quippe affectatæ, sed horridæ & cum Hispana lingua Latinam miscentis. Alfonsi conjugium diremtum ob malè tectas uxoris libidines. Henricus Rex earum fœminarum patrocinio suscepto, cum dos non restitueretur, in ditionem involavit, & præter Villenam & Almansam quæ in fide perstiterunt, Aragonio præsidio & locorum firmitate defensæ, cœtera omnia ejus principatus oppida regiis præsidiis occupata.* Cœterum Alfonsus, qui solus inter fratres patri superstes mansit, post ejus mortem in numerum candidatorum regni Aragonici relatus, patruoque Johanni Comiti Pratensi antehabitus est, sicut *Blanca* memoriæ prodidit. Postquam vivis excessisset, nulla prole relicta Ripagorsæ Comitatus Johanni Aragonio Regi Navarræ datus est. (ν)

HENRICUS de Villena, Petri Aragonii F. cujus jam mentio injecta fuit, ab Henrico III. Rege Castellæ matrueli suo, pro actione, quam in Marchionatum Villenæ movit, *Comes de Cangas & Tineo* creatus est uxoremque eodem pronubo accepit locupletem *Mariam Albornoziam*, quæ maternum genus à Tellio, Regis Henrici II. fratre, ducebat. Novorum

(ζ) Mariana Rer. Hisp. Lib. XVII, Cap. 7. & Lib. XVIII, Cap. 5.
(η) Ind. Rer. Arag. (θ) p. 420.
(ι) Rer. Hisp. Lib. XXIV, Cap. 18. (κ) Ibid. Cap. 12.
(λ) De Reb. Hisp. Lib. XII. (μ) Lib. XIX, Cap. 8.
(ν) Mariana Lib. XX, Cap. 14.

vorum deinde titulorum & honorum cupidine percitus Calatravenſis ordinis Magiſterium, morte Gonſalvi Nunnii Guſmannii an. 1404. vacuefactum, petiit, & quia uxoratum leges Ordinis ab eo arcebant, uxori perſuaſit, ut in religioſam ſecederet domum, quaſi divortium cum marito, tanquam impotente, factura; cumque ea revera monaſterium regium S. Claræ in urbe Guadalaxara ingreſſa eſſet, & ille Comitatus Cangas & Tineo Regi reſtituiſſet, electus eſt pervincente Regis autoritate in *Magiſtrum Calatravenſem*; verum mortuo intra biennii ſpatium Rege Henrico III. equites Calatravenſes fraudem divortio illi ſubeſſe rati, inſtauratis comitiis Henrico Villeno amoto Ludovicum Guſmannium cooptarunt, qui etiam poſt ſexennia diſſidia in Ciſtercienſi conventu à Pontifice Romano in eo munere confirmatus eſt. (ξ) *Henricus*, ut Marianæ epicriſin ſubjungamus, ***in tantis literis tantaque eruditione parum ſibi ſapuiſſe viſus eſt, & magiſterio ablato deformis, repetitoque conjugio egenus vitæ reliquum exegit; injuriam tamen fortunæ honeſtis ſolatiis ad extremam ſenectutem toleravit, tanto eruditionis ſtudio, ut ne à magicis quidem ſacris abſtinuiſſe feratur. Libri, quos à ſe collectos reliquit, juſſu Regis Lupo Barriento, Dominicano, examinandi ſunt traditi, quorum parte combuſta multorum vituperationem incurrit, libros exiſtimantium magno comparatos, eruditorum uſibus ſine periculo noxaque ſervari debuiſſe.*** (ο)

DE REG. MAJORIC.

B.

JAcobus I. Rex Aragonum cum avitam ditionem regno Valentino & inſulis Balearibus ſub ſuam poteſtatem redactis dilataſſet, Balearem majorem & Ebuſum cum nomine regio JACOBO filio ſuo ſecundo legavit, prætereaq; Ceretaniam, Ruſcinonem & Monpellerium, optimo & ſupremo jure poſſidenda. Cum iniquè id ferret Petrus, Jacobi I. Regis filius natu major & hæres regni Aragonici, infenſum erga fratrem animum poſt exceſſum genitoris protinus exſeruit, eumque vi intentata compulit, ut neceſſitate in rationem verſa, anno 1279. Aragonio ſupremam regni Balearium poteſtatem & adjacentium inſularum Ruſcinonenſis, Cæretaniæ, Confluentiæ, Valleſpiriæ & Iliberitanæ ditionis, adhæc Vicecomitatum Omeladeſii & Carladeſii, & arcium omnium poteſtates Mompellerienſis ditionis tradiderit & addixerit, ſeque ac poſteros Balearium Reges in fide & obſequio Regum Aragonicorum fore juraverit. Graves hinc & longæ ortæ ſunt inimicitiæ inter Reges Aragonicos & Baleares, Jacobo Baleari fratris iniquitatem & conditionis ſuæ indignitatem haud concoquente, & quavis occaſione ultum eunte, ſed improſpero plerumque ſucceſſu, factumque eſt, ut Jacobus ab Alfonſo, Petri F. regno exueretur an. 1285. & demum an. 1298. à Jacobo II. Alfonſi fratre ac ſucceſſore, poſt Argilienſe colloquium in id reſtitueretur, poteſtate deminuta, ſed ditione aucta: *ut* enim ***donum eſſet ſuæ benignitatis Aragonius patrui imperium protulit minore Baleari adjecta, ſummum vero jus retinuit.*** In matrimonio Jacobus Balearicus habuit ***Sclaramundam***, Rogerii Bernardi Fuxenſis Comitis filiam, prius fruſtrà pactus nuptias filiæ Comitis Nivernenſis, ſicuti ***Joan. Samblancatus in Indice Comitum Ruſcinonens.*** memorat: quatuor filii, ex illò provenere conjugio quos inter natu maximus & minimus, JACOBUS nempe & PHILIPPUS, divino cultui ſacriſque ſe addixere, hic quidem ex more jam tum recepto, quo poſtgenitis iſta tiaræ aut cuculli gloria relicta erat, ille verò, quem paterni regni hæreditas manebat, quod eſſet vel ſuperſtitione captus, vel indole rerum civilium parum capaci. ***Vidit illa ætas***, ut habent verba autoris Indic. rerum ab Aragonicis regibus geſtarum, (π) ***quod ex omnium Seculorum memoria aliquando commemorari mirificum eſſet: tres regios adoleſcentes religioni deditos hæreditaria regna abjeciſſe, videlicet Jacobum Balearium,*** de quo dictum eſt, ***Ludovicum, Caroli Regis Neapolitani, & Jacobum, Jacobi II. Regis Aragonum filium; ſed priores ex inſtituto D. Franciſci ſe perpetuò acerbæ atque auſteræ vitæ addixere, poſtremus voluptatibus.***

SANCTIUS Jacobo patri in regnum Balearicum omnemque ditionem ſucceſſit, & ſtatum

(ξ) Alph. Lupi de Haro. Nobiliar. Lib. III. Cap. 2.
(ο) Lib. XX. Cap. 6. & Lib. XXI. Cap. 7.
(π) ad annum 1319.

ſtatim ſe in fide Aragonii futurum juratus promiſit, qua ratione *tutior ei & tranquillior dominatio contigit manenti in potentioris fide, quàm ſi ad libertatem & ſpes incertas reſpexiſſet.* (ϛ) Regiminis ſui ſpatium non ultra duodecimum produxit annum, obiitque ſupremum diem *Formicarius* Cæretaniæ oppido ſine liberis. Alfonſus Jacobi II. Regis Aragon. F. Ruſcinonenſem & Cæretanam ditionem exercitu protinus immiſſo vi occupavit; ſed Philippo, Sanctii fratre, qui Cæſarauguſtæ Regem convenerat, adnitente atque deprecante Rex de ſententia deſtitit, & Jacobo puero, Ferdinandi filio, agnationis jure, regno Balearico & reliquis ditionibus illi contributis, ſuprema poteſtate recepta, ceſſit. (σ) Erat FERDINANDUS modò nominatus *excelſo & invicto animo adhuc adoleſcens,* (τ) *qui quum ex patriis facultatibus perparum delibaſſet, fratris Sanctii Regis opes animo æquavit, atque à virtute imperium petivit.* (υ) Jacobo II. Regi Aragoniæ in expeditione Almerienſi ſtrenuam & utilem maximè operam navavit, in caſtris ad urbem obſeſſam relictus, dum ille Granatenſi Regi in ſubſidium obſeſſorum adventanti, obviam ivit; præſidiarios enim magna vi erumpentes exſcindendis obſidentium munitionibus repreſſit, & intra muros ad ſua tutanda rejecit; Geſta hæc ſunt an. 1309. poſteà an. 1313. Catalanorum, qui Andronico Imperatori Byzantino in bello Turcico ſtipendia fecerant, & Callipolim, ad ipſas Helleſponti fauces, præſidiis armisque munierant, imperium, autore Friderico Siciliæ Rege, patrueli ſuo, ſuſcepit, conclamatis jam propè eorum rebus; neque tamen iſtos ducis primò, neque illum militiæ pœnituit: mox cum orta inter Entenzam & Roccafortium diſcordia cædem Entenzæ & graviora facinora peperiſſet, Ferdinandus talem militiam deteſtatus navim conſcendit, & retrò in Siciliam vela fecit; ſed in Eubœa, quæ Caroli Valeſii imperio tùm parebat, interceptus, Gaulterio Brennæ, Athenarum Duci, traditus, & in Athenienſem arcem, quam Santomerium vocant, incluſus eſt, poſteà ad Robertum Regem Neapol. perductus & in vinculis diu maceratus libertatem pretio redemit, & Meſſanæ uxorem duxit *Iſabellam Principatus Peloponneſi hæredem, Ludovici neptim, ejus qui Gallicæ ſtirpis poſtremus Peloponnenſi Princeps ſine virili prole ante aliquos annos deceſſerat;* (φ) ea unius filii mater facta triceſimo à partu die mortua eſt; ille dotalem defunctæ conjugis Principatum vindicaturus inſtructa claſſe in Græciam trajecit, usuſque opera Catalanorum brevi omnem in ſuam poteſtatem redegit; ſed parum diuturnus ejus victoriæ fructus fuit, victore in medio rerum curſu vivis exempto, poſtquam ſecundis nuptiis Cyprii Regis ſobrinam ſibi adjunxiſſet; ea Ferdinandum filium genuit, factum adulta ætate generum Hugonis IV, Regis Cypri; (χ) à quo ad extremum odio habitum & bello impetitum, cumque interventu ſequeſtrium concordia inter eos reconciliata fuiſſet, adeò brevi Ferdinandum vita defunctum eſſe, ut ferro aut veneno è medio ſublatum plures ſuſpicati fuerint, *Indices rer. Aragon.* memorant. (ψ)

JACOBUS, Ferdinandi F. expleta pueritia, quam ſub tutela Philippi, patrui ſui viri ſacrati, exegit, an. 1327. jus ſupremum in regnum Balearicum omnemque ditionem, à Sanctio rege ad ſe devolutam, Regi Aragonico ſacramento ſecundum veterem formulam ſanxit, faſſus in tabula de hac re ſcripta, *ſe tenere regnum Majoricæ, cum inſulis Minoricæ & Evicæ, nec non Comitatibus Ceritaniæ, Confluentiæ & Montiſpeſſulani à Rege Aragonum in feudum honoratum, ſine ſervitio.* (ω) Initio regiminis ſui bono & felici uſus eſt, tranquillaque ei omnia fuere, dum proſocer & ſocer imperarunt. At ubi Petrus IV. affinis rerum potitus eſt, mutata eſt facies, ita ut non tantum adverſam haberet fortunam, ſed denique funditus everſam. Regno & omni prope ditione à Petro ſpoliatus, *deſertus relictusque ſuo gladio fuit, nihilque reſtabat, quàm ut in eum incumberet,* ut habent verba *Samblancati.* (α) Maluit tamen gladium ſtringere, nullamque occaſionem injurias vindicandi, & ablata recuperandi intentatam relinquere; ſed quocunque vela dabat, reflabant venti. Ad extremum Petro inteſtino bello occupato Ruſcinonem & Mompellerium, aliamque circum ditionem CXX. aureorum millibus Philippo Valeſio Regi Galliæ addixit, atque ex ea pecunia claſſem, aut potius ultimum diſcrimen ſibi inſtruxit: navigatione enim in Balearem majorem inſtituta, cum oram inſulæ impetu cepiſſet,

(ϛ) Samblancatus op. cit. pag. 64.
(σ) Indic. Rer. Arag. ad an. 1324. (τ) Ibid. ad an. 1309.
(υ) Samblanc. l. c. p. 67. (φ) Mariana Lib. XV, Cap. 14.
(χ) Indic. Rer. Aragon. & Com. Ruſcinon. (ψ) ad an. 1341.
(ω) Recenſuit tabulam illam Leibnizius in Codice Juris diplom. pag. 122.
(α) pag. 80.

pisset, copiasque exposuisset, ad urbem pergens obvio Gilberto Cruillia, ejus Prætore, pugnam inivit, & *fortiter dimicans occubuit; neque aliam laudem ei defuisse, præterquam fortis successum apparuit, cui à veterano milite cervicibus caput est abscissum Jacobus filius pugnans, ne spes reliqua afflictæ miserabiliter genti superesset, saucius in hostium venit potestatem. Ærumnosi Principes, & misera afflictaque fortuna ad perniciem & exitium semper jactati.* Pugnata est ea pugna Dominica die IIX. Kal Nov. an. 1349. (β)

JACOBUS Balearicus, Jacobi Exregis F. in fatali patri pugna, ceu dictum, captus, cum abavunculo custodia durissima in arce nova Barcinonensi habitus, & usque ad an. 1362. detentus fuisset, de capite jam periclitans, Kalendis Maji carceri & supplicio intentato se exemit claustris adulterinis clavibus refractis, excubiis necatis, & Nic. Rovira arcis præfecto jugulato; mira exinde fortunæ vicissitudine Johannam Reginam Neapolitanam, tertium viduam, uxorem anno nondum circumacto accepit: *non tamen*, ut verba habent Samblancati, *consuluit prius deliciis, quàm decori, quin ne uxori regium nomen deberet, resumsit arma majoribus animis, quàm auspicatus ominibus; quumque partes facere non posset, & auspiciis propriis Aragonios invadere, Petro Crudeli Castellæ Regi Aragoniorum hosti, se adjunxit*, & pugnæ ad Najoram d. III. Non. Apr. an 1367. adversus Henricum nothum, qui se Castellæ Regem ferebat, favore popularium, atque opibus Francorum & Aragoniorum sublevatus, commissæ interfuit. Post eam à Petro, Castellæ Rege, Burgensi arci vel præfectus vel inclusus, cum paulò post Henricus superior factus esset, huic unà cum arce traditus, à Johanna uxore autem lytro LXX. millium aureorum redemtus fuit. Contractis deinde in Gallia copiis cùm aliquandiu impressionem ostendisset in Ruscinonenses agros, tandem an. 1374. ingenti & infesto agmine è Cæretano saltu in Urgellitanam regionem, indeque in Cataloniam irrupit, & cuncta terrore replevit; conatus autem cum Henrico Castellæ Rege copias suas conjungere, iis per continuas & repentinas Aragoniorum incursiones, frugumque & victualium inopiam accisis, Jacobus ipse tædio affectus & consumtus Soriæ fato concessit, scripta hærede sorore sua *Isabella*, jam vidua, quæ fratri in ea expeditione comitem se adjunxerat. Eadem ope ac provisione Regis Castellæ in Aquitaniam reducta, quod sese imparem vindicandæ avitæ ditioni adverteret, successionem paternam & fraternam Ludovico Andegavensi detulit, quamvis, cum à Petro IV, Aragoniæ Rege Marchioni Monferrati an. 1358. cum dote L. millium florenorum nuptui data esset, regno Balearico, reliquisque facultatibus paternis cessisset, sicut *Samblancatus* refert; (γ) id etiam memorans desponsam eam prius fuisse Joanni Comitis Armeniacensis filio.

AD TAB. IV. STIRP. ARAGON.

FRIDERICUS, Petri III. Regis Aragoniæ filius tertius, à matre Constantia in Siciliam unà cum fratre natu majore Jacobo, Siciliæ deinde Rege, an 1283. deportatus, ab isto ad regnum Aragonicum capessendum an. 1291. abituriente gubernaculis regni, summæque rerum Sicularum admotus, à Siculis verò, cum fama de Sicilia à Jacobo in Carolum Regem Neapolitanum, instinctu Pontificis Romani, translata percrebuisset, in Regem Catanæ electus, & d. VII, Kal. April. an. 1296. Panormi ab Archiepiscopo ritu solemni regio diademate coronatus est. Bella duo cum Jacobo, non tam sui quàm hostis gratia fratris excidio totis viribus imminente, gessit ancipiti Marte, atque in secundo, pugna navali Non. Jul. an. 1299. victus, ingentem cladem passus est; Visa suorum inclinatione cum suos ad resistendum magnis vocibus frustrà hortatus esset sive animi sive aëris æstu oppressum quasi exanimem concidisse, vixque remorum beneficio navem, qua vehebatur, extra periculum deductam esse, *Fazellus*, rerum Sicularum scriptor, memoriæ prodidit. Restauratis post Aragonii abitum pro virili rebus suis Fridericus, bellum cum ejus præfectis in Sicilia relictis, & Carolo Neapolitano, impigrè nec improsperè gessit, donec an. 1302. pax hisce conditionibus sancita fuit, *ut Fridericus Leonoram Caroli filiam uxorem duceret, Siciliam cum adjacentibus insulis, dum vivit, possideret, Calabriam omnem Appuliam & Campaniam Carolo liberè cederet.* Post Caroli mortem bellum recruduit inter Fridericum & Robertum, Caroli filium ac successorem; id diu præmeditatum erupit, cum Henricus VII. Imperator

E 2 Roma-

(β) Ind. Rer. Aragon. (γ) Op. cit.

Romanorum an. 1313. in Italiam ad ſuſcipiendam Romæ coronam veniſſet, & Robertum Neapoleos Regem, hoſtem Romani imperii, publica ſententia declaraſſet & proſcripſiſſet, Fridericum econtra Siciliæ Regem *Admiratum Imperii* creaſſet, eidemque bellum Roberto indicere atque terram, quam tenebat, invadere imperiali, qua fungebatur, autoritate mandaſſet, ſicut legitur Libro VII. Cap. 1. *Rerum Sicularum Nic. Specialis*. Structa numeroſa claſſe Rhegium, Calannam aliaque Calabriæ oppida jam expugnarat Fridericus, cum inopinata & repentina Henrici Imperat. mors deſtinatis ipſius obicem poſuit, eumque in Siciliam ad ſua tutanda ſe referre ſubegit. Sexageſimum quintum ætatis annum agens morbo articulari, labore, ſenioque confractus, Paternione deceſſit in vigilia nativitatis S. Johannis anno 1337. ſecundum ſupputationem Specialis, cui Surita ſuffragatur, Fazellus mortem ejus in an. 1336. d. 12. Kalend. Julii refert. Corpus ejus deportatum in templo maximo Agathæ ſacro tumulatum, hocque Epitaphio ornatum eſt:

Quis tumulus caperet Friderici carmina Regis?
Murus erat Siculis longo certamine, legis
Divinæ cultor, humani juris amator
Occubuit, ſcandit cœleſtia regna viator.
Sicaniæ populi mœrent, cœleſtia gaudent
Numina, terra gemit, Rex Fridericus abit. (δ)

PETRUS, hujus nominis inter Siciliæ Reges ſecundus, à genitore jam an. 1321. convenientibus Panormi Siciliæ proceribus, conſors regni adſcitus & diademate inſignitus, illo vivis exempto, gubernacula capeſſivit, & *liberalitate atque humanitate Siculos ad ſui amorem pellexit, ut regnum, quod pater multo labore tutatus fuerat, benignitate ſibi conſervaret*, uti habent verba Fazelli. (ε) Haud tamen quieto ei regimine frui licuit, ſed tum inteſtinis procerum quorundam diſſidiis, tum Pontificis Romani Benedicti fulmine, quod is in Siciliam vibravit, tum bello cum Roberto Neapolitano Rege geſto, quo navali pugna victus eſt, exagitatus fuit. Sublatis utcunque civilibus diſcordiis cum Siciliam peragraret, ac oppida omnia luſtraret, Calaxibettæ morbo oppreſſus & fato functus, Panormi verò in templo maximo ſepultus eſt.

WILHELMUS, Petri II. Regis frater, à patre *Caltaſimi* & oppidorum usque ad Julianam adiacentium *Dux creatus* eſt. Eidem ille *Athenarum* Principatum teſtamento legavit, quem Catalani Gualtero Brennæ ereptum ipſi detulerant. Matrimonii ejus cum *Maria Alvarez Exerica*, cum qua communem partiebatur proavum, diſpenſationem à Raimundo Berengario Aragonio nomine Alfonſi IV. Regis apud Papam Benedictum an. 1335. quæſitam fuiſſe *Surita* in Annalibus memoravit. (ζ) *Stephanum*, Wihelmi filium nothum, Petrus IV. Rex Aragoniæ navibus, quas adverſus Genuenſes ſtruxit, præfeciſſe memoratur in *Indicibus rerum Aragon.* ad annum 1352.

JOHANNES à Friderico R. patre ſuo *Marchio Randatii*, *Menæi Comes*, *Vallis Caſtri Leonis*, *Francavillæ. Traynæque Dominus* conſtitutus, poſt exceſſum Wilhelmi fratris ſui *Principatum Athenienſem & Neopatrienſem* ſuſcepit. Petro autem Rege, fratre natu maximo rebus humanis exempto, *cum Ludovici ætas imperii molem non ſufferret, & Petri teſtamento & procerum conſenſu vicario nomine regnum maxima prudentia*, ut habet Fazelli elogium, *moderatus eſt.* (η) Pace deinde inter Johannam Neapolis Reginam & Ludovicum compoſita, cum peſtis, quæ univerſum penè orbem & inprimis Italiam depaſta, Meſſanam quoque primum & poſtmodum Catanam graſſando pervaſiſſet, ad *Maſcalas*, regium oppidum, profugus, in æde Divo Andreæ ſacra, quam ipſe erexerat, reſedit, ibique morbo correptus paulò poſt deceſſit, & Catanæ eodem ſarcophago, quo Fridericus Rex pater, tumulatus eſt. Gnatum poſt ſe reliquit FRIDERICUM, quem ſtatim à parentis morte Rex Ludovicus *Athenarum & Neopatriæ Ducem, & Randatii Marchionem* declaravit, & ſæva peſtis, omnem prope Siciliam anno 1355. menſe Julio populata, abſtulit. Ejus filius fuiſſe videtur *Ludovicus Aragonicus Comes Solenſis*, de quo in *Indicibus Rer. Aragon* ad an. 1386. iſta leguntur: *Philippo Dalmatio Roccabertinio claſſe Ara-*

(δ) Special. Op. cit. Fazellus de reb. Sic. Dec. poſter. Lib. IX.
(ε) Lib. IX. Cap. 4. (ζ) Tom. II. Lib. VII. Cap. 22. (η) Ibid. Cap. 5.

Aragonia Siciliensibus & Sardois rebus implicito, Rogerius & Antonius Lauria fratres rebus Atticis & Neopatrensibus præficiuntur, ditionesque eas ab hostilibus incursionibus tuentur. Ludovico verò Friderici filio *Aragonio Solensi Comite vita functo, Helena Cantacuzina primaria & præpotens femina ejus uxor, quæ à vicinis jam Turcis bello premitur, à Rainero Acciaiolo urgetur, ut filiam Petro Saracino, is erat Rainerii affinis, & primarum in Eubœa partium, in matrimonium collocet. Sed Helena Raineri i audaciam atque arma vitatura filiam Xuro Simeoni Imperatoris Valachiæ filio, Græcis & Francis invitis, despondit. Ex eo laceratis intestino dissidio Atticis, Catalanorum stirpis natio in medium rerum omnium certamen atque discrimen decidit.*

LUDOVICUS Petro Regi patri suo annos natus quinque & menses septem in regno successit; cujus administrationem cùm *Johannes* patruus ex testamento Petri, & procerum consensu suscepisset, fuere, qui Elisabethæ Reginæ persuaserunt, ut Ludovicus tametsi impubes, regia corona cingeretur, jacientes non esse tutum principatum apud Johañem manere, quem ipse regio sanguine exortus, ambitionis stimulis agitatus, sibi aliquando posset præripere. Horum itaque consilio Elisabetha Regina Ludovicum anno 1342. d 8. Dec. Panormi in Ecclesia majori à Siculis Regem salutatum, ab Joanne Tolono, Andravillæ Peloponnesiacæ civitatis Archiepiscopo, diademate more regio perungi & coronari fecit; Panormitano Archiepiscopo & cœteris Siciliæ Episcopis ob Pontificis Romani execrationes, quibus universa adhuc Sicilia tenebatur, id munus exercere recusantibus. Johannes nihilominus vicario regnum nomine moderatus est, & turbis, quas Johannes Magna Judex assessor concitaverat, autoris supplicio compressis, pacem inter Siculos & Neapolitanos an. 1347. conciliavit, his pactis, *ut Siciliæ regnum perpetuò apud Ludovicum esset, qui pro annuo censu ad unciarum tria millia Romano Pontifici in festo Petri & Pauli Reginæ Johannæ nomine pendenda teneretur, Joanna verò jus si quod in Sicilia & Insulis subjacentibus habebat, Ludovico in perpetuum cederet;* Romanus quoque Pontifex Siculos & Regem à diris absolveret, pacemque probaret. Johanni paulò post mortuo Blascus Alagona in regni administratione surrogatus est; hancque spartam dum vixit ornavit, & superfuit Ludovico, sed quatridui tantum spatio: istum enim in flore ætatis atra mors oppressit, cum mense Octobri an. 1355. recreandi animi gratia Acim petiisset. (*b*) Ex concubina *Antonium & Ludovicum* filios reliquit, & Antonius Beatricem, Petri Exericæ natu maximam filiam in matrimonium duxit, sed *successionis Exericiensium ditionum spes eum est frustrata.* (*c*)

FRIDERICUS à Ludovico Rege paulò antequàm in lethalem incidisset morbum, Athenarum & Neopatriæ Dux constitutus, ei fato functo in Siciliæ regnum hæreditario jure successit, tredecim tum natus annos. Habitis apud Messanam comitiis, EUFEMIA Regis soror regni Vicaria est instituta; Recrudescentibus mox seditionibus ac factionibus procerum, Messanaque Regi Neapolitano à Nicolao Cæsario prodita, Rex insita ingenii imbecillitate nullius consilii & solo nomine Regem agens, *simplicis ac Auriti* nomine traduci cœpit. Cùm *Constantiam* Regis Aragonum filiam duxisset uxorem, eaque Drepanum appulisset, Guido Vintimilius Drepani Præfectus, descensu in terram eam prohibere ausus est, eò quod Catalana esset; à Francisco autem Comite Vintimilio, Rex ipse, qui sub istius tutela erat, ab aspectu sponsæ & nuptiis ejus inhibitus, & propè in custodia habitus fuit, suadente, ut repudiatis Constantiæ nuptiis Ducis Dyrrachii filiam peteret; cui consilio obsecuturus & in cassis se inducturus erat Rex cum vecordi esset animo, nisi Constantia re cognita per monachum Dominicanum, confessionarium suum, Regem impulisset, ut Vintimilio verba daret, & clam Mistrettam consummando se cum matrimonio se proriperet. Mortua Constantia Fridericus firmandæ cum Neapolitanis paci *Antoniam Balciam,* Johannæ Reginæ cognatione junctam, matrimonio sibi junxit, quæ nuptiæ cum celebrarentur Johannes Salernitanus Præsul, à Gregorio Papa Legatus advenit, nuptias consecravit, juramentum Fidelitatis à Rege accepit, atque à diris Siciliam denique absolvit. Fridericus post hæc, sedatis jam Procerum seditionibus, Panormum cum regina adveniens, regia corona, quam hactenus Claromontanis obsistentibus non susceperat, insignitus est. Panormo deinde cum regina Messanam triremi vectus est, ubi Henricus Rubeus Comes contra Regis mandatum urbem ingressus, in triremem Regis hostiliter insiliit, cujus impetu Antonia Regina conster-

E 3

(*b*) Fazell. l. c. cap. 5.
(*c*) Indic. Rer. Aragon. an. 1355.

consternata corruit, atque in febrem incidit, qua septimo postquam correpta est die decessit. Postmodum Friderico Regi Bernabovis Vicecomitis Mediolanensis filia desponsa & CXXM. florenorum dos dicta est; verum ante nuptias morbo affectus, de vita discessit; (κ) circa annum mortis ejus mirè dissentiunt Scriptores: *Fazellus* enim *octavum supra sexagesimum* seculi decimi & quarti, *Surita* verò *& Mariana* majori verisimilitudine *septimū supra septuagesimum* fuisse tradunt. In testamento Friderici MARIA filia Siciliæ regni & ditionum Athenarum & Neopatriæ & Insularum Siciliæ adjacentium hæres scripta erat, Melita & Gaulis exceptis, quas Comiti Guilielmo Aragonio filio & eas Germaniæ urbes, quæ materno Carinthiæ domus jure sibi obvenerant, reliquit. Guilielmum jam memoratum, quem *naturalem filium* vocat, Mariæ filiæ secundum hæredem instituit, & in ejus locum, nullis superstitibus liberis Aragonii Regis filios hæredes scripsit, quibus duas filias Guilielmi Peraltæ Calatabellotensis Comitis & Leonoræ ejus uxoris, quæ Johannis Athenarum Ducis patrui filia erat, substituit. Summæ rerum in procuratione regni Artallum Allagonem Mistretæ Comitem præfecit. (λ) Hic Mariam secum, ut tutior esset, statim in Catanensi arce detinuit, neque multò post Johanni Galeatio Vicecomiti, qui Comes Virtutum tunc appellabatur, despondit. Verum Guilielmus Raymundus Moncada Augustæ Comes ex Catanensi arce furtim extractam actuaria navi in Augustæ arcem, indeque ad arcem Alicatæ urbis, & denique triremi Barcinonem devexit, ubi Martino Aragonio, Martini Ducis Momblanci, postea Regis Aragoniæ, filio in matrimonium collocata fuit anno 1390. *cum ejus pactio diu ac multùm consulta fuerit, ut Martinus pater Siciliæ à tyrannis asserendæ expeditionem susciperet;* sicuti in *Indicibus rerum Aragon.* legitur, atque ex horum supputatione suscepta est ista expeditio anno 1392. secundum Fazelli rationem autem an. 1386. Successus ejus hic fuit, ut factiosis in ordinem redactis, & primario turbone Andrea Claramontio Modicæ Comite supplicio affecto, Martinus pater Hispaniam ad capessendum regnum Aragonicum an. 1397. repetens, Siciliam propemodum pacatam gnato & nurui relinqueret. Hæc triennio post mœrore & morbo, quem ex morte filii unici, dum annos natus septem regibus spectantibus hastiludio se exerceret, ærata cuspide transfixi, contraxerat, confecta mortem obiit. (μ)

A Friderico II. Siciliæ Rege *illegitima* quoque defluxit propago, quæ Aragonico cognomine usa est, & aliquandiu duravit: quemadmodum ex schemate ejus, Tabulæ IV. subtexto, videre est. Dabimus probationes liberorum dicti Regis naturalium, quos ibi recensuimus, à sequiore sexu initium facientes. Johannem Claromontium Modicæ Comitem, Imperii Germanici Marescallum cum sorore Petri Regis, Friderici II. F. matrimonio junctam fuisse *Indices Rer. Aragon.* ad an. 1339. memorant; Isabellæ uxoris Raimundi Comitis Peraltæ, mentio occurrit in *Historia familiæ de Benavides, à Diego Vincentio de Vidania edita,* pag. 453. Rogerii Lauriæ uxorem, à Friderico II. *ex Sibylla Sormella* antequam matrimonium iniviffet susceptam fuisse, *Filadelfus de Mugnos in Theatro Genealogico familiarum Sicularum* notavit, (ν) è quo etiam virilis illegitimæ sobolis, atque ex ea prognatorum enumeratio hausta est. Ex illis ALFONSUM *FRIDERICUM* in Aragonia apud patruum Regem nutritum fuisse *Mugnius* tradit, at diversa in *Indicibus Rer. Aragon*, de illo loguntur, hæc scilicet: *Fredericus Rex Alfonsum Fredericum F. cum X. actuariis navibus & auxiliariis cohortibus in Atticum Catalanis submiserat, qui summæ rerum præficitur.* Et paulò post: *Alfonsus Frederici Regis F. cum Bonifacii Veronensis viri summæ in Eubœa insula potentiæ filiam duxisset, multa stabilitatus suæ præsidia in ea ditione* (Attica innui videtur) *asserenda constituit.* (ξ) SANCIUS oppido S. Marci præfectus, Bonifacium Aragonium consobrinum suum (de quo ad Tab. 2. dictum) Pactarum commissâ præfectura exuisse & Friderico III. Regi, à quo defecisse videtur, tradidisse, posteà tamen ad Aloisium Neapolitanum descivisse, Pactarum urbem ei prodidisse atque ad obsequium Friderici Regis reversam deprædasse & igne vastatam deseruisse apud *Fazellum* legitur. (ο) De VINCIGUERRA, Sancii nepote idem autor refert, quod an. 1359. Aloisii Regis, ad quem defecerat, pertæsus, ad Friderici Regis partes se receperit, eique oppida, quæ sui juris erant, tradiderit, ab eo vicissim Pactarum præfecturam accepe-

(κ) Fazellus Lib. IX. cap. 6. (λ) Ind. rer. Arag. ad an. 1377.
(μ) Fazell. l. cit. (ν) Tomo I. fol. 74.
(ξ) ad an. 1314. (ο) Lib. IX. cap. 6.

acceperit; auctum ab eodem an. 1364. fuisse terra Cammaratensi cum Comitis titulo *Mugnos* refert. Hujus filii FREDERICUS & BARTHOLOMÆUS, cum ad rebellionem relapsi essent, atque in ea permanerent, Camaratæ Comitatu & plurium oppidorum ditione à Martino Rege an. 1395. mulctati sunt, (π) quorum tamen aliqua gnatæ Bartholomæi reddita fuisse *Mugnos* memorat.

ROLANDI, quem & *Orlandum* vocant, frequens apud *Fazellum* mentio occurrit, juvat ex multis sequentia recensere: *Robertus Rex. Neapol. classem contra Liparam misit: quo cognito Petrus Siciliæ Rex Rolandum Aragonium spurium fratrem cum 23. triremibus in auxilium misit; sed cum Liparenses suppetiis non indigerent, Rolandus Roberti classem adoritur, à qua superatus & captus est: cujus cladis indignatione commotus Petrus Rolandum fratrem redimere noluit. Ita Rolandus carcere à Francis vexabatur. Erat eo tempore Messanæ mulier quædam Camiola Turringa nomine, ditissima, quæ Rolandi audita calamitate visa est videre viam à fortuna sibi paratam, ut regii sanguinis virum speraret. Itaq; missis nunciis, & per procuratores matrimonio inter eos firmato, ipsum duabus auri unciarum millibus Camiola redemit. Reversus Messanam Rolandus desponsationem abnegavit, utpote sanguine regio ortus humili ortam loco & genere despiciens. Mulier justo compulsa dolore Rolandum ad tribunal convincit. Coactus igitur in publico conventu totius urbis nuptias cum ea celebraturus advenit. At Camiola ubi honori satisfecit, in Rolandum conversa, commemoratis suis in eum meritis, illiusque in se, quod tam impudenter fidem violasset ingenti ingratitudine, palam se nuptiis tam ignavi hominis renuntiare dixit, atque pro nuptiis Deo se dicavit.* (ρ) Alia deinde uxore ducta Rolandus tres genuit filios, quorum natu minimus JOHANNUTIUS majoribus superstes mansit, & universam patris hæreditatem crevit; hujus conjugem Johannam *Mugnius* viduam fuisse tradit Jacobi filii naturalis Regis Petri I. illo natus JOHANNES prolem ex toro non legitimo susceptam reliquit, quam omnem à Martino Rege an. 1408. jure natalium legitimorum donatam esse idem autor memorat. Inter mares PETRUS stirpem propagavit avus JOHANNIS, qui cum Baronatu *Avolæ* an. 1451. acquisito *Terranovanum* uxorio jure conjunxit, & utrumque ad posteros transmisit, quorum virili propagine deficiente ANTONIA familiæ hæres facta in Tagliaviensem domum avitam ditionem transtulit. Iohannes *Tagliavia*, cui Antonia post mortem prioris mariti, qui frater illius fuit, & prole caruit, dispensante Pontifice Romano nupsit, investituram Avolæ & Terranovæ an. 1535. accepit, atque an. 1539. dignitate Magni Comestabilis & Admiralis Siciliæ auctus est. Eo & Antonia natus *Carolus* Aragonicum cognomen gentilitio suo addidit, atque an. 1561. *Dux Terranovæ*, an. 1565. *Princeps Castellivetrani*, prætereaque *Magnas Hispaniæ & Eques Aurei Velleris* creatus est, pater è *Margarita Vintimilia* XIII. liberorum, quorum primogenitus *Johannes* patris fata antevertit, postquam ex *Maria de Marinis Favaræ Marchionissa* uxore sua genuisset *Margaritam* Johanni de Carretto *Com. de Ragalmuro* nuptam & *Carolum Tagliaviam de Aragonia Principem Castrivetrani & Ducem Terranovæ* post avum, & maritum *Johannæ Pignatellæ* ex Ducibus Montisleonis. Ex hoc matrimonio provenere *Johannes* patris successor, qui ê duabus uxoribus *Zenobia Gonzaga & Johanna Mendoza* nullam suscepit prolem, *Petrus* Abbas ad S. Philippum, Messanæ *Archimandrita* & Regens in Supremo Senatu Indiæ & *Didacus Tagliavia de Aragonia*. Hic fratri natu maximo in avitas ditiones ac dignidates successit, easque tum meritis suis, tum matrimonio cum *Stefania Cortesia*, hærede Marchionatus Vallensis in India, ampliores reddidit, at pater unicæ extitit gnatæ *Johannæ Ducissæ Terranovæ*, quæ amplissimam hæreditatem Hectori Pignatello Duci Montisleonis, cui connubio juncta erat, attulit, & marito superstes in gynecæo Mariæ Aloisiæ Reginæ Hispaniæ, primæ Caroli II. Regis uxoris, supremum munus, *Camarera Major* dicta, obtinuit, Deo quidem Reginæ irato, si cum veritate conjuncta sunt, quæ de ejus mira austeritate in *Memoriis aulæ Hispanicæ*, Gallico idiomate editis, facetè referuntur.

AD

(π) Indic. Rer. Aragon. (ρ) Lib. IX. Cap. 4.

AD TAB. V. STIRP. ARAGON.

PEtrus III. cogn. *Magnus* Rex Aragoniæ & Siciliæ præter liberos legitimos, Tabula II. enumeratos, alios etiam habuit, non justo matrimonio natos. Ex quadam enim *Maria Nicolai* suscepit tres: *Jacobum, Johannem & Beatricem.* Ex alia *Agnesia Zapata* quatuor, *Petrum, Ferdinandum, Sanctium ac Theresiam*; ex quibus varia soboles propagata est. Hæc *Blanca* (σ); De Jacobo speciatim *Surita*: D. XI. *Kal. Dec. an. 1279. Rex Jacobum Peresium filium, ex Maria Nicolosia concubina genitum Segorbiensi urbe ac ditione donat, & Sanctiam Ferdinandi Diazii filiam in matrimonium illi collocat*: Neque ita multò post memoratur, Jacobum Perezium Regis F. classi præfectum fuisse, qua in Siciliensi freto insignis de Carolo Andino Neapolis Rege victoria parta est d. II. Id. Oct. 1282. Anno 1296. idem pro Rege Jacobo II. Valentino regno præfuit. Prolem post se reliquit unicam sequioris sexus Artalio Lunæ, genere & virtute eximio viro, cum dote Segorbiensis ditionis nuptui datam & matrem ex eo factam cum aliorum liberorum, tum præcipuè Lupi Lunæ Principis Segorbiensis & Comitis Lunæ, quo & Brianda Agoutia nata est *Maria, Martini Regis Aragoniæ conjux.*

PETRI *Aragonii* liberorum seriem ex *Lud. Salazari Historia Silvanæ familiæ* (τ) excerptam dedimus. De FERDINANDO, ejus fratre *in Indicibus Rer. Aragon.* ad an. 1284. hæc leguntur: *Rex Ferdinandum F. quem ex primaria fœmina, Agna Zapata concubina susceperat, Albarraziniensi ditione donat.* SANCIUM eidem Indices *Jacobi II. Regis fratrem* disertè vocant (υ) atque an. 1341. adhuc in vivis fuisse, & de jure præfecturæ Ampostanæ cum Johanne Ferdinando Heredia armis decertasse, memorant.

Jacobus I. Rex Aragonum *Theresiam Viduariam, fœminam pernobilem venustissimamque ac prudentissimam*, quibus encomiis à Bernard. Gomesio ornatur, à prima juventa adamasse dicitur, propè jam ut pro uxore haberet; magnas illa Regi molestias exhibuit post factum ab eo cum Leonora Castellensi, prima uxore, divortium, suoque matrimonio id, quod cum Jolanta Ungara agitabatur, impedire conata est, nec ista regiis penatibus inducta ab incœpto destitit, sed Romanum Pontificem interpellare, causamque matrimonii sui ad eum deferre ausa est, nullo tamen suo commodo; at magno Episcopi Gerundensis malo, ab hoc enim, quem matrimonii â Rege secum initi conscium esse sciebat, cùm obtinuisset, ut clam per schedulam testimonium ad Pontificem mitteret, Rex ubi id rescivit Episcopum ad se vocavit, atque in conclave admissum in pœnam violati sacræ confessionis mysterii cubiculariis suis elinguandum tradidit, sicque mutilatum Gerundam remisit. Duos ex illa Jacobus Rex sustulit filios, quos testamento legitimos declaravit, quorum natu majorem *Exericano* oppido & arce cum universa ejus ditione ac territorio in Valentino regno; minorem verò *Ajerbio* oppido cum ejus quoque arce aliisque oppidis in Aragonum regno donavit, ea conditione ut alterutri sine liberis decedenti superstes succederet; *Jolantæ reginæ* autem, *filiis sine prole decedentibus, illos ad regna vocari atque omninò fœminis etiam ex Jolanta natis præferri voluit.* (φ)

Jacobus itaque Exericæ regulorum stirpem progenuit, pater factus gnati cognominis, qui Rogerii Lauriæ clarissimi Architalassi filiam uxorem accepit, & ex ea aliquot tenuit liberos, quorum natu maximus JACOBUS III. improlis decessit, licet Mariam, Roberti Regis Neapol. sororem, quæ Sanctio Balearico Rege defuncto vidua manserat, uxorem duxisset. *Cum procax ea & temeraria mulier*, uti habent verba interpretis Indic. rer. Arag (χ) *non matrimonii consortione, sed sceleris societate alterius se contubernio adjungeret, Rex Alfonsus IV. impudentiam ejus cohibet, & ad fratrem deduci imperat.* Successit Jacobo III. PETRUS frater, varia regnante Petro IV. fortuna usus, de cujus obitu hæc in citatis modò Indicibus ad an. 1362. leguntur: *Petrus Exerica, regia cognatione & insigni virtutis laude vir præstantissimus, cum bello sacro adversus Granatenses Mauros expeditionem ador-*

(σ) Arag. Rer. Comment. pag. 661.
(τ) Lib. II. Cap. 14. (υ) ad an. 1325.
(φ) Bern. Gomes de vita Jacobi I R. Lib. X, XIV. & XX. (χ) ad an. 1335.

adornaret, ut Castellæ Regis honori inserviret, ad castrum Gratiæ Munionis, id oppido nomen est, vita perfungitur, & in sacello regio Ecclesiæ Cordubensis post Alfonsum Regem se humari jubet. Exericæ illustris gloria magnorum in patriam meritorum constanti fama pervagata est. Sanctium & Jo. Alfonsum atque Henricum filios ex injusto connubio reliquit. Ex eo Exericarum regia familia deficere cœpit. . Cœterum nec sequioris sexus prole, eaque è legitimo fortassis toro suscepta, Petrum caruisse, ex eodem liquet opere, ubi sequentia ad an. 1355. notata leguntur, jam equidem superius memorata: *Antonius Aragonius, Ludovici Siciliæ Regis filius nothus, Beatricem, Petri Exericæ natu maximam filiam in matrimonium duxit; sed successionis Exericiensium ditionum spes eum frustrata est;* atque cum ea Exericensem stirpem emarcuisse *Jo. Bapt. Lavania in Notis ad Nobiliarium Petri Comitis refert.* (ψ)

Præter Vidauriam alias quoque fœminas adamavit Jacobus I. Rex, earumque consuetudine usus est; eminebat inter eas *Berengaria*, Alfonsi Domini Molinæ filia; regio Castellensi sanguine creta, quam Rex *etsi habuit carissimam, nullos tamen ex ea filios procreavit*, sicut *Bern. Gomesius* (ω) testatur. Confundi ista solet ab aliis scriptoribus cum *Berengaria Fernandi* dicta, è qua Rex Petrum Fernandum Ixariensis stirpis satorem nec non Berengariam sustulit. *Aldoncia Antillonia* quoque in numero amicarum Jacobi I. Regis fuit, Sancii Divitis hominis in Aragonia gnata. Ex illa *Ferdinandus Sanctius* natus est, tum & *Sanctius*, Archiepiscopus Toletanus, uti *Gomesius* literis prodidit, quem econtra *Blanca* legitimis è Jolanta regina liberis annumerat. FERDINANDUS SANCTIUS Castrensi ditione in Aragonia à genitore donatus atque an. 1261. una cum Guilielmo Torellia in Siciliam missus est; ut iis arbitris nuptiæ Constantiæ, Manfredi Regis filiæ, sancirentur, & nurum ad se regio comitatu deducerent. (α) Mortem patre adhuc superstite obiit violentam, quam *Indices Rer. Aragon.* in hunc modum referunt: *Petrus Regis F. patris imperio adversus Ferdinandum fratrem & proceres tumultuantes bellum gerit. Cum Ferdinandus animo præruptus & præceps, earum seditionum præcipuus stimulator, & concitator esset, & mobilitate & levitate animi novis rebus studeret, neque induciarum, eis per scelus violatis, jura servarentur, à fratre in Pomarium castellum inclusus, cum commutata persona eripere se niteretur, ex insidiis capitur. Petrus in fratrem gravius statuens pœna postremæ desperationis atque amentiæ constituta, in Cingam amnem demergi imperat: Oppida atque arces omnes Ferdinandianæ Petro deduntur. Ferdinandus ex Aldoncia Urrea uxore Philippum Ferdinandum reliquit, qui paternam hæreditatem redditam atque restitutam posteà adiit.* Idem ditionem *Peraltensem*, Balbastro contiguam, ducta in matrimonium unica familiæ istius hærede, acquisivit, sed unicæ quoque tantum gnatæ pater factus est, quæ Castrensem & Peraltensem ditionem Philippo Saluciensi, cui nuptui data est, attulit. Hunc Thomæ Marchionis Saluciarum filium, fuisse *Filib. Mugnos* tradit, (β) nepotem verò Manfredi Marchionis, cujus uxor Beatrix Sabauda, illo viduata, Manfredo Siciliæ Regi secundis nuptiis juncta fuit, eique Constantiam, Petri III. R. Aragon. conjugem peperit. Philippo Saluciensi & Aldoncia de Castro & Peralta natus est, præter Constantiam; Petro Arboreæ nuptam, *Raimundus Peraltæ & Castri Dominus, idemque in Sicilia Calatabellotæ Comes*, pater Philippi & Guilielmi Raimundi; ex quibus posterior patri in Siculam ditionem successit, prior in Aragonicas. Hujus aut gnatus aut nepos fuit alius *Philippus Castri & Peraltæ Dominus*, qui an. 1366. Johannam Henrici II. Regis Castellæ sororem, tunc viduam, uxorem accepit, & Parietensi ditione à dicto Rege affine in Vacceis donatus an. 1371. ab oppidanis rusticanis hominibus, ejus imperium detrectantibus, interfectus est, Leonora filia relicta. (γ)

AD TAB. VI. STIRP. ARAGON.

Ajerbiensis familiæ genealogiam scripsit *Johannes Sobrarius secundus Alcagnicensis*, ex qua insignem pericopen recensuit *Caspar Scioppius* in opusculo *de Aragoniæ Regum origine & posteritate*, Caspari Ajerbiensi de Aragonia Principi Cassani nuncupato, *Carolus de Lellis* deinde egregii de familiis Nobilibus Neapolitanis operis sui Tomo I. auctiorem dedit. PETRUS stirpis sator à Rege genitore *Ajerbio, Lusia, Ahuero, Liso, Artasso, Castellione, Siestico, Borota, Azuere, Cabatrajis & Binimiena* oppidis arcibusque donatus fuisse in Indicibus Rer. Aragon. legitur; eæ ditiones auctæ illi sunt arcibus & villis in Catalonia ab *Aldoncia Cerveria* in dotem ipsi allatis. Natu major ejus filius in Ajerbiensem ditionem successit, & primò duxit *Mariam Ferdinandi de Luna*, quam mox pro-

 pter

(ω) De vita Jac. R. Lib. ult. (α) Ind. Rer. Arag. (ψ) pag. 419.
(β) Theat. General. Sicil. Tom. III. p. 82. (γ) Ind. Rer. Arag. Lib. III.

pter teneram nimis ætatem repudiavit, ac secundis nuptiis junxit sibi *Violantam Lascarem*, filiam Guilelmi Comitis Vintimiliensis & Irenes gnatæ Theodori Lascaris Imperatoris Constantinopolitani; posteà verò Ecclesiæ autoritate cum hac secunda uxore divortium fecit, quod prior adhuc in vivis esset; filias tamen ex illa susceptas declaravit legitimas.

MICHAELEM, Jacobi F. à patrui sui Petri Ajerbii Domini successione arcuit Petrus IV. Rex Aragonum, Ajerbio in fiscum redacto, quod iste Infanti Ferdinando Dertosæ Marchioni in bello pro regni unione adversus ipsum Petrum Regem gesto adhæsisset; qui tamen dein Ajerbiensem Baronatum eidem Ferdinando donavit, isque eum mox vendidit Petro Jordano *de Urrias*, cujus postea filiam *Sancius*, Michaelis nepos in matrimonium duxit. Cœterùm Michael *quamvis oppidum Ajerbiense translatum fuerit in aliud genus, ipse tamen & ejus posteri semper in eodem habuerunt ædes, & possedit ille in illo districtu bona aliqua, quæ ex paterna hæreditate ad eum devenerunt & aliqua oppida, scilicet Liso Branlanvilla, Vanderassal & Paternos; atque hujus appellatus est Dominus ipse, & ejus successores.* Sancius, de quo jam dictum est, filios ex *Maria Urriasia* tres genuit, *Garciam*, Sacerdotio dedicatum & Romæ mortuum, *Johannem*, patrem aliquot liberorum, inter quos *Petrus* Cæsaraugustæ habitavit, propaginemque Carolo de Lellis referente illic prosevit, & *Sancium*. Hic cum Rege Alfonso profectus est Neapolim, & Simerium Calabriæ oppidum acquisivit, idque ad posteros transmisit, qui novos subinde honores amplissimasque opes in regno Neapolitano sibi pepererunt: quippe gnatum ejus ALPHONSUM Comitis dignatione mactum fuisse legimus, hujusque nepos cognominis Marchio Grotteriæ factus est; quo satus *Petrus* genuit CASPAREM, Principis Cassani titulo auctum. Hujus filius PHILIBERTUS Alexanum, Ducatus axiomate insigne, jure uxorio obtinuit; illo avitisque honoribus in præsentia eminet NICOLAUS MICHAEL, cujus summa virtus, summum ingenium, summaque humanitas summam venerationem merentur.

AD TAB. VII. STIRP. ARAG.

PETRUM *Fernandez* Jacobus I. Rex Aragoniæ Baronia *Ixarensi* in Aragoniæ regno donavit, unde familiæ, quam condidit, cujusque primariam propaginem, ex *Lud. Salazari Historia genealogica domus Silvanæ* excerptam, Tab. VII. recensuimus, nomen perpetuum ortum est. Magna fuit illius dignatio, regnantibus Alfonso & Jacobo II. utpote in republica maximis gravissimisque causis cogniti & imprimis probati. Uxor ejus posterior *Marchesia*, regio Navarrensi sanguine creta religioni dedita fuisse celebratur, *qua perfusa cœnobium Cæsaraugustæ ad Iberi amnis ripas, S. Nicolai templo continens construendum, exædificandumque curavit, & sanctimonialibus Ordinis Hierosolymitani sepulcri dedicavit*, sicut in *Indic. Rer. Arag.* ad an. 1317. legitur. In ejusdem Marchesiæ honorem æque ac in ostentationem duplicis regiæ originis ejus filium *Navarrensia insignia* cum Aragonicis in uno eodemque scuto conjuncta gestare cœpisse, verisimile est. Is, gnatus nempe Marchesiæ patri cognominis, in Almariensi adversus Mauros bello, quod eis à Jacobo II. an. 1309. illatum est, & sacrum vocitatur, nomine Regis Aragonii *Ecclesiæ in exercitu signifer & Princeps* audiisse in citatis modò Indicibus notatus est. Hoc natus ALFONSUS in numero procerum fuit, quos Alfonsus IV. Rex Aragon. cùm in maxima celebritate Cæsaraugustæ d. III. Non. Apr. an. 1328. inaugurararetur militari auctoramento, honoribusque præmiis & summo splendore decoravit. Alfonsi filius PETRUS cum initio in civili dissensione, quæ regnante Petro IV. exarsit, optimarum esset partium, & cum aliis proceribus adversus Jacobum Regis fratrem ad liberandam rempubl. in societatem coiisset, posteà in Valentina seditione Ferdinandi, alterius regii fratris, M. Dertusæ, partibus se applicuit, sed in pugna ad Epilam an. 1248. commissa captus est, & in Castellanorum manus lapsus LXXXM solidorum pecunia calamitatem redimere necesse habuit. De ALFONSO, Petri F. hæc referunt sæpè memorati Indices ad an. 1398 *Alfonsus Ferdinandus Ixeritanus & Johannes Martinus Luna Aragonii proceres factionibus partium inter se dissidentes maximas turbas faciunt.* Eo natus JOHANNES legationem apud Sigismundum Imperatorem an. 1414. obiit, vir, Marianæ Judicio, *omnibus corporis & animi literarum, prudentiæque ornamentis ea tempestate clarissimus.* Filium ejus cognominem Rex Johannes II. *Comitem Aliagæ* creavit, Ferdinandus Catholicus autem *Ducis* titulo auxit, Ixariensi Baronatu in Ducatum evecto. Eidem Regi LUDOVICUS, Johannis F. Comitatum *Belchitensem* in acceptis tulit; atque hoc titulo posteri ejus frequentius usi sunt quam Ducali Ixeritano. quem Philippus II. Rex JOHANNI FRANCISCO CHRISTOPHORO renovavit, in quo virilis Dominorum & Ducum Ixeritanorum Aragonica stirps exaruit; transieruntque omnes ejus ditiones ac facultates avitæ pariter & adventitiæ matrimoniali via in Silvanam familiam.

II. ATE-

II.

ATESTINA STIRPS

quæ ESTENSIS vulgò appellatur,
& FERRARIÆ MUTINÆque ac REGII DUCES, supremâ potestate ditionibus suis imperantes, produxit.





Entilitia Principum Atestinorum insignia in meditullio scuti hîc delineati repræsentantur, constant quippe *aquila argentea, corona, rostro & cruribus auratis distincta, & in campo cæruleo explicata*; bicipite aquila nigra, quam *imperialem* vocant, uti cæpit Borsus Estensis, à Friderico Imperatore facultatem scuto suo illam inserendi nactus, cùm Dux Mutinæ & Regii creatus fuisset; idem *claves* quoque *Ecclesiæ* adscivit, à Paulo II. Papa Ducis Ferrariæ dignatione mactus; istis *tiaram Pontificiam*, eo quo videre est modo, addidit Hercules Primus, post initam cum Alexandro VI. Papa affinitatem; *Lilia* vero *Gallica* à Carolo VI. Rege Nicolao III. Marchioni Ferrariæ anno 1414. concessa fuisse Anton. Libanorius in libro, quem *Ferrara d'Oro* inscripsit, sub finem Partis primæ refert.

TABU

MARCHIONES ESTEN

1\. AZO, qui & Albertus Magnus Marchio in
rumque locorum usque in Liguriam, vixit
Uxor 1. *Cunigunda Guelfa, familiæ suæ hæres.*

2\. 1. Guelfus, hæres ditionum maternarum in Germania, DUX BAVARIÆ cr. an. 1071. † in Cypro insula ao. 1101. Ux. I. *Ethelina, Ottonis Saxonis Ducis Bavariæ filia, repudiata. 2. Judith, Balduini Pii Com. Flandriæ f. Tostonis Com. Northumbriæ in Anglia vidua.*

3\. 2. Guelfus Dux Bavariæ, † 1119. improlis. *Mathilda Bonifacii præpotentis in Italia Principis fil.*

2. Henricus cogn. Niger, Dux Bavariæ, † 1125. *Wulfildis, Magni Ducis Saxoniæ filia.*

4\. Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ, pater ex *Gertrudi, Lotharii II. Imperat. filia*, Henrici Leonis, à quo stirps DUCUM BRUNSUICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM oriunda est.

5\. 1. Aldovrandinus Marchio Ferrariæ & Anconæ, † 1215. *Regina- Alberici Scaligeri f.*

1. Beatrix, fundatrix & *Abbatissa monasterii ad montem Jemulæ* † 10. Maji 1262.

6\. Beatrix, uxor 2.da *Andreæ II, Regis Hungariæ* 1235.

Rinaldus Estensis † ante patrem obses in Apulia an. 1250. Desponsa ei fuit *Alcdeita, Alberici de Romano & Onora fil.* sed non nupta.

7\. Obizo II, hujus nom. *è fœmina Apula genitus*, & ab avo hæres scriptus, Marchio Estensis & Ferrar. † 28. Febr. 1263.

8\. 1. Azo IV. Marchio Estens. & Ferrar. † 30. Jan. 1308. *Beatrix, Caroli II. R. Neapol. f. ducta* 1305.

1. Aldovrandinus II. Marchio Estensis, † Bononiæ 1318. *Alda, Tobiæ Rangoni fil. ducta* 1289. † 1325.

9\. Frescus *nothus*, † Venetiis 1309.

Rinaldus II. Marchio Estens & Ferrar. † 31. Dec. 1335.

Obizo III. Marchio. *Vid. Tab. seq.*

Nicolaus Estensis. M. † 1. Maji 1344. *Beatrix Guidonis Gonzagæ fil.* 21. Jan. 1335.

10\. Aldovrandinus Estensis *Episc. Adriæ* 1348. *Mutinæ* 1352. *denique Ferrariæ* 1377. † 30. Oct. 1381.

Azo Estensis in *Beatorum* numerum cum fratre relatus.

Beatrix nup. *Jacobo de Sabaudia Pr. Achaiæ & Moreæ* 1339.

Rinaldus III. † post an. 1358.

LA I.

SES ET FERRARIENSES.

Lombardia, DOMINUS DE ESTE, Calaone alio- 1.
feculo decimo &undecimo, & deceffit pœnè centenarius.
2. *Ermengardis, Hugonis Com. du Maine in Gallia fil.*

2. Hugo Comes du Maine in Gallia, fed brevi tempore. Uxor ei fuit *filia Roberti, cogn. Guifcard. Com. Apulia.* | 2. Fulco, Marchio, Dom. de Efte. 2.

Obizo five Opicius, Marchio, Dn. de Efte, Poteftas Patavii an. 1177. & 1178. Ferrariæ 1195. † 1196. *Sophia,* 3.

Azo II. Marchio Eftenfis & Ferrariæ an. 1196. Poteftas Paduæ 1199. Veronæ 1207. Marchio Anconitanus 1208. † 1212. Ux. I. *Leonora, Thomæ I. Com. Sabaudia f.* 2. *Marchefella Adelardi, qui Guilielmi Poteftatis Ferraria frater erat, fil. defponfata 1196 fed ante confummatum matrimonium mortua.* 3. *Elifa, Ludovici Com. de S. Bonifacio f.* | Agnes, uxor fecunda *Ezelini II. de Romano, qui Monachus factus & dictus est.* 4.

1. Conftantia, † puella 1213. | 3. Azo III. Marchio Eftenfis & Ferrar. † 13. Febr. 1264. *Alifa, Rinaldi de Chatillon ex Conftantia Princip. Antiochia filia.* 5.

Beatrix, *virgo religiofa in monafterio B. Antonii juxta Ferrariam.* | Cubitofa nupta *Isnardo Malafpina, Marchioni de Lunigiana, Maffa & Carraria.* 6.

Uxor. I. *Jacobina Flifca Genuenfis ducta 1263.* † *1287.* m. Dec. 7.
2. *Conftantia Scaligera, Alberti Dom. Verona f. 1288.*

1. Beatrix nup. I. *Nino Scotto Pifano Judici, Dom. Gallura in Sardin.* 2. *Actio Vicecomiti Princ. Mediol. 1301.* | Francifcus Marchio Eftenfis occ. 23. Aug. 1312. *Thadaa, Johannis Barbiani f.* 8.

Elifa nup. *Rinaldo Paffarino Bonacolfo, Mantua Domino.* | Jacobina ux. *Remei Pepoli, Bononienf. 1325.* | Azo M. Eft. † 1318. | Bertholdus M. Eft. & Ferrar. I. N. *Pandulfi Malatefta f.* 2. *Catharina, Richardi de Camino f.* | N. uxor. N. de *Scrovegnis Arena Patavina Domini.* 9.

1. Francifcus II. Marchio Eftens † poft an. 1358. *Catharina, Luchini Vicecomitis Mediol. f.* 2. Jun. 1342. 10.

Azo V. Marchio Eftenfis, † in Creta. Ux. N. de *Collalto.* 11

Thadæus de Efte, Tribunus milit. ap. Venetos, † 1448. 12

Bertholdus de Efte, Dux milit. Venet. in Græcia, occ. in Morea an. 1463. | Helena ux. *Ludovici Com. de Turre.* 13.

9. OBIZO III. Aldovrandini II. F. Marchio Estensis & Ferrariæ, Dominus Mutinæ & Parmæ, † 20. Mart. an. 1352.

10.	2. Aldovrandinus III. Marchio Est. & Ferrar. † 3. Sept. 1361. æt. 26. *Beatrix Richardi de Camino f.*	Constantia ux. *Malatestæ Ungari.*	Alda nup. *Ludovico Gonzagæ.*	Nicolaus II. Claudus, Marchio Est. & Ferrar. † 26. Mart. 1388. *Viridis, Mastini Scaligeri II. Dom. Veron. f.*

11.	Obizo mortuus paulò post patrem.	Viridis *ux. Conradi Ducis Teccensis.* † 1400.	Rinaldus Estensis, *Abbas Pomposæ.*	Thadæa ux. *Francisci Carrarii Dom. Paduæ,* † *1404.*	Constantia nup. *Malatestæ Ungaro Juniori.*

12.	Leonellus March. Est. & Ferrar. † 1. Oct. 1450. Ux. 1. *Margar. Gonzaga Jo. Francisci M. Mantuæ f. 1429.* † *1440. 2. Maria, Alfonsi Regis Aragon. f. 1444.* † *1449.*	BORSUS Marchio dein DUX Mutinæ & Regii, cr. à Frid. III. Imp. 18. Maji 1452. Dux Ferrariæ à Papa Paulo II. 14. April. 1470. † 20. August. 1471. *cælebs.*	Isotta desponf. *Antonio Montefeltrio, ipso die nuptiis dicto occiso* 7. Jul. *1444.*	2. Lucia ux. *Caroli Gonzagæ.*	Genefra ux. 2da *Sigismundi Malatestæ Princ. Ariminens.*	3. HERCULES Dux II. Ferrar. Mutin. & Reg. n. 1433. † initio an. 1505. *Leonora Aragonia, Ferdinandi R. Neapol. f. 1473.*

13.	Nicolaus, *decoll. à Ferrariensibus,* 2. Septemb. 1476.	Isabella, ux. *Nicolai Pii Scaligeri.*	ALFONSUS I. Dux Ferrariæ III. Mutinæ & Regii March. Estensis, Princeps Carpi, Comes de Rovigo, n. 21. Jul. 1476. † 31. Oct. 1534. Uxor. 1. *Anna Sfortia, Galeatii Mariæ Duc. Mediol. f. 1491. 2. Lucretia Borgia Alexandri VI. Papæ fil. Alfonsi Aragonii D. Bisceglia* vid. 1501. † 1520. *3. Laura Eustochia degli Dianti civis Ferrariensis f.* † 1573.	Ferdinandus, *in carcere mortuus d. 22.* Febr. *1540.*	Beatrix nup. *Ludovico Sfortiæ Duci Mediol.* 1491. † 2. Jan. 1479.

K Gr

14.	2. Alexander † 1514.	HERCULES II. Dux IV. Ferrar. Mut. & Reg. n. 4. April. 1508. † 3. Oct. 1558. *Renata de Francia, Ludovici XII. Regis Franc. f. 1527. d. 30. Jul.* † *12. Jun. 1575.*	Hippolytus, n. 24. Aug. 1509. *Archiepisc. Mediolan. 1520. Card. cr. 5. Mart. 1538. Episc. Ferrar. 1550.* † *2. Dec. 1572.*	Alexander, † *1519.*

15.	Anna, n. 16. Nov. 1531. nup. 1. *Francisco Lotharingo Duc. Guisiæ 1548. 2. Jacobo Sabaudo Duci Nemorosii 1566.* † *7. Maji 1607.*	ALFONSUS II. DUX V. Ferrariæ, Mutinæ & Regii, Princ. Carp. n. 19. Januar. 1533. † 27. Oct. 1597. *improlis.* Ux. 1. *Lucretia Medicæa, Cosmi M. Duc. Hetrur. f. 1560. 2. Barbara Austriaca Ferdinandi I. Imperat. f. 1565. 1.* Dec. *3. Margarita Gonzaga, Wilhelmi March. Mantuæ f. 1579.*	Lucretia, n. 16. Dec. 1534. ux. *Francisci Mariæ de Rovere Duc. Urbini 1570.* † *1598.*

DUCES FERRARIÆ.

Uxor 1. *Elisabetha Alberti II. Ducis Saxon. & S. R. Imp. Electoris fil.* † 1341. 2. *Maij* s. pr. 2. *Lippa Ariosta, Jacobi fil. in concubinæ loco aliquandiu habita; sed moritura in uxorem ducta* 1346. d. 27. Nov. 9.

Albertus Marchio Est. & Ferrar. † 3[illegible]. Jul. 1393. Ux. 1. *Johanna, Gabrini de Robertis f.* 2. *Isotta Albaresana.*	Bonifacius.	Fulco.	Hugo.	Franciscus.	Elisa ux. *Guidonis de Polenta, Dom. Ravennæ.*	Beatrix uxor prima *Woldemari Princ. Anhaltini* ducta *1343.*	10.

1. Gerhardus † *ante patrem.*	2. Nicolaus III. Marchio Estens. & Ferrar. Dn. Mutinæ, Regii, Forlini & Romandiolæ, † 1[illegible] Dec. 1441. Ux. 1. *Ziliola, Francisci de Carrara Jun. Pr. Patavini f. 1397. 2. Parisina, Malatestæ Casenatis fil. 1418. 3 Riccarda, Thomæ II March. Saluciarum f. 1429. † 1473.* * Concubina, *Stella de Ptolomæis.*	11.

3. Sigismundus Estensis Vid. Tab. IV.	Hugo, nothus *decollatus ob incestum cum noverca.*	Albertus Estensis, *nothus.*	Guro Estensis *nothus.*	Reginaldus Estens. *nothus, Protonot.*	Maladusius Estens. *nothus Episc. Comachiens.*	Margarita *notha nup. Galeoto Roberto Malatestæ Ariminensi regulo 1427.*	12.

Nicolaus Maria Estensis, *Episc. Adriæ 1487. † 1507.*

Scipio Estensis, *nothus.*

Blanca Maria, ux. *Galeoti Pici Com. Mirandulæ.*

Hippolytus, n. 19. Mart. 1479. *Archiepisc. Strigoniensis in Hungar. Mediolanens. & & Capuanus, Episc. Narbon. & Ferrar. Cardinalis Rom. Eccl. cr. 10. Sept. 1493. † 3. Sept. 1520.*	Sigismundus, † an. *1524.*	Isabella ux. *Francisci Gonzagæ Marchionis Mantuæ.*	Julius, *nothus,* n. 15. Jul. *1478.* in carcerem coniectus 1506. liberatus 1558. † 1561.	Lucretia, *notha* ux. *Hannibalis Bentivolii, Pr. Bononiæ.*	13.

Franciscus Estensis Marchio *della Massa* in Romaniola † 23. Feb. *1578.* *Maria de Cardona, Antonii M. de Padula f.*	3. Alfonsus Estensis *Vid. Tab. seq. III.*	Alfonsinus Estensis March. Castelli novi, † *1547.*	Leonora *monialis.*	14.

Leonora † innupta.	Ludovicus, n. 25. Dec. *1538. Episc. Ferrar. 1553. Archiepisc. Ausit. Cardinalis Diac. 1561. † 30.* Dec. *1586.*	Marfisia nup. *1. Alfonsi March. Estensi, 2. Alderano Cibo March. Carrariæ 1580 † 1608.*	Bradamante, uxor *Herculis Comitis Bevilaqua qui obiit an. 1600.*	15.

14. **DUCES MU**

ALFONSUS Estensis Marchio, Alfonsi I. Ducis Ferrariæ F. ex Laura Eustochia, † 1582.

15.	Alfonsus Estensis Marchio, † 1578. *Marfisia de Este Francisci March. Massæ f.*	CÆSAR Dux VI. Mutinæ & Regii, Princeps Carp. Marchio Estensis, n. m. Oct. 1562. † 1628. *Virgina Medicæa Cosmi M. Duc. Hetrur.* f. 1586. † 1615.

16.	Julia, n. 1590. † 1645.	ALFONSUS Dux VII. Mutinæ & Regii, n. 1591. fit *monachus Capucin.* 1629. † 1644. d. 23. Maji. *Isabella Caroli Emanuelis Duc. Sabaud. f.* 1608. † 1626.	Aloisius Estensis Marchio *de Montechio & Scandiano* militiæ Venetorum Dux, nat. 1593. † 1664. — Hippolyta; uxor *Borsi Estensis, patrui sui.*	Laura, n. 1549. ux. *Alexandri Pici Duc Mirandulæ,* † 1630.

17.	Cæsar, n. 1609. † 1613	FRANCISCUS, Dux VII. Mut. & Regii Princ. Carp. & Coregii n. 5. Sept. 1610. † 13. Oct. 1658. Ux. 1. *Maria Farnesia Rainutii Duc. Parmæ f. 1630. 2. Victoria Farnesia, Mariæ soror 1648. 3. Lucretia Barberina, Thadæi Pr. Prænest. f.* 1654. † 1699.	Opizius n. 1611. *Episc. Mutin* 1640. † 1644.	Catharina, n. 1612. *monial.* in Hisp. † 1635.	Cæsar Estens. n. 1614. † 1677.	Alexander n. & † 1615.	Carolus Alexander Est. n. 1616. † 1679.	Rinaldus, n. 1618. *Cardinalis*, cr. 1641. *Epis. Regii* 1651. † 30. Sept. 1672.	Margarita n. 1619. ux. *Ferdinandi Gonzagæ III. Ducis Guastalæ* 1647. † 1692.

18.	1. Alfonsus, n. & † 1632.	ALFONSUS II. Dux IX. Mutin. & Reg. n. 13. Febr. 1634. † 16. Jul. 1662. *Laura Martinozza Hieronymi Martinozzi Fanensis & Margaritæ Mazarinæ f.* 1655. † *19. Jul. 1687. Romæ.*	Isabella, nat. 1635. uxor. 2. *Rainutii Farnesii Duc Parmæ* 1664. † 1666.	Leonora, nat. 1639. mort. 1640.	Tedaldus, n. 1640 † 1643.	Almericus Est. n. 1641. † in Paroinf. 5. Jul. 1660.	Leonora. n. 1643. *monial. S. Teres. Mutin.*	Maria, n. 1644. ux. *3. Rainutii Duc. Parmæ* 1668. † 1684.	Tedaldus. n. & † 1646.

19.	Franciscus n. 1657. † 1658.	Maria Beatrix, n. 1658. ux. 2. *Jacobi Stuarti Duc. Eboracensis dein Regis M. Britann.* 1673.	FRANCISCUS II. Dux X Mutin. & Reg. n. 6. Mart. 1660. † 7. Sept. 1694. improl. *Margarita Maria Francisca Farnesia, Rainutii II. Duc. Parmæ fil.* 14. *Jul.* 1692.	Benedicta Ernesta Maria n. 18. Aug. 1697.

LA III.
TINÆ ET REGII

Ux. *Julia Roborea*, *Francisci Mariæ Duc. Urbini f.* 1549. † 4. *Apr.* 1563. 14.

Leonora nup. *Carolo Gesualdo Princ. Venosæ in regno Neapol.* m. Febr. 1594.	Hippolyta nup. *Friderico Pico Princ. Mirandulæ* 30. Jun. 1594.	Alezander Estensis *Cardinalis Diaconus, cr.* 3. *Mart* 1598. *Episc. Regii* 1621. † 22. Maji 1624.	15.

Angela Catharina, *monialis in monast. S. Geminiani Mutinæ*, nat. 1595. † 1618.	Hippolytus Estensis, *Eques & Commendator Melitens.* n. 1599. † 1643.	Nicolaus Estensis Marchio, n. 1601. † 1640. *Suevad' Avalos ex Princ. Montesarch. Julii Cæsaris de Capua, Pr. Conchæ vidua.*	Borsus Estensis Marchio, Militiæ Equestr. in Ducatu Mediol. Præfectus, n. 1605. † 1657. Ux. *Hippolyta Estensis Aloisii fratris fil.*	Forestus Estensis March. n. 1606. † 1640.	16.

Beatrix, n. & † 1620.	Beatrix, n. 1622. † 1623.	Philibertus Estens. n. 1623. † 1645.	Bonifacius, n. & † 1614.	Anna Beatrix. n. 1626. nup. *Alexandro Pico II. Duci Mirandulæ 1656.*	Aloisius, s. Ludovicus Estensis Marchio *de Scandiano* n. 1648. † Jun. 1698.	Cæsar, n. 1649. † 1651.	Julia n. & † 1650.	Forestus Estensis, n. 1652. M. de *Scandiano.*	Cæsar Ignatius Estens. Marchio de *Montechio* militiæ eq. Venet Præf. n. 1653.	Julia, n. 1654. † 1656.	Angela Catharina, n. 1656. ux. *Emanuelis Philiberti Sabaudi Pr. de Carignano* 1684.	17.

2. Victoria, nata 1649. † 1656.	3. RINALDUS, nat. 1655. *Diaconus Cardinalis Rom. Eccl.* cr. 1686. dein Dux XI. Mutinæ & Regii, Pr. Carp. & Coreg. 1694. *Carlotta Felicitas, Jo. Friderici Ducis Brunsuic. & Luneburg. fil. ducta* 1. *Febr.* 1696.	18.

FRANCISCUS Maria, n. 2. Jul. 1698.	Amalia Josepha, n. 28. Jul. 1699.	Joannnes Fridericus, n. 1. Sept. 1700.	19.

TABU

MARCHIONES ESTENSES DE

11. SIGISMUNDUS ESTENSIS, Nicolai III. March Campogninano, Castelrano, S. Cassano &c.

13. Hercules Marchio de Este, Dn. de S. Martino &c. † *Angela Sfortia, Caroli Sfortiæ f.* 1491.

14. Sigismundus II. Marchio de Este Dn. de S. Martino, Cottelonæ & Vicariatus de Belgioioso, † 1517. *Justina Trivultia, Pauli Camilli Comitis Trivultii f.*

15. Philippus Marchio Estensis de S. Martino, Borgomanero & Porlezza, Produx *Sabaudiæ*, † *1592.*
Maria de Sabaudia, Emmanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ filia natural. † *1580.*

Sigismunda ux. *Pauli Sfondrati.*

16. Carolus Philibertus de Este, Marchio de S. Martino, Borgomanero & Lanzo &c. Eques Aur. Vell. S. R. Imperii Princeps, nat. 1571. † 1652. Uxor. *1. Luisa de Cardenas, Bernardini Dom de Colmenar fil. Comitis de Aguilar vidua. 2. Livia Marini, Jo. Hieronymi Marchionis fil.*

Sigismundus de Este III. Marchio de S. Martino, Borgoman. Porlezza & Lanzo S. R. Imp. Princeps, nat. 1577. † 1627. *Francisca de Hotel.*

17. Philippus Franciscus de Este, March. Estensis de S. Martino & Lanzo &c. nat. 1621. † 1651. *Margarita de Sabaudia, Ducis Caroli Emmanuelis fil. natural. 1645. ducta.*

Christina, *monialis ad S. Pauli Mediolan. dicta Angelica Agatha.*

18. Sigismundus Franciscus de Este, Marchio de Lanzo & S. Martino, S. R. Imp. Princeps, nat. 1647. *Theresia Maria Grimaldi, Herculis March de Beaux f. Ludovici, Princ. Monaci soror ducta 1671.*

Carolus Philibertus de Este, Marchio de Dronero, Comes de Ormea & Vicariatus Belgioiosi, nat. 1649. Uxor, *Theresia de Maroles.*

Gr

19. Mathilda nat. 1673. nup. *Camillo Gonzagæ II. Com. de Novellara 1695.*

Franciscus Philippus de Este Marchio, nat. 1675.

Contadus n. 1677. † 1680.

Carolus Philibertus, n. 1679.

Maria, n. 1680. *monial. ad S. Pauli Mediol.*

Alfonsus n. 1681. † 1685.

LA IV.

S. MARTINO ET BORGOMANERO



Ferrariæ F. Marchio de Este, Dn. de S. Martino, 12.
Uxor, *Pizzacara, Nobilis Ferrarienſis.*

Lucretia de Este, uxor *Alberici Malaſpina, March. Maſſa & Carraria.* 13.

14.

Barbara nup. *Franciſco Comiti Trivultio.* | Renata, *monialis ad S. Mar. Magdal. Regii.* | Sigismunda *monialis in Albis Regii.* 15.

Alfonſus de Este, *Eques & Commendator Melitenſis, n. 1579. † 1623.* | Beatrix de Este nup. *Ferdinando Bentivoglio.* 16.

Carolus Emmanuel de Este, March. de Borgomanero, Porlezza, & S. Christina, Eques Aur. Vell. Magnas Hiſpaniæ, Regisque Conſiliarius Status & in aula Cæſar. Legatus, nat. 1622. † 24. Oct. 1695. Uxor. *Paula Marliana.* 17.

Carolus Philibertus de Este, Marchio de Porlezza & Borgomanero, Magnas Hiſpan. vivit improlis, nat. 1646. 18.
Bibiana Gonzaga, Ferdinandi Princ. de Caſtiglione f. 1671.

Aurelia, n. 1683. | Gabriel de Este Marchio de Ormea. | Maria Delphina, *monial ad S. Paul. Mediol.* | Christina ux. ... *Doria, March. de Cirie* 1688. 19.



EXEGESIS HISTORICA.

TESTINORUM ſive ESTENSIUM Principum familia ab Ateſte, quæ *Eſte* vulgò dicitur, antiquiſſimo Venetiæ oppido nomen nacta, cum vetuſtate, tum imperii diuturnitate cœteras omnes in Italia facilè ſuperat: enimverò pleraſque Italiæ ſtirpes antiquitate & dignitate eminentiores aut emarcuiſſe, aut amiſſo principatu defloruiſſe ſuperior vidit ætas: *Montisferratis* enim *familia imperatorii*, Pauli Jovii verba refero, *ſanguinis à ſtirpe interiit, quæ omnium nobiliſſima cenſebatur. Turriani bello pulſi, & Vicecomites demum Philippo mortuo Mediolani principatum amiſerunt. Scaligeros & Carrarienſes oblivio delevit. Aragoniorum regnum Neapoli ad pronepotes non pervenit. Sfortiani paucis annis ad unum fato functi externis regnum reliquerunt. Malateſtarum ſoboles amiſſo principatu à virtute amplitudineque majorum degeneravit. Maleſpinæ antiquitus clari, diviſa & valdè extenuata ſtirpe, infirmis opibus antiquum decus ægerrimè tuentur.* (a) Gonzagæ, Medicæi, Farneſii cœterique qui hodiè ſuperſunt, & per Italiam imperitant, longè pauciores imperii ſui annos numerant, quàm Eſtenſes, qui ſoli longiſſima ac perpetua ſtirpis ſerie incolumem dignitatis titulum, huncque auctum, quum ex Marchionibus Duces facti ſint, ad hanc usque ætatem protulerunt. Sed tam alti vetuſtique ſtemmatis origo & propagatio prima dubia & incerta eſt, miraque circa utramque occurrit apud familiarum ſcriptores varietas & diſcrepantia, ita ut nemo unus ferè cum altero in enumeratione illorum, qui ante duodecimum vixére ſeculum, concordet, niſi illi, qui ſatis habuere Pigniam exſcripſiſſe; quorum in numero Henningius fuit. At enim verò, ſicut autor iſte laude doctrinæ atque induſtriæ, quam ad ſcriptionem de Eſtenſi familia, auſpiciis Alfonſi II. Ducis Ferrarienſis, cui ab epiſtolis erat, ſuſceptam, attulit, haud eſt fraudandus, nec fides ei in rebus ævi, ſuo propioris, deroganda, ita ubi res remotioribus ſeculis ab illo, quo vixit, geſtas enarrat, in multos eum lapſum eſſe errores, à viris peritis hujus ætatis, qua cuncta accuratius, quàm olim factum, expendi & examinari ſolent, obſervatum eſt. Sanè vel ipſa operis Pigniani initia, ubi prima Eſtenſium origo inde ab *Actio* quodam, qui antiquiſſimo Tarquinii Priſci Romani Regis ævo vixerit, repetitur; continua verò gentis deductio inde ab alio Actio, qui ſeculo Chriſtiano quarto claruerit, texitur, produnt, autorem, genio nationis & vulgari traditione occupatum, probationum debitam haud habuiſſe rationem. Diverſam ab illo eamque rectam inire ſtatuit viam Vir acutiſſimi & ſolertiſſimi ingenii *Godefr. Wilhelmus Leibnizius* Conſiliarius Brunſuico-Luneburgicus, in illuſtranda Ducum ſuorum, quibus communis cum Eſtenſibus eſt origo, hiſtoria; nempè, nihil in medium afferre, niſi quod fide veterum tabularum & monumentorum, aut ſcriptorum coævorum probari ac firmari queat; cujus præclari conſilii ſpecimen nuper dedit occaſione matrimonii inter Ducem Mutinenſem & Principiſſam Brunſuicenſem ex Hanoverana domo contracti: in epiſtola enim, quam *de connexione Sereniſſimarum familiarum Brunſuicenſis & Eſtenſis* idio-

(a) Jovius de vita Alfonſi D. Ferrar.

idiomare Gallico & Italico ſcripſit, publiciqúe juris fecit, in *Azone* ſubſtitit, qui in diplomatibus quibusdam *Albertus, qui & Azo*, atque in veteri monumento *Magnus Marchio* appellatur, regulorumque ſui ævi in Lombardia nulli potentia & autoritate ſecundus, & *Mathildæ*, clariſſimæ mulieri, quoad extremam vitæ ſuæ partem, *ſynchronus* fuit, ſeculi propè ſpatium, ex relatione autoris coævi, vivendo emenſus, natusque ante annum Christi milleſimum. Hunc utriusque familiæ ſatorem fuiſſe, & duas habuiſſe uxores evincit; primam *Cunigundam*, veterum Guelphorum, Principum in Germania ſuperiore præpotentium, hæredem, ex quo matrionio *Duces Bavariæ Saxoniæque & denique Brunſuici ac Luneburgi* provenere; ſecundam, explosis quæ alii perperàm tradidere, hæredem Comitatus Meduanenſis ſive Cænomanenſis (*du Maine* oû *du Mans*) in Gallia. Hac nati ſunt *Hugo* & *Fulco*, quibus nonnulli addunt *Conradum*, atque ab eo gentis *de Malaſpina* cognominatæ ſtirpem deducunt. Matrimonii, inter Azonem & Meduaniam (quam Morerius *Ermengardin* appellat, & prioribus nuptiis Theobaldo III. Comiti Campaniæ junctam fuiſſe, ſed ab eo repudiatam eſſe refert) contracti, teſtes veteres præſtò ſunt duo, videlicet *Oldericus Vitalis & Guilielmus Gemeticenſis.* Non pigrabor adſcribere, quæ Joh Laburerius ex prioris Hiſtoria Eccleſiaſtica alicubi (α) recenſuit, ea ita ſe habent: *Hugo filius Herberti Comes Cænomanenſis poſtquàm Alanus Britannorum Comes à Normannis in Normannia impotionatus occubuit, Bertham ipſius relictam, Tedbaldi Bleſenſium Comitis ſororem, in conjugium accepit, quæ filium nomine Herbertum & tres filias ei peperit: una earum data eſt Azzoni Marchioni Liguriæ.* Hujus filios Cænomani, poſtquam Herberto mortuo à Normannis ſubjugati fuiſſent, miſſa in Liguriam legatione, ad vindicandum maternum Principatum evocarunt, venitque HUGO & cum magna omnium lætitia exceptus eſt, ſed *imprudens ac ignavus erat*, dicente Olderico, *tantæque dignitatis habenas moderari neſciebat. Hic filiam Roberti Guiſcardi conjugem habuit, ſed generoſæ conjugis magnanimitatem vir ignavus ferre non valens, ipſam repudiavit, pro qua re Papa Urbanus palàm eum excommunicavit.* Omnibus itaque inviſus cùm fugam meditaretur, facilè ſe perſuaderi paſſus eſt ab Elia *de la Fleche*, oportunitate hac uſo, ut Comitatum ei venderet, id quod his Oldericus literis prodidit verbis: *Eliæ dictis annuit ignavus Allobrox, & pro Comitatu Cænomanenſi decem millia ſolidorum recepit.*

FULCO, Azonis filius natu major, *patris honorem* (verba iterum Olderici refero) *in Italia poſſidebat*: hic *Obizonem* ſ. *Ontium* genuit, quem nec non *Fulconem Azonemque & Guelfos* à Pignia aliisque, ignaris longæ ætatis, ad quam Azo pertigit, perperàm *multiplicatos* eſſe Leibnizius aſſerit; atque ab hoc Obizone, quem itidem longævum fuiſſe oportet, ſiquidem ſub finem demum ſeculi duodecimi deceſſiſſe plerisque memoratur ſcriptoribus, dilucidior, & certior ſeries Eſtenſium fluit Principum. Obizone natus eſt AZO II. Pigniæ VIII. Sardio aliisque IV. dictus: hunc Ferrariæ dominium ſibi domuique ſuæ acquiſiviſſe concinunt ſcriptores, narrabo rem occaſionemque verbis *Triſtani Calchi* Mediolanenſis Hiſtorici: *Gulielmus Marcheſella nuncupatus*, ait, *vir erat in ea urbe ditiſſimus: huic cùm nulla proles foret, moriens Marcheſellam neptem ex Thedelgrado fratre hæredem ex aſſe nuncupavit, ea octavum ætatis annum agebat: interim apud Salinguerram virum ea tempeſtate inter Ferrarienſes potentiſſimum educabatur. Ejus verò inimici tantam illi acceſſionem opum fieri invidentes, favente etiam Petro Traverſario Ravennate, puellam furto ſubtraxere, atque Actio Eſtenſi factionis ſuæ longè Principi obtulerunt. Ea recepta, Actius hæreditatem aditurus Ferrariam ſe contulit, &, quò titulis ornamentum potentiæ prætenderet, Capitaneum ſe alterius factionis creari curavit, in qua plurimum poterat Gulielmus puellæ patruus; ſed interceperunt fata virginem. Inteſtatæ hæreditas nobilibus Ferrarienſibus, quibus Joculis cognomen erat, ſpectabat, ſed hanc illi appetere non auſi, Actio ceſſere. Ita his opibus aucti, tum conjunctis tot amicorum ſtudiis, potentiſſimi deinde Ferrariæ Eſtenſes Marchiones fuere.* (β) Multa de eodem Actio, ſ. Azone, retulit *Rolandinus*, qui res ſua ætate ab anno MCC. usque ad annum MCCLX. in Marchia Tarviſina geſtas literis commendavit, eumque initio ſtatim Libri primi Chronicorum primum vocat *Marchionem Eſtenſem*, & *ſororem* ait habuiſſe *Agnetem*, quæ Ecelini II. potentis & ferocis in eadem Marchia viri, ſecunda fuit uxor. Huic Pignia ejusque aſſeclæ alium Azonem,

(α) Hiſtoire du voyage de la Reine de Pologne p. 282. & ſeq.
(β) Hiſt. Mediol. Lib. XII. Conf. Pigna Hiſt. Eſtens Lib. II. & Rubei Hiſt. Ravennat. Lib. VI. pag. 363.

Azonem, qui eis septimus & Rinaldi filius est, fratrem tribuunt; at duos iterum ex uno Azones finxisse arbitror, neque Rinaldi nomen, quod genitori Azonis VII. indunt, illo tempore in Estensi familia receptum, sed demùm cum gnata Rinaldi Castilionensis, Azoni III. qui ex illorum supputatione decimus est, nupta, in eam illatum esse videtur. Azonem de coetero nostrum Rolandinus *viri forma corporis speciosi, sed armis & virtute speciosioris* encomio mactat, refertque an. 1207. factum esse *Potestatem Veronæ* & an. 1208 à Sede Apostolica dignitate *Anconitani Marchionis* auctum; obitum verò ejus his commemorat verbis: *anno* MCCXII. *prædictus vir nobilis & potens, apud Deum & homines gratiosus, omni sapientia plenus, Estensis Marchio post omnem altitudinem sui status, post multa servitia facta Romanæ Ecclesiæ, post imperium exaltatum per eum & à manibus quorundam tyrannorum prudenter & sapienter ereptum, de hac vita migravit ad meliorem, sepultus honorabiliter de mense Novembris apud monasterium Abbatiæ. — Remanserunt post ipsũ duo filii, Aldevrandinus & qui tum Azo, dicebatur Azo Novellus.* ALDEVRANDINUS igitur *jam providus, & ad arma sufficiens quia major ætate tunc erat tenuit Marchexatum;* cumque ad vindicandam Marchiam Anconitanam, de qua pater ejus à Romana Ecclesia investitus erat, profectus esset, & *Comites de Celano, sibi quod Ottonis IV. Imperat partes foverent, contrarios superasset, post multa facta ardua, post multa pericula & labores, in quibus prudenter & sapienter se gesserat, veneno in flore ætatis finivit vitam.* (γ) Unicam post se reliquit filiam, quemadmodum ex eodem liquet autore, & *Laurentius de Monacis* qui Veneto Senatui à secretis fuit, & primis seculi XV. lustris vixit, disertè scripsit, (δ) præterea que *Caspar* Sardius testantur. (ε) Eam Andreas Rex Hungariæ cùm amissa conjuge Hierosolymitanam peregrinationem suscepisset, eaque peracta in reditu per Italiam venisset Ferrariam, forma ipsius captus uxorem petiit & duxit. Abundant itaque *Bonifacius & Alessina*, quos præter Beatricem in numerum liberorum Aldovrandini Pignia retulit.

Post mortem Aldovrandini *solus*, ut habent verba Rolandini, *in Estensi domo remansit* AZO *Novellus, adhuc ætate juvenis, sed prudentia & probitate maturus.* (ζ) Hunc *Rectorem & Potestatem Vicentiæ* an. 1236. electum esse idem scriptor refert, à quo etiam sequentia memoriæ prodita sunt: *Imperator Fridericus II. reversus Paduam vocavit, & fiduciam dedit Marchioni Estensi, cujus acceptis castris in Imperii custodiam fecit eum venire Paduam. Tunc accepit Imperator Principem Rainaldum filium Marchionis, & ejus uxorem, sibi jam anteà deputatam, sed nondum datam, Aledeitam filiam Albrici de Romano, & eos pro obsidibus tenuit, & postmodum in Apuliam misit, dicens, quod hoc erat bono pacis;* sed postquàm abiisset Imperator, AZO Estensem villam & roccam aliaque sua castra eodem adhuc anno, nempè 1239. recuperavit, præterea que anno secuto Ferraria, qua à Salinguerra Torello an. 1222. pulsus erat, ope Venetorum iterum potitus est. ( ) At vice versa ab Ecelino Tertio hujus nominis malè multatus fuit: is enim an. 1249. Estensem villam & Roccam cepit diripuitque & destruxit, alia quoque illius loca in suam potestatem redegit, quæ tamen AZO, Ecelino an. 1259. victo & ex vulnere mortuo, recuperavit. (θ) Intereà verò temporis Rainaldum filium amiserat, de cujus obitu & prole in *Chronico Monachi Paduani*, qui Rolandino synchronus fuit, hæc leguntur: *Per idem tempus*, nempe an. 1251. *mortuus est* RAINALDUS *in Apulia, filius Marchionis Estensis, quem pro obside acceperat Federicus. Reliquit autem filium & filias, quas habuit de quibusdam puellis nobilibus de Apulia, dum in carcere satis curialiter teneretur. Marchio autem naturali amore inductus fecit cautè filii sui dulcissimos fructus sibi de Apuliæ partibus apportari; & faciens ipsos fieri legitimos tàm per sedem Apostolicam, quàm per regem Alemanniæ Gulielmum: puerum, cui nomen erat* OBIZO, *qui patris imaginem tàm in colore, quàm in membrorum dispositione manifestissimè exhibebat, omnium suorum bonorum constituit & declaravit hæredem.* (ι) De filiabus Rainaldi quid factum sit, numque viris nupserint aut innuptæ ætatem exegerint incompertum est; de Obi-

(γ) Rolandin. Libro Chronicorum I. Cap. 1. 8. 9. 10. 11. 12. & 15.
(δ) In fragmento, quod ex ejus Historiarum Libris excerptum editumque est, juxta cum Rolandino, Mussato, aliisque scriptoribus.
(ε) Hist. Ferrar. Lib. III. (ζ) Lib. II. Cap. 4.
(η) Roland. Chron. Lib. IV. Cap. II, &. 14.
(θ) Ib. Lib. VI, Cap. 6. & Lib. X. Cap. 13. (ι) Lib. I.

Obizonis verò conjugio idem autor hæc literis mandavit; *Anno 1263. cùm Azo illustris Marchio Estensis dolorem amarissimum, qui ex morte sui unigeniti filii acciderat, temperasset, tenens pro illo dulcissimum nepotem, divino munere sibi collatum, Virginem nobilissimam, natione Januensem de progenie Magnifici Papæ Innocentii, prædicto suo nepoti tradidit in uxorem, cujus nuptias cum magna claritate Ferrariæ celebravit* (κ) Jacobinam Flicam illam fuisse dubio caret: hæc enim omnium consensu scriptorum Obizoni Estensi matrimonio juncta, & genere Januensis sive Genuensis, & Innocentii IV. Rom. Pontificis gentilis fuit. Mortem Jacobinæ istius cùm *Bern. Corius* ad exitum anni 1287. referat, sicut *Parte II. Historiæ Mediolanensis* ab eo scriptæ videre est, perperam traditum esse à Pignia apparet, liberos Obizonis, post Azonem primogenitum natos, è secundo ejus cum Constantia Scaligera matrimonio provenisse; cui asserto *Sardius* etiam refragatur, scribens, Obizoni è Jacobina Flisca liberos quatuor; *Azonem* nempe, *Aldobrandinum*, *Franciscum & Beatricem*, relictos, Constantiam verò Scaligeram quarto demum ante ipsius obitum anno ductam esse, (λ) Magdalenæ, Aldobrandino Turco nuptæ, quam etiam in numerum liberorum Obizonis Pignia retulit, nulla prorsus mentione facta. Cæterum *ampliavit Obizo Estensis Marchio fines ditionis suæ Regio Lepidi & Mutina potitus, neque multò post Faventia, & Foro Livii in potestatem suam redactis.* (μ)

Mortuo Obizone AZO filius ejus natu maximus *quæ Paterni juris & ditionis fuerant, statim occupavit*, fratresque Ferrariâ facessere jussit, adversus quos eorumque fautores & adjutores præsidia sibi comparaturus, affinitatem Caroli II. Regis Neapolitani quæsivit, filiamque ejus uxorem accepit, vagam antehac Venerem sectatus, filio utcunque genito, quem FRESCUM appellavit, & paulò ante obitum suum, cùm jam pax inter ipsum & fratres facta esset, *Dominum constituit in Ferraria*, sicut habent verba in *Historia Guilielmi & Albrigetti Cortusiorum.* (ν) At hic sibi timens genitore mortuo Ferrariam Venetis tradidit, à quibus vicissim cum filiis jure civitatis Venetæ donatus, & annua pensione auctus est; à Romano è contra Pontifice, qui Ferrariam directi titulo dominii in suam recepit protectionem, Venetis sacris interdictum fuit, donec capta à Legato Pontificio urbe imperata fecerunt; quo temporis tractu Frescus Venetiis fatis concessit.

ALDOBRANDINUS, medius Obizonis II. filius, quoniam animo erat languido, otiique & quietis amante, inter turbida belli, quod post excessum Azonis fratris ejus exarsit, Bononiam secessit, ibique ætatem peregit, cura recuperandæ Ferrariæ, qua à legatis vicariisque Papæ Estenses arcebantur, fratri natu minori filiisque suis relicta. Equidem FRANCISCUS Estensis, frater Aldovrandini, propè fuit ut Ferrariæ dominio potiretur; sed à Dalmasio Vicario Pontificio, cui ad pellendos urbe factiosos egregiam navaverat operam, cùm aliquando ab aucupio rediens urbem ingrederetur, in porta Leonis interfectus est; ideò quod, Sardio referente, tam gratus acceptusque esset civibus, quàm alter invisus & odiosus. (ξ) Gubernatione deinde Ferrariæ à Romano Pontifice in Robertum Regem Neapolitanum, qui Bononiæ tunc agebat, translata, cùm ministri ejus & milites Catalaunici, quos urbi imposuit, licentiâ ac ferociâ patientiam Ferrariensium consumsissent, usi ea opportunitate Estenses cum civibus conspirarunt, & Catalaunos pariter ac præsidiarios Papales urbe ejecerunt an. 1317. die Dominici, qui exinde quot annis festus agitari cæpit. Ita recepto avito Principatu Estenses, qui præter Aldovrandinum, Vacunæ litantem, quinque supererant, reditus in totidem partes æquales divisére; regimen verò RINALDO, Aldovrandini filio natu maximo, tradiderunt. Ad quaternum mox numerum morte *Azonis* V. qui Francisci gnatus erat, redactis grave à Romano Pontifice ejusque sociis bellum incubuit, quod tamen Rinaldi virtute feliciter confectum est, exercitu Benedicti X. Papæ & Johannis Regis Bohemiæ ab obsidione Ferrariæ memorabili pugna & magna clade depulso d. XIV. April. anno 1333. Ea die *Raynaldus Marchio recepit honorem militiæ à Domino Advocato Tarv. sii, qui posteà milites fecit Obizonem & Bertoldum cum filio.* (ο) Biennio abhinc cum Mutinam Rinaldus & Obizo obsidione cinxissent, *infirmatus* prior *morbo cancri juxta oculum mense Decembri Ferrariæ expiravit.* (π) Filios post se reliquit duos studia

(κ) Lib. III. (λ) Hist. Ferrar. Lib. IV.
(μ) Merula Antiquit. Vicecom. Mediol. Lib. IV.
(ν) De Novitatibus Paduæ & Lomb. Lib. I. Cap. 9. & seq.
(ξ) Sard. Hist. Ferrar. Lib. V.
(ο) Gul. & Albr. Cortus. Hist. Lib. V. Cap. 3.
(π) Ibid. C. 10.

ſtudia religionis ſecutos, & ſanctimoniæ famam adeptos, ita ut à Guidone Bayſio Epiſcopo Ferrarienſi, Aldovrandini Eſtenſis ſucceſſore, in *Beatorum* numerum relati fuerint, ſicut è Peregr. Priſciano *Antonius Libanorius* retulit. (ρ) Uxorem Rinaldi II. quam Johannam Barbianam Henningius appellat, *Macharuffi de Macharuffis* Patavini *neptem* fuiſſe è *Cortuſiorum Hiſtoria* liquet (τ)

NICOLAUS Eſtenſis, Aldovrandini II. filius natu minimus, cum in bello Papali captus ab hoſtibus fuiſſet, poſt victoriam à fratre ipſius Rinaldo apud Ferrariam reportatam, liberatus, & cum nepotibus Legati Pontificii, iſta in pugna captis, permutatus eſt. In Mutinenſi deinde obſidione cum fratribus operam ſuam ſociavit, & vita defunctus RINALDUM III. poſt ſe reliquit; hunc, dominatu Aldovrandini patruelis ſui Ferraria excuſſum, Mantuam ad Gonzagas avunculos ſuos ſe recepiſſe in *Cortuſiorum Hiſtoria* (τ) refertur, reliqua vitæ ejus ratio incomperta eſt.

BERTHOLDUM Eſtenſem Franciſci I. filium, poſt pugnam Ferrarienſem honore militari unà cum patruelibus mactum fuiſſe, dictum jam eſt ex *Hiſtoria Cortuſiorum*, quorum fide etiam conſtat uxores illi fuiſſe duas, primam Ariminenſi familia eaque potente ortam, qua natus eſt FRANCISCUS II. alteram *Rizardi de Camino*, cujus familia Tarviſii eminebat, gnatam, quæ priore conjugio cum filio naturali Alberti de Scala juncta fuit anno 1331 Franciſcus cum Ferraria exceſſiſſet, eò quod ægrè ferret Aldovrandinum Obizoni genitori ſuo in dominium ſucceſſiſſe, *habitavit aliquandiu in Arena Ugolini de Scrovegnis* amitini ſui, inde *Ariminũ ad avum maternum virum nobilem & potentem* (quo ſub encomio Cortuſiorum Pandulphũ Malateſtam intelligi ex Pignia, Sanſovino, Sardioq; liquet) *ivit*, ejusq; opera conatus eſt Ferraria potiri, ſed ſucceſſu fruſtratus abiit Mediolanum, *confidens de potentia Vicecomitum*. (υ) Quousque vixerit incompertum eſt, erravitque Henningius mortem ejus ad an. 1341. referens, cum certo certius ſit Obizoni III. ſuperſtitem manſiſſe. Eodem natum eſſe AZONEM V. qui poſtquam Nicolao III. Marchioni Ferrariæ graves ſubinde turbas dediſſet & vitæ ejus inſidias ſæpè ſtruxiſſet, in Cretam inſulam ad extremum deportatus eſt, Pignia aſſeruit, adverſus eos, quibus pro gnato Aldobrandini III. habitus eſt. (φ) Filius ejus ac Nepos THADÆUS & BERTHOLDUS Eſtenſes Venetæ reipublicæ ſtipendia meruerunt, prior dignatione Cataphractorum Tribuni, nobilitatus inprimis ſtrenua & conſtanti Brixiæ adverſus Nic. Picininum defenſione; poſterior præfectus militiæ terreſtri in Græcia; ubi quum Corinthum oppugnaret & *obiret naviter bellica opera, ſeduloque daret operam, ut plutei muris quàm propius poſſent admoverentur, ſaxo ſupernè dejecto grave circa tempora vulnus accepit, quo paucis diebus expiravit.* (χ)

AD TABULAM II.

OBIZO III. cum fratri ſuo natu majori, Rinaldo, in avito ſucceſſiſſet Principatu, initia ejus recuperatione Mutinenſis civitatis nobilitavit, quam Manfredus de Piis, Vicarius Johannis Regis Bohemiæ, quod omni commeatu & auxilio ſe privatum videret, Maſtino Scaligero tradiderat, hic autem *habere permiſit Marchionibus Eſtenſibus jure feudi*, ut habent verba *Hiſtoriæ Cortuſiorum* (α) Parma eidem ab Azone & Guidone fratribus de Corrigio, qui ibi dominabantur, an. 1344. tradita fuit, ſed eam anno ſequenti Luchino Vicecomiti dedere ſubactus fuit. Cum prolem legitimam non haberet *concubinam, nobilem Dominam* (verbis iterum Cortuſiorum utor) *deſponſavit, ut poſſent ſuccedere filii Naturales. Ante mortem propalavit ſuum ſecretum. Viginti milites fecit, qui juraverunt filiis eſſe fideles. Obiit in MCCCLII. menſe Martii. Succeſſit in dominio ALDEVRANDINUS ejus filius. Franciſcus Marchio & Raynaldus, quibus videbatur dominium dignis convenire, à ſuis confidelibus deſtituti fugierunt de Ferraria.* (β) Aldevrandinus licet vix ex ephebis egreſſus eſſet, impigrum tamen & fortem in Principatu, quem

(ρ) Ferrara d'Oro, parte II. p. 87.
(σ) Lib. I. Cap. 2. (τ) Lib. X. Cap. 8.
(υ) Cortus. Hiſt. Lib. IV. Cap. 10. & LX. C. 8.
(φ) Lib. V. (χ) M. Ant. Sabellicus rer. Venet. Lib. XXVIII.
(α) Lib. V. Cap. X. (β) Lib. X. Cap. VIII.

quem à patre accepit, tuendo se præbuit, & Caroli IV. Imperatoris gratiam sibi conciliavit, cùm. an. 1354. in Italiam venienti occurrisset, & Imperatricem per districtum suum versus Mantuam deduxisset. (γ) Pace sibi & Gonzagis cum Vicecomitibus Mediol. parta in robore ætatis decessit.

NICOLAUS hujus nominis II, Estensis & Ferrariæ Marchio, *Claudus* cognominatus, Aldovrandini frater ac successor in bellum cum Bernabove Vicecomite descendit, ancipiti gestum Marte, Faventiam aliaque loca acquisivit, iterumque amisit. Ferrariam arce ad portam Leonis exstructa, turribusque & fossa firmata, munivit ac ornavit. Princeps cùm belli & pacis artibus, tum inprimis eloquentia summa præditus. Cursu vitæ peracto avitæ regimen ditionis ad Fratrem ALBERTUM transmisit. Hic à Johanne Galeatio Vicecomite qui patruum Principatu Mediolanensi & vita exuerat, Atesten, castrum gentilitium, postquàm eo ultra seculi spatium Marchiones caruissent, recepit in pignus pacis ac amicitiæ cum illo initæ, quæ tamen, Vicecomite libidinem proferendi imperii nimiùm apricante, diuturna esse nequivit. Idem *Academiam* Ferrariæ an. 1392. instituit ac dotavit, in qua primi Doctores fuisse memorantur *Barthol. Salicetus* Bononiensis & *Giglivolus* Cremonensis. Anno sequenti gravi correptus morbo cum vitæ finem sibi instare cerneret, ne filius, quem ex *Isotta Albaresana* nobili fœmina, amica sua, uxoris propè loco habita, sustulit, hæreditate defraudaretur, vigesimo tertio ante obitum suum die matrimonio eam sibi junxit, præsentibus *Philippo de Robertis, Thoma de Obizis & Bartholomæo de Mela* JCto, Consiliariis suis, quos etiam moderatores juventæ filii, tunc decennis, esse jussit. (δ)

NICOLAUS III. difficili admodum tempore Ferrariensem rexit ditionem, sua tamen virtute atque industria è turbis bellisque, quibus jactatus fuit, sat feliciter eluctatus est, *Regiumque Lepidi*, victo & interfecto Ottobono Tertio, suæ potestatis fecit. Pace utcunque parta peregrè abiit, visitque Cyprum, Palæstinam, Hispaniam & Galliam, ubi à Rege Carolo VI. cùm aliis benevolentiæ signis, tùm concessione conjungendi *Lilia Francica* cum familiaribus insignibus honestatus est. Ad penates reversus, ita Principum Italiæ animos negotiaque bellica & civilia rexit & temperavit, ut *Arbiter Italiæ* haberetur. Ferraria tertio ante obitum ejus anno Concilio, à Papa Eugenio post Basileense ibi congregato, cui Imperator & Patriarcha Constantinopolitanus interfuere, nobilitata est. Extremo vitæ suæ anno à Philippo Maria Vicecomite evocatum & erogatum esse ad suscipiendam Ducatus Mediolanensis administrationem *Pignia* refert; supremum certè diem Mediolani obiit, unde corpus Ferrariam delatũ & magnifico funere in æde Angelorum, quam exstruxit & Dominicanis monachis donavit terræ mandatum est. Liberos genuit aliquàm multos, sed plures è concubinis, quàm è toro legitimo; namq; præter Herculem & Sigismundũ, è tertio susceptos matrimonio, duos supra viginti è variis sustulit mulieribus, sicut *Sardius* memoriæ prodidit. (ε) Eâ cum esset incontinentiâ, alienam tamen non tulit, sed gravissimas in adulteros adulterasque statuit pœnas. Primam ejus uxorem justo junctam conjugio, *Ziliolam Carrariam* antea Wenceslao Duci ac Electori Saxoni in Germania nuptam fuisse, *Henningius & Rittershusius* tradiderunt; verum licet in confesso sit, Wenceslaum conjugem istius nominis generisque habuisse, eandem tamen fuisse non est verisimile, tùm quia *Ern. Brotuffius* Germanicus Scriptor testatur, (ζ) conjugem Wenceslai Duc. Sax. in Germania decessisse, & juxta maritum Witenbergæ sepultam esse, tum quia ex iis, quæ *Pignia* de Nicolai Estensis cum Carraria nuptiis earumque pompa retulit, haud obscuris patet indiciis, eam tunc primùm è paterna dimissam fuisse domo. *Parisinæ Malatestæ*, quæ secunda Nicolai conjux fuit, verum genitorem Hieron. Rubeus indicavit, ita in *Historia Ravennat.* (η) scribens: *cum accepisset Nicolaus Estensis Marchio novam nuptam, Malatestæ Cæsenatis filiam, Parisinam, quam alii Parosiniam vocant, & Caroli Malatestæ, Ariminensis reguli filiam falsò scribunt, eaque Ravennam venisset, eòdem se Nicolaus Marchio contulit, hîcque III. Kal. Mart. an. 1418. magno Opizonis Polentani studio, insigni pompa conjuncti sunt; cùm Elisabetha etiam Opizonis conjux sororis nuptias omni, qua potuit, celebritate decoraret.* Hanc Parisinam

H

(γ) Lib. XI. Cap I. & III. (δ) Pignia Hist. Est. Lib. V.
(ε) Hist. Ferr. in fine Libri VII.
(ζ) Geneal. Anhaltin. Lib. IV. Cap. 13.
(η) Lib. VII. pag. 610.

ſinam *quatuor uno partu fœmellas*, è quibus duæ, in tabula notatæ, ad juſtam venerint ætatem, enixam eſſe *Pignia* memoravit; (θ) in adulterio deinde cum Hugone, privigno ſuo, deprehenſam, eaque propter unà cum eo morte affectam eſſe *Sanſovinus* refert; qui gnatam quoque ejus, *Genevram*, ſimilem vitæ exitum ſortitam, atque à marito, violati ab ea tori ſuſpicione perſtricto, veneno necatam eſſe memoriæ prodidit. (ι) *Richarda Salucienſis*, tertia Nicolai Conjux, viro ſuperſtes manſit, cumque Leonello, privigno, rerum potito patrios repetiiſſet lares, poſt exceſſum Borſi Ferrariam rediit, ibique ætate provecta deceſſit. Inter nothos Nicolai in ſchemate recenſitos *Guronem & Reginaldum* Henningii adſcripſi fide; *Alberti & Maladuſii* mentio apud Italicos etiam occurrit ſcriptores; *Margaritam*, ejusque cum Galeoto Roberto Malateſta, Pandulfi filio, & Sigiſmundi fratre natu majore conjugium *Rubeus*, paulò ante dictus, memoravit. (κ)

LEONELLO, ex illegitimo nato toro, poſt obitum Nicolai III. genitoris ſui Principatum Senatus detulit Ferrarienſis, perſuaſus ab *Huguccione Contrario*, intimo defuncti conſiliario, ſic eum ſuprema ſtatuiſſe voluntate dictitante. Ille poteſtati ſuæ ornandæ ac fulciendæ Alfonſi Regis Aragonici & Neapolitani gnatam in matrimonium petiit, eaque impetrata Herculem & Sigismundum fratres ſuos, è legitimo communis parentis matrimonio ortos, ad aulam ſoceri amandavit, ea in ſpeciem fine, ut unà cum Ferdinando, filio regio, benè educarentur atque erudirentur. Cæterùm in id, dum vixit, totus incubuit, ut pace, optima rerum, non ipſe tantum ſuaque ditio, ſed omnis frueretur Italia; pacis quoque artes, earumque cultores, viros nempè liberali doctrina præditos, in pretio, atque eorum conſuetudinem in delectamentis unicè habuit. Vita nono regiminis ſui anno perfunctus BORSUM, fratrem ſuum germanum, nactus eſt ſucceſſorem: is licet manu fortis & in armis exercitatus eſſet, pacem tamen non ſecus ac frater bello prætulit, atque ab illuſtri ingenio & ſuaviſſimis moribus publico præconio *Pacificatoris* nomen tulit, & *Patriæ decus* appellatus eſt; quo titulo monetam auream Ferrariæ ſignatam fuiſſe *Jovius* teſtatur. (λ) Ab Imperatore Friderico III. quem in itinere Romam facto bis Ferrariæ ſplendidè exceperat, *Ducis Mutinæ & Regii, Comitisque de Rovigo* titulis auctus eſt an. 1452. *Ferrarienſis* verò Ducis dignationem anno demum 1470, à Pontifice Rom. Paulo II. obtinuit; ſcuto illa vice *aquila Imperiali*, hac *clavibus Romanæ Eccleſiæ* amplificato. Vixit perpetuò cælebs, *ne prolem imperii æmulam cum ſumma Herculis injuria ſuſciperet*, ſicut *Jovius* judicavit. Itaque Herculem, cùm jam adulta ætate multa ſtrenuæ indolis & imperterriti animi ſigna Neapoli alibique edidiſſet, ad ſe accivit in non dubiam ſpem totius principatus, & Mutinæ rectorem conſtituit; nec multò poſt Borſo rebus humanis exempto ille Ferrariæ Princeps eſt appellatus. Fuit HERCULES, ut Jovii iterum verbis utar, *domi & foris multa vi atque prudentia militari valdè inclytus: incumbentium enim Venetorum graviſſima arma egregiè ſuſtinuit: Gallicoque bello, quo Italia in ſummum amittendæ libertatis diſcrimen adducta eſt, Ludovicum Sfortiam generum ſuum procurata pace cum Rege Carolo, liberavit*; fatalem tamen ab ejus capite cladem, quæ poſteà incubuit, averruncare non potis. Ferrariam urbem ornavit, dilatavit ac muris turribusq; munivit. Initia imperii ejus turbavit NICOLAUS, Leonelli filius, principatum appetens, quem Ferrarienſes in ſuam redactum poteſtatem, è medio, Hercule irrequiſito, ſuſtulerunt; id quod eo ipſo anno, quo iſti filius primogenitus natus fuit, factum eſſe *Sardius* refert. (μ)

ALFONSUS defuncto patre Herculè imperii nomen atque inſignia ſuſcepit, ſtatimque campum nactus eſt benignitatem & munificentiam, inſitas ſibi virtutes, exſerendi, quum malignitate exuſtæ ſegetis dira in populo fames oborta eſſet, eamque ſæva excipiſſet peſtilentia: advectitio enim frumento non tantum annonam levavit, ſed etiam magnam ejus partem per tribus atque familias liberaliter diviſit; imò ipſe egentes infimæ plebis officioſa & rara charitate crebro inviſere & ſublevare haud dedignatus eſt. Clementiæ quoque documentum dedit, quum conſpiratione, quam in ipſius fratrisque Hippolyti necem, FERDINANDUS & JULIUS fratres inierunt, detecta, de ſociis quidem nefarii conſilii ſupplicium ſumeret, fratrum verò vitæ parceret, ſatis habens cuſtodia perpetua facultatem mala patrandi eis ademiſſe. Diuturno deinde & ancipiti bello implicitus eſt, cum fœderi, in quod

(θ) Lib. VII. (ι) De orig. & fact. fam. Ital. pag. 368. & 335.
(κ) Op. cit. pag. 615. (λ) De vita Alfonſi Duc. Ferarr.
(μ) Hiſt. Ferr. Lib. XI.

quod omnes ferè Europæ Reges, Julio Pontifice Rom. classicudicanenente, adversus Venetos Cameraci coivére, nomen dedisset, impulsus spe recuperanm peninsulam Rodiginam, quam Veneti bello, cum Hercule patre gesto, occuparant; neque spe illa frustratus est, sed in possessionem tum Rodiginæ, tum aliorum locorum, & in his Atestes, majorum suorum natalis soli, rediit; versa verò vice postquam Julius Papa è fœdere isto excessisset, Venetosque supplices in gratiam amicitiamque recepisset, & econtrà erga Ferrariensem, quod is bellum adversus Venetos impigrè prosequeretur, arma expedivisset, magnâ ditionis suæ parte, Mutinâ nempè, Regio, Ruberia aliisque trans Padum locis exutus est, eisque longo temporis spatio caruit, nec Julio, nec ejus successore Leone X. demulceri & exorari se passis, ut illa restituerent, evertente etiam omnes, quas Alfonsus temporibus opportunis ad illos deliniendos adhibuit, machinas Alberto Pio, cujus summa erat in aula Romana autoritas, quique propter privatas simultates Alfonso plurimum infensus erat. Post Leonis demum excessum & interregni tempore Regium recepit; Mutinam verò sub Pontificatu Clementis VII. usus opportunitate captivitatis, quam is Româ à copiis Caroli V. Imperat. capta subiit. Cum posteà Carolus & Clemens Bononiæ convenissent, Alfonsus Cæsarem totius cum Papa controversiæ arbitrum appellavit, neque hic conditionem abnuit; sententiam tamen ab Imperatore post discessum latam, suæque expectationi non respondentem, ratam haberè detrectavit, licet Alfonsus per Alvarotum legatum C M aureorum summam ad pedes Papæ deponi curaverit; sed Paulus III. qui Clementi non ita multò post successit, auri pondere accepto scita Cæsaris facilè comprobavit; eorum hæc erant capita: *ut Ferraria Pontificii imperii autoritatem perpetuò respiceret, & Alfonsus posterique ejus se Romani Pontificis beneficiarios fide atque obsequio profiterentur, certamque pecuniæ summam tributi nomine penderent; Mutina verò tanquam Imperatorii juris Alfonso Atestinæque domui permaneret; ab eo autem grave auri pondus Clementi solveretur, si hujus sententiæ beneficio uti vellet.* Alio quoque Cæsaris beneficio Alfonsus est auctus: nam *Carpum* oppidum, de quo diuturna lite cum Alberto Pio contenderat, ei cessit, legitimæque possessionis jura peramplis Cæsaris codicillis est consecutus; quoniam Albertus Gallicis addictus partibus, propterèaque Majestatis reus factus, de Jure totius feudi decidisset. Hanc benignitatem Alfonsus C M aureorum munere, Cæsaris ærario exhibito, rependit; *Novium* autem oppidulum, quod Carpensi ditioni erat attributum, de cujus possessione cum Alberti clientibus & copiis aliquando vario successu dimicatum fuerat, Alfonsus manu captum solo æquavit. Ita pace denique foris partâ Alfonsus ne usquequaque quiete frueretur, domi conjurationibus iterum atque insidiis impetitus est, verùm eæ quoque non ipsi, sed architectis scelerum, funestæ fuerunt. Ad extremum Marte utcunque placato, cum Vulcani etiam iras sustinuisset, domum suam prætoriam depopulari, in morbum incidit, quo extinctus est octavo & quinquagesimo ætatis anno vix impleto. Primâ uxore Sfortiana paulò post nuptias orbatus, *Lucretiam Borgiam* Alexandri VI. Papæ filiam, quæ jam duobus viris desponsata fuerat, uxorem accepit, *cum C. millibus aureorum nummûm in pecunia numerata dotis nomine, multisque maximi pretii muneribus: cui matrimonio Estensis familia, nobilissimis affinitatibus contrahendis assueta, indigno, Hercules & Alfonsus, quia Rex Galliæ Pontifici in omnibus obsequendi cupidus, id summoperè urgebat, consenserunt; sui etiam regni, à Valentini Ducis armis & ambitione muniendi desiderio ducti*, sicut Guicciardinus censuit. (Lib. V. Histor.) Lucretiam paulò ante id tempus, quo Clemens VII. ad Pontificatum pervenit, integra adhuc ætate defunctam esse, quum jam pridem *per sanctè castigato vetere luxu abdicatisque deliciis Christianæ disciplinæ severitatem induisset*, Jovius tradit. Alfonsus deinde *Lauram* opificis filiam, patre haud invito, sibi copulavit, & denique legitimæ uxoris loco habuit, geminosque ex ea filios de nomine suo Alfonsos appellavit. (t)

HIPPOLYTUS Estensis. Alfonsi frater, septennis ab Hungaris ad Strigoniensem vocatus est Episcopatum, commendatus haud dubiè à Beatrice regina, matertera sua, Matthiæ Regis uxore. In Pannoniam ergò statim à patre missus, literarum armorumque rudimenta ibi posuit; à socero deinde fratris sui, Alexandro VI. Pontifice Romano, *Cardinalis Diaconus* creatus est, cum annum ætatis decimum quintum ageret, multasque rexit Ecclesias, Vicarii prætereà Cæsaris honore mactus, à quo etiam *Montagnanum & castrum Baldi* in donum accepit. Fratri suo Ferrariæ Duci bellicis tempestatibus vehementer, ceu dictum

 est, ja-

(t) Jovius de vita Alfonsi Duc. Ferrar.

est, jactato, & tantùm non submerso, re, consilio & manu nunquam defuit, dum vixit, egregiaque anno 1509. victoria, in Pado fluvio, de Venetis sua imprimis arte & fortitudine parta, res ejus oppidò nutantes restituit. Ea propter maximum sui desiderium fratri reliquit, præmaturè vita defunctus. Ætate nondum firmata, cùm caleret ei sanguis, vehementi juvenculæ sibi sanguine conjunctæ arsisse amore fertur, quæ non minori ardore Julium, ejus ex concubina genitum fratrem, amârit; cumque ipsa se ad tantum amorem præcipuè Julii oculorum pulchritudine accendi Hippolyto fassa esset, hic cœco furore percitus, temporis opportunitate captata, cùm Julius in venatione esset, in agris eum cinxit, & equo descendere jusso, per aliquos suos servos oculos, velut rivales suos, erui jussit; qui tamen vel sua ipsius, sicut aliqui tradunt, vel celeri & diligenti medicorum cura, absque luminis jactura, in locum suum repositi fuerunt; sed ea ex re gravissima inter fratres odia orta, & denique conjurationes, de quibus dictum est, consecutæ sunt. (ξ)

HERCULES II. Alfonsi I. F. Dux Ferrariæ pace usus diuturna restaurandis amplificandisque & firmandis suæ ditionis civitatibus, Mutinæ inprimis, Regio, Carpis & Bersello, operam sumtusque haud exiguos impendit: Ferrariæ etiam magnifica palatia, hortosque amœnos exstruxit; *inclinata ætate, sive præpostera ambitione*, (Thuani hæc sunt verba) *incitatus, sive à Francisco Lotharingo Guisio, genero, persuasus, se bello, quod ruptis induciis in Italia Pauli IV. Pontificis & Carafarum instigatu Galli Hispanis intulerunt, implicuit ac ducem præbuit; verùm in eo patre felicior, quod cùm Philippum potentissimum Regem, nulla sibi injuria obnoxium, sponte lacessivisset, honorificis admodum conditionibus cum eo reconciliatus est, & bello, quod adeò Galliæ detrimentosum ac probrosum fuit, se salva existimatione ac sine dispendio, majore solertia an felicitate incertum, postremò expedivit.* (ο)

ALFONSI II. Herculis II. filii, Ducis Ferrariæ postremi, Principis clarissimi, & autoritate passim florentissimi, felicitati deerat soboles, quam nullam, conjugio bis licet repetito, procreavit; hærede itaque ex se nato destitutus, omnem in aula Romana movit lapidem, ut principatus beneficiarii, qui tam diu in sua familia fuerat, successionem in *Cæsarem* agnatum, Alfonsi Estensis alterius, qui Alfonsi I. Ducis Ferrar. ex contubernio Lauræ Eustochiæ filius, ante nuptias initas susceptus, erat, gnatum, Sanctæ Sedis concessione transferre posset, grandi oblata pecuniæ summa; sed operam lusit, cùm constitutionem Pii X. à Pontificibus successoribus solenni jurejurando statim in primis inaugurationis solennibus confirmari solitam, obstare dicerent. Quare aliam excussit quercum successu feliciore, & Maximilianum II. Rudolphumque II. Cæsares exoravit, ut de Regio, Mutina, Carporum oppido, aliisque ad imperialem jurisdictionem spectantibus ditionibus gratiam facerent, & potestatem in Cæsarem Estensem ea conferendi, quem insuper omnium aliorum bonorum mobilium, antiquissimo Italiæ Principatu congestorum, universalem hæredem testamento scripsit, *ea spe & consilio*, sicut *Thuanus* literis prodidit, *ut his opibus subnixus, injuriosè denegatum beneficium vi ac potentia tueretur, & aliquando temporis occasione uteretur.* (π)

Inter gnatos Alfonsi I. Ducis Ferrariæ HIPPOLYTUS quoque, hujus nominis secundus & FRANCISCUS clari facti sunt. Hic Marchionatum Massæ, qui *Faustino*, Sardii continuatori, *Massa di Romagna & Massa de Lombardi* appellatur (ρ) tenuit, & apud Carolum V. Cæsarem insignis gratiæ locum armorum peritia partum, supremam nempe Equitatus præfecturam, consecutus est. Anni, quo ex hac luce migravit, filiarumque, quas post se reliquit, indicinam Faustino, modò citato, debemus. *Hippolytus*, ejus frater, maximis negotiis à prima adolescentia apud Gallos innutritus, & propter arctam Herculis fratris cum Francisco I. Galliæ Rege affinitatem, etiam ad intima ejus consilia admissus, opimisque sacerdotiis donatus est; rexisse quippe memoratur Ecclesias *Arelatensem*, *Narbonensem*, *Æduensem*, *Lugdunensem*, *Trecorensem*, *Maurianensem*, atque in Italia *Mediolanensem & Ferrariensem*. Dicti commendatione Regis à Paulo III. in Cardinalium Collegium cooptatus fuit d. 20. Dec. 1538. sed demum 5. Non. Mart. 1539. publicatus, præfuitque mandante Pontifice Diaconiæ *S. Mariæ in Aquiro*, quam Ecclesiam etiam titulo Pres-

(ξ) Guicciard. Hist. Lib. VI. & VII.
(ο) Thuan. Hist. Lib. XXIII.
(π) Ibid. Lib. CXIX. (ρ) Lib. I. & II.

Presbyterali posteà tenuit, usque dum ad Ecclesiam *S. Mariæ Novæ* transiit, quam ad obitum usque retinuit. Varias deinde legationes Pontificum modò, modò Regum Galliæ nomine obiit, & inprimis sub Henrico II. Senas, quæ ad Regis protectionem confugerant, summa prudentiæ & æquitatis opinione moderatus est, & denique rerum Gallicarum patrocinium Romæ suscepit; *vir* Thuani judicio *elato & magnifico ingenio, quod ingentia ædificia, in Gallia ab eo fabricata, & horti regali sumtu ab eo in monte Quirinali & Tibure exstructi ad posteritatem testantur. Tandem effœto laboribus potius, quàm annis, corpore vita excessit Romæ. Corpus in S. Catharinæ depositum, posteà Tibur translatum est, & in Franciscanorum templo conditum.* (s)

LUDOVICUS Estensis, Alfonsi II. Ducis Ferrariæ frater, adhuc, adolescens Ferrariensis Ecclesiæ, posteàque Auxitanæ in Gallia Episcopus electus, atque an. 1561. d. 26. Febr. à Pio IV. *Cardinalis Diaconus SS. Nerei & Achillei* creatus est. Hippolyto patruo vivis exemto rerum Gallicarum patrocinium Romæ suscepit, quo in munere *ut aurum igne sic fides ejus & animi magnitudo, calamitosissimis Galliæ temporibus explorata, maximè*, Thuano teste, *emicuit, dum Guisianis, Annæ sororis filiis, arma præter Regis voluntatem ad regni suamque ipsorum perniciem, ut eventus docuit, sumentibus, Romæ, ubi illi ob speciosum religionis prætextum nihil non poterant, se generosè opposuit, & Regis regnique, quod illi altera patria erat, causam adversus proprias caritates defendit*; Enimverò in omnibus vitæ partibus honestus integer ac moderatus, munificentia autem eximius fuit, *ita ut in ea urbe, in qua tanquam in publico Christiani orbis Theatro admirationi omnibus erat, thesaurus pauperum, sacri collegii splendor, aulæque Romanæ ornamentum dici meruerit. Igitur quod alii in vastis ædificiorum molibus & otiosis divitiis exstruendis insumunt, id ille totum demerendis hominum per liberalitatem voluntatibus ac tenuiorum fortunis sublevandis impendit, eas solas veras opes possidere se existimans, non quas servaret, aut ad splendorem & usus privatos sepofuisset, sed quas amicorum necessitatibus non rogatus donasset. Vixit annos XLVIII. & ut vita tot beneficiis in omnes veluti dispersa fuit, sic & funus divisum. Nam cor in Gallia Augustæ Ausciorum, cujus civitatis Archiepiscopus erat, viscera Romæ ad B. Ludovici condita sunt, corpus Tybur portatum, & juxta Hippolyti Patrui in Franciscanorum templo tumulatum fuit.* (t)

AD TAB. III.

ALfonso II. Duce Ferrariæ, Mutinæ & Regii Quinto, rebus humanis exemto CÆSAR Estensis, ab illo hæres ex asse, ceu dictum est, institutus, Ducatus insignia nobilium, civium ac plebis consensu & plausu, maximaque pompa suscepit, speciemque extrema pro successione ea integra sibi asserenda tentaturi induit. Romam igitur Hieron. Ziliolum Comitem, dignitate ex suis præstantem, misit Oratorem, cum literis, qui Clementi Papæ & Alfonsi obitum, & suum in Apostolicam sedem obsequium significet, & enixè oret, vel à Jurisconsultis, vel ab aliis extra partium studia positis jura sua expendi permittat. At Pontifex ubi in literis titulum Ducis Ferrariensis legit, statim eas abjecit, & Ziliolum à conspectu suo facessere jussit, neque ad colloquium amplius admisit, quamquam Cæsarem omni ratione Pontifici satisfacere paratum ostenderet; cuncta deinde ad bellum paravit, conscriptis legionibus, & delecto equitatu, qui in agrum Bononiensem præmissus est; sacra quoq; arma expedivit, & Ducem citatum trinundina denunciatione, nec comparentem, fulmine excommunicationis percussit; quo nihil ille territus contrarias copias in agrum Bononiensem immisit, & Pontificios primo conflictu malè mulctavit; sed mox cum nulla à vicinis Principibus auxiliorum spes affulgeret, civiumque Ferrariensium, quos sacer ordo ductabat, adversus se voluntas refrigesceret, animum despondit, Ferrariaque d. 28. Jan. an. 1598. cum omni familia se amolitus, cum Pontifice transegit, iis præcipuè legibus, ut *Ferrariæ civitate arce atque omni agro, qui Pado objicitur cedat, præterea Plebem & Centum Romandiolæ oppidum, familiæ licet Estensis sint, Pontifici concedat, quatuor in Bononiensi agro vicos pro eis accepturus, ut cætera familiæ bona in Ferrariensi ditione, a-* liisque

(s) Ciaccon. Hist. Pont. & Card. T. III. p. 650. Thuan. Lib. LIV.
(t) Ciacc. op. cit. p. 930. Thuan. Lib. XXIV.

liisque locis sita (quæ allodialia vocantur) *ipsi permaneant, ut Romæ eadem ordinis prærogativa, quàm Alfonsus Dux olim habuit, gaudeat, Mutinæ ac Regii Ducis titulos obtineat, , utque sedes Pontificia ejus Patrocinium & omnes ditiones ipsius Imperiales contra quemlibet defendat*, denique ut Clemens Alexandrum Estensem, Ducis fratrem, galero insigniret Cardinalitio. (υ)

ALFONSUS hujus nominis Tertius, Cæsaris filius ac successor in Ducatu, ex desiderio defunctæ conjugis, religiosæ & piæ mulieris, primo statim regiminis sui anno curarum secularium tædio affectus, trabeam cum cilicio commutare constituit, delegitque Capucinorum sodalitatem, cui anno 1629. Monachii Bavariæ sub nomine *Fratris Johannis Baptistæ* initiatus est, sicut *Alf. Loschius* refert, (φ) gubernaculis Principatus FRANCISCO, filio suo natu maximo, traditis. Hic XXX. prope annorum spatio ea moderatus est, fortuna famaque varia, prout animo etiam ac studio varius erat, amicitiam Hispanorum & Gallorum de arbitrio rerum Italicarum tunc decertantium, non ex re sed ex commodo æstimans. Hinc licet studio Austriacæ domus, cui reliquias fortunarum suarum Estenses debebant, à puero innutritus esset, novasque eam perpetim colendi causas haberet, utpote Principatu Corrigiensi à Ferdinando II. Imperat. investitus, atque ab Hispaniæ Rege, cùm eum an. 1638. viseret, eximiis mactus honoribus; subitò tamen, fortuna Hispanis reflante, partes mutavit an. 1647. & Gallicas amplexus est, simulque supremam militiæ Gallicæ in Italia præfecturam suscepit. Verùm successu in obsidione Cremonæ frustratus, & ab Hispanis vicissim domi suæ infestatus, pacem ab eis an 1649. accepit, eamque erga ipsos fiduciam præ se tulit, ut misso in Hispaniam Oratore filiam Ludovici de Haro, penes quem illa tempestate arbitrium rerum Hispanicarum erat, uxorem peteret, & Finalii emptionem, expeditionem in Alsatiam aliaque proponeret; at pauló post affinitate cum Barberinis, Galliæ studiosis, contracta nudavit animum, moxque imperio militari in Gallicas copias denuò suscepto Papiam urbem circumsedit, iterque in Galliam fecit, quo filii ipsius matrimonium cum nepte Mazarini Cardinalis stabilitum fuit; inde redux Valentiam obsedit, cepitque, atque ad extremum Mortara expugnata ex animi corporisque ægritudine *Santiaci* fatis concessit, supremis filium hortatus verbis, *ut quam primum cum Hispanis in gratiam rediret, Romanosque Pontifices sibi benevolos reddere studeret; ab eis enim maximum fortunis domus suæ periculum imminere* eundem monuit. (χ) Nimirum adversus Urbanum Papam arma etiam aliquando strinxerat Franciscus Dux, cum fœderi à Principibus Italicis adversus illum an. 1642. icto accessisset, vana avitum Ferrariæ dominum recuperandi spe inflatus. Sed ALFONSUM II. Ducem, Francisci filium, secum habitare & pace, quæ an. 1660. sancita est, frui maximè subegit adversa valetudo & podagra, qua quarto à patris obitu anno exstinctus est, filio unico bienni post se relicto, qui postquàm sub matris propatruique tutela adolevisset, atque ad virilem pertigisset ætatem, ante susceptam ex uxore ducta prolem vita caruit.

Inter fratres Alfonsi I. Ducis Mutinæ militari floruit laude BORSIUS, quam in Germanico, Pedemontano & Montisferratensi bello sibi peperit; in hoc dum Hispanis militavit, ipsius maximè consilio evenisse, ut Leganesius Produx Mediolanensis cum præcipua Hispanici exercitus parte salvus evaderet, cum Galli Casalio suppetias venirent *Petrus Gazzotti Libro IX. Historiæ bellorum Europ.* refert; ad Gallorum posteà partes Ducis Mutinensis Francisci exemplo transgressus fortitudinem suam & prudentiam bellicam ita eis probavit, ut morbo post solutam ab eis Alexandriæ obsidionem abreptus, magnum sui desiderium & illis & nepoti relinqueret, sicut dictus autor memoriæ prodidit.

De ALMERICO Estensi, Francisci I. Ducis filio natu minore, refert *Nanius*, quod annis juvenis, fortitudine verò & prudentia maturus, expeditionis Gallicæ in Cretam insulam dux à Cardinali Mazarino designatus fuerit, ea fine, ut parta sibi tam celebri occasione fama gloriaque *Hortensiæ Mancinæ*, nepti ipsius, matrimonio jungeretur, quippe quam in nomen genusque Mazarinianum ascitam suorum in Gallia bonorum hæredem destinabat; sed morte illum interceptum esse in insula *Paros*, ex febri, contracta ex clymatis inclementia, aut fortassis angore quodam, quod expeditione ista nec sibi nec expectationi orbis satisfecerit. Senatus tamen Venetus publicis in urbe exequiis & magnifico monumento in æde fratrum Minorum erecto gratitudinis suæ dolorisque specimen dedit. (ψ)

RINAL-

(υ) Thuan. Lib. CIX. Mauroc. Hist. Venet. Lib. XV. Libanor. Ferrara d'Oro, P. I. pag. 11.
(φ) Compend. Histor. pag. 422.
(χ) Bapt. Nani Hist. Venet. Lib. VI & in fine Libri VII. Parte II. (ψ) Ibid. Lib. VIII.

RINALDI Estensis, qui in numero filiorum natu minorum Ducis Alfonsi VIII. fuit, clarum factum est nomen: eum Urbanus VIII. Papa *Diaconum Cardinalem* ultimò anni 1641. mense creavit, Innocentius X. Mutinensi Ecclesiæ an. 1651. mense Novembri præfecit, Rex Galliæ fratre ejus ad partes suas transgresso, Episcopatu Monspeliensi donavit, qua tempestate patrocinium etiam rerum Gallicarum in aula Romana suscepit, atque hujus potius quam reverentiæ, Sancto Patri debitæ, rationem habuit, cùm inter Alexandrum VII. Papam & Ludovicum XIV. Regem Galliæ, ob facinus à militibus Corsicis Romæ adversus Crequium, hujus legatum, admissum, inimicitiæ ortæ essent; apertè enim à Gallorum partibus stetit, & urbe unà cum Crequio excessit, haud nullo familiæ suæ emolumento: pacis enim Papam inter & Gallos factæ legibus pactum quoque fuit, ut ille jura Estensium in Comaclum, quod allodiale bonum & injustè à Clemente VIII. sibi ereptum fuisse contenderant, magno pretio redimeret. (ω) Sub Clementis IX. Pontificatu deinde Rinaldus ad Ordinem Presbyteralem, cum titulo *S. Pudentianæ* ascendit, primatumque in eo an. 1671. ingratiis Cardinalis Fachinetti, adeptus, & ad extremum uno ante obitum suum mense Episcopatu Prænestino auctus est. Hæredem scripsit filium fratris è tertio matrimonio unicum, sibique cognominem; hic instituta etiam patrui secuturus, ad sacras aspiravit dignitates; atque à Pontifice Rom. Innocentio XI. an. 1686. d. 2. Sept. *Diaconus Cardinalis* renunciatus est; sed immatura Ducis Francisci II. nepotis sui ex fratre, morte ad capessendas Principatus aviti habenas vocatus, sacrum abdicavit munus, & galero Papæ Innocentio XII. restituto accessit ad gubernaculum reipublicæ multo jam rerum usu præditus, cumque non ita multò post ad conjugium animum appulisset, uxorem sibi ex Celsissima Ducum Brunsuicensium ac Luneburgensium domo delegit, ut Atestinæ stirpis ramos duos, in quos ea dudum, ceu dictum est, diducta fuerat, novo nexu conjungeret. Visa ea res digna est, quæ peculiari nummo majoris moduli signaretur, & perpetuæ memoriæ commendaretur, auctore ingeniosissimo Leibnizio, jam superius laudato: exhibet ille amnem in duos se diffundentem alveos, qui disparibus profluentes gyris, campumque alluentes, sceptro, coronis & aliis ornamentis domesticis sparsum, post longum demum intervallum rursum coëunt, cum lemmate: *Commercia reddit*: in aversa verò nummi facie sequens legitur inscriptio: *Matrimonio contracto inter Regin. aldum I. Duc. Mutin. & Reg. & Carlotam Felicitatem Princ. Brunsvic. & Luneburg. reconjunctaque VII. divergii seculo Atestina gente. Hanoveræ XVIII. Nov. M. DC. VC.*

Corrigiensis Principatus mentio quoniam facta est; quippe quo Franciscum Mutinæ Ducem ab Imperat. Ferdinando II. investitum esse diximus, pauca de eo subjungere lubet: *Corrigium*, nobile Lombardiæ oppidum vel Castrum, in confiniis Regii, Carporum & Novellariæ situm, per multorum spatium seculorum innatæ paruit familiæ, quæ nomen ab eo assumsit, cumque isto postmodum Austriacum conjunxit, ita ut eâ orti *Austriaci de Corrigio* dici amarent, ostentandæ cum Ducibus Austriæ gentilitati, quam ex insignium similitudine, *fascia* nempè *argentea in scuto rubeo*, affectarunt, agnitam, ceu ferunt, à Friderico III. & Carolo V. Imperatoribus, quorum ille Manfredum II. hic Johannem Franciscum Comites Corrigii consanguineos salutare haud sint dedignati. Medio seculo XVI. ad initium usque hujus labentis claruit *Camillus Comes Corrigii*, Manfredi III. filius: is post mortem uxoris suæ, Mariæ de Collalto, an. 1583. defunctæ, *Francisca Mellina* amica usus est, quam denique an. 1591. die 16. Aug. matrimonio sibi adjunxit, cùm jam anno abhinc, die nempè 20. Aug. 1590. gnatum ex ea suscepisset, *Johannem Syrum* dictum: hunc tanquam legitimum & naturalem per subsecutum matrimonium factum testamento, an. 1598. condito, hæredem instituit; qui etiam genitore rebus humanis exempto hæreditatem adiit, deindeque à Matthia Imperatore amplissimo diplomate, d. 13. Febr. 1616. dato, *Corrigii & S. Romani Imperii Princeps*, cum omnibus suis legitimis descendentibus, creatus est. Verùm Ferdinando II. imperante, anno nempè 1623. adulteratæ monetæ in aula Cæsarea postulatus, gravissimas dedit pœnas, quibus miles Cæsareus occasione belli Mantuani an. 1630. occupato Corrigio, direpta atque exinanita domo Principis, ipsoque & conjuge indignè habitis prælusit. Tam malè jam mulctato mulcta insuper CCCM. florenorum an. 1633. imperata, & secuto quidem anno LXXM. florenis diminuta est, sed cùm solvendo non esset, ditio & bona ejus omnia pro summa CCXXXM. florenorum Regi Hispaniæ loco hypothecæ tradita, ab hoc autem an. 1635. eodem pretio & titulo Francisco Mutinæ Duci concessa fuere, qui etiam Principatus Corrigiensis investituram in aula Cæsa-

rea, ceu dictum, obtinuit. Ita fortunis omnibus exuto Johanni Syro cùm vix superesset unde se familiamque aleret, *Mauritius* ejus filius egestate subactus, quarto post excessum patris anno, qui 1649. erat, ad transactionem descendit, & acceptis prædiis, molendinis & quibusdam aliis rebus cœtera omnia Duci Mutinæ cessit ac renunciavit, cujus cessionis, tanquam de bonis fideicommissi inalienabilis lege devinctis factæ, rescissionem, eorumque restitutionem *Gibertus ab Austria de Corrigio*, Mauritii F. suo fratrumque nomine in aula Cæsarea maximo requirit studio.

AD TAB. IV.

SIGISMUNDUS Estensis, Herculis I. Ducis Ferrariensis frater germanus ramum Marchionum Estensium, in Pedemontio & Lombardia hodieque vigentem prosevit; is ex avito patrimonio *Fanum Martini, Castrum Arani, Fanum Cassiani* & fortassis alia sortitus est, quæ gnato suo HERCULI per matrimonium, quod cum Angela Sfortiana contraxit, aucta sunt Comitatu Cortelonensi & Vicariatu Bellijocensi in Ducatu Mediolanensi. SIGISMUNDO II. Carolus V. Imperator *Borgomanerium & Porlezzum*, Trivultiana olim bona, & ad Cameram Cæsaream devoluta, contulit, compensandis damnis, quæ illi Austriacis addicto à Duce Ferrariensi Gallicas sectato partes, direptione castrorum S. Martini, Castellarani & Compogajæ, illata fuerant. Papiæ idem Cæsaris nomine præfuit, & denique Prorex Siciliæ designatus fatis concessit. PHILIPPO Sigismundi II. filio uxor Maria Sabauda domina *Crevecœur & Lans* sive *Lanzo* in Pedemontio dotis loco attulit, quorum posterius in Marchionatum ab Emmanuele Philiberto Duce Sabaudiæ erectum est. Inter illius gnatos major CAROLUS Philibertus Coronæ Hispanicæ operam suam addixit, probavitque, ita ut honore Equitis Aurei velleris & Consiliarii sanctioris Consilii auctus decesserit, septuaginta annorum Nestor, & improlis. SIGISMUNDUS III. ejus frater Sabaudiæ Duci inserviendo ætatem peregit, gnatosque duos post se reliquit, quorum major natu patris, minor patrui vestigia ingressus est: hic enim, cui nomen erat CAROLO EMMANUELI Marchioni de Borgomanero, Coronæ servivit Hispanicæ, ejusque nomine legationem in Aula Cæsarea multorum spatio annorum obiit, torque Aurei Velleris & dignatione Magnatis Hispaniæ mactus, nec brevior ei, quam patruo, vitæ usura contigit. PHILIPPUS FRANCISCUS, Marchio Lanzensis, illius frater in Pedemontio permansit, ibidemque filiam Caroli Emmanuelis Ducis Sabaudiæ naturalem, uxorem, dotisque loco Marchionatum *Dronerensem* accepit, quo nomine filius ejus, minor natu distinguitur, qui rei militari in urbe & Provincia Taurinensi præest, majore Marescalli, & Supremi Camerarii munia in aula Ducali obeunte.



III. AQUI-

III.
AQUINENSIS FAMILIÆ

quæ longo Longobardorum ſanguine cenſetur & ampliſſimis in REGNO NEAPOLITANO ditionibus titulisque pollet Genealogia.





SCutum quadripertitum, quod hîc exhibetur, Aquinatibus familiare eſſe cœpit, poſtquam Franciſcus Aquinas, Loreti & Satriani Comes, Johannettam de Burgo, Cecci Comitis de Montederiſo & Marchionis de Peſcara, clariſſimi ſub Ladislao Rege Neapolitano armorum ducis, gnatam ac hæredem, uxorem accepit; *leone* enim, qui in ſecunda & tertia areola, *minio & argento* tranſverſè bipertitis, *alternis coloribus tinctus*, conſpicitur, *Ceccus Burgenſis* inſignium loco uſus eſt; *tæniæ* verò *rubeæ*, primo & quarto laterculo argenteo inductæ, *Aquinenſe* referunt digma. Margini inſcripta verba divinitus ad aures S. Thomæ de Aquino advolaſſe perhibentur, ſicut in Exegeſi Hiſtorica dicetur; Sol etiam, apici impoſitus, illud Eccleſiæ pariter & familiæ ſuæ ſidus deſignat.

COMITES DE AQUINO, ACERRA, ASCOLI, LORETO ET MONTE

1. ATENULPHUS cogn. Sommucula

2. Lando Comes Aquini — Atenulphus Comes Aquini

3. Lando Comes Aquini &

4. Pandulphus Comes Aquini. — Landulphus Comes Aquini.

5. Pandulphus Dominus de Aquino, † 1157.

6. Atenulphus Dominus de Aquino — LANDULPHUS, *Vid. Tab. seq. II.*

7. THOMAS, primus Comes de Aquino & Acerra, uxor, *Constantia*

8. Landulphus de Aquino,

9. Thomas, II. Comes de Aquino & Acerra. — Cubitosa, uxor *Landulphi Caraccioli Com. de Montemarano.*

10. Atenulphus, III. Comes Acerræ, occ. 1294. *1. N. de Bruffonis, Jacobi Com de Satriano fil. 2. Sibilotta, Ermigaldi Com. Ariani f.* — Cubitosa *nup. Galeotto Lanza.* — Isabella nup. *Guilielmo Stendardo, Dn. de Arpaja & Arienzo. M. Comestabili regni.* — Christophorus Comes de ASCOLI, cr. 1292. *Margarita de Sangro Todini Com. de Sangro fil. Berardi fratris hares.* — Arricus Dn. de Atina.

11. Thomas. *Margarita Sabrano, Ermignani Com. Ariani f.* — Margarita, nup. *Ugolino Scotto.* — Johanna, uxor *Petri Ruffo. Com de Catanzaro* — Christophorus, II. Comes de Ascoli. *Theodora Sanseverina, Comitis de Marsico f.*

12. Christophorus de Aquino III. Comes de Ascoli, obiit *calebs.* — Margarita, IV Com. de Ascoli, nup. *Riccardo do Marzano, 2. Friderico de Antiochia Com. de Capece, 3. Raimundo de Balzo, Com. de Soleto.*

13. Franciscus de Aquino, III. Comes de Loreto. *Cecca, filia Comitis de Celano.*

14. Elisabetha de Aquino, IV. Com. de Loreto, nup. *1. Jacobo de Aquino, patrueli suo, 2. Antonio Cantelmo, Com. de Alvito.*

15. Franciscus de Aquino, V. Comes de Loreto, & III. de Satriano, Magnus regni Camerarius.

16. Berardus Caspar de Aquino. VI. Comes de Loreto, & Comes de Montederiso, MARCHIO de PESCARA.

17. Franciscus Antonius de Aquino, Comes de Loreto, Satriano & Montederiso, Marchio de Pescara, † sine liberis *Francisca Ursina, Com. de Alba & Tagliacozzo fil.*

DERISO DUCES DE GAETA, MARCHIONES DE PESCARA.

Castaldus Aquinensis an. 996. 1.

& Dux Gaetæ † circa an. 1063. Sichinulphus Com. Aquin. 2.

Dux Gaetæ secundus. 3.

Atenulphus Comes Aquini. Lando Comes Aquini. 4.

RINALDUS Dom. de Aquino, *Vid. Tab. III.* 5.

Lando Dom. de Aquino. 6.

Friderici II. Imperat. & Reg. Sicil. filia. 7.

mortuus ante patrem. 8.

Jacobus de Aquino, Dominus de Montesarchio. 9.

Landulphus. *Agnes, Otto-nis de Polli-ceno f.* — Philippa, *notha*, nup. 1. *Thomæ de Aquino, filio natur. Comitis Casertæ. 2. Rogerio Dom. de Pietra fesa.* — Thomas Dn. delli Luzzi. *Stephania de Agnone.* 10.

Jacobus, Guilielmus, *obierunt sine prole.* — Beatrix nup. 1. *Nicolao de Somma, Dom. Castelli di Franci.* 2. *Oderisio ex Comit. de Sangro.*

Cubitosa, ux. *Jacobi Aquaviva.* — Berardus Comes de LORETO cr. an. 1330. Uxor 1. *Thomasa de Molise Dom. de Campobasso, Riccardi de Montforte. Dom. de Gambutesa vid. 2. Maria Stendarda Guilielmi de Miliaco vid.* — Aloisia, *innupta.* — Atenulphus. Ux. 1. *Maria Pipina, Nicolai Com. de Minorbino soror. 2. Margarita de Corbano.* 11.

1. Catharina, ux. *Roberti de Leonessa, Dom. de Piedimonte.* — 2. Thomas II. Comes Loreti. 1. *Thomasa de Sus. Petri Dom. de Ottajano f. 2. Elisabetha Sanseverina, fil. Com. de Tricarico.* — Christophorus. — Atenulphus, improlis. *Elisabetha Sanseverina, Comitis de Tricarico f.* 12.

Berardus de Aquino. *Ursulina Julia Com. de Satriano.* 13.

Jacobus de Aquino, Comes de *SATRIANO* & Loreto. *Elisabetha de Aquino, Francisci III. Com. de Loreto fil.* 14.

Uxor. *Johannetta de Burgo, Cecci Com. de Montederiso, & Marchionis de Pescara fil.* 15.

Uxor. *Beatrix Cajetana, Honorati Duc. Sermonetæ & Com. de Fondi soror.* 16.

Antonia de Aquino, Marchion. de Pescara, Com. de Loreto, Satriano & Montederisio, morte fratris, uxor *Inici D'Avalos.* Grande Chambellan de Naples Comte de Montedorisio, Chevalier ... par ... 17.

I 2 TABU-

TA

DOMINI DE ALVITO ET DELLA GROTTA

6. LANDULFHUS De Aquino, Pan

7. Atenulphus, obiit fine prole. *Ottolina de Insula.*

8. Rogerius, Landulphus Dn. Grottæ & Albeti.

9. Andreas Dn. Grottæ, † circa an. 1253. s. lib. | Thomas Dn. Grottæ menardæ & Albeti. | Atenulphus, improlis. | Stephania, nup. *Johanni de Balbano, Dom. de Rivello 1235.*

10. Lucas de Aquino Dn. della Grotta menarda, uxor 1. *Nida de*

11. 2. Landulphus Dn. Grottæ, † 1344. Ux. 1. *Maria de Gesualdo Dn. de Rocchetta. 2. Johanna de Brussone, Jacobi Com. de Satriano f.*

12. Nicolaus Dn. della Grotta, de Melito & Bonito. *1. Catharina de Cabanis, Roberti Com. de Evoli f. 2. Rosella Crispana, Antonii f.* | Angela, uxor *Guilielmi Stendardi Dom. de Calvi.*

13. 1. Cichellus, ob. ante patrem. | Antonius Dn. della Grotta, Cubicularius Regis Caroli III. *Roberta Cajetana ex Dom. Sermonetæ.* | Landulphus, *Eques Hierosol. & Prior Barlettensis.*

14. Matthæus Dn. della Grotta. *Francisca Sanfremondo, Nicolai Com de Cerreto f.*

15. Ladislaus Dn. della Grotta. *Euphemia Francisca de Balzo, Raimundi Com. de Alessano fil.* | Antonius.

16. Caspar Dn. della Grotta. *Maria Filomarina, Thomæ Dom. della Rocca dell Aspro f.* | Matthæus, *Episcopus Gravina 1481. Lecciı 1508.*

17. Ladislaus Dn. della Grotta menarda, Bonito, Melito, Rocchetta; & primus MARCHIO de QUARATA. DUX DE BISCEGLIE. Uxor 1. *Feliciana Carafa Antonii II. Com. de Ruvo soror. 2. Julia Carafa, Joh. Vincentii March. de Montesarchio f.* | Fumia Francisca nup. *Ludovico della Marra, Dom. de Capurso.*

18. 1. Antonius de Aquino II. Marchio de Quarata f. Corato, † extorris. *Isabella Caracciola, Johannis Pr. de Melfi fil.* | Eleonora, nup. *Galeotto Carafæ, Com. de S. Severino.* | Laura, uxor *Marcelli Caraccioli Dom. de Casa d'albore.*

19. Johannes Baptista, Dom. S. Nicolai *Lucretia Caracciola ex Com. S. Angeli.* | Ladislaus, *Episcopus Venafr. 1581. R. E. Cardinalis 1617. † 11. Febr. 1621.*

20. Franciscus de Aquino † cælebs. | Beatrix nupta *1. Johanni Serio de Somma. 2. Johan. Baptistæ della Marra, Duci de Macchia.*

21. Josephus, obiit in juventa. | Johannes, dictus dein *Frater Thomas*, Magister Ordinis Prædicatorum. | Ladislaus, dictus dein *Thomas*, Monachus Benedict. | Franciscus, ex Cler. Regul. Theatino *Episcopus Sessæ.*

MENARDA MARCHIONES DE QUARATA.

dulphi F. Dom. Albeti, & quartæ partis Aquini. 6.

Andreas, Dn. della Grotta menarda & Alvito. 7.

Atenulphus. Pandulphus. 8.

Rinaldus, Prorex Hydrunti & Barensis an. 1257. Angelus, *Episcopus Sarnensis.* 9.

Montefusculo, *Thoma Dom. de Montesarchio f.* 2. *Ægydia della Marra*, *Ritonis Dom. de Serino f.* 10.

Elisabetha nup. *Jacobo de Molino.* 11.

Hilaria nupta *Lancelloto Minutulo Dom. Clusani.* Elisabetha, ux. *Johannis Dom. de Dinno* 12.

Donatus, *Archiepiscopus Benevent.* 1385. † 1423. Johannetta, nup. *Nicolao Aruccio.* Hilaria, ux. *Roberti Guindazzo.* 13.

Nicolaus. Elisabetha, nup. *Antonio Giesualdo Dom. de Consa.* Catharina, ux. *Aloisii Restaini Dn. d'Angri.* 14.

Nicolaus. *Prior ad S. Nicolai Barensis.* Johannes Carolus. Franciscus. 15.

Battholomæus. Antonius. Balthasara, nup. *Francisco de Guarino, Dom. de Bugiardo.* Laudomia. 16.

Chrysostoma, uxor. *Antonii Carafa, Com. de Ruvo.* Ginevra, nup. *Joh. Caspari de Loffredo, Dom. de Carovigui.* Landulphus Dn. de Mileto, Cornello & Canneto. *Covella della Marra.* 17.

Aurelia, nup. *Ferdinando Guevara.* 2. Franciscus de Aquino, Dn. S Nicolai & Durazzani. *Beatrix de Guevara, Johannis Duc. de Bovino soror.* Caspar, † puer 13. ann. Laudomia, nup. *Hectori della Marra.* 18.

Fridericus. Jacobus, *Eques Hieros.* Antonius, *Episcop. Sarn. Archiepisc. Tarent.* 1618. † 1626. Octavius Dn. de Carisi & della Rocca Vasciarara. *Beatrix Adorna, Gabrielis fil.* Cæsar. Thomas, *Clericus Regular. Theat.* 19.

Thomas *Portia Carafa.* Johannes † juvenis. Isabella, uxor *Flaminii de Constanzo, filii Marchionis de Corleto.* 20.

. . . nupta *Andreæ Capece Latro.* Catharina uxor *Principis de Pietra.* Christina nupta *Carolo Caracciolo, Dom. de Acaja.* 21.

COMITES DE BELCASTRO ET MARTORANO, PRINCIPES DE

5. RINALDUS Dn. de Aquino,

6. Landulphus Comes de Aquino. *Theodora.* | Pandulphus, † improlis. | Landulphus Sinibaldus, *dictus antea* Lando, *monachus Benedict. Casinensis, & tandem Abbas.*

7. Rinaldus & Landulphus perierunt in bello Etrusco. | S. THOMAS, nat. 7. Mart. 1224. *Mon. Dominic.* † 7. Martii 1274. | Maria, Domina de Marcano | Theodora, nup. *Rogerio Sanseverino Com. de Marsico.* | Adelasia, ux. *Rogerii de Aquila Com. de Fondi.*

8. Thomas II. Comes de Belcastro. Ux. 1. *Hilaria de Sus, Benedicti Cajetani vid.* 2. *Constantia de Sanguineto, Philippi Com. de Corigliano f.* | Landulphus. | Jacobus. | Isabella, ux. *Johannis Ferrerii.* | Johanna, nup. *Guilielmo Stendardo, Dom. de Calvi.*

9. 1. Arnulphus, obiit ante patrem. *Isabella Apia.* | Christophorus, Dn. de Vena majore. *Philippa de Leonessa.* | Johanna, nup. *Henrico Sanseverino, Com. Mileti.*

10. Thomasellus de Aquino III. Comes de Belcastro, † improlis. N. *Sanseverina, Ugonis Com. Potentiæ filia.*

11. Angelus IV. Dn. de Castiglione, † juv. | Rinaldus V. Dom. de Castiglione,

12. Jacobus VI. Dn. de Castiglione. *Isabella Sanseverina, Ludovici f.*

13. Ludovicus de Aquino VII. Dn. de Castiglione, obiit 1482. Uxor,

14. Berardinus VIII. Dn. de Castiglione, † 5. lib. | Ludovicus, *posthumus*, IX. Dom. de

15. Cæsar. X. Dn. de Castigl. & Crucculo. *Aurelia Torres, Dom. de Crucculo.* | Eleonora, nup. *Antonio de Trezzo Dom. de Roccafelluca.* | Ferdinandus de Aquino. *Isabella Severina, N. Dom. de Palmola f.*

16. Julius XI. Dn. de Castiglione & Crucculo. *Eleonora Januaria (de Gennaro) Joh. Andreæ III. Comitis de Martorano fil.* | Hannibal, Dom. de S. Mango & Baranello. *Hyppolita Severina.* △

17. Cæsar XII. Dn. de Castiglione & de Cruculo, COMES de MARTORANO. *Cornelia Spinella, Salvatoris March. de Fuscaldo fil.* | Fabius de Aquino.

18. Carolus XIII. Dominus & PRINCEPS de Castiglione. 1. *Eleonora Pignatella, Jacobi Dom. de Castellaneta f.* 2. *Maria de Capua, soror Ducis de Termoli.* | Felicia, uxor *Thomæ de Aquino Pr. de S. Mango.* | Diana, nup. *Ferdinando de Capua.* | Johannes, PRINCEPS S. Rom. Imp. & de Petra elcina, cr. 1626. *Lucretia Centurione, Danielis Ducis Genuensis fil.* ☾ | Scipio, *Capucinus* sub nom. *Fratris Thomæ.*

19. 1. Cæsar II Pr. de Castiglione, III de S. Mango VIII Com. de Martorano. † in terræmotu 1638. *Laura de Aquino, Thomæ Pr. de S. Mango fil. & Ludovici fratris hæres.* | Jacobus PRINCEPS de CRUCOLI. *Catharina d'Aierbe d'Aragonia, Casparis, Pr. de Cassano f.* ⊙ | Johannes PRINC. de FEROLETO, † cælebs. | 2. Franciscus Pr. de Feroleto, † cælebs.

20. Cornelia Pr. de Castiglione, ux. *Philippi Cajetani Pr. de Caserta.* † improlis. | Johanna Baptista, *posthuma*, Pr. de Castiglione nup. 1. *Cæsari de Aquino, Pr. de Petra elcina.* 2. *Ludovico de Aquino, de quo Tab. seq.* | Hieronyma

LA III.

CASTIGLIONE, S. MANGO, PETRA ELCINA ET CRUCOLI.

Landonis Comitis Aquinensis F. 5.

Atenulphus, Comes de Aquino. *Flordiladra Felluca, Dom. de Barbaro.*	Aimon Comes de Aquino, Prorex Siciliæ 1269.	6.

Thomas, COMES de BELCASTRO 1. *Isabella, Matthæi Dom. de Cariati, f. 2. Philippa de Cariati f. 2. Philippa de Aquino.* ☽	Atenulphus	Elisabetha, ux. *Beamundi Dom de Cariati fratris Isabellæ.*	Thomas, Comes de Aquino. *Armengalda de Ceccano.* ☉	Odolinda, *nup. Ottoni Braida, Dom de Molterno.*	Rinaldus.	7.

Atenulphus DN. de CaSTIGLIONE. *Stephania de Montefalcione, Andreæ ex Comit. de Molise vidua.*	Robertus † juvenis.	Jacobus, obiit paulò post patrem, cum gnata sua Francisca.	Johannes, † cælebs.	Gemma, nup. *Oliverio del Bosco.*	Maria.	8.

Thomas, Dn. de Castiglione, Marsico vetere & Monte S. Johannis. *Catharina de Montibus, Ludovici Dom. de Puzzoli f.*	Thomasa nup. *Petruccio Dom. de Cancellaria & Pietragalla.*	9.

Jacobus de Aquino, III. Dn. de Castiglione, de Marsico Vetere nec non de Cruculo per uxorem *Elisabetham Gentilem, ex antiquis Comitibus Lesinæ.* 10.

Ux. *Agnes Pepoli, Obizonis f.*	Christophorus.	Johannes	11.

Elisabetha, nup. *Philippo Sanseverino, Com. Materæ.*	Galeatius. *nothus.*	12.

Alvina Ruffo, Nicolai Antonii Dom de Condejanni & Bagnara fil. 13.

Castiglione. Ux. *Francisca Pignatella, Cæsaris Dom. de Torito f.* 14.

ANTONIUS de Aquino. *Vid. Tab. seq. IV.*	Hector de Aquino. *Claudia Venata Hectoris f.*	Rinaldus, improlis.	Caspar, occ. in pugna ap. promontorium Minervæ, 1528.	15.

Horatius, *Eques Melit.* occ. in obsid. Melitæ.	Hannibal, *mon. Dominic.* sub nomine *Ludovici.*	Hieronym. nup. *Jo. Baptistæ Venato.*	Johanna, uxor *Julii Cæsaris Spinelli.*	16.

Thomas, PRINCEPS de S. MANGO. Uxor, *Felicia de Aquino Cæsaris, XII. Dom. de Castiglione & Com. de Martorano fil.* 17.

Joh Baptista, obiit in bello Palatino, in Germania.	Cæsar. *Sacerdos.*	Hannibal. *monachus Dominicanus*	Ludovicus, II. Princeps de S. Mango, Eques S. Jac. † sine Lib. *Anna Strambone, Joh Vincentii Ducis Salsæ & Dom. Vulturaræ f.*	Laura, fratris hæres, nup. *Cæsari de Aquino, Præ Castiglione.*	18.

Cæsar Princeps de Petraelcina & de Castiglione per ux. *Johannam Baptistam de Aquino Cæsaris, II. Pr. de Castiglione fil.*	Franciscus, *Clericus.*	Hieronymus, III. Pr. de Petraelcina, † cælebs.	Lilla nup *Hieronymo Venato Duci de S. Theodoro.*	19.

Antonia, nup. *Mario Carafa Duci de Jelsi.*	Franciscus II. Com. de Martorano † incunis.	Catharina, uxor *Marcelli Caraccioli M. de Casadalbero, Pr. de Torrenova.*	Apollonia, *monialis.*	20

TAB. IV.

15. PRINCIPUM DE CASTIGLIONE STIRPS SUPERSTES.

ANTONIUS de Aquino, Ludovici Domini de Castiglione noni filius tertius. Uxor ei fuit *Barbara de Trezzo, Francisci Dom. de Castelmonardo fil.*

16.	Alexander de Aquino. *Beatrix Recca Hectoris Dom. de S. Bartholomæo f.*	Horatius.	Tiberius, *Eques Hierosol.*	Johannes Andreas.	Cæsar.

17.	Thomas de Aquino, Regens regiæ Cancellariæ, Neapol. † improlis. *Constantia Siscara, Caroli ex Com. Ajelli f.*	Landulphus, Dn. de S. Angelo. *Violanta Valignano, Alphonsi Com. de Foglia fil.*	Antonius, *Clericus Theat.* dictus *Thomas, Vicarius Generalis Ordinis* tandem *Episcopus Motolæ.*	Dianora, nup. *Ferdinando Monforte, Dom de Laurito.*

18.	Alexander.	Ludovicus de Aquino Princeps de Castiglione † 11. Febr. 1697. *Johanna Baptista, de Aquino, Pr. de Castiglione, Cæsaris de Aquino, Pr. de Petra elcyna vidua.*	Antonius de Aquino. *Hippolyta Capece Ducis de Ruodi f.*	Jacobus, *Eques Melit.*

19.	Thomas Pr. de Castigl. Feroleto & S. Mango Dux Neocastri, Magnas Hispan Comes de Martorano. *Fulvia Pica, Alexandri Ducis Mirandulæ & Concord. f. 1686.*	Carolus.	Landulphus.	Thomas.	Johannes.	Violanta *monialis.*

20.	Alexander, XI. Comes de Martorano.	Rinaldus.



EXEGESIS HISTORICA.



AQUINATENSIS familiæ, quæ nulli præcipuarum in regno Neapolitano antiquitate & illustri splendore concedit, origo vetustior à Longobardis, posterior à Campanis manat. Enimverò Longobardos condito in Italia ad Padum Ticinumque regno ad Interiora Italiæ in Samnium & Rhegium usque, extremum ejus oppidum, auspiciis & ductu Regis Fl. Autharis, penetrasse, in principio Exegeseos Historicæ Stemmatis Desideriani dictum fuit. Ab ea expeditione cùm reverteretur Autharis Samnium in formulam Ducatus redegit, & Beneventi, quod caput provinciæ erat, Ducem instituit Zotonem, anno æræ Christianæ DXXCIX. Huic Ducatui etiam post eversum à Carolo Magno Francorum Rege Longobardorum regnum principes Longobardici sanguinis præfuisse constat; divisionem verò passus est occasione belli, quod Sicardo Principe Beneventano an. 840. à suis per tumultum occiso, inter Radelgisum, illius quæstorem, qui ditionem invaserat, & Siconolphum, Sicardi filium, quem Capuani Principem esse jusserant, exarsit: cùm enim uterque Sarracenos in auxilium accivisset, Ludovicus II. Rex, Lotharii Imperatoris F. ut belli materiam tolleret, inter duos prædictos viros *totam Provinciam Beneventanam æquitatis discrimine subjure jurando dispartivit*, ut habent verba *Erchemperti*, monachi Cassinensis, (a) & *Radelgisum* Beneventi, *Siconolphum* Salerni Principem constituit; id quod anno 851 factum esse Sigonius retulit. (b) Radelgiso paulò post mortuo successit in Beneventano principatu Radelgarius filius, isti an. 854. Adelchis frater. Hujus à propinquis suis an. 878. extincti in locum Gaideris, Radelgarii filius, electus est, quem excepit an. 881. Radelgis, gnatus Adelchisi. Is à Beneventanis post triennium ejectus Ajoni fratri suo, deindeque Urso, hujus filio, locum fecit; posteà verò Græcis, qui Beneventum occuparant, pulsis Principatum recepit, quo iterum exutus est ab Atenulpho, Capuæ primùm *Gastaldo*, dein Comite, ejusque filio Landulpho an. 899. Horum posteri Beneventi nec non Capuæ principatum tenuere per annos circiter CLXXVII nempè usque ad Landulphum VI. qui anno MLXXVII sine prole decessit, cùm jam Nortmanni omnem pœnè provinciam suæ ditionis fecissent.

Nec verò omnis Principum illorum familia cum Landulpho VI extincta est: cùm enim memoriæ proditum sit ab Erchemperto monacho, qui sub finem seculi noni vixit, filios nepotesque Capuæ Comitum avitæ ditionis urbem quemque suam iterata divisione obtinuisse, ex more nempè tunc recepto, posteà desueto, quo nullis è Longobardorum dynastarũ filiis carere propriis & peculiaribus feudis, modò adesset facultas solitum fuerit, arbitratus est *Camillus Peregrinus* Campanus, vir rerum patriarum scientissimus, plerosq; Comites urbium utriusq; Principatus ex Atenulphi Capuæ Comitis & demum Principis Beneventi genere exiisse; ita nempè ejus se habent verba: *puto me non temerè suspicari ex præclarissimo hoc genere Atenulphi præter eos, qui per longa annorum spatia Principes Benevento & Capuæ præfuerunt, emersisse etiam Comites in utroque Principatu perplures. Quod planè*

(a) Historia Longobard. Benevent. à Camillo Peregrino edita. §. 19. (b) Histor. Ital. Libro V.

cum sentiam, minimè tamen adfirmaverim perpetuò illos coluisse, observasseque communis suæ genealogiæ conjunctionem, quandoquidem suam quisque peculiarem constituisse videtur familiam, quæ juxta connaturalem quandam imponendorum cognominum varietatem varias susceperunt denominationes, vel scilicet ab nomine progenitorum, vel ab defuncto magistratu, tam Ecclesiastico, quàm Laicali, vel ab vitio sive qualitate corporis, vel ab aliquo quocumque alio eventu, vel tandem, quod etiam frequentissimum, à possessis urbibus & oppidis, ita ut tractu temporis in multiplici adeò cognominum segete proclive satis fuerit ignorare, unum idemque ipsarum omnium gentium extitisse primitivum semen. (c)

Capuani Principatus partem haud minimam Aquinensis constituebat Comitatus, ab *Aquino*, vetustissimo Volscorum oppido, & *frequenti* Ciceronis ætate *municipio*, (d) nomen habens, atque intra Volturnum & Lirim situs; huic peculiares fuerunt Comites, quos stemmati Principum Longobardorum, qui ex genere Atenulphi, jam sæpius memorati, Comitis Capuæ Principisque Beneventi, prodierunt, inserere non dubitavit Peregrinus. Primus inter istos tum ordine, tum gloria emicuit ATENULPHUS cognominatus SOMMUCULA, de cujus origine ita auctor laudatus. *Quidni Summuculam illum non reputabo Campanum, imò Campanorum Principum Langobardorum vel consanguineum, vel adfinem, qui & ipse Langobardus, ut ejus nomen declarat, urbis fuit Gastaldus, subjectæ eidem principatui?* & paulò post, *Comites Aquini*, inquit, *qui post Sommuculam Atenulfum eidem urbi præfuere, agnatos fuisse Langobardorum Principum Capuæ, quod initio adstruebam, satis liquet ex tabulis archivii monasterii Cassinensis, quibus in refecto registro Petri Diaconi habetur: Principes Pandulfum patrem anno sui Principatus VI. & Pandulfum filium anno sui principatus 13. prid. Idus Aprilis indict. XV. Capuæ jurejurando firmasse Abbatiam Cassinensem Abbati Theobaldo ad preces, & interventu Adenulfi Comitis, filii quondam Atenulfi Comitis; Johannis Comitis, filii quondam Landulfi Comitis; — dilectis nostris parentibus,* (*barbariem nil moveo*) *& qui sunt Aquinensis Comitibus. Quæ producta annorum Principatuum, & Mensis, & Indictionis consignatio annum monstrat 1032.*

Haud longè ab Aquino aberat Cassinense monasterium, quod priscis illis temporibus supremo sui ipsius imperio gaudebat, suoq; subditos jure regebat; itaque cùm turbulenta illa tempestate, qua ista Italiæ pars inter Longobardos & Græcos divisa erat, finium custodiendorum ergò monachi arcem, in loco munitissimo extruxissent, Roccam siccam dictam, idque opus novum vicini aliquandiu tolerassent, tandem, Mansone Abbate Cassinensi à Capuanis capto & luminibus orbato, ATENULPHUS Comes Aquini ea opportunitate usus, arcemque aggressus est, & expugnatam diruit, anno 996. quo temporis tractu Otto III. Romam venit ad suscipiendam in Vaticano coronam Imperialem. Mentio hujus rei occurrit in Chronico Cassinensi Leonis Cardinalis Ostensis, his usi verbis: *Præerat eo tempore in Aquinensi Castaldatu Atenulphus, cognomento Sommucula, Atavus eorum, qui nunc dicuntur Aquinensium Comites; qui mox, ut Abbatem cæcatum cognovit, hilaris effectus, Roccam vocabulo siccam, quam idem Abbas paulò ante construxerat, funditus evertit,* (e) Abavi vocem impropriè ab Ostiensi in ista usurpatam fuisse pericope nec aliam, quàm avi significationem admittere, subducta ratione temporis, quod inter annum 996 & Ostiensis ætatem intercessit, *Philibertus Campanilius* observavit. (f)

Cum an. 1038. Conradus Imperator Principatum Capuanum, Pandulpho Principi ademptū in Guaimarum Principem transtulisset, bella inter eos exarsere, quibus vicini etiam Comites implicati sunt, alii alias faventes partes. Aquino tunc præerant LANDO, ATENULPHUS & SICHINULPHUS Comitum titulo, quippe quem Atenulphus Primus, eorum pater jam assumserat, abdicato Castaldi nomine; hi cum Pandulphi, agnati sui, partes amplexi essent, accidit ut Landulphus Comes Teanensis, adversam sectatus factionem, Atenulphum per insidias nec opinantem adortum caperet, captumque Guaimaro Principi Salernitano transmitteret; eo cognito cæteri Comites Aquinenses confestim copias ex vasallis, nec non Nortmannis, qui in Italiam novissimè delati venalem trahebant animam, contraxerunt, cumque iis Teanum viam affectarunt; sed à Richerio Abbate Cassinensi amnis transitu exclusi, reperto vado copias

(c) Historia Princ. Longob. pag. 284. (d) Orat. Philipp. II.
(e) Libro II. cap. 16. (f) De famil. Neapol. p. 235.

pias ejus fugarunt, Abbatemque ipsum in suam potestatem redegerunt, nec nisi Atenulpho Comite in libertatem à Guaimaro Pr. Salernitano restituto dimiserunt. Ingravescente postea potentia Guaimari, utpote non Capuano tantum principatu, sicuti dictum fuit, sed etiam Cajetano ducatu aucti, Cajetanos imperii ejus tædium cepit, ita ut ATENULPHUM Aquinensem Comitem multis fortibus factis illustratum, & auctoritate ac potestate præditum, accerserent, eidemque sese submitterent; inde cum bellum inter Guaimarum & Athenulphum recruduisset, post acrem pugnam hic iterum victus captusque fuit. Sed eodem pæne tempore in Pandulphi Exprincipis Capuani manus delapsa erat Comitis Teanensis filia, hæc ut cum Athenulpho commutaretur, cum Pandulphus consentire nollet, ita iste tum ea indignitate, tum sævitia, qua Pandulphus Cassinensium agros & colonos affligebat, commotus est, ut animo ab illo abalienato cum Guaimaro in gratiam redire contenderet, dexteraque ei data fidem futuræ amicitiæ sanciret. Ita libertate recuperata, & ducatu Cajetano cessione Guaimari sibi confirmato, Atenulphus Cassinatum tutelam suscepit, statimque in Fratenses & Miturnenses eorum hostes movit, & collatis signis magna clade debellavit, utque omnem discordiæ inter Cassinates & Aquinates materiam præcideret, perfecit, ut sui Pedemontium, Cassinatum ditioni contiguum, Castellis Cellarella & la Posta dictis, locoque Aquinatibus propiore & commodiore sitis, permutarent, prætereaque Lacum Majorem cum iis, quæ eo pertinent, S Benedicto donarent & consecrarent; factum hoc esse traditur anno 1063. & sequentibus. In summam his actionibus gloriam Atenulphus venit, perpetuæque nomen suum commendavit memoriæ, quod etiam Alphanus Archiepiscopus Salernitanus ab oblivione vindicavit sequenti epitaphio:

Dormit, Aquine, tuus Comes hic, Cajeta tuus Dux,
Magnus Atenulfus, Capua quem genuit.
Magnanimus, sapiens, pius, fortis, impiger, acer;
Urnam nam mediam sole tenente ruit.
Ad patriam cœli lux est ubi vera diei
Dextra beata Dei tendere donet ei. (g)

LANDO, Atenulphi F. patri equidem in Cajetanensi Ducatu successit, sed postea vel insolentia Cajetanorum, vel tædio rerum humanarum impulsus, eum repudiavit, id quod auctor Chronici Cassinensis memoriæ tradidit hisce verbis: *sed & Lando Dux olim Gaetanorum eodem tempore* (anno scilicet 1096.) *fecit & ipse chartam B. Benedicto de omnibus, quæ sibi paterno vel materno jure pertinebant, in toto Ducatu Gaetano, ac Principatu de civitatibus, castellis, villis, Ecclesiis sylvis, & aliis omnibus.* Inter Landonis gnatos & Cassinenses monachos inimicitiæ & hostilitates reciprocæ recaluerunt, duraruntque usque ad Imperatoris Lotharii adventum in Apuliam, cujus auctoritate sopitæ, & PANDULPHUS cæterique Comites Aquinenses ad pacem cum Cassinatibus colendam jure jurando adacti sunt, anno 1138. & circiter. A fratre Pandulphi Landone orti sunt PANDULPHUS & RINALDUS, qui stirpem Aquinensem in duos diduxerunt ramos: eorum ætas in illa incidit tempora, quibus Nortmanni in Apulia Calabriaque & Campania victricia circumtulerunt arma, & Rogerius II. Dux ad Regium grassatus est fastigium. Ea rerum conversione non potuit non regulorum etiam Campaniæ conditio aliquantum immutari; indeque fortassis est, quod in tabulis chartisque regii archivii, ab illo temporis tractu scriptis, Aquinates nostros rarius prisco comitum Aquini titulo usos, sed ab illa comitatus parte denominatos reperiamus, quam quisque ex lege à Longobardis introducta possidebat. Verum postquam à Nortmannis ad Suevos summa rerum transiisset, Aquinatum familia pristinum recuperavit habitum virtute THOMÆ, qui Landonis ex Pandulpho nepos, & alterum ab Atenulpho primo gentis suæ decus fuit. Hunc Fridericus Imperator, idemque Siciliæ Rex, cum *Acerrarum Comitem* creasset Apuliæque & Campaniæ *Justitiarii* dignatione præfecisset, sibi etiam generum adscivit, juncta illi in matrimonium filia Constantia; id verò se idcircò fecisse palàm professus, quod illius operæ tanti accessionem regni deberet, quod victis fugatisque Celani Comitibus, qui seditiosorum duces erant, summa fortitudinis prudentiæque

(g) Camil. Peregr. op. cit. pag. 195.

laude affiaruerat, ut Viri Clarissimi, *Nicolai Parthenii Giannettasii*, Surrentini, verba mea faciam (h) In Syriam deinde summo cum imperio à Friderico præmissus, non semel cum Saracenis tanta felicitate conflixit, ut illis acie victis, castrisque exutis, jam pœnè desperatas perditasque Christianorum partes in integrum restituerit. Horum eventuum, nec non mor Su t ani Damasceni nuncium cùm ad Honorium IV. Pont. Rom. misisset, hoc iste in responsoriis usus est exordio: *Nobilissimo Viro Thomæ de Aquino, Comiti Acerrarum: Prœlia tua audivimus, quæ & prœlia fidei sunt, ubique felicitatem consequuta &c.* Secunda posteà expeditione in Syriam defunctus Thomas noster Imperatorem in Lombardiam Germaniamque secutus, atque anno 1239. Legatus ad Pontificem Rom. pacis componendæ ergò missus est, inde verò in Lombardiam rediit, hoc tunc usus titulo: *Thomas Dei & Regis gratia Aquini & Acerræ Comes.* Filium è Constantia suscepit LANDULPHUM dictum, quem ætate ac virtute virentem mors fato propera in bello abstulit; hunc casum ipse Fridericus Imperator adeò acerbè tulit, ut dolorem suum parenti adolescentis literis, benevolentiæ plenissimis, testatus sit: exstant eæ in Volumine Epistolarum Petri de Vineis, qui Cancellarius Imperatoris fuit, estque sexta Libri quarti; ex iisdem aliqua non pigrabor adscribere. *Nos in tam subito filii tui casu compassionis paternæ consortio non caremus, utpote qui eundem ante naturaliter genitum, & vix adhuc matris uberibus ablactatum, in ulnas eductionis nostræ suscepimus, & quia susceptibilem ipsum invenimus disciplinæ, virtutum in eum rudimenta congessimus, ut sibi esset conspicuus, aliis utilis, & nobis existeret fructuosus. Nunc autem cùm de plantatione nostra vindemiam cuperemus decerpere generationis humanæ novacula vitæ telam in homine, quam nondum natura perfectè texuerat, intempestivè præcidit. Sed & affectum consolationis dominicæ gratum accipias, quem veluti de communi tristitia per nos, qui tibi miserabiliter condolemus, potes & debes assumere gratiorem. Justè dolere te novimus, quod morientis filii clauseris oculos: consolari te volumus, quod non inter molles delicias, & debiles curas defecerit languidus, sed inter nostrorum obsequiorum occupationes ceciderit strenuus, & vixerit gloriosus. Quid plura? justè dolere te novimus, quod unicum, quem habebas, amiseris filium: consolari te petimus in duorum propagatione nepotum: & nos gratiæ nostræ Zelum, quem ad patrem abavo produximus, tanto propagabimus libentius ad nepotes, quanto nostræ Serenitatis affectum & patris & avi servitia meruerunt.*

Verùm, quod præstare Landulpho præmatura mors vetuit, exequutus RINALDUS est, CASERTÆ COMES ex Aquinensi familia, sed parentibus haud satis compertis prognatus, & ipse Friderici Imperatoris gener, & sororis Manfredi Regis Vir, cui inclyta post facta regnique totius & pace & bello moderationem fato occumbere cum ipsa Suevorum regnatrice domo obvenit, ut *Giannetasii* iterum verba habent. Cœterum ex duobus Thomæ Acerrani Comitis nepotibus natu major THOMAS II. in avitum comitatum successit, alter, cui nomen erat JACOBO, Montesarchium sortitus est, Utrumque horum officio suo erga Fridericum Imperat. aliquando defuisse, veniam tamen offensæ impetrasse, indicat privilegium, quod in citato Epistolarum P. de Vineis opere recensetur, ex quo etiam aliqua referre lubet: *Præsenti Privilegio notum facimus universis, quod licet dilectus consanguineus & fidelis noster Thomas de Aquino, Comes Acerrarum, olim æmulorum nostrorum suggestione seductus, visus tantisper fuerit à nostris beneplacitis deviasse: quia tamen errore deposito nunc ad fidem & Mandata nostra spontaneus se convertit, Nos, qui eundem Thomam conscientiæ puræ constantiam erga nos semper gessisse confidimus, omnes offensas & culpas, quas idem Comes & Jacobus frater ejus familiares & sequaces, eorum cum ipsis contra Majestatem nostram proptereà incurrisse noscuntur, eis clementer duximus remittendas: recipientes ipsos de cætero in plenitudinem favoris & gratiæ nostræ sinum. Et ut in oculis nostris gratiam liberaliorem se gaudeant invenisse, Comitatum & feudum Acerrarum, cum Civitatibus, Castris, Casalibus, honoribus omnibus Juribus & pertinentiis eorundem eidem Thomæ & hæredibus suis in perpetuum damus & etiam confirmamus. Partem etiam terrarum, dictum Thomam & Jacobum fratrem ejus in patrimonialibus rationabiliter contingentem, cum vivant more Longobardo pro indiviso eisdem fratribus fidelibus nostris dandam & concedendam duximus, ac etiam confirmandam.* (i) JACOBUS deinde Manfredo Regi strenuam navavit operam, nec eo regno æque ac

Vita

(h) in Dedicat. Bellicorum ejus. (i Libro VI. Epist. 2.

vita exuto partes Suevicæ familiæ deseruit, sed hac funditus eversa, cùm cuncta victori se submitterent, voluntarium in agro Romano subiit exilium, ubi reliquum ætatis exegit. THOMAS ejus filius cum patruo cognomini Comite Acerræ partes, quas in Albeto, Camplio, Fano Donati & Septifratio habebat, anno 1268. permutavit pro castello *delli Luzzi* in Calabria; idem, cùm audita Siculorum defectione novas spes subvertendi Gallorum potentiam etiam in Cisphatana regione, & recuperandi avitas opes concepisset, in Siciliam trajecit; unde revertens, atque executionem consiliorum suorum animo volvens incidit in naves Caroli Regis, captusque morte ab eo affectus est, quasi veteri Principi fidem servando propriam violasset. Uxor ei fuit *Stephania de Agnone*, quæ genus ducebabat à Guilielmo Domino de Agnone, Prorege utriusque Siciliæ, cujus gnato Burrello coronam regni Siculi à Pontifice Romano oblatam fuisse ferunt; eadem stirpe satus erat Bonifacius Montalbani Comes, Manfredi Regis avunculus. Ex illo Thomæ & Stephaniæ conjugio provenere filii duo, sine prole defuncti, gnataque unica *Beatrix*: huic an. 1303. aditus patuit ad avitas in regno facultates, gratiamque Regis Caroli II. postquàm ei exposuisset, nullo patrem avumque se crimine obstrinxisse, sed pietatem ac fidelitatem erga veteres dominos huic exilio, illi morte expiandam fuisse.

THOMAS II. avi exemplo *Dei & Regis gratiâ Aquini & Acerræ Comitem* se dixit, sicuti constat ex literis, quibus an 1265. Johanni Episcopo Sarnensi decimas de molis dictæ Civitatis, in Acerrensi Comitatu sitæ, confirmavit. Strenuus idem erat bello, & fidus Manfredo Regi, dum is in vivis esset; postquam is verò in prœlio ad Beneventum cæsus victoriam regnumque Carolo Andegavensi Comiti reliquisset, ad hunc ille se convertit, parique fortitudine ac fide ei inserviit. Hanc orbitam cùm premeret gnatus ejus ATENULPHUS, atque an. 1284. post Siculorum defectionem pugnæ navali contra illos Aragoniosque interesset, captus est unà cum Carolo Regis filio, & in Cataloniam deportatus. Illic in custodia habitus aliquam stropham invenit, fictoq; clandestino cum hostibus heri sui commercio imposuit Catalanis, ipsi omnia ut crederent, vicissimque consilia aperirent sua, quæ cum Principe suo protinus communicavit; sed hæc calliditas parum abfuit, quin in suum ipsius caput redundasset; namque ante Principem dimissus, atque ad penates reversus à Roberto Comite Artesiæ, Caroli in regno Neapolitano Vicario, proditionis postulatus, & capitis damnatus est; à qua sententia cùm ad Pontificem Romanum appellasset, supplicioque moram interjecisset, evenit interea liberatio Caroli Principis; is simul ac in Italiam delatus rem cognovisset, astum Acerræ Comitis palàm fecit, eumque non modò insontem pronunciavit, sed etiam laudibus ac præmiis extulit & cumulavit. Factum nihilominus posteà est, ut turbido, quo erat, ingenio suspicione Regem perstringens in carcerem conjectus, & bonis primùm, deindeque etiam vita multatus fuerit; Acerra eo modo in fiscum redacta regii filii Principis Tarentini patrimonio accessit.

CHRISTOPHORUS Aquinas, Thomæ secundi Comitis Acerræ filius natu minor, Comitum Ascolensium ramum prosevit, isto enim oppido, in Capitanata sito, donatus fuit à Corolo Principe Salerni, Caroli I. Regis filio, qui etiam, Rex morte genitoris factus, donationi illi an. MCCXCII. d. XV. Nov. perpetuitatem dedit, petente & accipiente investituram Atenulpho Aquinate fratris sui nomine. Comitis axioma eidem anno 1296. accessit; ab uxore quoque vasallis nec non quarta parte castelli Sangrensis locupletato; ista enim fratri suo Bernardo, sine liberis vita defuncto, successit eamque hæreditatem filio suo natu maximo CHRISTOPHORO II. reliquit, qui hanc paternamque gnato suo CHRISTOPHORO III. transmisit. Hic vita præmaturè destitutus sororem suam *Margaritam* hæredem habuit, ter splendidis auctam matrimoniis: namque Richardus Marzanus, cui illa primò nupsit, Thoma Comite Scillacensi, Magno regni Thalasiarcho, natus erat, ex eo gnatam suscepit unicam *Mariam*, quæ Ascolensem comitatum Ludovico Sabrano, Guilielmi Comitis Arianensis & Apitiensis gnato, viro suo attulit. Secundum Margarita conjugium iniit cum Friderico de Antiochia, atavis edito regibus, utpote ad Fridericum II. Imperatorem genus suum referente; eo vivis exempto tertiis nuptiis Raimundo Baucio Comiti Soleti & Magno regni Camerario in manum convenit. (k)

Ab Aquinatibus Ascoli Comitibus Laurentinorum etiam Comitum propago defluxit, quo comitatu à Roberto Rege auctus est BERARDUS Aquinas, primi Comitis Ascolani

(k) Ferdin. Marra de fam. Neap. pag. 47.

filius ſecundo genitus, poſtquàm anno 1326. Carolum Ducem Calabriæ, Regis gnatum, Florentiam à patre miſſum, comitatus fuiſſet: hoc in itinere ea ſolertiæ ſpecimina dedit, ut majoribus negotiis par haberetur, itaque illo mactus titulo in ſanctius conſilium à Rege adſcitus, & legatione ad Regem Hungariæ ob res graviſſimas honeſtatus eſt; ea defuncto Rex triremem ſub ductu Marini Coſciæ obviam miſit, qua vectus ad penates ſuos rediit. Cum prima uxore Campobaſſum & Montorium accepit, quorum locorum poſterius illi dono mariti prioris obvenerat; ſecunda nata erat Galeatio Stendardo, Magno regni Mareſcallo & Sanctia de Poggioriccardo, cujus pater Fulco Caroli Regis Vicarius & Capitaneus Generalis in Sicilia fuit. THOMAS ſecundus Laurenti Comes coronationi Johannæ primæ Reginæ anno 1345, interfuiſſe memoratur; pater idem factus eſt filiorum duorum, quorum natu major & in Comitatu Laurentano ſucceſſor FRANCISCUS gnatam unicam reliquit, quæ JACOBO Aquinati patrueli ſuo nupta, Comitatum avitum ei attulit, Satrianenſis etiam jure materno poſſeſſori. Haud ingloriam idem operam navavit Ladislao Regi, Annalibus illorum temporibus celebratam; cujus etiam gnati FRANCISCI Lauretani & Satrianenſis Comitis res præclarè geſtas monumentis hiſtoriarum ſuarum mandavit Barthol. Facius: nimirum Andegavenſi ac Dyrrachina domo cum Johanna II. Regina extincta, ad Alphonſum Aragoniæ Regem adoptionis & antiquiſſimo hæreditatis jure cùm ſpectaret regnum Neapolitanum, ſed pars procerum Renato Andegavenſi, ex ſecunda hujus nominis familia ſtirpis regiæ Gallicæ oriundo, addicta eſſet, Franciſcus Aquinius ad eorum ſocietatem ſe applicavit, qui ab Aragonii partibus ſtabant, huncque Meſſana, miſſo illuc Rinaldo Aquinate, accerſiverant; ab illis, Alphonſo Sinveſſam obvium profectis, Franciſcum Aquinium, mole corporis gravem, urbis Capuæ cuſtodiæ relictum fuiſſe *Facius* refert; (l) cumque paulò poſt infeſtus ille interveniſſet caſus, quo Aragonius à Genuenſi claſſe captus, & Mediolanum abductus fuit, quoque Andinæ factionis principes multùm confirmabantur, & majorem ad ſpem accingebantur, non vacillavit ille, licet terreſtri etiam pugna copiæ Alphonſi adverſa uſi eſſent fortuna, ſed in Aprutio res ejus pro virili ſuſtentavit, donec ille libertate recuperata reverſus eſſet; id quod eo ipſo evenit tempore, quo Eugenii Pontificis copiæ adverſus Aquineum noſtrum ad Strangulagallum (id ei oppido nomen eſt) profectæ erant; hujus rei certior factus Rex Aragonius maximis eò itineribus confeſtim contendit, ut hominem ſibi amicum, cujus fidem & conſtantiam in omni bello expertus fuerat, periculo levaret: primoque ſuo adventu ſummotis hoſtibus obſidionem irritam fecit. (m) Metroplim regni deinde cum rege triumphante iniit, celebrique parlamento anno MCDXLIV, habito, non ſolum tanquam Laureti & Satriani Comes, ſed etiam Magni Camerarii regni dignatione, interfuit. Hæreditate denique auctus Johannis Aquinatis, agnati ſui, vitam cum morte commutavit, relicto gnato unico BERNARDO CASPARE. Hunc à laudato Rege illo ipſo die, quo memoratum egit triumphum, ſexto nempè & viceſimo Februarii an. 1443. Marchionem Piſcariæ creatum, *Anton. Panormita* literis conſignavit, hiſce uſus verbis: ***Rex antequam currum conſcenderet, aliquid ſe dignum dicere aut facere conſtituit: itaque vocato ad ſe Berardo Caſpare de Aquino: Ego, inquit, adoleſcens ob merita & ſervitia patris te Marchionem Piſcariæ conſtituo, creoque, ſimulque te hortor ad fidem, conſtantiam & integritatem ejus, in cujus honorem nos hodie te tam ſublimi dignitate honeſtamus, quam patris beneficio partam, poſthac tua propria virtute conſerves & amplifices.*** (n) Erat illi nonnihil juris in Marchionatum Piſcarienſem nomine materno: Johannetta enim ejus genitrix gnata fuit Cecci *de Burgo*, qui dum Ladislaus Rex ætate parvus, molique regiminis imparesset, curam regni & reipublicæ, Proregis & Capitanei Generalis dignatione, geſſit tanta fide ac fortitudine, ut magnam regni partem, à factioſis, hoſtibus Regis occupatam, ſub ejus poteſtatem redigeret, & reliquam in fide ac fortitudine, obſequioque retineret; itaque cùm ille juſta ætate auctus, & Cajetæ anno 1390, coronatus imperii habenas capeſſiviſſe, Ceccum regimen, quo perfunctus erat, in manus ſuas deponentem, non tantum vultu alloquioque benigno patrem appellavit, ſed etiam Marchionis Piſcariæ nec non Comitis Montisderiſii dignitatibus extulit, his tamen ad ipſius perſonam reſtrictis; quoniam ergo hæreditariæ non erant ſingulare omninò beneficium & ſummæ bene-

volen-

(l) Libro IV. (m) Facius Libro VII.
(n) de dictis & factis Alph. R. Lib. IV.

volentiæ signum illius nepoti Berardo Caspari Aquinati Alphonsus Rex earundem restauratione exhibuit. Berardus deinde ut vicissim cultu atque observantia Regem demereretur gnatam suam Indico Avalo, nobilissima stirpe Castellensi sato, quem ille eximio complectebatur affectu, opibusq; ac honoribus ibat ornatum, connubio junxit, & dotis loco Comitatum Montederisianũ dedit; Piscariensem vero Marchionatum avitosq; comitatus filio suo FRANCISCO ANTONIO transmisit. Hic, patris aviq; vestigia ingressus, Ferdinandi I. Regis, Alphonsi filii, partes suscepit adversus Johannem Andinum regulosque eum sectatos, nec eas deseruit nisi coactus rerum suarum necessitate, cui parere & cedere semper, Ciceronis effato, sapientis est habitum. Literis hunc consignavit eventum *Jo. Jovianus Pontanus* Historiæ suæ Libro primo, Laurentum, scribens, cum esset profectus Picininus (is copiis Andini ejusque asseclarum præerat) & jam quassatis ac dirutis muris sustineri diutius obsidio nequiret, tum Franciscus Aquinas Marchio deditionem his conditionibus fecit, ut ipse cum omnibus oppidis, quibus plurimis dominabatur, ad Joannem transiret, Laurentani multæ nomine aureûm quatuor millia penderent. Haud vero diu adversitati isti superstes ille mansit, sed præmaturo fato rebus humanis exemptus est, nec sobolem post se reliquit, ut adeò omnes ejus possessiones ac opes ad Sororem Antoniam atque ab ea ad Avalensem familiam, in quam elocatam fuisse dictum est, devolverentur, in qua etiam hucusque perennarunt, sicut in genealogia Avalorum, suo exhibenda loco, videre licebit.

Cœterum ad Aquinatum, Tabula prima enumeratorum, stirpem quoque pertinere, & vel à Comitibus Acerranis vel à Lauretanis oriundus fuisse videtur *Rinaldus Aquinas*, pater *Johannis*, cujus mentio an. 1295, reperitur, cuique uxor fuit *Philippa de Fossis* Marini Jevoli vidua; ex ea pater factus est *Johannis*, cujus tutelam Berardo Aquinati Comiti Lauretano consanguineo suo in tabulis supremis, an. 1325. conditis, demandavit, *Cecci & Johannis II.* dicti per blanditias *Johannuccii*. Ex horum numero Johanne & Cecco præmatura morte abreptis *Johannuccius* superstes mansit, & Crispanensi castello, nec non matrimoniis *Sigilaita Pandonea & Margarita Galgana* auctus *Johannem Ceccum* sive *Franciscum & Salvatorem* genuit. Cecco in uxorem ductam esse *Marrellam Salvasciam*, Petri Comitis de Bellante gnatam, dotemque in castello Trojæ Johannæ Reginæ annuente assignatam fuisse, ex chartis anno 1387. scriptis constat. Salvator ex *Ritola Caracciola* suscepit *Antonium Johannem*, aliumque gnatum, qui fortassis *Rinaldus* ille fuit, permittente hanc conjecturam temporum ratione, quem memoravit Facius Messinam ad Alphonsum Aragonium missum fuisse, qui moneat, uti ad paratam sibi fortunam & exoptati regni possessionem advolet. (o) Gnatæ præterea duæ Salvatori fuerunt, *Pippa & Maria*. ex quibus Pippa nupsit Julio Cæsari de Capua, qui regnante Ladislao regni Marescallus fuit. Antonius Johannes ex concessione Francisci Aquinatis Comitis Laureti & Satriani, Magni Senescalli regni feudum in Teanensi districtu, Regis Alphonsi vero beneficio Vitinianum in Territorio Aversano, & Vicisguardum in Capuano obtinuit; eidem Scipio Admiratus uxorem tribuit *Mariam Giraldam*, è qua quoniam unicam sequioris sexus prolem suscepit, nempe *Belisandram*, Fabritio Leonessæ, Domino de Montematano, nuptam, hæredem an. 1449. scripsit Franciscum Aquinatem Laureti Comitem paulò ante dictum, gnatumque ejus Berardum Casparem Piscariæ Marchionem.

AD TAB. II.

LANDULPHUS Aquinas, à quo initium secundæ Tabulæ ductum est, frater fuit natu minor Atenulphi, progenitoris Comitum Acerræ, Ascoli, Laureti & Satriani, superiore tabula enumeratorum; illius memoria veteri eaque avthentica charta servata est, quam Scipio Admiratus in Opere suo de familiis Neapolitanis eo loco, quo de nostra agitur, citavit, quamque in scriniis Antonii Aquinatis Archiepiscopi Tarentini reconditam fuisse Ferdin. Marranus Dux Guardiæ testatus est. (p) Ita vero exordium scripturæ istius se habet: *Ego Landulphus Filius Domini Pandulphi inclytæ recordationis, habitator & Dominus castri Albeti.* Præter hoc castrum in Landulphi peculio, quoque fuit pars quarta Aquini, Campoli, Montis S. Johannis, cœterorumque locorum, quæ ex veteri

(o) Histor. Libro IV. (p) Discorsi delle Famiglie, pag. 47.

veteri familiæ splendidissimæ ditione reliqua, & secundum leges Longobardicas divisa erant. Filiorum Landulphi natu major ATENULPHUS prole destitutus LANDULPHUM, ex Fratre suo natum, hæredem instituit; hujus genitor ANDREAS Grottam Menardam, incomperta acquisitam via, tenuit. Eidem præter Landulphum jam dictum tres adhuc fuere filii, videlicet *Rogerius Atenulphus & Pandulphus*. ROGERIUS, vir strenuus magnisque ausis promptus, bellum Campanilio referente gerere sustinuit cum Roberto Bossonio, potente regulo, multorumque castellorum domino, sed pugna superatus, postea que perfidia Roberti Forgiæ, vasalli sui, quem ademtione castelli Miletensis offenderat, in manus inimici sui delapsus est; ab eo cum grandi æstimaretur pecunia, nec eam fratres in numerato haberent, PANDULPHUS se pignori, donec contrahi posset, opposuit. Idem isto deinde vinculo solutus in alio cum hostibus domus suæ conflictu mortem oppetiit, nulla prole post se relicta; qua etiam Rogerius caruit, cœteri sobolem procrearunt: namque ATENULPHUS pater factus est RINALDI, quem Hydruntinæ & Bariensi regioni Proregis titulo præfuisse annales Matthæi Spinelli de Jovenatio memorant, nec non ANGELI, Episcopi Sarnensis, cujus in Italia sacra Ferdin. Ugelli mentio occurrit. LANDULPHUS omnium domus suæ possessionum hæres relictus à Friderico II. Imperatore privilegium insigne, Barlettæ datum, impetravit, quo Grottensis Baronatus à Jesualdensi Comitatu separatus est, ita ut Curiæ Regiæ immediatè subesset. (q)

De THOMA, Landulphi filio, tertio Grottæ Menardæ Domino, refert Campanilius, (r) quod unà cum nonnullis aliis regni Baronibus consilium ceperit conscribendi proprio ære exercitum pro Rege Carolo I. ad recuperationem Siciliæ; unde apparet, illum tum studio ergа Regem, tum opibus abundasse. Vitam idem ad summam produxit senectutem, & quamvis pedibus æger esset, sanus tamen animo ac vigens in castris permansit, usque dum Carolus II. Rex sua sponte militiæ vacationem ei daret, LUCAM filium ejus ècontra militari cingulo, equestris honoris symbolo, ornans, ut ad paternæ virtutis imitationem inflammaretur. Hoc natus LANDULPHUS avitas auxit ditiones empto Corsano in provincia Hydruntina, & ducta in matrimonium Maria Jesualda, quæ Rocchetam ei attulit, in Principatu ulteriore sitam. Filio ejusdem NICOLAO Johanna I. Regina in præmium operæ strenuæ, quam ipsi in bello cum Ludovico Hungariæ Rege navaverat, castellum S. Angeli in Scala & Capriliam, nec non medietatem Grottæ Castanariensis largita est. Ei ut obsequium vicissim probaret suum gnatam Roberti de Camanis Comitis Ebulensis & Magni Seneschalli, quem tunc regina eximio favore complectebatur, & illustribus affinitatibus ornatum ibat, connubio sibi junxit, è quo natus est juxta cum aliis DONATUS Archiepiscopus Beneventanus, non ingenii minus, quàm sanguinis claritate illustris, ut habet elogium Abbatis Ugelli in Italia Sacra: ei, senecta jam ætate defuncto, & in majore Beneventanæ civitatis æde sepulto, hoc conditum est epitaphium:

Præsulis egregii requiescunt ossa DONATI
Hic tumulata mei: querar heu te Samnis in ævum,
Alta domos genuit regni domus inter AQUINA
Hunc, sed eum melius genuerunt Stemmata morum.
Quid queror, o mortale genus! quid plasma caducum,
Cum mens æternâ melior pars gaudeat aurâ,
Cursus & annorum placeat: dic versibus illum,
Mille quadringentosque decem jugendo duobus.
Inter quos annos Indictio quinta notetur.

ANTONIUS Aquinas, Donati Archiepiscopi frater, gratia plurimùm valuit apud Regem Carolum III. qui eum an. 1384. inter Cubicularios suos cooptavit, & deinde munere Proregis ac Capitanei generalis in provincia Principatus auxit, facultatemque ei dedit

Succe-

(q) Campanil. delle insegne nob. e familie Napol. & Amirat. op. cit.
(r) Loco cit.

ſuccedendi in bona *Sigilaitæ Filomarinæ*, aviæ ſuæ maternæ; verùm cùm ille poſteà à dicto Rege, ejusque gnato Ladislao, deſciviſſet, ſeque ad Ludovici Andium Ducis partes applicuiſſet, à Ladislao Rege tùm ditione avitâ, tum bonis illis multatus eſt, hæcque in Antonium de Caſtilione translata ſunt. Sed MATTHÆUS, Antonii F. ad officium reverſus, in gratiam quoque Regis rediit, ditionemque avitam recuperavit, in qua ei ſucceſſit LADISLAUS filius, qui comitiis ab Alphonſo Rege an. 1443. habitis memoratur interfuiſſe. Hoc natus CASPAR, decimus Giottæ dominus, Ladislaum, hujus nominis ſecundum, & Landulphum genuit: poſterior Milletenſe caſtellum apanagii, inſtar ſortitus eſt, atque à Comite Alifani feuda Cornelii & Canniti emit: pater idem fuit gnati unici, cui *Caſpari* nomen fuit, qui intra adoleſcentiæ annos infauſto caſu & fortuito vitam amiſit, à puero quodam lapide, funda temerè excuſſo, in capite, dum ad feneſtram ſtaret, ita ictus, ut animam efflaret: quod infortunium anſam præbuit edicto poenali, adverſus fundas, quarum uſus invaluerat, promulgato; adoleſcentis autem ſepulchro hæc inſcripta fuerunt: *Gaſpari de Aquino Puero rariſſimæ indolis, qui vixit an. XIII. Landulphus de Aquino pater infelix præter votum an. Sal. MDXXX.*

LADISLAUS Aquinas, hujus nominis ſecundus, in omnem ditionem avitam ſucceſſit, eique Quaratam, in Barienſi territorio ſitam, emtione adjunxit, & ejus reſpectu titulum *Marchionis* obtinuit. Idem ſimulac per ætatem belli patiens fuit, ad caſtra Caroli V. Imperatoris, ad quem regnum Neapolitanum devolutum erat, ſe contulit, militiæque tyrocinio ibi poſito duas equitum levioris armaturæ turmas ſuis ſumptibus conſcripſit, conjunxitque cum Imperatoris exercitu, cui tunc cum Valdemontio, qui Gallicis copiis regno incumbentibus præerat, res fuit: iſtis in expeditionibus ita enituit Ladislai Marchionis virtus ac opera, ut ab imperatore Biſceliæ oppidum, Ducisque axioma laborum ac fidei decoramentum tulerit. Poſteà cùm Galli denuò regnum invaſiſſent, Odeto Fuxio Lautreccio duce, noſterque defenſioni arcis Tranenſis invigilare ſecum conſtituiſſet, ſed ab Inico Davalo Vaſti Marchione ex auctoritate Imperatoris juſſus eſſet inde diſcedere, & ad exercitum ſe conferre, accidit, ut eo in itinere à copiis Venetis, qui in maritimis Apuliæ oris Gallorum commodis velificabantur, interciperetur, & ad Lautreccium mitteretur. Ab hoc, quod lues tunc in caſtris Gallicis graſſaretur, facultatem ad lares ſuos revertendi pecunia facile redemit, ea tantum conditione ſibi lata, ut ex colonis ſuis aliquos ad caſtra Gallica mitteret, foſſorum vicem expleturos; id quod ſe facturum recepit, nec tamen effectum reddidit, arbitratus in re ſibi patriæque ac hero ſuo damnum allatura hoſti fidem non eſſe ſervandam. Nihilominus, quia eadem tempeſtate ſocer ejus, Jo. Vincentius Carafa, Marchio de Monteſarchio, vir ſummæ exiſtimationis, ad Gallos deſciverat, venit & ipſe in ſuſpicionem ambiguæ fidei, adeò ut Philibertus Arauſionenſis, Prorex Neapolitanus, tanquam proditionis convicti bona in fiſcum redigeret; hæc executio malignis rumoribus fomentum præbuit, quibus in errorem conjecti annalium ſcriptores adhuc gravius aliquid in illum ſtatutum fuiſſe tradiderunt, quemadmodum vel in Jovii Hiſtoriarum Libro XXV. legere eſt, cui quidem etiam in nomine Marchionis noſtri error obrepſit, Franciſcum quippe pro Ladislao appellavit. Sed ille bonis ita ceu dictum eſt exutus, non veritus eſt Bononiam ad ſolemnia coronationis Caroli V. Imperatoris proficiſci, ejusque ſolio ſe advolvere, & juſtitiam magis ab eo, quam veniam flagitare, utpote nullius ſibi Criminis conſcius. At Cæſar eum Neapolim reverti, & Proregi innocentiam ſuam probare juſſit, cui mandato confeſtim paruit, ſed nullum obſequii fructum tulit, haud æquiorem ſibi Arauſionenſem hac vice expertus, quàm prius, maximè eò quod res non amplius eſſet integra, diſtractis jam ipſius bonis, ex quibus ille Quaratenſem Marchionatum in familiarem ac popularem ſuum, Franciſcum Ruth, titulo donationis tranſtulerat; eam quia revocare nolebat, hanc pronunciavit ſententiam, ut Ladislao Aquinati bonis multato fama ac vita ſalva incolumisque eſſet. Ab ea ſententia cùm is ad Imperatorem denuò appellaſſet, morte, qua paulò poſt oppreſſus eſt, filiique ſui natu maximi ANTONII abitione in Galliam, minoris verò, cui FRANCISCO nomen erat imbecilli ætate hæſit negotium, maximo familiæ detrimento. Iſte tamen quàm primum in ætatem venit, in id incubuit, ut ad fortunam pinguiorem & conditionem genere ſuo dignam emergeret, nec operam luſit: aliquot enim caſtella acquiſivit, videlicet *Fanum Nicolai*, *Durazzanum*, *Fanum Bartholomæi in Galdo*, *Rupem Vaſciranam*, *Manconſium & Lenticem*, hæcque filio ſuo primogenito JOHANNI BAPTISTÆ tranſmiſit,

 cujus

cujus gnato nataq; sine prole mortuis OCTAVIUS, filius Francisci quintus, Carifii Dominus, in possessiones paternas successit: genitorque fuit THOMÆ, in cujus liberis hæc Aquinatensis familiæ linea defecit, eò quod tres ex illius filiis Ecclesiasticum & cælibe vitæ genus seculo conjugioque prætulissent.

Sed LADISLAUS & ANTONIUS, qui etiam in numero filiorum Francisci Aquinatis Domini Fani Nicolai dictorumque locorum, & sacris dignitatibus decorati fuerunt, silentio prætereundi non sunt. Posterior initio Sarnensi præfectus est Ecclesiæ, quam XXIII annorum spatio rexit, usque dum à Paulo V. Pontifice Romano ad Archiepiscopatum Tarentinum provectus fuit, in quo mortalitatem explevit; Præsul exempli recti domi & in Ecclesia, bonis etiam studiis atque artibus expolitus, & diligens inprimis indagator & vindex veterum monumentorum membranarumque, quo studio pulchrè ad illustrandam familiæ suæ historiam usus est, cùm eam Ferdin. Marranus Dux Guardiæ, jam sæpius nobis laudatus, conscriberet; cum eo enim cognatio pariter & literarium commercium illi intercessit. LADISLAUS non tantùm nativitate, sed dignitate quoque potior Antonio fuit: à Pio V. Papa Romam accitus aliqua Ecclesiastica beneficia accepit, postea à Gregorio XIII. Venafrensi Episcopatu auctus, à Paulo V. Nuncii dignatione ad Helvetios inde ad Perusinos, Prætoris titulo, missus, mox S. R. E. *Presbyter Cardinalis* absens electus est die XIX. Septembr. an. 1616. Romam reversus titulum *S. Mariæ super Minervam* obtinuit, & Patrocinium ordinis S. Basilii suscepit. Vir, Ciacconii elogio *integer in omni vita, & summæ humanitatis, & quia legalis scientiæ insignis erat, pluribus Cardinalium congregationibus ab eodem Paulo V. adscriptus est, præcipuè Concilii Tridentini interpretum, in qua magna pollebat ob doctrinæ præstantiam auctoritate. Post obitum dicti Pontificis eo arridentis aulæ favore Comitium est ingressus, ut communis omnium persuasio, ac judicia summum illi Pontificatum deferrent, & planè, ut fama evulgavit, instantis infulæ monitum prona Patrum suffragia inaugurassent, si lecto surgere permisisset imbecillitas; sed fracto etiam ante ætatem ob nimias lucubrationes literariosque labores jamque senio exhausto colligenda tunc fuere vasa, non vota: In eodem enim conclavi spiritum posuit, summæ dignitatis candidatus, sepultusque est in æde S. Mariæ supra Minervam, hoc elogio ad tumulum exsculpto:* D. O. M.

LADISLAO S. R. E. CARDINALI

Excellenti & Illustri Nobilitate D. Thomæ Aquinatis domus, magnis virtutibus claro in Comitiis non ad summum terrarum, sed ad cœlestia divino Numine & beneficio evocato. Obiit Anno Dom. MDCXXI. Ætatis suæ LXXV. Johannes Riccius de Piscia Patrono carissimo grati animi ergò monumentum P.

Johannes Baptista Ursus è Societate Jesu sequentem eidem posuit inscriptionem:

LADISLAO.
Expetente magis purpura, quàm expetita
CARDINALI DE AQUINO
D. THOMÆ.
Cognatione Sanguinis, affinitate Virtutum
Gentili,
Episcopo Venefrano
Multis infra se functo muneribus
Pontificis in Comitiis
Votis omnium
Studio patrum
Ecclesiæ gestientis humero
Summum ad fastigium vecto,
evectoque,
Ni ipso in articulo
Depluentis in sinum imperii
Sublimius in solium Astra repetissent
Acerbo fato quamquam Ann. sup. LXX.

AD

AD TAB. III.

AQuinensem stirpem per Pandulphum & Rinaldum, Landonis filios, in ramos duos diductum fuisse superius dictum est; quoniam igitur priorem enumerando percensuimus, posterioris etiam propaginem, maximis æq; ac illa fuit decoribus insignem, hodieque florentissimam, læto prosequemur stylo. RINALDI memoria exstat in literis, quibus contractus permutationis, inter Adrianum VI. Papam & Rinaldum Pandulphumque Aquinates anno 1157. initus, quo hi fundos suos in Sabinis cum Monte S. Johannis commutarunt, confirmatus & corroboratior redditus est: quia verò eo temporis spatio, quod inter contractum illum ejusque literalem confirmationem intercessit, Pandulphus viventium numero exemtus fuit, filii ejus juxtà cum Rinaldo patruo ultimam negotio illi manum imposuerunt. Huic gnati quinque fuerunt in Tabula dicti; tres ex eis uxoribus ductis sobolem procrearunt, videlicet *Landulphus, Athenulphus & Aimon.* LANDULPHUS post excessum Friderici II. Imperatoris partes Pontificis Romani adversus Conradum Regem, illius filium ac successorem, amplexus est magno suo malo; arma enim Conradi sibi attraxit, quibus Aquinum post arcem obsidionem ex pugnatum, incendio deletum omnisq; Comitum Aquinensium ditio ferro & flamma pervastata est. Landulpho uxor fuit THEODORA nomine, sed generis haud satis liquidè comperti, licet id indagare atque è monumentis eruere scriptores eò magis sategerint, quod ex illa S. THOMAS natus fuerit: hoc communi ferè consensu statuunt, Comite Theatino (*de Chieti*) oriundam fuisse; istum *Carmineus Nicolaus Caracciolus*, Princeps in tantum laudandus, in quantum intelligi erudita nobilitas potest, genti vindicavit suæ, & scripto publici juris facto exquisitis rationibus probavit Theodoræ patrem *Landulphum Caracciolum Comitem Theatinum* dicendum esse; cui sententiæ adstipulatur, nec leve pondus addit Breviarium Patrum Dominicanorum anno 1694 Romæ editum, in quo pag. 563. sequentia leguntur: *Illustrissimum Christiani Orbis decus, & Ecclesiæ lumen Beatissimus vir Thomas Aquinas Landulpho Comite Aquinate, & Theodora Theatini Comitis filia è gente Caracciola nobilibus parentibus natus est.*

THOMAS primam ætatem in monasterio Casinensi sub disciplina patrui Landulphi Sinibaldi, qui Abbas ejus loci erat exegit, totumque se ad studia doctrinæ contulit; Neapoli deinde Dominicanorum sive Prædicatorum Ordinem amplexus Coloniam abiit, atque ibi Alberto Magno magistro usus est; posteà docendi munus ipsemet suscepit, eoque Lutetiæ Parisiorum egregia fama maximoque applausu functus est, ita ut *Doctoris Angelici* encomio mactaretur. Theologiam quoque novam instituit, cujus sectatores *Thomistæ* appellari consueverunt; illam divino miraculo confirmatam fuisse Bzovius perhibet, voce scilicet à crucifixi imagine edita: *Benè de me scripsisti Thoma: quam ergo recipies pro tanto labore mercedem.* (s) Neapolim denique reversus, cum ad Lugdunense concilium jussu Pontificis Romani iter faceret, in Volscis ad Amasenum amnem, in Abbatia Fossanova, morte interceptus est; cumque à defuncto multa miracula edita renunciarentur Johannes XXII. Pontifex eum anno 1323. solemni ceremonia inter divos retulit, Pius V. an. 1567. Doctorem Ecclesiæ pronunciavit. Corpus ejus Tolosam an. 1368, sub Pontificatu Urbani VI, translatum est.

Ab ATENULPHO Comites Bellicastrenses prognati sunt, quo axiomate THOMAS, ejus filius natu major insignitus fuit; hic in pugna navali, inter Carolum Salerni Principem & Rogerium Lauriam commissa, qua Carolus victus captusque est, parem cum isto sortem subiit; cumque is posteà parentis morte Rex factus esset, Geneocastrum, elegans Calabriæ oppidum & fructuosum, ad litus maris Jonii situm, Thomæ Aquinati in præmium fidei suæ, secundis adversisque rebus spectatæ, donavit anno MCCXCVII. Comitis deindè titulum Robertus Rex adjecit, & quia Genecastri nomen durum auribus & absonum ei visum fuit, jussit ut *Bellicastrum* imposterum appellaretur: tanta scilicet tunc erant tituli dignationis, ut ne quidem sonus asperitatem eis inesse paterentur. Liberos, quos idem post se reliquit, è secunda uxore, *Philippa de Aquino,* parentibus incompertis nata, omnes suscepit; ex eis THOMAS jure primogenituræ in Comitatum Bellicastrensem successit, quem aliis castellis auxit, ab uxore *Hilaria de Sus* sibi allatis, nomina eorum in promptu sunt, *Ca-*

L 2 *salnovo*

(s) Bzovius ad an. 1270. Sect. 15.

ſalnovo, Sicarolo, Venifro, Montelongo, Santa Croce, Civitella, Sant Elia, Pietracatella, Montelione, Cantalupo, Pulcarno & San Giulano; horum poſtremum Hilaria à patre acceperat, cœtera omnia ex materna hæreditate ei obvenerant; cœterum Gallico creta erat ſanguine, tresq; ante Thomam Aquinatem viros paſſa, videlicet primò *Euſtachium Sabranum*, Comitis Ariani filium, dein *Benedictum Cajetanum*, Petri Comitis Caſertæ gnatum, & poſt hunc *Philippum Janvillanum* Comitem S. Angeli. Gnatos Thomæ duos peperit, ATHENULPHUM & CHRISTOPHORUM: prior patris fatum antevertit, relicto poſt ſe filio, qui THOMASELLUS dictus eſt, & poſt avi exceſſum tertius Bellicaſtri Comes fuit; in eo ſobole deſtituto hic ramus emarcuit: namque CHRISTOPHORO, ipſius patruo, cui Venammajorem & Pontem Albinetum pater legavit, quique Principatui Ulteriori vicaria poteſtate præfuit, unicus fuit gnatus, qui etiam *Thomaſelli* nomen geſſit, & intra pueritiæ annos vita caruit.

Supereſt linea CASTILIONENSIS; ejus conditor AIMON, Manfredo regnum utriusque Siciliæ uſurpante, iſti quæ trans Pharum eſt Proregis dignatione præfuit, nec tamen ex rerum converſione, quæ mox ingruit, detrimentum fecit, ſed novo etiam Rege Carolo Andino benevolo ac benigno uſus eſt, atque in quieta ditionis ſuæ poſſeſſione permanſit: eam conſtituebant partes in Aquino, Rupe ſicca & Monte S. Johannis ad illum ex lege Longobardica pertinentes, præterea *Piciniſcum, Poſta, Donati fanum & Gallinara*, caſtella in Ferentinorum regiuncula haud procul ab Aquino ſita, quæ ſolida tenebat. Id ex veteri ſcriptura eaque publica, die XI. Decembr. Indictione decima quinta, Anno Æræ Chriſtianæ MCCLXXII data conſtat, in qua memoratur, Thomam Aquinatem nomine patris ſui Aimonis, quondam Proregis Siciliæ, XCIV uncias ærario regio pependiſſe reſpectu dictarum domus ſuæ poſſeſſionum. Alium etiam gnatum Aimon habuit, cui RINALDO nomen fuit; hunc ſi quis eundem fuiſſe dicet, qui Comitis Caſertæ nomine illuſtribusque factis nobilitatus, cujusque ſuperius mentio injecta eſt, nihil equidem abſurdi ſtatuet; haud enim alter ab alterius ætate longe abfuit; ſed quia id dubio non caret, non eſt conſilium incerta certis miſcere, & conjecturas pro rebus compertis in medium afferendo fidem cæterorum labefactare: Stirpem Rinaldi diuturnitatem non eſſe aſſecutam ex Tabula patet; ſed THOMÆ, fratris ejus, progenies perennavit: is cùm Regum ſuorum, videlicet Caroli Primi & ſecundi gratia aliquandiu floruiſſet, eam evertit bello, quod Verolanis in Romano Territorio, ubi caſtella quædam, illorum civitati vicina, tenebat, intulit, &, nihilmoratus interdictum Regis, redintegravit; nec vero indignationem ſolùm Regis ſui, ſed etiam ditionum ſuarum jacturam iſta ſibi accerſivit contumacia, quippe quas Rex per Juſtitiarium provinciæ in fiſcum redegit. Ita bonis ſuis exutus ex regno etiam ſe proripuit, & in monaſterium Foſſamnovam ſe contulit, viſitaturus corpus agnati ſui cognominis, illic cum fama ſanctimoniæ mortui, ibidemque è vita diſceſſiſſe aut ſaltem ſepultus fuiſſe videtur: Namque *Nicolaus Anellus Pacca*; diligens veterum monumentorum indagator, mentionem ejus in Libro defunctorum dicti monaſterii reperit, quàm ſequentibus retulit verbis: *Thomas de Aquino habuit in uxorem Dominam Amengaldam de Ceccano, Nepotem Domini Theobaldi de Ceccano, Cardinalis ex fratre filia, hi erant affinitate conjuncti cum Comitibus Terracinæ, cùm eſſet Abbas dictus Dominus Theobaldus Monaſterii Foſſanovæ hoſpitavit Fratrem Thomam de Aquino conſanguineum memorati Thomaſii, ut ſupra dictum reperi in antiquo libro mortuali prædicti monaſterii Foſſanovæ Ordinis Ciſtercienſis.* (t)

ATENULPHUS, Thomæ F. antiquo domus ſuæ ſtatu privatus, gratiæ & tutelæ Regis ſe ab ineunte pueritia permiſit, & ſimulac armis tractandis habilis eſſet militiam auſpicatus eſt, cujus prima rudimenta ſub Thoma Sanſeverino, Marſici Comite, ex Theodora Aquinate, S. Thomæ ſorore prognato, poſuit anno MCCXCVI & circiter. Poſt ſexennii ſpatium inſignis jam munere Magiſtri armorum, quod equitatus præfecturam involvit, mactus, Roberto Calabriæ Duci, Regis filio, in obſidione Catarinæ ſtrenuam operam navavit, ita ut ab eo cum Regis conſenſu Caſtilionenſem terram, morte Guilielmi Caſtilionenſis ad fiſcum devolutam, fidei ac laboris præmium acciperet. Elegans Caſtilio eſt caſtrum, in loco editiore ad littus maris Tyrrheni ſitum, muriſque cinctum ac munitum, de quo ita *Bernardus Taſſus*, dulcedine carminum memorabilis, cecinit:

E Caſti-

(t) Marra de fam. Aquin. p. 52.

E Castiglione, è quella vaga costa
che di Calabria ricca al mar s' accosta.

Cum deinde Robertus patri Carolo II in regnum successisset, amplissimis Athenulphi virtutem sibi perspectam exaggeravit honoribus: anno MCCCX eum Calabriæ vicaria potestate præposuit; bienniоque post inter sanctiores consiliarios cooptavit, & regni *Balestriorum Magistrum* creavit; à Pontifice Romano postea rogatus, ut sibi adversus Henricum Lucemburgicum Cæsarem, in Italiam ad sumendum Imperiale diadema profectum, auxilium ferret, eo promisso Atenulphum nostrum etiam ad societatem gloriæ, quam ex ea captabat expeditione, admisit; cumque Johannem Moreæ Principem & Petrum Gravinæ Comitem fratres suos, illum Romæ, hunc Florentiæ cum parte copiarum Guelphicas tueri partes jussisset, Atenulphum Aquinatem Ferrariam misit, ubi & in omni diœcesi Ferrariensi Vicarius Papæ & S. Ecclesiæ Generalis constitutus, insigne imperii ex manu Cardinalis S. Mariæ in Porticu an. MCCCXII suscepit: nec vacant ejus mentione Jo. Bapt. Pignæ, Atestinæ domus Historici, annales, prout ex sequentibus verbis, quæ initio Libri IV. operis ejus occurrunt, patet: *Robertus*, inquit, *Rex Neapol. Sanctæ sedis nomine Imperium nactus legatum misit Atenulphum Aquinatem, qui vi & armis populum imperata facere coëgit. Azo XI & Bertoldus II, Francisco nati, alioquin adhuc imbecilla ætate, petierunt à Neapolitano, ut judices daret, qui de Dalmasii injuria, ac judicio Vicarii adversus ipsorum patrem cognoscerent; suspecta cognitione quæstioni proponuntur ipse Præfectus, nec non quæstor Guglielmus Catrosus, hi causam Videno Marcamensi Jure Consulto delegaverunt, qui Johannis Andreæ, viri Juris Pontificii Consultissimi, consilium ac auctoritatem sequutus rem ipsam judicatam rescidit.* Rebus Ferrariæ transactis cum penatibus redditus esset Atenulphus novo à Rege mandato honoratus est, ut scilicet una cum Guilielmo Dinisiaco Regni Marescallo ultimam induciis, inter ipsum & Fridericum Aragonium Siciliæ Regem pactis, manum imponeret, annoque MCCCXVI iterum in Calabriam Prorex ablegatus est. Post illa cum Ludovicus Bavarus, Henrici Imperatoris successor, in Italiam venisset, ut obtrita à Pontificibus Rom. Imperatoriæ Majestatis jura vindicaret, inimicitiamque cum Johanne XXII Papa ejusque partium fautoribus susciperet, jamque Romam pervenisset, veritus Robertus Rex Neapol. ne in suum quoque regnum penetraret, Atenulphum Aquinatem, cui supremam militiæ suæ præfecturam demandaverat, cum exercitu ad fines Aprutiii misit, Reatemque, locum stativis aptum, delato injunxit, ut Donatistas, illic tunc degentes, coërceret, & Abbatem ad S. Salvatoris adversus eos protegeret; deindeque Proregem & Capitaneum Generalem Aprutiensis provinciæ eundem constituit; quam spartam usque ad obitum suum ornavit, nec tamen alibi ubicunque res exigebat operam suam desiderari passus est; ita anno 1333. in ultimos Italiæ fines propter motus Siculos à Rege missus, Rhegium Julium operibus munitionibusque sepsit, id quod ex Instrumento d. VI Septembr. dicti anni scripto constat, in quo Berardus de Rannella Judex civitatis Rhegiensis Nicolaus de Yeria Notarius comparuisse referuntur coram *Egregio & Magnifico viro Domino Atenulpho de Aquino milite, Consiliario, Familiari Abalistrariorum Regni Magistro, & Capitaneo Civitatis Regii, & aliarum terrarum à capite Bruzzani usque Balneariam*, & scriptum consignasse super sumptibus in munitione oppidi factis. Claudat de Atenulpho narrationem inscriptio, Castilionis arci ad æternam ejus memoriam præfixa:

Atenulpho Thomæ Aquinatis & Amengaldæ de Ceccano Filio
Ex Comitibus Aquini: Cajetæ Ducibus:
Post obita præclariora Serenissimi Ruberti Regis munia
Capitaneo Generali
Castrum Regia munificentia concessum
Ann. Dom. MCCCV.

THOMAS, Atenulphi filius ac in ditione paterna, quæ præter Castilionem, Marsicum vetus & partem Montis S. Johannis complectebatur, successor in præfectura etiam castri Amanteæ, quam genitor ejus tenuerat, à Rege confirmatus est, hisce in diplomate verbis uso: *Nos spectantes, quod tu paterna imitando vestigia, idemque Patri tuo in virtutibus, fide & devotione succedere debeas.* Sed spiranti adhuc Atenulpho Rex potestatem fecerat relinquendi filium in Calabria & Rhegii præfectura Locumtenentis titulo, quas partes difficillimis temporibus ita implevit, ut dignum idoneumque Rex duceret, cui custodiam Hydruntinæ regionis, Turcarum & Siculorum invasionibus obnoxiæ, concrederet & Proregis Capitaneique Generalis dignationem circumponeret. JACOBUM, Thomæ filium, tertium Castilionis dominum uxor *Elisabetha Gentilis* Crucolensi terra in Calabria, nec non Morano auxit, quæ loca juxta cum avitis ANGELUS, illius gnatus tenuit, filioque suo RINALDO transmisit, qui paternam ditionem Umbriaticensi oppido, in eadem regione sito, & præsenti pecunia comparato, amplificavit; sed JACOBUS, sextus Castilionis Dominus, sumtu & magnificentia modum excedendo rei familiari ita incommodavit, ut Crucolum aliaque feuda vendere necesse haberet. Sub LUDOVICO, Jacobi filio, mala sors Castilionense oppidum afflixit: ab agrestibus enim in Brutiis tumultuantibus, duce Nicolao Tasto, occupatum fuit, quod in colle situm, naturaque egregiè munitum esset; Sed Ferdinandus Rex castris admotis quæ ad oppugnandum necessaria videbantur proximis è locis comportatis, ac non semel oppugnatione incassum tentata; tandem eximia suorum virtute id cepit, captum diripuit, atque incendit. (u)

Cùm posteà Rex dictus Ordinem equestrem, ab emblemate Pontici muris, quem vulgò *Hermine* vocant, Herminicum sive Armenicum dictum, instituisset, insignibus ejus Ludovicum Aquinatem Castellionis dominum inter primos cohonestavit. De hujus Ordinis institutione, quam Pontanus & Summontius, historiæ Neapolitanæ scriptores silentio præterierunt, Franc. Mennenius Anverpiensis in libro de Origine & statutis Ordin. militar. dilucidè retulit, quod opus quia paucorum fortassis teritur manibus, non pigrabimur verba ejus huc transscribere: *Rex Ferdinandus peracto bello anno 1463. cum Johanne Lotharingia, Calabriæque Duce Armenii ordinationem instituit, qui quidem Ordo hujusmodi initium sortitus est. Marinus Martianus Dux Suessæ & Rossani, Princeps licet Regis esset sororius, non solùm tamen potissima causa prædicti belli fuit, verùm etiam ipsum Regem per dolum interimere, dum simul colloquerentur, machinatus est; qui cum posteà in ejusdem Ferdinandi Regis manus pervenisset, & in carcerem detrusus fuisset, noluit tamen Rex sororium, licet ingratum ac proditorem morti tradere, ne suas manus proprio sanguine fœdaret, quamvis hoc illi consulerent ejus Consiliarii. Quamobrem, ut hoc suum adeò clemens consilium patefaceret, hanc Armenii ordinationem instituit, in quam qui adscripti erant, monile aureum in pectore gestabant, cum hoc Armenio turpi cœno undique circumdato, & cum subscriptione,* malo mori, quàm fœdari, *in quo ordine diversis temporibus varios adscivit, quorum nomina ex Pacca hic subjiciuntur: Alfonsus Calabriæ Dux Regis primogenitus, Hercules Estensis Dux Ferrariæ Regis gener, Galeatius Sfortia Dux Mediolani, Alexander Sfortia Pisauri Princeps, Robertus Sanseverinus Princeps Salerni, Franciscus Baucius Dux Andriæ Regis consanguineus, Julius Antonius Acquavivus Dux Atriæ, Trojanus Caraczolus Dux Melphiæ, Antonius Piccolominus Amalphitanus Dux, Regis consanguineus & Pii II Pontificis nepos, Ursus Ursinus Nolanus Comes ac Asculi Dux, Antonius de Ruvere Dux Soræ Sixti IV. Pontificis Nepos, Petrus Guevara Regni Magnus Senescallus Vastii Marchio ac Regis consanguineus, Inicus Avolos Comes Camerarius & Alphonsus ejus filius Piscariæ Marchio, Honoratus Gaetanus Comes Fundorum, Ferdinandus Guevara Comes Belcastri, Alfonsus Guevara Comes Archarum, Marinus Caraczolus Comes S. Angeli, Jacobus Caraczolus Comes Burgentiæ, Virginius Ursinus & Joh. Jordanus ejus filius, Robertus Ursinus Tagliacotii & Albæ Comes, Diomedes Carafa Comes Magdaloni, Scipio Pandonus Comes Venafri, Andreas de Capua Altavillæ Comitis filius, Matthæus de Capua Palenæ Comes, Antonius Carafa Montis Dragonii dominus, Galeatius Caraczolus Vici Dominus, Domitius Caraczolus Ruodi Dominus & Calabriæ Gubernator, Galeottus Carafa Tirioli Dominus & Regis consanguineus, Guevara de Guevara Arpaiæ Domi-*

(u) Pontanus, Hist. Lib. 1.

Dominus & Vallis Beneventanæ Gubernator, *Loysius de Aquino Castellionis Dominus*, *Albericus Carafa*, & *Jacobus Carafa de Spina Castri Veteris Dominus.*

BERARDINUS Aquinas, Ludovici de quo modò dictum est, filius natu major, in flore ætatis vitam cum morte commutavit, & hæreditatem paternam fratri transmisit, is post genitoris obitum in lucem susceptus, ejusdemque nomine insignitus, Dominus Castellionis nonus & aliquot liberorum pater fuit; sex omnino mares fuerunt, è quibus duo cælibes decesserunt, videlicet RINALDUS & CASPAR; hic egregiæ militaris famæ in castris Caroli V. Imperatoris partæ, mortem opetiit in pugna navali inter Cæsarianos & Gallos prope promontorium Minervæ anno MDXXVIII. commissâ, aliis etiam fortibus viris fatali, quos inter Ugo Moncada Prorex Neapolitanus eminebat. HECTOR gnatas duas, nobilissimis viris elocatas, filiumque unicum post se reliquit; hic Dominicanorum sive Prædicatorum familiam ingressus Hannibalis nomen in sacro lavacro sibi inditum abdicavit & *Ludovicus* dici voluit, morumque probitate, & inculpatæ vitæ austeritate famam sanctimoniæ adeptus est, quam P. Marchesius, Episcopus Puteolanus in Commentariis suis de sanctis Ordinis memorati posteritati commendavit. De Antonio, tertio Ludovici secundi filio, posteà sermo erit; FERDINANDUS secundo genitus HANNIBALEM procreavit & HORATIUM: hic militiæ Hierosolymitanæ, quæ nunc Melitensis audit, nomen dedit, & in memorabili Melitæ oppugnatione, à Turcis irrito conatu suscepta, ad mœnia fortissimè pugnans nobili fato concidit. Hannibal Baranelli, Savuti & S. Manghi Dominus fuit, genitorque THOMÆ, quem Philippus III Hispaniæ Rex *Principem Manghi* renunciavit, perspectæ virtutis maximæque in regno existimationis virum: huic filii tres fuére, quorum natu majores CÆSAR & HANNIBAL Ecclesiasticum vitæ genus seculari prætulerunt, & fratri LUDOVICO successionem in paternum Principatum reliquerunt. Hic cum suopte ingenio bellicoso, tum conditione temporum ad arma stimulante, sub Ferdinando Austriaco, quem Cardinalem Infantem vulgò appellarunt, militiam auspicatus est, alis equitum duabus à Philippo IV. Rege præfectus, cumq; in acerrimo ad Norlingam prælio inter Cæsareanos & Suecos an. 1634. commisso concreditum sibi collem fortissimè defendisset, eaque actione haud leve momentum ad victoriam à Cæsareanis reportatam contulisset, strenui bellatoris nomen promeruit, insignibusque Ordinis S. Jacobi, quibus à Rege transmissis manu Infantis ante initium pugnæ decoratus fuerat, dignum se præbuit; sed è medio honorum, qui eum manebant, cursu à parente avocatus sustentandæ familiæ in Italiam regressus, penatibusque redditus est anno MDCXXXVIII, illo ipso die, quo horribili terræ motu regio ista convulsa fuit; salutem verò genitori adventu suo non dixit solum, sed attulit; is enim, ut Jul. Cæs. Recupiti verbis ex libro ejus de Situ & antiquitate Calabriæ utar, *egressus in campos è bello regredientem filium excepturus mortem reliquit à tergo*, *diruto repente domicilio: unde nisi decesserat, decessisset. Natus certe parente post militiam servato felicior*, *quàm cessis hostibus miles.* Verùm letho illi malo erreptus paulo post naturæ concessit, nec Patri gnatus diu superstes mansit, & quia cum uxore recens ducta prolem non genuit LAURAM sororem suam hæredem habuit, qua ratione Principatus S. Manghi cum Castellionensi conjunctus fuit, utroque ad Cæsarem Aquinatem, Lauræ filium, devoluto.

Hic à Ludovici, Domini Castellionis noni, filio primogenito, cui etiam nomen CÆSARI fuit, descendebat: iste itaque decimus inter Castellionis regulos numerabatur, cumque *Aureliam Torresiam* connubio sibi sociasset Crucolum, quod jam olim in Domo Aquinatensi fuit, in eam reduxit. Belcastrensem etiam Comitatum recuperare contendit, actionemque, antiquo domus suæ jure fundatam, in eum movit, eo successu, ut sententia bona mactus Jo. Anton. Serram & Nicolaum Johannem Baronem Tropeæ, Legum Doctores ad capiendam ejus possessionem ablegaret; quoniam verò magno venditus fuerat pretio, ejusq; possessor de pecunia fisca regio persoluta vel ab Aquinate, vel ab Imperatore, sibi sufficienter caveri postulabat, ad transactionem res devenit. Egregiam de cœtero operam, exemplo majorum, Carolo Imperatori Cæsar Castellionis Dominus in bellis navavit, maximeque in Algeriensi expeditione, & defensione urbis Neapolitanæ, cùm ab Odero Fuxio Lautreccio oppugnaretur, virtus ejus enituit. Eodem satus JULIUS Castellionis Crucolique Dominus felici cum *Eleonora Januaria* matrimonio Martoranensem Comitatum in Calabria situm, & duo oppida Martoranum nempè olim *Mamertum* dictum & Scilianum, nec

non quatuor pagos insignes, Mottam, Cofilentios, Altiliam & Grimaldum, complexum, quem Fridericus Rex Andreæ Januario, Eleonoræ proavo, donaverat, nactus est, eoque avitam ditionem amplificavit. Gnatos ex illa duos suscepit, quorum minor FABIUS genuit SCIPIONEM, qui Familiæ Franciscanorum cucullatorum nomen dedit, & JOHANNEM BAPTISTAM bello Belgico spectatum; major CÆSAR, in paternum maternumque Statum successit, claruitque ætate Gabrielis Barrii Franciscani, qui in opere suo de antiquitate & situ Calabriæ, inter rerum urbiumque Italicarum scriptores Francofurti anno 1600 edito, mentionem ejus sequentibus fecit verbis: *Ac præter cæteros viget Cæsar Aquinius, Divi Thomæ agnatus, ac gentilis Castilionis, quod oppidum ut ostendi in Calabria est, Dominus.* (x) Hujus oppidi arci Cæsar jussu Regis ignem injecit, ut eo destructam, & à contagione, qua infamis erat, purgatam munitiorem splendidioremque exstrueret ac restauraret, id quod inscriptione sequenti, quæ in saxo portæ imposito legitur, posteritati prodidit:

Arcem publicæ utilitatis ergò ob pestilentiam contractam jussu Regis incendio absumptam D. Cæsar de Aquino Mamertinorum Comes, Oppidanorum Præsidium, pecunia propria instauravit Ann. Dom. MDLXXXIIII. Cæsare & Cornelia Spinella, splendidissimo genere orta, prognati sunt CAROLUS & JOHANNES, in Principum ordinem evecti.

JOHANNI Petram elcinam, quam alii *Petram pulcinam* dicunt, apanagii instar sortito Philippus III Rex Hispan. Principis ejus loci titulum contulit, Ferdinandus II Imperator verò S. R. Imperii Principis dignationem adjecit diplomate, Viennæ die X. Novembris an. 1626. dato, ex quo aliqua ad decus & existimationem Aquinensis familiæ facientia referre juvat: *Considerantes insignem nobilitatem, & illustrem splendorem familiæ de Aquino, quæ inter regni Neapolitani præcipuas habita & ab antiquo Comitum Aquini & Belcastri stemmate originem trahit, unde quàm plures viri insignes, sago togaque celebres prodierunt, qui fidem Deo Regibus & Principibus suis, sacro Romano Imperio, & Augustæ nostræ Austriæ domui, debitam belli pacisque tempore inviolatam semper conservaverint, & in religione Catholica strenuè fortiterque defendenda & propugnanda, tam in Ecclesiastico, quàm seculari statu, insigniter & præclarè se gesserint, in quorum numero historiarum encomia, & alia antiquitatis monumenta speciatim recensent Magnum illum Divum Thomam de Aquino, cujus patrocinium Siciliæ Citerioris regnum agnovit. Item & Thomam de Aquino Belcastri Comitem, Adenulphum de Aquino, primum Castilionis Dominum, olim Regis Ruberti in Lombardia & Hetruria exercitus Generalem, cui & filius Thomas in eadem dignitate postmodum successerit, aliique ejusdem familiæ Heroes, & viri fortes recta semper linea, longo seculorum intervallo eandem strenuitatis fortitudinis ac prudentiæ laudem usque ad dicti Principis Johannis de Aquino Patrem Cæsarem de Aquino, Martorani Comitem, & fratrem Germanum Carolum Castilioni Principem insigniter continuarint, & cùm non dubitemus jam memoratum Principem Joannem de Aquino in eodem virtutis studio constanter perseveraturum, permittere nolumus, quin majoribus etiam titulis, & ornamentis, quæ non ipsi solum, sed hæredibus, & successoribus ipsius legitimis in perpetuum luculentissimo nostræ in ipsum voluntatis, & gratiæ benignissimique affectus, argumento testimonioque sint, eundem condecorandum susciperemus. Ex certa itaque scientia animo benè deliberato, & sano Principum, Comitum, Procerum, Baronum ac nostrorum, & Imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, eaque qua fungimur Cæsarea authoritate, & de illius plenitudine in nomine Dei omnipotentis, quem Principatuum, honorum & dignitatum fontem inexhaustum, & primam scaturiginem agnoscimus, ipsum Illustrem Principem Johannem de Aquino, ejusque liberos, hæredes & descendentes legitimos in veros Sacri Romani Imperii Principes, & ad titulum atque dignitatem Principis Imperii ereximus, exaltavimus & sublimavimus, aliorumque nostrorum, & Sacri Imperii Principum numero, cœtui & consortio aggregavimus, prout per præsentes erigimus & exaltamus, sublimamus, & aggregamus, decernentes, & hoc nostro diplomate Imperiali firmissimè statuentes, & posthac perpetuis futuris temporibus prædictus Illustris Princeps Johannes de Aquino, ejusque*

(x) Libro IV.

que filii, hæredes & descendentes legitimi virtute hujus nostræ erectionis, exaltationis, sublimationis & aggregationis sint, & esse debeant, nominentur, nuncupentur, & reputentur, tàm in scriptis, quàm viva voce, aut alias quotiescunque, vel quomodolibet illorum mentio facienda erit, Sacri Romani Imperii Principes, salvis tamen, & in suo statu permanentibus antiquis & genuinis illorum titulis, & dignitatibus, per manus acceptis, utque tanquam Imperii Principes proximè assideant aliis Principibus Sacri Romani Imperii, induti ac vestiti eorundem Principum in solemnibus usitato amictu, & in actibus, ubi moris est, omnibusque & singulis honoribus, prærogativis, exemptionibus, praeminentiis, libertatibus, juribus, privilegiis, insignibus, gratiis, indultis, regalibus & aliis quibuscunque in judicio, & extra, in omnibus rebus, statibus, & causis tam spiritualibus, quàm temporalibus, Ecclesiasticis & prophanis, sessionibus aliàs ubique, & in locis omnibus gaudere, uti ac frui possint, & debeant, quibus alii nostri & Sacri Imperii Romani Principes per idem Romanorum Imperium, & ubique locorum & terrarum in dandis & recipiendis juribus, conferendisque & suscipiendis feudis, & in aliis omnibus ac singulis ad illustrem statum & conditionem Principum spectantibus gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur.

CAROLUS, Johannis Principis Petræ Elcinæ frater natu major, *Princeps primus Castilionis*, & summa in omni genere prudentia prædicus, sicut ingenti gloria fuit, ita & opibus abundavit, quibus novas sibi comparavit possessiones: namque *Neocastrum*, celebrem & copiosam Calabriæ urbem, unà cum territorio ejus, CCCM Philippeis, prætereaque *Feroletum & Serrastrettam* CLXX millibus emit. Publicam etiam magnificentiam piaque opera dilexit, hinc Neapoli in æde D. Dominici Majoris statuam argenteam posuit S. Thomæ, cujus in base hæc cælata est inscriptio.

Carolus Aquinas VI. Mamertinorum Comes
& Castilionis Princeps
Post quatuor Seculorum
dominatum
Pietate, & in familiam studio
dicavit Anno MDCXXII.

Inter Caroli filios, quos quatuor habuit, secundus, cui nomen erat JACOBO, Princeps Crucoli fuit, quem locum, & quæ ad eum pertinebant, apanagii loco obtinuit, unicæque gnatæ pater ex uxore, Regio Aragonico sanguine creta, factus, mortalitatem haud ita pridem explevit, eruditi & liberalibus studiis ornati Principis laudem, scitis compositionibus, quarum aliquæ lucem subierunt publicam, consecutus. JOHANNES & FRANCISCUS Principes Feroleti dicti sunt, in quo titulo posteriori prior successit: Franciscus enim eum à Philippo III Rege obtinuit, cum castellum Feroletense nec non Serramstrettam patrimonii instar sortitus esset: *Johannes* bellicæ laudis cupidine tactus cum ala equitum paterno ære conducta ad dicti Regis castra se contulit, eamque nec non aliam, hujus jussu cum illa conjunctam, moderatus est. Ad bellum Belgicum profectus summa quæque discrimina obeundo excelsi animi & invicti roboris non unum specimen dedit; in Hispaniam reverso cum Rex remunerationem, quæ XXCM ducatis æstimata fuit, obtulisset, eam acceptare constanter abnuit. Patre & fratre Francisco defunctis cum penates repetiisset, Principis Feroletti titulum, & castelli hujus nominis possessionem, bona fratris natu maximi cum voluntate, capessivit. Ibi dum circa ordinandam rem familiarum satagit morte oppressus est, nondum quinquagenarius, studiis doctrinarum non secus ac belli deditus, quibus excolendis bibliothecam instruxit selectam, & Pyrrhum Schettinum, elegantem Pöetam, nec non Ferdinandum Stocchium, Nobilem Cusentinum, amœni ingenii virum, domi suæ habuit.

CÆSARIS Principis Castilionensis secundi, eorum, de quibus modò verba fecimus, fratris primogeniti, viri religiosi & probitate insignis, triste fuit fatum, in terræ motu enim,

de quo paulò ante dictum est, interiit; casum hunc lamentabilem *Recupiti*, eodem loco citati, verbis referam: *Nicastrum*, ait, *quod paulò ante in Calabria ostentabatur, nunc ubi fuerit quæritur: hæc urbs funditus eversa cum civibus exitum habuit ubique terrarum publico luctu deflendum. Intererant in Franciscanorum templo horariis precibus mulieres promiscuè ac viri fermè sexcenti musicos inter concentus, cum resonante longè aliter terra templum, turres, tecta, muri, urbs denique tota corruit; primùm exiliens, tum decumbens, demum in se sepulta, consepulta magna pars civium tria millia peribant: non plura in bello funera, cum magna clades infligitur.* Et paulò post: *nunc ut cœptam narrationem prosequar, inter cæteros, qui egesta humo è ruinis viventes eruti eductique sunt, eximia LAURA Aquinas Principis Castilionis, Nicastro etiam imperitantis, uxor nobilitate clara, pietate clarior, utero gravis, ut in unius salute duo corpora servarentur, fato mox erepta, infracto animo, effracto crure, malum in tam ingenti clade levissimum. Non eadem Principi fortuna fuit, nam cum in gestatoria sella Jubilæi causa sacras ædes adiret, decumbentibus undique tectis obrutus, nec sellæ, nec cadaveris per plures dies ullo extante vestigio. Maxima profectò in tanto infortunio felicitas, quod mors illi obvenerit ritè confesso, percepta etiam pridiè evcharistia.* Post aliquod intervallum ita laudatus Scriptor narrationem absolvit: *redeo nunc ad Castilionis Principem, futurum hoc ipso nomine celebrem apud posteros, quod cui angustiores tumuli capiundo satis non essent sepulchrum urbs tota condiderit. Principis fatum ferè omnia, quæ ad ejusdem ditionem spectabant, eadem ruina traxit. Nam in Calabria citeriore Murgantia, & Castilio in ulteriore, Nicastrum, Feroletum, S. Blasius eodem modo decubuere. Loquor de interitu oppidorum, quasi obitus hominum memorarem; eadem quippe facilitate disperiere tot oppida, qua totidem homines periere. Magna profectò jactura opulentissimæ domus, quæ aureorum quinquaginta millium annuos reditus numerabat. Quamquam si vera sunt, quæ constanter fama vulgaverat, damnine plus adjectum an lucri apud peritos rerum æstimatores ambigitur; à parte Principis, qui nunc obiit, ingentem vim numeratæ pecuniæ aggestam esse, compertum est, ad quingenta aureorum millia ascendisse traditur.*

LAURA acerbo mariti funere in viduitatem conjecta, cum annum ætatis vigesimum & secundum ageret, unicæque gnatæ mater esset, & alteram prægnans alvo contineret, à secundis abhorruit nuptiis, omnemque curam & cogitationem convertit ad rectionem ditionis, quæ principatu San Manghensi ex fratris hæreditate ipsi aucta est, ad ordinationem rei familiaris atque ad educationem filiarum; ex his natu major, ad quam avitorum bonorum hæreditas spectabat, cùm nubilis facta esset, viro extraneo in manum convenit, adversus majorum constitutiones, quibus provisum fuit, ut conservandis in familia ditionibus fœminæ earum hæredes consanguineis & agnatis, non extraneis, nuberent; sed eam illa transgressionem cita morte expiavit, quam eo obiit tempore, quo ab Aquinatibus Petrus Venatus Comes S. Mariæ in Grisone, Jo. Baptistæ Venati & Hieronymæ de Aquino filius, in Hispaniam missus fuit, impetratum, ut Castilionensis Principatus sorori Corneliæ minori natu obveniret, hæcque viro consanguineo nubendo avitæ constitutioni morem gereret. Verùm interveniente tempestivè, ceu dictum est, Corneliæ obitu, eoque hæreditate paterna ad ejus sororem JOHANNAM BAPTISTAM devoluta, ille ex itinere revocatus, hæcque matrimonio cum CÆSARE Aquinate Principe Petræelcinæ, propatrui sui filio, contracto majorum præceptis obsecuta est; quæ etiam sarta tecta habuit, cùm illo in vigore ætatis vivis exempto, duarum filiarum, unicique nati, quem in fasciis vita destituit, mater, ad secunda transiret vota; iterum enim virum agnatum in thalamum adscivit.

AD

AD TAB. IV.

AB ANTONIO Aquinate maritus Principiſſæ Caſtilionenſis Johannæ Baptiſtæ Aquiniæ ſecundus ſanguinem duxit: gnatus ille tertius Ludovici Domini Caſtilionis noni fuit, habuitque in matrimonio Barbaram Tritiam (*del Trezzo*,) in qua familia, nobiliſſimis Lombardiæ, unde oriunda eſt, annumerata, Duratiis in regno Neapolitano imperitantibus Comitatus Triventinus fuit. Antonio Tritio, Barbaræ avo, occaſionem transferendi larem in dictum regnum præbuit legatio, quam apud Ferdinandum I Regem nomine Ducis Mediolanenſis obiit, quaque deinde Ferdinandi auſpiciis & Ducis conſenſu in Hiſpania apud Regem Aragoniæ dextrè functus eſt. Neapolim reverſus grande meritorum prœmium tulit; caſtellum videlicet *Monardo*, *Monteſorum*, *Soriam*, *Montemrubeum*, *Tiriolum*, *Gimilianum & Rupemfellucam*, in Calabria ſita, quorum aliqua ad Antonium Aquinatem delapſa ſunt, cum virilis illa Tritiorum ſtirps in fratre Barbaræ, Antonio ſecundo, cui ex Eleonora Aquinia, uxore ſua, unica fuit gnata, Laura dicta, emarcuiſſet. (y) Sed Antonio Aquinati quinque fuere filii, quos inter primas naturæ beneficio tenuit ALEXANDER, quatuor liberorum pater; marium nempè trium, fœmellæ unicæ; hæc DIANORA nominata in Monfortiam familiam elocata fuit; gens iſta in Gallia & Anglia quondam clara potensque in regnum Neapolitanum cum Carolo I Andino venit, ubi honoribus ac poſſeſſionibus brevi cumulata, ſummum tenuit locum; attenuatis poſteà ejus opibus dignitatem familiæ priſcam nunc pro virili tuetur Ferdinannandus Orontius Monfortius Dux de Laurito, Marchio de S. Juliano, & S. R. I. Princeps, Dianoræ Aquiniæ nepos.

THOMAS, Alexandri filius natu maximus, Regi Philippo IV à conſiliis ſtatus & gubernationis regni Neapolitani fuit, ea tempeſtate, qua domeſtica quies ſeditionum agitata fuit fluctibus, à plebe Neapolitana anno 1647. concitatis: maximè in iſta rerum perturbatione Thomæ Aquinatis enituit fides atque induſtria: nec enim ſolùm apud S. Mangi & Caſtilionis Principes, quos propinqua contingebat agnatione, perfecit; ut magnam Calabriæ partem in obſequio Regis retinerent, ſed in ipſa metropoli fovere hominum ſenſus, delinire animos & adhibere commonitiones reverentiæ Regi debitæ ſategit, usque dum claſſe regia, qua Johannes Auſtriacus vehebatur, appulſa pleniſſimam ab eo poteſtatem accepit de pace agendi, donisque & pollicitationibus pro re nata abalienatos alliciendi, nutantes confirmandi: Occœpit itaque explorare & pertractare Januarii Anneſii, cui populus imperium poſt Thomæ Anelli mortem detulerat, aliorumque demagogorum animos, eo ſucceſſu, ut illum aliosquè multos pervinceret, cumque periculum eſſe animadverteret, ne conſilia & deſtinata ſua Duci Guiſio, cui Româ Neapolim accito populus ſummam rerum ſuarum detulerat, innoteſcerent, Johannem Auſtriacum monuit, adeſſe tempus idoneum urbem ingrediendi, eoque cum manu armatorum virorum in urbem ſe inferente curavit, ut per ſubornatum monachum vexillum regium, cujus tutela ſibi commiſſa fuerat, ex improviſo ad Albam portam, qua ingreſſus fiebat, explicaretur, erectumque oculis univerſæ civitatis exponeretur; huic incepto fortuna reſpondit: factum quippe eſt, ut ſeditioſi re ſubita atque inopinata perculſi & perturbati animos deſponderent, celeriterque ſubacti obedienter imperata facerent, & cuncta poſt paucorum dierum ſpatium pacata, tranquilla & quieta eſſent. Noſter ætate jam provecta pacis redditæ gloriam pio cumulavit opere, & in media urbis regione orphanotrophium erexit, ſuisque ex facultatibus dotavit, in quo LXXII. adoleſcentulæ, parentibus orbatæ & cum egeſtate conflictantes, gratis alerentur, domumque & templum patrocinio S. Nicolai Barienſis commendavit; hoc autem opere vix ad colophonem per-

M 2 ducto

(y) Campanil. op. cit. pag. 228.

ducto naturæ debitum persolvit, liberis nullis post se relictis, quorum tamen vicem alumnæ illæ, nunquam intermorituræ, explent in æternum.

ANTONIUS, Thomæ, de quo modò dictum est, frater natu minimus, Theatinorum familiam, assumto Thomæ nomine, ingressus, probitate morum, prudentiaque in rebus agendis, totius Ordinis summum magistratum adeptus est, quo dum Romæ fungitur, eam sibi famam atque existimationem comparavit, ut ab Alexandro VIII Papa in numerum sacra purpura decorandorum pridie quàm promotio promulgata est relatum fuisse constet; sed persuasi à Cardinali Pancirolo Nepotes Pontificis nimio illum studio Hispanicis deditum fore partibus; quippe quibus frater ipsius sit addictissimus, ideoque innopportunam illius promotionem esse rati, Papam à proposito dimoverunt, utque ille etiam ab aula Romana submoveretur, Episcopatum Motolanum, quem Rex Hispaniæ eadem tempestate ei contulerat, suscipere sub specie honoris jussus est.

Ad LANDULPHUM, qui Thomæ & Antonii fratrum suorum ætatibus medius interjectus fuit, familiæ propagatio rediit; is feudum de *S. Angelo* dictum emit, sed brevi iterum vendidit; matrimonio è contra, quo *Violantam Valignanam* sibi junxit, alia feuda domui suæ intulit: istam genuerunt Alphonsus Valignanus, qui Philippo III. Regi à consiliis bellicis fuit, & Julia de Regina Comitis de Macchia filia: Alphonso mater fuit Laura Sabella, Tullo Hostilio Sabello Rom. Ecclesiæ Marescallo & Violanta Ursina nata, hæc parentum hæreditatem crevit, & in Valignanam familiam transtulit, videlicet Comitatum Foglienſem, castella Montorii & Turris Ursinæ in Sabinis; hæc feuda unà cum illis, quæ Valignana domus spatio CCC annorum in Aprutio tenuit, cum Violanta Valignana, lineæ suæ postrema, in Aquinensem familiam transierunt. Ex dicto autem Landulphi & Violantæ matrimonio gnati tres prognati sunt: hi in grege illustrium adolescentum, qui Johannem Austriacum Neapolim ingredientem stipabant, civitatis in se averterunt oculos, LUDOVICUM verò, natu maximum inter eos Austriacus, præ aliis suspexit, sibique à Marchione Torrecusano præsentatum amplexus, & de patrui salute percontatus est, publicis operam ab eo sibi navatam ferens laudibus. Quadraginta annos natus Ludovicus fortunatas celebravit nuptias cum JOHANNA, agnata sua Principatuum Castilionis & S. Manghi hærede, eademque Cæsaris Aquinatis Petræelcinæ Principis vidua; ea quippe virili destituta sobole alii in manum convenire noluit, ut majorum institutis obsecundaret. Hoc conjugio Ludovicus *Princeps Castilionis* caputque familiæ suæ, ad paucos redactæ, & brevi pulchræ prolis pater factus est. Ad gubernacula Principatuum suorum capessenda dein profectus, vix in Calabriam delatus erat, cum de Messanensium ad Gallos defectione fama percrebuit, Siculumque bellum exarsit; in eo amplissimum Ludovicus Princeps nactus campum, quo fides ejus erga Regem & fortitudo decurreret, custodiæ tractus illius, qui à Capite Trapeæ usque ad Amanteam, munitissima hæc provinciæ sunt loca, se exporrigit, sibi demandatæ, ea invigilavit cura, ut vasallorum suorum ope, impensisque suis hostium conatus identidem everteret: ita omnis Neapolitanæ civitatis annona bis sua unius opera salva fuit, navibus onerariis, quæ eam subvehebant, ex hostium pænè manu ereptis, & Castilionem, cujus arcem inopinato Galli adorti erant, illa tempestate, qua in opposita regione Scalettam interceperunt, strenuè defendit. Porrò navigiis mari immissis à piratis fretum illud purgavit, arbiterque jussu Proregis, Marchionis de los Velez, fuit consiliorum Comitis de Barbò, qui rem militarem istis in oris curabat, & Regiensi præsidio præerat. Tranquillatis rebus privignas in conditionem se dignam collocavit, deindeque filio etiam suo uxorem ex una præcipuarum Italiæ familiarum ortam, & Principes supremo jure imperantes, Regesque maximos inter majores suos numerantem, delegit, eique Lauretum obviam processit; quo in itinere Romæ, quam transiit, summam sui existimationem excitavit, & post se reliquit. Anno 1693. cùm, classi Hispanica multarum navium ad portum Neapolitanum appulsa, inter classiarios & populum urbanum odia & jurgia exorta essent, quibus publica tranquillitas conturbabatur, ita ut Prorex, quo munere Comes San Stephanensis tunc fungebatur, opus sibi esse putaret viro cordato & magni nominis, cui civitatis gubernationem quietisque publicæ curam

curam demandaret, aucta præsertim temporum illorum difficulate per classem Gallicam in mari Tyrrheno visam, Principi Castilionensi id oneris imposuit; quod is ea suscepit conditione, ne ferendum sibi esset diutius, quàm navales illæ copiæ in litore Neapolitano sint commoraturæ; simulac ergò illæ discesserunt, classisque Hispanica vela in altum dedit, munus, quo cunctis satisfecerat, prudentiamque suam in rebus gerendis probaverat, deposuit, & lares suos in Calabria repetiit, ubi vitam præclarè actam pia morte finivit.

THOMAS & CAROLUS, Ludovici Principis Castilionis & S. Manghi filii, in urbe Neapolitana nati, sub id anni tempus lucem læto aspexerunt augurio, quo S. Thomæ Aquinati festos dies anniversarios agere solent; inde adhuc parvuli cùm Neocastrum Calabriæ, sedem principatus aviti, à genitore deportati fuissent, paulò post Siculum ingruit bellum, in quo, sicut jam dictum est, Ludovici Principis virtus atque opera eximia fuit; neque tunc THOMAS, Comitis Mamertinensis titulo insignitus, licet sex annorum puer, compressis domi sedit manibus, sed visus est, *Giannetasio*, superius etiam laudato, testante, *hastile humero gerens inter antesignanos miles stationem tenere, & quantum puerili corpore infra reliquos erat, tantum supra omnes animi magnitudine ac divina indole eminuit.* Ætate maturus, & splendido conjugio, tituloque Principis Feroleti auctus, cùm post pugnam ad Orbesanam improsperè commissam res Hispanicæ periclitarentur, dux est designatus legionis Italicæ, quæ tum conscribebatur in supplementum à Comite S. Stephani, Prorege Neapolitano, sed expeditione legionis istius retardata, & pace Italiæ secuta, erepta invito est facultas exserendi excelsum animum impavidumque spiritum. Prudentiam ejus verò & in rebus agendis dexteritatem Romana etiam curia, haud solita quemvis facilè admirari, laudavit, cùm tertia eò venisset vice, ut cum Innocentio XII. Pontifice negotia, familiam suam attinentia, coràm pertractaret: maximam quippè tunc sui existimationem, animis Romanorum impressam, reliquit. Carolus II. Rex Hispan. denique ad propria ipsius avitaque decora hunc adjecit cumulum, ut eum inter Hispaniæ Magnates perpetuos adlegeret, his in supremo decreto, Mantuæ Carpetanorum d. XIX. Martii anno MDCXCIX. promulgato usus verbis: se considerantem servitia Domini Thomæ de Aquino Principis Castilionis & Feroleti, fulgorem Domus ejus, & merita majorum hanc ei gratiam fecisse, ut *honores Magnatis Hispaniæ ipsi filiisque & successoribus in domu ejus, jure perpetuò obtinendos*, conferret. Ita dum ille in seculo personam suam decenter sustinet, CAROLUS, ejus frater, altioris doctrinæ studiis refertus, Ecclesiæ esse ornamento studet, viamque ad sacras, quæ Romæ dispensantur, dignitates affectat.

Ab eadem cœterum hac Comitum Aquinensium stirpe & eodem ramo Castilionensi, illos etiam Aquinios, qui *Consentiæ*, nobili Calabriæ urbe, habitant, multisque ibi ornamentis, & nobilissimis affinitatibus redundant, oriundos esse, utpote unis atque iisdem insignibus utentes, moniti sumus à Viro perquàm Reverendo, & pari virtute ac doctrina prædito *Hieronymo Maria de S. Anna*, Carmelitani Ordinis in urbe Neapolitana monacho, cui etiam indicinam debemus insignis loci, qui in *Gab. Barrii Francicani Libro IV. de Antiquitate & situ Calabriæ* extat, & quia non illi tantùm asserto fidem adstruit, sed patriam quoque S. Thomæ Aquinatis prodit, integer adscribi meretur: *Chonam* inquit ille, *hoc est, Belicastrum Nascarus fluvius, Syrus olim dictus, adlabitur*; & paulò post: *ex hac urbe fuit divus Thomas cognomine Aquinus, doctor eximius, prædicatorum Ordinis, cœnobita, Landulphi, qui hujus urbis & vicinorum oppidorum dominus erat, filius, matre Theodora. Non enim Aquinus dictus est, quod Aquini natus sit, quæ urbs in Ferentanis in Samnio est, non in Campania, ut Geographiæ rudes quidam falsò scribunt; sed quod id vocabulum Aquinas divi Thomæ familiæ gentilitium nomen est. Extat etiamnum in Calabria multis locis Aquina familia, ut CONSENTIÆ, ut Tropeæ & alibi, ubi viri nobiles sunt & locupletes.* Quamvis verò Aquini de Consentia sua se involventes virtute titulorum pompam nondum affectarint, ad honoratiora tamen regni officia fores eis patuisse vel *Andreas Aquinus de Consentia* exemplo est, quem Ladislaus Rex anno 1407. *Protonotarium provinciæ Calabriæ* creavit hocque in diplomate, quo id muneris illi contulit, eum ornavit encomio: *Egregio & Nobili viro Andreæ de Aquino de Cosentia, fideli & consiliario nostro dilecto.* Hac tampestate ea in ci-

vitate claret *Josephus de Aquino*, *Eques & Commendator Ordinis militaris S. Johannis Hierosolymitani*, quem *Melitensem* vulgo vocant, vir excellenti animo ac virtute. Neapoli denique etiam haud ita pridem se extulit Familia quædam Aquinensis, quam *Blasius Altimarus*, Regius Consiliarius dignissimus, in *Memoriis Historicis diversarum familiarum nobilium Libro I pag. 12.* vocat suo idiomate, *la famiglia d' Aquino*, *delli famosi Negotianti di milioni*, *Bartolomeo e Tomaso d' Aquino della civita Napoletana.* Bartholomæo & Barbara Stampa, ejus uxore, genere Mediolanensi, natum esse ait *Johannem Antonium Principem de Carmanico*, Thoma autem satos esse *Ducem de Casola*, *Dominumque della Torre di Francolise*, & aliorum feudorum, nec non *Ludovicum d' Aquino*, *Auditorem Cameræ Apostolicæ*, ante annos non ita multos mortuum.



IV. AQUA.

❋ ❋ ❋


IV.

AQUAVIVIANA STIRPS

quâ

COMITES DE FLAVIANO ET CONVERSANO, DUCES DE ATRI, NARDO ET DELLE NOCI, PRINCIPESQUE DE CASERTA ET TERAMO

in regno Neapolitano prognati sunt.





Ui in ſcuti hic delineati parte priori conſpicitur *leo cæruleus*, *falculis cruentis armatus*, teſſeram *Aquaviviana* familiæ gentilitiam deſignat; altera verò pars, in quatuor ſubdiviſa areolas, inſignia *Aragonica*, *Hungarica*, *Andegavenſia ſive Neapolitana*, *nec non Hieroſolymitana* complectitur, quippe quæ cum avitis conjungendi poteſtatem Julio Antonio Aquavivæ, Duci Hadriæ ſeptimo, Ferdinandus Aragonius Rex Neapolitanus fecit; atque iſtis gens illuſtriſſima priores jam dare ſolet partes, ſcuto bipartito in *quadripartitum* mutato, ita ut dicta quatuor inſignia in prima & poſtrema quadra repetantur, quemadmodum vice verſa leo Aquavivianus ſecundam tertiamque implet.

TABU-

TABU

DUCES DE ATRI, MARCHIONES DE BITON

1. MATTHEUS DE AQUAVIVA, Francisci F. Matthiæ N. Johannæ I Reginæ Neapol. Cubicularius an. 1349.

2. Antonius de Aquaviva, Cubicularius & Prorex Hydrunti est Comes de S. Flaviano, atque à Ladislao R. Comes *ma, Roslaini Com. de Boviano, & Dom. de Popoli filia.*

3. Andreas Matthæus de Aquaviva Dux de Atri II, Comes *Catharina Tomacella, Bonifacii IX. Pont Rom. nept.*

4. Antonius Dux de Atri III, † improl. *Maria Ursina de Balzo, Reimundi Pr. Tarentini f. 1407.*

Petrus Bonifacius Dux de Atri IV. Com. de S. Flav. *Catharina de Ricardis Francisci f.*

5. Andreas Matthæus Aquaviva, Dux de Atri V. Com. de S. Flaviano, exutus bonis à Rege Alfonso I. obiit *calebs.*

Julius Antonius Aquaviva de Aragonia, Dux de Atri VII, Com. S. Flav. occ. à Turcis 1480.

6. Andreas Matthæus Aquaviva de Aragonia Dux de Atri VIII, Princeps de Teramo, Marchio de Bitonto † 1528. Ux. 1. *Isabella Piccolominea de Aragonia, Antonii, Duc. de Amalfi f. 2. Catharina della Ratta hæres Comitatuum de Caserta & S. Agatha, Cæsaris Aragonii vidua † hac sine lib. an. 1511.*

BELISARIUS Aquaviva de Aragonia Dux de Nardo *Vid. Tab. III.*

7. 1. Johannes Franciscus Aquaviva de Aragonia Marchio de Bitonto. *Dorothea Gonzaga, Joh. Francisci Gonzaga f.*

JOH. ANTONIUS Aquav. de Arag. Comes de Gioja. *Vid. Tab. seq. II.*

8. Julius Antonius Aquaviva Comes de Conversano, Caserta & S. Agatha, Dn. de Brie & Conterobor in Gallia, ubi exul obiit. *Anna Gambacurta, Francisci Gambacurta & Catharina della Ratta f.*

9. Johannes Franciscus Aquaviva de Arag. Dn. de Brie & Conterobor Consiliarius Status in Gallia & Eques Ord. S. Michael *Camilla Caracciola, Johannis Pr. de Melfi fil.*

10. Josias Aquaviva † *duodecennis.*

Anna Aquaviva nup. *Ludovico Dijacete, Com. de Chateauvilain.*

Julius Antonius Aquaviva, Princeps de Caserta I March. de Bellante II. *Victoria de Lannoy, Horatii Pr. Sulmon. f. ducta 1569.*

11. Scipio Dijacete de Aquaviva, & Aragonia, Com. de *Chateauvilain*, Dux de Atri, Princ. de Melfi † 1648. æt. 68. *Genevieva Doni d' Attichi.*

Angelica Dijacete nup. *Claudio de Angiure, Princ de Amblise, March. de Sy, Com de Bourlemont* † 25. Oct. 1676.

Andreas Matthæus Princ. de Caserta II. March. de Bellante III. Eq. Aur. Vell. ux. 1. *Isabella Caracciola Caroli C. S. Angeli f. 2. Anna Polyxena Com. de Furstenberg, Emanuelis Gesualdo Pr. de Venosa vidua.*

12. Filius, dictus Comes de *Chateauvilain*, occ. in Italia an. 1643.

Gnatæ duæ *moniales.*

1. Anna hæres Principatus Casert. nup. *Francisco Cajetano Duci Sermonetta.*

TO ET BELLANTE, PRINCIPES DE CASERTA.

Dominus de Aquaviva, Canopoli, Mollano aliorumque locorum, Uxor, *Jacoba Sanseverina.* 1.

næ provinciæ sub Carolo III. Andino Rege Neap. à quo creatus de Montorio & Dux de Atri. Uxor, *Ceccarella Cantel-* 2.

de S. Flaviano & Montorio, occ. à vasallis suis an. 1407. 3.

Josias de Aquaviva Dux de Atri VI. Ux. 1. . . . . *Carrara.* 2. . . . . *Caldora, Jacobi f.* | N. de Aquaviva nupta . . . . *Campaneschi.* 4.

Uxor, *Catharina Ursina, Joh. Antonii Ursini, Princ. Tarentini fil. 1456.* | Johannes Antonius Aquavivus, occ. 1503. 5.

SulpitiusAquaviva *Episcopus Conversani* ab a. 1483. usque ad a. 1495. anteà *Episc. Bitectensis.* | Donatus Aquaviva *Episc. Conversani* ab. an. 1498. usque ad an. 1528. | Paula Aquaviva nupta *1. Honorato San Severino 2. Antonio Cantelmo, Com. de Popoli.* 6

Johannes Vincentius Aquaviva de Arag. ex Castellano S. Angeli *Cardinalis* cr. à Paulo III an. 1542. † 2. Aug. 1556. | Joh. Baptista Aquaviva. 7.

Isabella Aquaviva nup. 1. *Henrico Pandone, Duc. de Bojano, 2. Bernardino del Balzo, fratri ultimi Comitis de Alessano.* 8.

Balthasar Aquaviva de Arag. Marchio de Bellante cr. à. Philippo II Rege. *Hieronyma Cajetana de Aragonia. Jacobi Com. de Morcone f. ducta an. 1542.* 9.

Vincentius Aquaviva. | Franciscus Aquaviva † improl. *Victoria Spinella ex Princip. Scalea.* | Marcellus Aquaviva. *Archiepisc. Hydruntinus*, cr. 25. Febr. 1586. † 1606. 10.

Carolus Magister Equitum in Flandria. . . . . *de Bernando Ferdinandi D. de Bernando f.* | Petrus, *Clericus* | Balthasar, regni Thesaurarius † s. pr. *Portia Caracciola, Duc. de Cercie Diomedis Carafa D. Gercia vid.* | Isabella ux. *Marini Caracciolo Duc. de Martina.* 11.

TABU

DUCES DE ATRI ET DELLE

7. JOHANNES ANTONIUS Aquaviva de Aragonia, Andreæ Matthæi III hujus nominis F. COMES de GIOIA, dein DUX de ATRI IX.

8.
- Johannes Hieronymus Aquaviva de Arag. Dux de Atri X. *Margarita Pia.*
- Andreas Matthæus *Episc. Venafri 1558. Archiep. Cusentin.* 1573. † 1576.
- Dorothea Aquaviva, *docta fœmina.*

9.
- Albertus Aquav. de Ar. Dux de Atri. XI. *Beatrix de Lannoy, Horatii Pr. Sulmon. f.*
- Julius, n. 1546. *Cardinalis* cr. 1570. † 21. Jul. 1574.
- Adrianus Aquav. de Ar. Comes de Converſano *Iſabella Caracciola Godefridi Dom. de Tocco fil. & har.*
- Johan. Antonius, Venet. copiarum ductor in Corcyra obiit.

10.
- Joſias Aquav. de Ar. Dux de Atri XII. *Margarita Ruffa, Fabritii Pr. Scillæ f.*
- Joſephus Aquaviva *Nuncius Extraord. in Hiſpan. Archiep. Thebens.*
- Margarita Aq. ux. *Diomedis Caraſa Duc. de Matalone.*
- Dorothea Aq. nup. *Camillo Caracciolo, Pr. de Avellino & Detio Pignatello M. de Pinazzola.*
- Julius Aquav. de Arag. Com. de Converſano Dux delle Noci *Catharina Aquaviva, Duc. de Nardo.*

11.
- Franciſcus Aquav. de Arag. Dux de Atri. XIII. *Anna de Concubet de Arena Franciſci March. de Arena, C. de Stilo f.*
- Octavius. n. 23. Sept. 1609. *Cardinalis* 1654. † 20. Nov. 1674.
- Albertus, *Abbas.*
- Fabritius, *milit. ductor.*
- Joh. Hieronymus Aquav. de Arag. Com de Converſ. Dux de Nardo & delle Noci. † 1665. *Iſabella Filomarina fil. Thomæ Princ. della Rocca* † 1679.

12.
- Joſias Aquaviva de Arag. Dux de Atri XIV. † 1679. *Franciſca Caracciola Joſephi Pr. della Torella f.*
- Rudolphus *Nuntius Apoſtol. in Helvet.* ubi mortuus eſt.
- Cæcilia nup. *Antonio Cajetano de Arag. Duci de Laurenzano.*
- Coſmus Aquaviva de Arag. Dux de Nardo & delle Noci, occ. 1665. *Maria de Capua Jo. Fabritii IV. Princ. della Riccia. fil.*

13.
- Joh. Hieroymus Aquaviva de Arag. Dux de Atri XV. *Magnas Hiſp.* Princeps de Teram , March. de Aquaviva Arena Com. de Gioja & Giulia. Ux. 1. *Lavinia Ludoviſia, Nicolai Pr. Plumbini & Venoſæ f.* † Improlis. *2. Eleonora Cecilia Spinella D cis de Aquaro f.*
- Franciſcus, *Archiepiſc. Lariſſenſis, Nuntius in Hiſpan.* 1700.
- Dorothea nup. *Julio Antonio Aquaviva Com. de Converſano.*
- Michael, *Eques Melit.*
- Jo. Hieronymus Aquav. IV. Com. de Converſano Dux VIII de Nardo & IV delle Noci, † 1681. improlis *Aurora Sanſeverina, Caroli Pr. de Biſignano f.* 1680.

1 .
- 2. Joſias, Marchio de Aquaviva.
- Dominicus.
- Rudolphus.
- Trojanus.
- Liborius.
- Maria Angela.
- Thereſia.
- Lavinia.
- Claudia Maria.
- Anna.
- Franciſca.

NOCI COMITES DE CONVERSANO.

Uxor, *Isabella Spinella*, *Jo Baptistæ Com. de Cariatif. Jo. Francisci de Capua vidua.* 7.

Julia Aquaviva ux. *Bertholdi Farnesii.* | Antonius Aquaviva de Arag. Dn. de Casamassima, Rotigliano & S. Nicandro. ux. natione *Turca.* Δ | Claudius Aquaviva ex Cubiculario secreto Pii V Papæ *Jesuita* demum *Societatis suæ Generalis Præpositus.* el. 1585. † 31. Jan. 1615. 8.

Rudolphus, *Jesuita*, occ. in India à Barbaris. | Horatius ex milite *Clericus* & *Ep. Cajazzensis* 1592. † 13. Jun. 1617. | Octavius, n. 1560. *Cardinalis* cr. 1591. *Archiep. Neapol.* 1605. † 15. Dec. 1612. | Isabella ux. *Fabritii Ruffi Pr. Scillæ.* | Marcus Antonius Dn. de Casamass. † cælebs. Δ | Victoria fratris hær. nup. *Antonio Carafæ M. de Bitetto.* 9.

Johannes Aquav. *Antonia de Cardines Francisci ex March. de Laino f.* ☾ | Alfonsus *Eq. Hierosol.* militavit in Belg. | Rudolfus Aquav. *Victoria de Radulovich, Nicolai M. de Polignano f.* ⊙ | Franciscus, *Presbyter secularis.* | Bernardus *Jesuita.* 10.

. . . . *Eq. Melit.* | Isabella ☽ | Adrianus Aquav. de Ar. | Beatrix. | Hieronymus. | Victoria. ⊙ | Lucretia ux. *Caroli* [illegible]*arafæ Duc. de Noja.* 11.

Thomas *Eq. Melit.* | Julius Abbas. | Catharina ux. *Hieronymi Caraccioli, M. de Torrecuso.* | Anna, nup. *Joh. Baptistæ Cicinelli Pr. de Curfi.* 12.

Julius Antonius Aq. de Arag. VI Comes de Conversano, Dux de Nardo X & delle Noci V † m. Febr. 1691. *Dorothea Aquaviva de Arag. Josiæ, XIV Duc. de Atri f.* | Thomas † inf. | Adrianus Aquav. de Arag. † 1687. | Dominicus Aq. de Ar. Eques Aur. Vell. cr. 1700. *Margarita Theresia de Hennin Philippi Ludovici Com. de Bossu,* [illegible]*r. de Chimay in Belgie f.* 1691. † 1693. | Isabella. | Catharina. | Margarita. | Theresia. | Dorothea, *monialis, sed abjecto velo nupta Rudolpho* [illegible]*arafæ ex Duc. Noja.* 13.

Julius Antonius, posthumus n. m. Mart. 1691. Com. de Conversano VII, Dux delle Noci VI, de Nardo XI. 14.

DUCES

6. BELISARIUS Aquaviva de Aragonia, Julii, dein Dux de Nardo.

7.	Johannes Bernardinus Aquaviva de Arag. Dux de Nardo II †Aug. 1541. *Johanna Cajetana.*	Adriana de Aquaviva ux. *Ferdinandi Castrioti D. de S. Petro.*	Diana de Aquaviva, nup. *Ferdinando Spinello Duci de Castrovillari.*	N. . . . de Aquaviva ux. *Pauli Caraccioli.*

8. Franciscus Aquaviva de Aragonia, Dux de Nardo III.
Isabella Castriota, Alfonsi M. de Atripalda. f.

9. Johannes Bernardinus Aquaviva de Aragonia, Dux de Nardo IV.
Ux. 1. *Anna Loffreda, Ferdinandi M. de Trevico f.*
2. Catharina Toralda ex March. de Polignano, Ferdinandi. Beltrani C. de Misciagna vidua.

10.	2. Belisarius Aquav. de Arag. Dux. de Nardo V. *Portia Pepe.*	Adriana de Aquav. nup. *Cæsari Pappacodæ.*	Franciscus Aquaviva de Arag. Dn. Turris de Padula. *Isabella Barone.*	Caspar Aquav. *Prælatus*, dein *monachus.*	Isabella ux. *Vasci de Acunia.*	Vincentius Aquav. de Arag. *Beatrix de Falconis.*

11.	Catharina hæres Ducatus Nard. nup. *Julio Antonio Aquavivæ de Arag. Duci delle Noci.*	Camilla nup. *Ferdinando Beltrano Com. de Misciagna.*	Bernardinus Aquav. de Arag. *Adriana de Francus, Jacobi M. de Taviano f.*	Marcellus, *Clericus Regularis dictus Felix.*	Andreas *Matthæus monachus Benedict.*	Julius *Cleric. Regul. dictus Jo. Baptista.*	Marius.	Diegus.

DE NARDO.

Antonii Ducis de Atri VII. filius secundus; Comes 6.
Uxor; *Sueva Sanseverina, Hieronymi Pr. de Bisignano f.*

Antonia de Aquaviva nup. *Johan Baptista della Marra.*	Jacobus Antonius Aquaviva de Arag. *Episc. Neritan. dein maritus Adrianæ San. Framonda ex Comit. de Cerreto.*	Joh. Baptista Aquaviva de Arag. *Episc. Neritan.* post fratris abdicationem 1536.	Joh. Antonius Aquav. de Arag. *Episc. Leccensis, cr.* 18. Maji 1517. † 1525.	7.

Claudius Aquaviva de Arag. † 1584. *Lucia de Azzis.*	Belisarius Aquaviva	Catharina.	8.

Octavius Aquaviva † juv.	Alexander Aquaviva de Arag. *Nicasia Benevenutia.*	Ferdinandus Aquaviva; *militavit in Belgio.*	Ascanius Acquaviva; occ. in bello Bohemico 1620. *Maria Caracciola.*	Alfonsus Aquaviva.	9.

Claudius Aquaviva de Arag.	Alexander Aquav. de Arag.	Belisarius Aquav. de Arag.	Julius.	Delia.	Catharina.	Claudia.	10.

Franciscus Aquav. de Arag.	Cæsar *Clericus Regul dict. Johannes.*	Octavius.	11.



EXEGESIS HISTORICA.



QUAVIVARUM genus ad secundum ex quatuor fratribus Caracciolis, natione Helvetiis, quos Fridericus Ænobarbus Imperator inter primos aulæ suæ principes habuerit, & Neapoli rebus suis illic locorum firmandis reliquerit, *Conradum* dictum, referendum esse, *Franc. Ælius Marchesius* censuit, persuasus insignium identitate: quippe *leone cæruleo in Campo aureo* Caraccioli pariter & Aquavivii utuntur, nec non Conradi nomine, in utraque familia olim frequenter usitato. (a) Econtra antiquiore ævo, & Ottone M. imperante, familiam initio nominatam è Germania in Italiam venisse, & ab Imperatore modò dicto castello *Acquaviva* aliisque in Picœno locis donatam, nomen ab isto assumsisse, illicque consedisse, donec Sueviæ Ducibus rerum potitis in regnum Neapolitanum lares transtulerunt, *Fr. Zazzara & Philib. Campanilius* in Commentariis de Familiis Italicis tradunt. Enimverò in Apulia Peucetia, quæ nunc terra Barrensis audit, castrum etiam esse *Acquaviva* appellatum, huicque familiæ subditum, *Leander Alberti* in descriptione Italiæ refert. Rinaldo *de Acquaviva* ab Henrico VI Imperat. & Rege Siciliæ multa in Aprutio loca, quæ Leonus *de Atro*, socer Rinaldi in Foresta gnata, tenuit, concessa fuisse charta veteri an. 1195. scripta Campanilius probat. Istius filios fuisse putant *Andream & Ricardum* Acquavivas, quorum prior sub Friderico II Imperat. *Justitiarius* fuit terræ Hydrunti, alter Viterbio præfuit; Andream porrò patrem constituunt *Ricardi, Rinaldi & Berardi*, qui Carolo I Andino regnante claruerunt. Primi propago intra quartam emarcuit generationem. A Rinaldo deducuntur Comites *de S. Valentino*, qui primus fuit titulus huic genti collatus; isti defecêre in Conradino (*Conraduccio*) Conradi Aquavivæ & Menonæ Acciajolæ filio, à Ladislao Rege an. 1404 dicto Comitatu investito, quo mortuo eundem Ursinis traditum, atque ab his an. 1507 Jacobo Tolfano venditum esse Campanilius memorat. Berardus Aquaviva *Gualtierum* genuit, patrem ex Isabella Grossa *Matthæi* Domini *de Pisento* in Aprutio aliorumque locorum, quorum investituram à Carolo II Rege Neap. accepit. Duas idem uxores habuit, primam *Philippam* Rinaldi Com. *de Sangro* filiam, hancque sterilem, alteram *Imperatricem de Archis*, Dominam *de Canopoli*, qua natus *Franciscus* cum *Johanna de S. Georgio* genuit *Nicolaum*, Johannæ I reginæ Cubicularium, *Ludovicum & Matthæum*, à quo genealogiæ initium in Tabulâ primâ ductum est.

ANTONIUS Aquaviva, Matthæi F. Ducis Hadriæ (*d'Atri*) titulum primus gessit, quem à Ladislao R. accepit, postquam Hadriam, insignem Aprutii urbem, jam olim familiæ suæ subjectam, unà cum Teramensi oppido denuo acquisivisset. Eo natum ANDREAM MATTHÆ.

(a) de Neapol. fam. p. 33.

MATTHÆUM Bonifacius IX. Pont. Rom. affinitate sua honestavit, Ladislaus Rex ob virtutem militarem in pretio habuit, & bello, quod adversus Mariam Anghianam. Princip. Tarenti, Raimundelli Ursini viduam, gestum ipsi fuit, præfecit; eo dein per matrimonium inter Regem & Tarentinam contractum finito cùm Aquavivius domum reversus esset, à suismet Vasallis in urbe Teramensi trucidatus est, in quorum antesignanos, Henricum & Robertum Melatinos, fratres, crudeliter à plebe animadversum fuit. Filios ille tres post se reliquit, qui singuli Hadriensem Ducatum successivè tenuerunt: namque ANTONIUS, natu maximus, cui Ladislaus R. privignæ suæ *Mariæ Ursinæ* nuptias conciliavit, maxima celebratas pompa, cùm nulla ex ea prole suscepta ex hac luce migrasset, Ducatum ad fratrem natu proximum PETRUM BONIFACIUM transmisit; cujus gnatus unicus eo exutus est ab Alfonso Aragonio, rerum Neapolitanarum potito, quod adversis ipsi partibus se miscuisset. Exinde JOSIAS ejus patruus Ducis Hadrianensis titulum sibi sumsit, rem verò à Rege obtinere nequivit, licet inde à primo ejus in Italiam adventu constanter ei adhæsisset, & utramque cum ipso fortunam subiisset. Ea propter vel fraude vel vi Hadriam recuperare secum statuit, hostesque Regis, Franciscum & Johannem Sfortios, fratres, in consilium auxiliumque vocavit; his verò suarum rerum satagentibus, arma, quæ jam adversus regios stinxerat, mox deposuit, Regiq; reconciliari per amicos curavit. (b) Recepto in gratiam Rex an. 1446. omnia, quæ fratris filio ademta fuerant, reddidit, nempè *Fanum Flaviani* cum Comitatus titulo, *Cellinum*, *Bisentum*, *Bascianum*, *Castagnam*, *Pennam*, *Avianum*, *Rosetum*, *Forcellam*, *Canzanum*, *Castrumvetus*, *Trasmondum*, *Canopolim* aliaque, Hadriam tamen & Interemnatum (*Teramo*) retenuit, quarum urbium priorem demum an. 1459. à Ferdinando Rege, Alfonsi F. *Josias*, opera Jo. Antonii Ursini, recepit. Hujus quippe gnatam cum dote Comitatus Cupersanensis (*Conversano*) JULIUS ANTONIUS Aquaviva, Josiæ F. uxorem acceperat: is socero paulò post ad apertas cum Rege modo dicto inimicitias delapso ejus sectam secutus est, armaque contra herum tulit; illo autem vivis exempto cùm in occupatione Barrensis urbis, ubi XL aureorum millia servabantur, à Rege præventus esset, & populos cunctos in eum inclinantes cerneret, spurium econtra soceri filium nequaquam eo ingenio præditum nosceret, qui succedere paterno imperio dignus atque idoneus videretur, cum Rege in pactionem descendit, eaque ex voto confecta in castra regia cum copiis venit, & vexilla ejus veneratus est. Atque ab eo tempore Rex Julii Antonii opera consiliisque in maximis pacis & belli rebus usus est; ejus etiam ductu multa & fortiter gessit, & feliciter administravit: *neque enim minus in toga quàm in armis vir hic claruit, ad præstantissima quæque natus munia domi forisque*, sicut *Jo. Jovianus Pontanus* memoriæ prodidit. (c) Ut verò virum magis magisque demereretur & sibi devinciret Ferdinandus Rex, singulari privilegio an. 1477. facultatem ei posterisque impertivit *Aragonicum* nomen & digma cum Aquaviviano conjunctim utendi, id quod hodieque genti huic est familiare. Ad extremum cùm Ferdinandus bellum Florentinis illatum, cujus magna pars noster fuit, cum pace commutasset, magnoque & inopinato ingruente periculo à Turcis, qui exscensione in extima Italiæ regione facta Hydruntum expugnarant, atque in Calabriæ interiora penetrabant, copias suas eorumque ducem Alfonsum Calabriæ Ducem, apud Senas hærentem, reditum è Thuscia festinare, partemque illarum cum Julio Antonio Aquaviva novo quàm celerrimè occurrere discrimini jussisset, hic in primo cum Turcis conflictu, dum suis tergum hosti vertentibus voce & exemplo animum addere conatur, ducisque & militis impavidi officio fungitur, vulneratus, equoque delapsus ab incumbente Turca capite truncatus est, maximo cunctis, Regi præcipuè, desiderio relicto. (d) Id quoque in laudibus ejus commemoratur, quod destructo castro S. Fabiani, propè ostium Truenti amnis insalubri posito loco, aliud in mediterranea regione, tribus ab illo leucis dissita, & salubriore cœli temperie gaudente, sumtibus extruxit suis, Juliam novam (*Giulianova*) dictum. (e)

ANDREAS MATTHÆUS Aquaviva, Tertius hujus nominis, Dux Hadriæ Octavus, armis litterisque illustratus est: vixit turbida illa tempestate, qua Carolus VIII. Rex Gallorum Neapolitanum regnum invasit, cumque procerum plerique subitò & certatim ad hunc deficerent, mansit ille in fide Ferdinandi Regis usque dum de imperio ejus actum esse videbatur, tunc enim & ipse tempori & necessitati paruit, & victori se submisit. Hinc etiam postea cum Ferdinandus Catholicus & Ludovicus XII. Hispaniæ & Galliæ Reges circa id regnum, legiti-

(b) Bart. Faccius Hist. sui temp. Lib. VIII. (c) Hist. Lib. V. (d) Campanil. p. 27.
(e) Leand. Alb. Descr. It. p. m. 266.

legitimo domino societatis armis ereptum, inter se diffiderent & belligerarent, Gallicis partibus adhæsit, donec anno 1503. prope Rutilianum in Barensi agro à Petro Navarro, Hispanicarum copiarum ductore oppressus, & post acrem pugnam, in qua *Johannes Antonius* ipsius patruus, cecidit, captus est. (f) Hujus captivitatis, quæ ultra biennium duravit, calamitatem studiorum solatio ita lenivit, *ut*, Pauli Jovii judicio, *ad eam exculti ingenii frugem, qua ab impotenti fortuna eripi non potest, generosa meditatione pervenerit, uti præclarè constat ex eo libro, nobili pariter & erudito, qui Encyclopedia inscribitur, & de Morali virtute Plutarchi plenior liber, subtili & copioso commentario persimilis ostendit.* Hujus operis Lib. primus Neapoli an. 1526 prodiit, integer vero Helenopoli Germaniæ an. 1609 hoc, ceu Nic. Toppus in Bibliotheca Neap. indicat, titulo: *Andr. Matthæi Aquavivi Principis, omnibus belli & pacis artibus excellentissimi, Hadrianorum Interam natumq; Ducis, illustrium & exquisitissimarum disputationum libri quatuor, quibus omnes divinæ & humanæ sapientiæ præsertim animi moderatricis, musicæ atq; Astrologiæ arcana, in Plutarchi Charonæi de virtute morali præceptionibus recondita, summo ingenii acumine retecta patefiunt & figuris illustrantur.* Sed cum Aquavivam victor Gonsalvus de Corduba cum reliquis captivis in triumpho ducendum in Hispaniam mitteret, Rex Ferdinandus libertati pristinæque fortunæ, eum restituit. *Tanto* itaque *usus beneficio*, Jovii iterum verba refero, *per XXIV. annos egit jucundo in otio vitam dicatam Musis, quumque Neapolitanos proceres candore innocentia & liberalitate facile superaret, visus est parùm accuratus & diligens in tuenda rei familiaris dignitate, quum in ultimo vitæ actu præaltus animus contemptor opum institutæ liberalitatis nervos inconditis sumptibus incidisset. Fato functus est ad Conversanum Bario finitimum, septuagesimo secundo ætatis anno, quum Lotrechii Galli infelicibus armis Apulia quateretur.* (g)

JOH. FRANCISCUS Aquaviva, *Marchio Bitontii* appellatus, ante patrem ex hac migrasse luce videtur; Ravennatensi prœlio an. 1512. interfuit, inque eo dum pro Hispanicis partibus impigrè dimicat à Gallis victoribus captus est. Eo natus JULIUS ANTONIUS, *Comes Conversani* dictus, à *Catharina Ratta*, avi sui Ducis Hadrianensis uxore secunda, maximis auctus est opibus: ista enim ex fraterna successione Casertæ, Alessani & S. Agathæ Comitissa, aliorumque locorum Domina facta, universa bona sua in Julium Antonium transtulit per donationem, & in favorem matrimonii, quod is cum *Anna Gambacurta* contraxit, utpote nata ex fratris Catharinæ Rattæ filia illegitima, *Catharinella*, quam illa educarat, & Francisco Gambacurtæ nuptui dederat. Sed omnium istorum bonorum juxta ac avitorum jacturam Aquavivius fecit, cùm anno 1528. ad Gallos, qui duce Lotreccio in regnum se effuderunt, & initio tàm prona omnia, quàm postmodùm adversa habuerunt, præcipiti transgressus esset defectione: perduellis enim à Carolo V Imperat. declaratus, excessit & in Galliam relictis rebus omnibus se contulit, ubi à Francisco Rege duobus prædiis in Bria donatus supremum diem explevit. (h) Filiorum ejus natu major JOH. FRANCISCUS paternam factionem & sortem secutus, patria avitisque bonis caruit, & in Gallia ætatem peregit, turmæ cataphractorum ab Henrico II. R. præfectus, & Eques Ordinis S. Michaelis creatus, Hadriæque Ducis titulo usus, quem post ejus excessum *Anna Aquavivia* gnata ipsius unica sibi sumsit. Hæc in gynecæo reginæ Catharinæ Mediceæ educata *Ludovico Dijaceto*, genere Florentino, sed Galliæ, acquisito comitatu Villani Castri, incolæ nupsit, quem an. 1594. P. Chöeselius Mosa in rixa, ex verbis contumeliosis suborta, interfecit, hujus diu antè præsagum mali, quemadmodum Thuanus in commentario de vita sua retulit. (i) *Scipio Dijacetus*, quem ille juxta cum gnata unica, *Angelica*, post se reliquit, Aquaviviano nomine & Hadrianensi titulo usus, omnem movit lapidem ut bona ab avo proavoque materno in regno Neapolitano amissa recuperaret, eaque fine plus una vice iter in Italiam fecit, ubi gnato unico, in bello Etrusco pro Papa Urbano VIII militante, & in conflictu quodam an. 1643. occiso, orbatus est. (k) Ipse viduus factus dicti Pontificis instinctu togam sacerdotalem sumsit, & potiundi galeri Cardinalitii spem affectavit, qua frustratus, & Abbatia tantum S. Arnoldi, quæ Metis est, mactus, ætatis anno LXVIII fatis concessit, relictis post se filiabus duabus, quæ ambæ monasticam amplexæ sunt. (l) Exinde Comites de Bourlemont, ex illius sorore nati, titulo Ducali Hadrianensi uti cæperunt inani ostentatione.

BAL-

(f) Guicciard. Hist. Lib. V. (g) Jovius Elog. doct. Vir p. m. 137. (h) Campanil. op. cit.
(i) Lib. IV. (k) Brusonius Hist. Ital. Lib. XI. (l) Gamurrinius Hist. Geneal. Thusc. & Umbr. Tomo III. p. 314.

BALTHASAR Aquaviva patris sui Julii Antonii majorumque errata emendaturus summa ope nisus est, ut Regibus suis, Carolo V Imperat. & Philippo II ejus gnato, fidem studiumque suum probaret, itaque priori in bello Senensi, posteriori in illo, quod an. 1557. contra Romanos gestum est, strenuam navavit operam, atque adversus germanum fratrem, qui cum copiis Gallicis auxilio Romanis venerat, arma strinxit; quorum respectu meritorum ex paternis maternisque bonis, in fiscum redactis, Bellantium & Casertam recepit, & super priore loco Marchionis titulo à dicto Rege Philippo II auctus est, qui etiam postea in gratiam filii ejus JULII ANTONII Casertam Principatus dignatione mactavit. Isto genitus ANDREAS MATTHÆUS, secundus Casertæ Princeps summo, quo in aula regia Hispanica comparuit, splendore, deindeque Belgica militia illustratus est, ita ut torque Equestri Aurei Velleris decorari & inter Consiliarios Status regni Neapolitani cooptari meruerit. Cum unicam tantùm haberet gnatam, transiit cum ea Casertensis Principatus in familiam Cajetanorum Ducum Sermonettæ.

AD TAB. II.

JOH. ANTONIUS Aquaviva, Andreæ Matthæi Ducis Hadrianensis Septimi filius secundogenitus, viri *verè boni*, *docti*, *prudentis & fortis* elogiis à Scriptoribus ornatus, in summa illa rerum Neapolitanarum turbatione ita dextrè integréque versatus est, ut avitum Ducatum Hadrianensem, ob agnatorum errata in fiscum redactum, deindeque Ascanio Columnæ traditum, recuperarit. Inter ejus liberos fuere in utroque sexu, doctrina & liberalibus studiis præditi, videlicet *Joh. Hieronymus*, natu maximus & in Ducatu avito successor, *Andreas Matthæus* Archiepiscopus Cusentinus, *Claudius* Jesuitarum Præses, & in sequiore sexu *Dorothea*, in omni scibili, Zazzaræ elogio, doctissima: eadem floruisse laude celebratur *Marcus Antonius Aquaviva*, ex Antonio illorum fratre natus.

JO. HIERONYMUS Aquaviva Dux Adriæ X non minus impiger manu & exercitus militia, quàm à doctrina instructus, egregiæ sobolis pater fuit; ex ea JULIUM & OCTAVIUM Roma Cardinales vidit & suspexit; priori adhuc adolescenti Pius V. Papa eam contulit dignitatem, alteri Gregorius XIV; ille ingentes, quas de se præbuit spes immatura destituit morte, hic verò justa auctus ætate, Legati Avenionensis munere turbido & difficillimo tempore dextrè functus est, & Archiepiscopatum Neapolitanum præclara rexit fama. Vir fuit, ut *Ciacconii* encomium subjungam, *in omni vita princeps majorum dignitati respondens*, *in familiares liberalis in fabricis munificus & in omni vita splendidus*: *sumtuosam villam extruxit Tusculi, peramplam domum sibi Romæ comparavit*, *& nihil unquam ex annuo reditu seposuit*. (m) HORATIUS, illorum frater, militiam initio sectatus, & in memorabili navali prœlio contra Turcas apud Echinadas Tribuni officio strenuè functus est; ex ea pugna cum salvus ex hostium manibus evasisset, monasticam ex voto apud Cistercienses suscepit. an. 1576. Post annos XVI opera Octavii fratris à Clemente VIII Papa *Episcopus Cajacensis* delectus, eoque in munere, cum Neapoli Cajatium tendens equo decidisset, mortuus est; *Præsul*, Ughelli judicio, *sanè dignissimus & cum suis prædecessoribus æquiparandus*, *si zelum justitiæ aliquando in miseros clericos temperasset*, *pro quo non semel summi Pontificis dulcem sustinuit animadversionem*. (n) Ab ALBERTO & ADRIANO Jo. Hieronymi filiis, duo orti sunt rami, Ducum scilicet Hadriæ & Comitum Conversani.

OCTAVIUS Aquaviva, Alberti Ducis Adriæ N. Joh. Josiæ F. cùm Urbano VIII Papæ Camerarius honorarius inserviisset, posteaque sub Innocentio X patrimonio D. Petri præfectus provinciam illam maxima populorum satisfactione administrasset, sacra purpura ab isto decoratus, & inter *Presbyteros Cardinales* cum tit. *S. Bartholomæi in insula*, quem postea cum *San Cæciliano* commutavit, cooptatus est. Sub eodem Pontifice nec non Alexandro VII Flaminiæ, Legati Apostolici dignatione, præfuit. (o) Hujus frater FRANCISCUS Dux Hadriæ XIII ducta uxore ex Comitum, Arenæ familia viam pandit ad hæreditatem, quæ deinde ex eadem domo ad Aquavivios Hadrianenses pervenit; eam morte Marchionis Arenæ, quem Marchio San Georgianus an. 1679. interfecit, vacuefactam cum JOSIAS Aquaviva, defuncti amitinus, apprehensurus in Calabriam profectus esset, fato ibi concessit, eamque gnato suo *Jo. Hieronymo*, hodierno Adriæ Duci, cernendam reliquit.

O ADRI-

(m) Hist. Pont. & Gard. Tom. IV. p. 231. (n) Ital. Sacr. Tom. VI. p. 581. (o) Ciaccon. l. 2. p. 700.

ADRIANO Aquavivæ genitor, annuente filio natu maximo Alberto, Comitatum *Cupersanensem* transscripsit, dictum vulgò *Conversano*; *ea mediterranea Peucetiæ f. Terræ Barrii Civitas est vetusta*, sicut *Ughellus* refert, (p) *quadringentis supra mille familiis habitata, fortis admodum in excelso colle sita, vini oleique feracissima.* Fuisse prædicatur Adrianus Vir providus ac strenuus, qui demandato sibi à Comite de Miranda Prorege Neapolitano negotio purgandæ à latronibus, *Banditos* vocant, Aprutiensis provinciæ impigrè & feliciter defunctus est, deindeque Hydruntinam egregia fama rexit, quam spartam etiam ejus gnatus JULIUS ornavit, Ducis *delle Noci*, quod Castellum est Peucetiæ, dignatione mactus, prætereaque Ducatu Neritanensi per uxorem auctus. Hoc natus JO. HIERONYMUS Comes *de Conversano* in bello Italico contra Gallos, & præcipuè in acri obsidione & expugnatione Plumbini & Portus longi, cui unà cum filio THOMA equestri militiæ præfectus interfuit, & octingentos equites, trecentosque pedites cum sex navibus, quas *Tartanas* vocant, suis instruxit aluitque sumptibus, strenuæ indolis & invicti roboris specimina edidit, (q) atque in Hispania supremum diem obiit, Tarracone in reditu morte interceptus, qua tempestate COSMUS ejus, filius Dux *delle Noci* appellatus, in duello, quo cum Petracone Caracciolo, quinto Duce de Martina, ob litem inter utriusque subditos ortam & mutuis ingravescentem cædibus decertavit, victus & neci datus est. (r) Haud levioris momenti, sine cæde tamen finita, illa fuit contentio, quæ deinde inter Cosmi Aquavivæ filios & Carafas Duces de Noja inde exarsit, quod Johannes Carafa Dux *de Noja* quendam ex Comitis *de Conversano* domesticis, qui Carafensi homini, in fundo Aquavivensi feram venanti, manum injecerat, comprehensum, naso & auribus truncari jussit, atque ita mutilatum ad herum remisit. Tam atroci facto vehementer irritatus JULIUS ANTONIUS Aquaviva, Comitis de Conversano frater, trecentos conduxit latrones, eorumque ope Nojam arcem nocte intempesta invasit, & Duci, quem in lecto juxta cum uxore sua recubantem deprehendit, protinus manus post tergum vinciri jussit, naso auribusque vicissim eum multaturus; sed uxoris ejus nec non matris, ex Aquavivana domo ortæ, enixissimis precibus exoratus ab hac quidem indignitate animum temperavit; non tamen nisi aliis modis malè illo tractato discessit. Duello decernere constitutum deinde est, cui liberè & inoffensè peragendo *Julius Antonius Aquaviva & Franciscus Carafa*, Nojensis frater, non sunt pigrati iter suscipere longinquum, in que mediam usque excurrere Germaniam, & in urbe Nuremberga alter alterum præsto lari; apud eam denique congressi die XVI. Novembr. an. 1673. ferro depugnarunt coram arbitris delectis, & maxima hominum frequentia, acri sæpiusque integrato certamine, æquo tamen ferè Marte discessum, Carafa lævi vulnere in brachio dextro icto. Julius Ant. Aquaviva postmodum fratri natu majori, sine prole mortuo, in Comitatum Conversanensem successit, uxoremque duxit, quam repentina morte oppressus gravidam reliquit; ea proximo ab ejus obitu mense prolem masculam enixa est. DOMINICUS Aquaviva, illius frater, in Belgicam profectus militiam, gloriam ibi uxoremque illustri satam stirpe sibi paravit, ea viri penatibus inducta, post primum partum animam efflavit.

AD TAB. III.

BELISARIUS Aquaviva Ferdinando II & Friderico Regibus Neapolitanis fidei ac virtutis multa dedisse celebratur documenta, eorumque in meritorum mercedem à posteriore Nerito (*Nardo*) veteri urbe in Salentinis donatus est cum Comitis dignatione; deinde à Ferdinando Catholico Rege ob strenuam operam, quam Gonsalvo Cordubæ ipsius duci bellico navavit, Marchio creatus, à Carolo V Imperat. denique Ducis titulo auctus est. Post diuturnos labores & molestiarum quasi tempestates ad literarum studia, tanquam in portum, se recepit, pulcro Andreæ Matthæi fratris sui exemplo invitatus, librosque conscripsit *de Venatione, de Duello, de Excellentia Christianæ religionis, de Institutione Principum*, aliosque. JO. BERARDINUS ejus gnatus & in Ducatu successor, postquam Italica & Hungarica inclaruisset militia, infelici domi suæ periit fato: improvisa enim piratarum Turcicarum exscensione & invasione oppressus, vixque spatium ex lecto, in quo somni causâ recumbebat, se excutiendi nactus, dum ex ædibus per pontem in vicinam se recipere turrim festinat, ponte rupto in solum delapsus & exanimatus est. In ejus posteris avita subinde eluxit fortitudo, neque extincta est, licet primogenita inter eos stirps cum *Belisario II*, Primi abnepote, & quinto Neritanorum Duce, defecerit; manente tamen in familia, Aquaviviana dicto Ducatu, & in aliam tantum domum, *Conversanensem* nempè, ceu dictum fuit, translato.

V. ACU-

(p) Ital. Sacr. Tom. VII. (q) Brusoni Hist. d'Italia Lib. XVIII. p. 537. (r) Vid. Hist. cit. Lib. XXXIII. p. 806.

❋ ❋ ❋


V.

ACUNIANA STIRPS

per omnem Hispaniam diffusa, & in multos ramos divisa, è quibus pro-
gnati varia assumserunt cognomina, videlicet

ACUNIARUM, PACIECORUM, CARDENATUM, PORTOCARRERO-RUM, GIRONUM, CARILLIORUM,

aliaque.







Cuniarum insignia gentilitia illius sunt generis, quæ fecialibus ***æquivoca*** dicuntur: *cuneis* enim constant, hisque *novem*, *cyaneis*, areæ aureæ impressis, sicut in scuto superiore in regione posito repræsentantur, cui marginem argenteum Lusitanicis insignibus ornatum, in memoriam affinitatis cum regia Lusitanica familia contractæ, circumdant; atque hoc scuto Comites Buendiæ, Dux de Huesca aliique, qui Acuniense nomen servarunt, usi sunt. Comites Valentiæ cuneos baltheo, areæ nigræ inducto, inscripserunt, numero eorum ad alterum tantum aucto, & novenis cruce rubea in flores desinente interposita. Pari modo Escaloniæ Duces Acunianum digma deferunt, sed cum Paciecano conjunctum, *ahenis* nempè *duobus, auro & minio variegatis*, quorum ad aures ansarum *serperastra tria aurea* erumpunt, in solo argenteo. Tertium scutum Ducibus Ossunæ familiare est, in cujus inferiore parte aurea *plicæ tres rubeæ* Gironensem familiam designant, & cum isto nomine conveniunt, sicut in Exegesi Tabulæ III dicitur; tessellas, quibus limbus clypei hujus distinguitur, Cisnetorum tesseram fuisse tradunt Comites *de Montalvan*, ex quibus Dux Ucedæ ortus est, scuto ex Gironensibus & Paciecanis insignibus quadripartito uti consueverunt. Comites *de la Puebla del Maestre* lupis fuscis *Cardenatum*, quorum etiam nomen asciverunt, utuntur in scuto aureo, quod margo symbolis regiis Castellensi & Legionensi distinctus ambit. Marchiones *de Villa nueva*, Comites *de Montijo* aliique, qui cognomine *Portocarreriano* utuntur, insignia etiam gentis istius assumserunt, alio loco delineanda, constant autem quindenis tessellis aureis & cæruleis.

 TABU-

TABU

DOMINI DE ACUNIA, ET TABOA,

1. FERDINANDUS *Paez*, Pelagii Gutierrez F. Gutierri Pelaez N. DN. de ACUNIA ALTA.

2. Laurentius *Fernandez* de Acunna

3. Gomesius Laurentii de Acunna. Uxor. 1. *Theresia Gil de Aroes*, 2. *Maria Martinez del Vinnal.* | Major nupta *Stephano de Lavandeyra.* | Sancia, *monialis.* | Urraca, uxor *Martini Dade.* | Maria nup. *Ourigo de Novrega,*

4. Vascus, vel Gonsalvus *Gomez* de Acunna, †*improlis.* | Alda, nup. *Martino Martinezzote.* | Maria, ux. *Ferdinandi Gonsalez de Moreyra.* | Mencia, nup. *Johanni Redondo.* | Sancia.

5. Vascus *Martinez de Acunna*, cogn. *Siccus. Signorina Fernandez Ferdinandi Gonsalez f.* | Beatrix *Martinez* nup. *Ferdinando Martinez de Teixeira.*

6. Martinus *Vazquez de Acunna. Violanta Lopez, Lupi Fernandez Pacheco f.* | Johanna *Vazquez*, nup. *Roderico Vazquez de Azevedo.*

7. Vascus *Martinez de Acunna*, Dom. de la *Taboa*, *Pinneyro*, *Angeja & Bampostu*, sub Petro, Ferdinando & Johanne I. Regibus Lusitan.

8. (1) MARTINUS *Vazquez de Acunna* COMES DE VALENCIA. *Vid. Tab. seq. II.* | Stephanus *Suarez de Acunna* Dom. de *Taboa.* | Vascus *Martinez de Acunna*, Dn. de Lannoso. *Beatrix Gomez de Silva.* | ÆGYDIUS *Vazquez* *Vid. Tab. IX.*

9. Vascus de Acunna, Dn. de *Taboa*, à quo stirps Dominorum de Taboa, hodieque vigens. | Ægydius de *Acunna* Commendator de *Pineyro* in Ordine Christi. | Martinus *Vazquez de Acunna*, Dn. de *Lannoso.*

10. Ludovicus de *Acunna*, DN. de SENTAR sive Assentar beneficio Regis Alphonsi V.

11. Antonius de *Acunna*, Dn. de *Sentar. Isabella de Abreu, Bartholomæi Payva fil.*

12. Ludovicus de *Acunna* Dn. de *Sentar.*

13. Petrus de *Acunna* Dn. *de Sentar, Barreyro & Sennorim. Elvira de Villena, Lupi de Alarcon, qui ad latus Sebastiani Regis Portugall. Maurorum manu in prælio Alcazariensi cæsus periit filia.*

14. Lupus *de Acunna*, COMES de *Sentar* *Violanta de Meneses, Ludovici Com. de Tarouca f.*

15. Petrus *de Acunna*, MARCHIO *de Sentar* Generalis Septensis, & Flandricæ militiæ Præfectus, occ. in pugna ad Senef. 11. Aug. 1674. *Francisca de la Cueva & Henriquez, Casparis de la Cueva, III. March de Bedmar fil.* | Archangela Maria de Villena, uxor, *Johannis de Sousa de Silveyra.*

16. Emanuela *de Accunna*, II. Marchion. *de Sentar*, nupta *Melchiori de la Cueva, Marchioni de Bedmar, avunculo suo 1697.*

LA I.

COMITES ET MARCH. DE SENTAR.

Uxor, *Mayor Rendulfes, Reindufi Coleimæ f. vel Sancia Giraldez.* 1.

Uxor, *Sancia, Laurentii de Maceyra.* 2.

Vascus Laurentii de Acunna. *Theresia Perez de Portel, Petri Fernandez Dom. de Portel f.* | MARTINUS Laurentii de Acunna. *Vid. Tab. XI.* | Johannes Laurentii de Acunna. † *sine liberis.* | Egas Laurentii de Acunna. — Maria Vegas, *notha.* 3.

Stephanus *Vazquez* de Acunna, † *improlis.* | Martinus *Vazquez* de Acunna. *Johanna Roiz de Nomaës.* | Sancia *Vazquez*, uxor *Alphonsi Mendez de Merlo.* | Theresia *monialis.* 4.

Theresia *Martinez, ux. Gonsalvi Fernandez Chancinno.* | Rodericus *Martinez* de Nomaës. *Signorina, Roderici Gonsalez Bifardel. f.* 5.

Berengaria, uv. *Gonsalvi Vazquez de Azevedo.* | Johanna *Roiz*, nup. *Petro Paëz de Alvarenga.* | Leonora *Roiz*, desponsa *Petro Roiz de Fonseca.* 6.

Uxor 1. *Beatrix Lopez de Arbergaria, Stephani Lopez Dom. de la Albergaria f.* 2. *Theresia, Ferdinandi Alphonsi de Albuquerque f.* 7.

LUPUS *Vazquez*, *Vid. Tab. X.* | (2) Gonsalvus *Vazquez, Episcopuus Guardiensis.* | Petrus *Vazquez de Acunna*, cujus posteri cognomen *de Albuquerque* assumserunt. *Vid. Exegesis.* | Isabella, uxor *Gonsalvi Vazquez de Melo, Dom. de la Costannera.* 8.

Rodericus de *Acunna* *Prior Guimarani. Violanta Pereyra.* | Alphonsus de *Acunna.* | Arias de *Acunna.* | Maria de Acunna *Abbat. monast. Lorbam.* | Leonora de Acunna nup. *Ferdinando Gomez de Lemos. Dn. de Goës.* 9.

Leonora *de Acunna* nup. *Henrico de Castro Dom. de Reyris & Bembiver.*

COMITES DE VALENCIA, DOMINI DE

8. MARTINUS *Vazquez de Acunna*, COMES DE VALENCIA, Vasci Martinez de Acunna filius primogen.

9. (1) Alphonsus *Tellez Giron*, Dn. de *Frechoso & Belmonte. Maria, Johannis Fernandez de Pacheco, Dom. de Belmonte filia hæres.*

Theresia de *Acunna Giron.*

Leonora de *Acunna Giron*, nup. *Johanni de Castro, Dom. de Cadaval.*

Beatrix *de Acunna Giron*, uxor *Johannis de Valencia Marescalli de Zamora.*

10. JOHANNES PACHECO *Vid. Tab. seq. III.*

PETRUS GIRON *Vid. Tab. VIII.*

Johannes de *Acunna & Portugal.* Comes III. Valentiæ, creatus DUX à R. Henrico IV an. 1465. *Theresia Henriquez Alphonsi Com. de Alva de Aliste f.*

11. Henricus de *Acunna & Portugal*, Comes IV de Valencia. Uxor 1. *Mencia Giron, Jo. Tellez Giron. Com. II de Urenna f. 2. Aldoncia Manuel, Johannis Manuel f.*

Martinus de *Acunna Henriquez* Dom. de *Matadion. Johanna de Acunna.*

Alphonsus *Henriquez de Acunna* Dn. de *Alcocetas. Maria Cabeza de baca, Petri de Obelar f.*

Johanna de *Acunna nup. Petro Velez de Guevara Dom. de Salinillas.*

12. (2) Aloisia de *Acunna & Portugal*, Com. V de Valencia, nup. *Johanni Manrique, Duci III de Nagera.*

Ferdinandus *de Acunna*, Dn. de *Matadion. Philippina de Castro.*

Antonius de *Acunna.*

Johanna ux. *Garsia Sarmiento Dom. de Gondomar & Vincios.*

Constantia *monialis.*

13. Josephus de Acunna, Dom. de Matadion, Eques S. Jac. *Joanna de Acunna Antonii patrui sui filia.*

Joanna de Acunna, nup. *Josepho de Acunna, Dom. de Matadion. patrueli suo.*

Petrus de Acunna Dom. V. de Pajares & VIII de Requena, Eq. Calatr. † 4. Sept. 1592. *Anna de Urries, Joannis Proregis Majoricæ filia.* † *1631.*

14. Joannes de Acunna. Commendat. de Pozuelo, Ord. Calatr. Dn. VI de Pajares, Vicecomes de Requena & Barrio, & denique COMES de Requena. † 7. Jun. 1631. ux. 1. *Josepha de Acunna, Josephi Dom de Villafanne fil. 1606. 2. Isabella Bravo de Acunna, Ludovici Bravo de Acunna Proregis Navarr. f.* † *1653.*

Maria de Acunna.

15. 1. Joannes de Acunna, † æt. anno 10.

2. Antonius Emmanuel de Acunna, II Comes de Requena, VII Dn. de Pajares, † *calebs.*

MA TADION ET PAJARES, COMITES DE REQUENA.

Uxor *1. Theresia, Alphonsi Tellez Giron, Dom. de Frechoso fil.* 8
2. Beatrix de Portugallia, Joannis Infantis Portugall. Ducis Valentiæ fil.

9. Ginevra de Acunna Giron, nup. 1. *Sanctio Manuel, 2. Didaco Lopez de Haro, Dom. de Busto & Ribilla.* — (2) Petrus de Acunna & Portugal. II Comes de Valencia. *Leonora de Quinnones, Didaci Hernandez de Quinnones, Dom. Lunæ fil.* ☽ — Ferdinandus de Acunna, I Dom. de Pajares. *Maria de Cabeza de Vacca.* — Leonora de Acuña & Portugal, nup. *Petro de Quinnones, Dom. Luna.*

10. Petrus de Acunna, II Dom. de Pajares
Maria de Sosa Portocarrero, Martini de Sosa, Senatoris Tauri filia.

11. Joannes de Acunna Portocarrero, III. Dom de Pajares. Eques S. Jac. Senator Tauri, & tandem Ruscinon. Produx. Uxor 1. *Blanca Manrique, Dom. de Valdescaray filia, 2. Anna de Roxas, VI Dom. de Requena, Joannis Rodriguez de Roxas, IV Dom. de Requena fil. Petri de Velasco vidua, † 15. Oct. 1580.* — Francisca de Acunna nup. *Johanni Dávia Dom. de Cespedosa.*

12. 1. Maria Manriq; de Acunna ux. *Antonii de Silva, Dom. de Toro.* — 2. Joannes de Acunna & Roxas, Dom. IV de Pajares & VII de Requena, † 29. Sept. 1582. *Isabella de Ulloa, Joannis de Ulloa Sarmiento III Dom. de Villalonso fil.* — Didacus de Acunna *Eques Alcantar* † 19. Maji 1583. — Petrus de Ac. *Abbas ad S. Isidor. Legion.* — Franciscus, † juv. — Isabella de Roxas & Acunna, ux. *Gonsalvi de Guzm. Dom. de Toral.* — Magdalena de Acunna *monial. Ord. S. Francisci*

13. Johañes de Acunna & Ulloa *Eques S. Jac. & Commendat. de Fradel* † 1614. — Didacus de Acunna Eques Alcantar. & Comendat. de los Hornos. † 11. Oct. 1635. *Anna de Acunna, Petri Dn. de Pajares, fratris sui fil.* ⊙ — Franciscus de Acunna, *Canonicus Tolet.* † 1. Jun. 1622. — Antonius de Ac *monachus Francisc.* — Anna de Ac. uxor *Diegi dell'Aquila Dom. de Villaviciosa.* — Caspar † *ante patrem.* — Guiomara, Isabella, Francisca, Maria, Mariana, *moniales.*

14. Joanna, *monial. ad S. Spir. Tauri* — Anna, nup. *Didaco de Acunna, patruo suo.* — Ludovica. — Guiomara. — Isabella. *moniales* — Joannes Josephus de Acunna Eques Calatr Comendat. de Castellanovos, † 4. Nov. 1645. *Brianda Vela de Acunna, & I. Carillo, Antonii Philippi Dom. de Tabladillo fil. 1636.* — Isabella Maria, nup. *Didaco Gabrieli del' Aquila sobrino suo, March. de Villa viciosa.*

15. Didacus Ferdinandus de Acunna, Roxas, Vela & Carrillo, III. Comes de Requena, VIII Dom. de Pajares. *Caspara Maria de Fonseca & Medrano, III. March de la Lapilla, Andreæ Felicis Vela de Medrano Dom. de Fuenmajor & Mariæ Philippæ de Fonseca, II March. de la Lapilla fil. ducta 6. Maji 1668, † 30. Apr. 1684, improlis.* — Antonia de Acunna, nup. *Joanni Gaytan de Ayala, & Guzman Com. S. Imperii.* — Brianda de Acunna, ob. *innupta.*

MARHIONES DE VILLENA, DUCES DE

10\. JOHANNES PACHECO, Alphonsi *Tellez Giron* Domini de Frechoso, & Mariæ *Pacheco*, Dom. de Belmonte, filius natu major, MARCHIO DE VILLENA, DUX DE ESCALONNA, Dn. de Belmonte, Magister Ordinis equestris S. Jacobi. † 4. Oct. 1474.

11\. (1) Diegus *Lopez Pacheco*. II Dux de Escallonna M. de Villena, † 6. Nov. 1529. Ux. 1. *Maria de Luna, Johannis Com. II. de Santistevan. de Gormaz fil. 2. Johanna Henriquez, Alphonsi III Admir. Cast. Com. de Melgar f.* † 1530. 26. April.

PETRUS PORTOCARRERO. *Vid. Tab. seq. IV.*

ALPHONSUS TELLEZ GIRON. *Vid. Tab. VII.*

Rodericus *Pacheco*, ob. *improlis.*

Alphonsus *Pacheco, Eq. Calatr. Comendat. de Villa franca*, † Vegæ in Granata.

Maria *Pacheco* nup. *Roderico Alphons. Pimentel. IV Com. de Benevente.*

12\. (1) Johannes *Pacheco de Luna* III Comes de *Santistevan de Gormaz* † *improlis.*

(2) Diegus *Lopez Pacheco*, III Dux de Escalonna, M. de Villena, Comes de Santistev. Eques Aur. Vell. † 7. febr. 1556. *Aloisia de Cabrera & Bobadilla. Joh. Perez de Cabrera, II March. de Moja f.* † 4. Mart. 1556.

13\. Franciscus *Pacheco de Cabrera*, IV Dux de Escalonna, M. de Villena & Moja. C. de Santistev. † 2. Apr. 1574. *Johanna Lucas de Toledo, Ferdinandi Alvarez de Toledo, IV Com. Oropesa fil.* † 17. febr. 1595.

Johanna *Pacheco* nup. *Petro de Zuniga & Avellaneda V Com. de Miranda.*

Antonia *Pacheco Abbatissa monast. conceptionis in Escalona.*

14\. Johannes Fernandez *Pacheco*, V Dux de Escalonna, Eques Aur. Vell. Legatus Rom. Prorex Sicil. † 1615. *Serafina de Bragantia, Johannis de Portugal. VI. Duc Bragant. f.*

Franciscus *Perez de Cabrera* March. de Moja, Eques Alcantar. Uxor 1. *Mencia de Cabrera, Diegi Fernandez de Cabr. III C. de Chinchon. f. 2. Maria de Cueva, Beltrami VI Duc. de Albuquerque f.*

C

15\. Philippus Johannes Balthasar *Pacheco*, VI Dux de Escalonna, † 1633. sine prole. *Catharina de Zuniga, Diegi de Zun. & Avellaneda, II Duc. de Pennaranda f.*

Diegus *Lopez Pacheco*, VII Dux de Escalonna, VIII March. de Villena & Moja, Eq. Aur. Vell. Prorex Indiæ & Novæ Hispan. 1639. dein Navarræ, † 1655. uxor 1. *Luisa Bernarda de Cabrera & Bobadilla Francisci Perez de Cabrera M. de Moja fil. 2. Johanna de Zuniga, Francisci Diegi Lopez VIII Ducis de Vejar f.*

Franciscus *Pacheco.*

16\. (2) Johannes Emmanuel *Fernandez Pacheco Cabrera Bobadilla*, VIII Dux de Escalonna, March de Villena & Moja, Com. de Estevan de Gormaz & Quixena, Dn. de Belmonte, Prorex & Capitan. Gener. Cataloniæ, Navarræ, Aragoniæ, dein Siciliæ, jam Neapolitani regni, natus 7. Sept. 1648. Chev. de la Toison ob 1725

17\. IX Duc d'Escalona Chev. de la Toison ob 1738

Mercurius *Lopez Pacheco*, X Comes de S. Estevan de Gormez, natus d. 9. Maji 1679. Ux. 1. *Maria Petronella de Toledo.* 2. *Catharina Sandoval & Moscoso Ludovici de Moscoso & Osorio, VII Com. de Altamira fil.* 1702.

18\. 1. Antonius Robertus Pacheco, †

Andres X Duc d'Escalona Chev. de la Toison ob 1746

ESCALONNA, cum cognom. PACHECO.

Uxor 1 *Maria Portocarrero, Petri Domini de Moguer & Villanova de Barzarotta, filia ac hæres*, 2. *Maria de Velasco, Petri Hernandez de Velasco, II. Com. de Haro, I. Comestab. Castellæ f. ducta 1471.* Concubina, *Catharina de Ludenna.* 10.

Catharina *Pacheco, ux. Alphonsi, Fernandez de Cordoua Dom. de Aguilar.* | Beatrix, *Pacheco,* nup. *Roderico, Ponce de Leon, Duc. de Cadiz, 1471.* | Johanna *Pacheco ux. Diegi Fernandez de Cordoua, M. de Comares.* | Francisca *Pacheco,* nup. *Inico Lopez de Mendoza II C. de Tendilla, I. M. de Mondejar.* | Maria *Pacheco ux. Ferdinandi Alvarez de Toledo, Com. de Oropesa* | (2) Mencia *Pacheco, de Velasco,* nup. *Diego de Cardenas I Duci de Maqueda.* | Beatrix, al. Maria *Pacheco, notha,* nup. *1. Roderico Portocarrero, I. Com. de Medellin. 2. Alphonso de Silva, II Com. de Cifuentes.* | Isabella *Pach. notha* ux. *Petri Lopez de Padilla.* 11.

Isabella, *Pacheco* nupta *Roderico Ponce de Leon, I Duci de Arcas.* | Magdalena *Pacheco,* uxor *Petri Portocarrero II Marchionis de Villanueva del Fresno.* 12.


Aloisia de *Cabrera,* ux. *Johannis de Aragonia Sarmiento, C. de Ripagorsia.* | Agnes *Pacheco,* nup. *Diego Fernandez de Cabrera & Bobadilla, III Com. de Chinchon.* | Maria *Pacheco, monialis.* | Johannes *Pacheco, nothus, ex Catharina de Nava.* 13.

Ferdinandus *Pacheco.* Dn. de Garganta *Eques Calatr.* | Diegus *Lopez Pacheco, † 1588.* | Gabriel *Pacheco, Decanus Toletanæ Ecclesi.* | Maria, *monialis.* 14.

Catharina *Pacheco* | Johanna *Pacheco.* | Aloisia Bernarda *de Cabrera,* Marchion. de Moja nup. *Diego Lopez Pacheco, patrueli suo.* 15.

Uxor, *Josepha de Benavides & Silva, Didaci de Benavides & Cueva, VIII Com. de Santistevan del Puerto filia, ducta* 1674. *† 12. Mart. 1692.* | . . . . Pacheco *Dama Reginæ Hisp. Mariæ Annæ Austriacæ, † innupta 1674.* 16.

Vincentius de *Cabrera & Bobadilla,* IX Marchio de Moja, nat. *5.* April. *1685. † 1687.* | Marcianus *Pacheco* X Marchio de Moja, nat. *25.* Oct. *1688.* 17.



TABU

MARCHIONES DE VILLANUEVA del FRESNO. ET cogn. PORTO

11. PETRUS PORTOCARRERO, cogn. *Surdus*, DN. de MOGUER. & VILLANUEVA *del Fresno*, Johannis Pacheco, I Ducis de Escalonna & Mariæ Portocarrero filius II.

12. Johannes *Portocarrero*, MARCHIO de Villanueva del Fresno. *Maria Osorio, Petri Alvarez Osorio, Com. de Lemos fil.* | ALPHONSUS de Cardenas, *Vid. Tab. seq V.* | Garsias Lopez *Portocarrero*, DN. de ALCALA de Almeda, & Chucena. ☾ | ALPHONSUS Pacheco Portocarrero. *Vid. Tab. VI.* *Anna Cerbatona, Melchioris Dom. de Antella f.*

13. Petrus Portocarrero, II Marchio de Villanueva, Dn. de Moguer, † impr. Ux. 1. *Magdalena Pacheco, Diegi Lopez, II Ducis de Escalonna f. 2. Maria Enriquez, Ferdinandi f.* | Alphonsus Portocarrero, III March. de Villanueva. *1. Leonora Portocarrero, Alphonsi Pacheco Portocarrero f. 2. Maria de Morales.* | Maria *Osorio*, nup. *Johanni Portocarrero, Com. de Medellin.* | Christophorus *Osorio Portocarrero* DN. de MONTIJO, Eques S. Jac. Commendat. de Estepa. *Maria Manuel de Villenea, Johannis, III Dom. de Cheles, f.*

14. (1) Johannes *Portocarrero*, IV Marchio de Villanueva del Fresno, cogn. *mutus*. *Johanna Portocarrero, Christophori Dom. de Montijo f.* | (2) Alphonsus *Portocarrero*. *Anna Portocarrero, Petri Portocarrero, Generalis Golettens. fil.* ☾ | Johannes *Portoc.* COMES de Montijo, † sine lib. *Maria Messia Gonsalvi Messia I Com. de Guardia fil.* | Johanna *Portoc.* ux. *Johannis Portocarr. IV March. de Villanueva, patruelis sui.* | Leonora *Portocarr.* nup. *Alfonso de Arellano.*

15. Alphonsus *Portoc.* V M. de Villanueva del Fresno. *Isabella de la Cueva, Alvari de Bazan, I March. de S. Cruce f.* | Martinus *Portocarr.* | Johannes *Portocarr.* | Christophorus *Portocarrerus.* | . . . . Portocarrero.

16. Johannes Portocarrero, † duodecennis. | Francisca Portocarrero VI March. de Villanueva del Fresno, *ter nupta*, & postremò quidem *Alphonso Caspari de Corduba, II March. de Celada, qui ob* ἄπαις *2. Nov. 1635.* | Alphonsus Portocarrero, VIII Marchio de Villanueva del Fresno.

17. (1) Franciscus Portocarrero, VII March. de Villan. del Fresno, † anno . . . . Ux. 1. *Elvira Maria de Sandoval, 2. Agnes de Guzman, Christophori Portocarrero & Enriquez March. de Valderabano vidua.*

18. (1) Joannes Portocarrero, † ante patr. improlis *Agnes Maria Portocarrero, Ludovici Andreæ Portocarrero, I March. de Almenar f.*

LA IV.

DE ALCALA DE ALMEDA, COMITES DE MONTIJO ET OBEDOS, CARRERO.

Uxor, *Johanna de Cardenas Dom. de la Puebla, Alphonsi de Cardenas, ultimi Magistri Ordinis S. Jacobi filia.* 11.

12.

Petrus *Portocarrero*, ex monacho *Archiepisc. Granatensis.*

Agnes, ux. *Ferdinandi Enriquez de Ribera.*

Beatrix *Portocarrero* nup. *Ludovico Mendez de Haro, Dom. de Carpio.*

Francisca P. ux. *Gutieri de Sotomayor,*

Johanna *Portoc.* nup. *Francisco de la Cueva, Dn. de Ladrada.*

Maria *Portocarrero*, † *innupta.*

13.

Petrus Lopez *Portocarrero*, Eques S. Jac. MARCHIO de Alcala de Almeda, Baro de Antella, Dn. de Chucena. Uxor 1. *Leonora de la Vega, Ludovici Fernandez Portocarrero C. de Palma fil.* 2. *Elvira de Cardenas, Gomesii de Card. Dn. de Lobon f.* 3. *Francisca Enriquez, Henrici Enriquez Dom. de Cortes f.*

Johanna *Pacheco*, nupta *Petro Portocarrero, patrueli suo.*

14.

Christophorus *Osorio Portocarrero*, II Comes de Montijo. *Antonia de Luna, soror primi Com. de Fuentiduenna.*

Petrus *Portocarrero, Episcop. de Cuenca, & Inquisitor General.*

(2) Antonia *Portocarr. & Cardenas*, II March. de Alcala &c. nup. *Petro Giron, Eq. S. Jac. fratri Ducis Alcalæ ex famil. Enriquez.*

Anna *Portocarrero*, ux. *Francisci de Zuniga, M. de Villamanrique.*

(3) Johanna *Enriquez Portocarr.* nup. *Jo. Ludovico de Zuniga, M. de Aquila Fuente.*

Agnes *Portoc.* ux. *Jo. Gonsalez de Avellaneda.*

15.

Christophorus *Osorio Portocarrero*, III Comes de Montijo. *Anna de Luna & Enriquez, II Com. de Fuentiduenna & March. de Valderabano, Antonii primi Comitis de Fuentiduenna fil.*

Maria *Portocarrero*, uxor *Balthasaris Manuel de Bracamonte, II. Com. de Pennaranda.*

16.

Christophorus Portocarrero Enriquez, Marchio de Valderabano, † 1641. ante patr. *Agnes de Guzman, Petri Andreæ, March. III de Algava & IV de Ardales f.*

Antonia de Luna, ux. *Ludovici Francisci de Guzman, IV March. de Algava, & V de Ardales,*

Isabella Portocar. & Luna, nup. *Emanueli Gomez Manrique de Mendoza Sarmiento de los Cobos & Luna, IV March. de Camerasa, ob. Cameraria supr. Reginæ Marianæ Austr. 20. Jun. 1694.*

Antonius de Luna Portocarrero, Dn de Carrascal & Castro Ximeno. *Joanna Mascaregna, II Com. de Obedos, Vasci Mascaregna, II Com. de Obedos fil. unica.*

17.

Christophorus V Portocarr. de Guzman Enriquez & Luna, Com. IV de Montijo & de Fuentiduenna, VIII March. de Algava, IX de Ardales, IV de Valderabano. Ux. 1. *Ursula de la Cerda & Leyva, Joannis, V March. Ladradæ f.* 2. *incomperta* 3. *Maria de Regalado & Villalpando. Josephi Antonii de Villalpando, March. III d'Ossera fil. unica.*

Petrus Portocarr. de Guzman, *Patriarcha Indiarum, Archiepisc. Tyri. Supr. Eleemosynregius.*

Antonius Portocarr. Luna & Mascarenna, COMES de OBEDOS, Eq. Ord. Alcant. *Theresia de Meneses Pacheco & Barba, March. IV de Castro fuerte* 19. Dec. 1686.

Anna Maria de Luna, nup. 23. Marr. 1681. *Ferdinando de Brado Pravo de Acunna & Zarate, March. I de Prado qui ob.* 1688. *illa* † 4. Sept. 1689.

P 2

TABU.

COMITES DE

12. ALPHONSUS DE CARDENAS, COMES DE PUEBLA, Petri Portocarrero Dom. de Moguer & Villanueva, & Johannæ de Cardenas f.

13. Petrus de *Cardenas*. II Comes *de la Puebla del Maestre. Isabella de Toledo Pimentel.*

Johanna de *Cardenas*, nup. *Alphonso Tellez Giron Dom. de Montalvan.*

Isabella de *Cardenas.*

Gomesius de *Cardenas*, Dom. de *Lobon*, *Francisca de Toledo*, *Ferdinandi Dom. de las Villorias f.*

14. Alphonsus de *Cardenas*, III Comes de Puebla. Ux. 1 *Catharina de Mendoza, Inici Lopez de Mendoza, M. de Montejar f. 2, Stephania de Mendoza, Ferdinandi Carillo de Mend. VI Com. de Priego f. 3. Maria de Mendoza, Simeni Perez Roiz de Corella, Com. de Concentayna f.*

Garcias de *Toledo & Cardenas.* † improl.

Antonius *Pimentel.* † juv.

Elvira *de Figueroa.*

Elvira de *Cardenas*, nup. *Petro Lopez Portocarr. March. Alcala de Almeda.*

15. (1) Petrus Stephanus de *Cardenas*, † *sine lib.*

Antonius de *Card.*

Alphonsus de *Cardenas*, IV Comes de la Puebla, † *improl.*

Isabella de *Cardenas* † *innupta.*

Maria de *Mendoza*, *monialis.*

(3) Brianda de *Cardenas* nup. *Gastoni Roiz de Corella*, *C. de Concentaina.*

PUEBLA, cogn. CARDENAS.

Uxor, *Elvira de Figueroa*, *Gomesii Suarez de Figueroa*, *II Comitis de Feria fil.* 12.

Alphonsus de *Cardenas*, † improlis. *Leonora de Castella.* | Garcias *Lopez de Cardenas* *Beatrix de Torro & Ulloa*, *Ludovici de Toro fil.* | Elvira de *Figueroa.* | Laurentius *Suarez de Figueroa & Cardenas.* *Laurentia Gamboa*, *Dom. de Valda.* 13.

Alphonsus Antonius de *Cardenas*, Dn. de Lobon. | Gomesius de *Cardenas*, † *sine lib.* | Ludovicus de *Cardenas* V Comes de Puebla. *Maria Gonsalez.* ☽ | Elvira de *Cardenas* ux. *Urbani de Peralta.* | Alphonsus de *Cardenas*, Dn. de Valda. *1. Maria de Zarate*, *Diegi Ortiz de Zarate f. 2. Joanna Angela Manrique Francisci Orense Manrique*, *Dom de Amaya*, *Peones & Melgar f.* 14.

Gomesius de Cardenas, † *improlis.*

Alphonsus de Cardenas, VI Comes de la Puebla, † Jun. 1615. sine pr. *Antonia de Sandoval & Roxas.* | 1. Laurentius de Cardenas, VII Com. de Puebla. *Joanna de Herrera & Padilla.* | Didacus de Cardenas, Eques S. Jac. *Anna Francisca de Portugal Colon de Toledo.* | Alphonsus de Carden. *Eques Alcantar.* | 2. Laurentia de Cardenas nup *1. Francisco de Orense Manriq.* *avunculo suo*, & post divortium cum eo *Laurentio Ramirez de Prado*, † 1681. 15.

Diegus de Cardenas, MARCH. de BAJARES, cr. an. 1625. *Vid. Exeges.* | Joanna de Card. nup. *Francisco de Luzon*, *Eq. S. Jac.* | Laurentia de Cardenas Portugal, & Colon, nup. *Ludovico Henrico de las Casas & Villalobos*, *Com. de Montenuevo.* 16.

TABU

MARCHIONES DE

12. ALPHONSUS *Pacheco Portocarrero*, Petri Portocarrero, cogn. *Surdi*, Dom. de Moguer & Villanova f.

13. (2) Petrus *Pacheco Portocarrero*, Eques S. Jac. fupr. Præfectus Goletæ. *Johanna Pacheco, Garfiæ Lopez Portocar. Dom. Alcala de Alm. f.*

14. Alphonfus *Pacheco Portocarrero.* *1. Angela de Arellano Ferdinandi Arias de Savedra, II Com. de Caftellar f. 2. Mariana de Ceſpides.* — Petrus *Portocarrero*. cogn. *Mors Comendator Cordub. in Ord. Eq. S. Jac.* — Beatrix nupta *Garfiæ Colfin de Figueroa.*

15. Petrus *Pacheco Portocarrero*, Eques S. Jac. † fine prole. *Francifca de Vargas, Alphonfi de Vargas fil.* — Ferdinandus *de Savedra*, improlis. — Johannes *Pacheco* improlis.

16. Alphonfus *Pacheco Portocarrero*, Rector (*Regidor*) Xerecenfis, † in bello Lufitanico. *Iſabella Moriano de Ocampo*, *Garfiæ Moriano f.*

17. Ludovicus *Pacheco Portocarrero* MARCHIO DE LA TORRE *de las Sirgadas*, creatus à R. Carolo II. *Thereſia de Vega Bazan, Ferdinandi de Vega Hineſtroſa.*

18. Alphonfus *Pacheco Portocarrero.* — Johannes.

LA TORRE DE LAS SIRGADAS.

Uxor 1. *Johanna Manuel, Johannis Manuel Caſtellani Santaren f.* 12.
2. *Beatrix de Noronna, Alvari de Caſtro, Dom. de Boquilobo f.*

(2) Leonora nup. *Alphonſo Portocarrero III March. de Villanueva del Freſno.* Iſabella, uxor *Petri Manuel, V Dom. de Chelles.* 13.

Rodericus *Portocarrero. Uſenda de Silva Alphonſi de Silva, Dom. de los Leales fil.* Anna *Portocarrero* uxor *Alphonſi Portocarrero, tertii March. de Villanueva filio.* Agnes *Portocarrero.* 14.

Thereſia *de Arellano,* uxor *Garſiæ Perez de Vargas, Dom. de Higuera.* (2) Ludovicus *Pacheco Portocarero Magdalena de Mendoza, Franciſci de Mendoza, IV Caſtellani de Muram f.* 15.

Catharina *Portocarrero & Mendoza,* nupta *Joſepho de Anaya & Toledo Dom. de Anaya.* 16.

Johanna Maria *Pacheco,* uxor *Blaſii Manuel de Herrera & Laayſa.* 17.

Iſabella. Maria. 18.

COMITES DE MONTALUAN

11. ALPHONSUS *Tellez Giron*, Johannis Pacheco Ducis de Efcalonnafilius tertius, DN de la Puebla de MONTALUAN.

12. Johannes Pacheco, II Dn. de Montalvan. *Maria Chacon, Johannis Chacon. Dom. de Casa Robios de Monte fil. primi March. de los Veles sor.*
Petrus *Pacheco, Episcopus Seguntinus, Rom. Eccl. Presb. Cardinalis cr.* an. 1545. Prorex Neapolit. † 4. Mart. 1560.
Didacus *Pacheco.*
Alphonsus *Tellez.*
Equites Calatravens.

13. Alphonsus Tellez Giron. III Dn. de Montalvan, Commendator in Ord. S. Jac. *Johanna de Cardenas Alphonsi I Com. de Puebla f.*
Johannes *Pacheco Eques & Commendat. Ord. S. Jac.*
Didacus *Pacheco Eques & Commendator Ord. Calatrav.*
Gonsalvus *Chacon, Claviger Ord. Alcantar.*

14. Johannes *Pacheco*, I COMES de Montalvan. cr. 1563. † 2. Oct. 1590. *Johanna Suarez de Toledo & Silva, IV Domina de Galvez Francisci Suarez de Toledo f.*
Alphonsus *de Cardenas.*
Didacus *Lopez de Pacheco. Eq. S. Jac.*
Caspar *Giron* Dn. majoratus de *Berja & Munnez. Leonora de Ajala, Roderici Davalos f.*
Andreas *Pacheco Episc. Segov. & Cuentiæ, Inquisitor Gener. Archiepisc. Hispalens.*
Petrus *Pacheco.*

15. Alphonsus *Tellez Giron*, tertius hujus nominis, obiit ante patrem 5. Jul. 1590. *Maria Magdalena de la Cerda Ferdinandi de la Cerda f.*
Johannes Pacheco.
Petrus *Pacheco.*

16. Johannes *Pacheco* II Comes de Montalvan, IX Dn. de Galvez & Jumela, nat. 17. Mart. 1590. † 12. Jul. 1666. *Isabella de Mendoza & Aragon, Henrici de Aragon & Mendoza filia.*

17. Johannes *Pacheco*, nat. 1610. † inf.
Alphonsus Melchior *Tellez Giron Pacheco, Toledo & Mendoza*, † ante patr. 22. Aug. 1650. Ux. *1. Agnes Maria de Haro Avellaneda, Garciæ de Haro & Guzman, Com. de Castrillo f. 2. Victoria Doria & Carreto, Caroli Doria, I Duc de Tursis, f.* † *1648. 3. Johanna de Velasco, Bernardini Fernandez de Velasco, VII Comest. Cast. Duc. de Frias f.*
Balthasar *Pacheco*, † juv.
Maria Pacheco, ux. *Ludovici Laso de la Vega, III Com. de Annover.*
Alphonsus *Tellez Giron*, † *infans.*

18. (3) Johannes Franciscus *Pacheco Tellez Giron Toledo & Mendoza.* nat. 8. Jun. 1648. III Comes de Montalvan, XI Dn. de Galvez & Jumela, DUX de UZEDA, March. de Velmonte, Magnas Castellensis, Legatus Hispanicæ Coronæ in aula Romana.
Isabella Maria de Sandoval & Giron, IV Ducissa d'Uzeda, March. de Velmonte, Casparis Tellez Giron, Duc. Ossunæ fil. 16. Jul. 1677.

19. Emanuel Caspar Tellez Giron Marchio de Velmonte.
Joannes de Dios.
Josepha Tellez Giron.
Antoni...

DUCES DE UZEDA.

Uxor, *Mariana de Guevara, Latronis de Guevara Dom. Vallis de Escalante filia.* 11.

Francisca *Pacheco* nup. *Gonsalvo Chacon Dom. de Casa Rubios.*	Sancia Pacheco, ux. *Alphonsi Carillo de Toledo, Dn. de Pinto & Caracena.*	Anna *Giron*, nup. *Johanni de Ajala, Dn. de Cebolla.*	Catharina Giron. ux. *Petri Arias Davila.*	12.

Petrus *Pacheco Eleemosynarius M. Regina Anna Austriaca.*	Antonius *de Guevara.*	Franciscus *Pacheco.*	Marina de *Guevara*, ux. *Francisci de Roxas, Dn. de Layos.*	Petronilla *Faxardo*, nup. *Antonio de Cueva, I March. de Ladrada.*	Maria *Pacheco*, ux. *Alphonsi de Cardenas.*	13.

Leonora *Chacon*, ux. *Ludovici Carrillo de Toledo, Dn. de Pinto & Caracena.*	Catharina *Pacheco*, nup. *Petro Coello Lasa de Castilla, Dom. de Montalvo.*	Hieronyma de *Figueroa*, nup. *1. Gutiero de Cardenas & Zuniga, 2. Petro Ninno de Conchillos, V Dom. de Nuez & Villa umbrosa.*	Francisca, † *innupta.*	Mariana. Aloisia. Philippa. Magdalena. Elvira. Johanna.	*moniales.*	14.

Johanna *de Toledo* ux. *Alphonsi de Braccamonte, I Com. de Pennaranda.*	Leonora † *infans.*	*Theresia Pacheco.*	Alphonsus *Tellez Giron.*	Rodericus *Giron.*	15.

Johanna *de Toledo* nup. *Alphonso de Alvarado & Velasco, II Com. de Villamor.*	Anna *de la Cerda*, uxor *Petri Cortes de Monroy, IV March. Vallis de Guaxaca.*	16.

Anna *Pacheco, monial.*	Caspar *Tellez Giron, Collegialis major ad S. Ildefonsi Alcala.*	Isabella de *Mendoza & Arag.* nup. *1. Francisco Galceran de Valdes & Cardona, I March de Mirallo, 2. Ferdinando de Vega Dom. de Palencia, 3. Francisco de Vega, IV Com. de Grajal, II M de Montaos.*	Johanna *Suarez de Toledo, monial.*	Francisca *de la Cerda* nup *1. Francisco Diego Lopez de Zuniga & Sotomajor VIII Duci de Bejar, 2. Alvaro Perez Osorio & Sarmiento, IX March. Astorga.*	Theresia *Pacheco*, uxor *Ariæ Gonsalo Davila & Bobadilla, V Com de Punno en Rostro.*	17.

Isabella *Pacheco de Aragonia & Velasco*, nupta *Emanueli Joachimo Alvarez de Toledo & Portugal. VIII Com. de Oropesa, 26. Jul. 1664.* 18.

Ignatius Nicolaus. 19.

COMITES DE URENNA, MARCHIONES

10. PETRUS GIRON, Alphonsi *Tellez Giron* Dom. de Frechoso & Mariæ Pacheco filius natu minor, Martini Vazquez de Acunna N. Magister militiæ Calatravens. cr. 1445. † 2. Maji 1466.

11.	(1) Agnes *Giron* nupta *Francisco Enriquez.*	(2) Alphonsus *Tellez Giron,* Dom. majoratuum de Urenna, Pennafiel, Gumiel, Briones, Osuna & Moron, cr. à R. Henr. IV COMES de URENNA, † paulò post an. 1469. sponsus *Blanca de Herrera, Dom. de Pedraza.*	Johannes *Tellez Giron*, II Comes de Urenna, † 21. Maji 1528. æt. 72.

12.	Petrus *Giron*, III Com. de Urenna, Dn. Osunæ, † 25. Apr. 1531. *Mencia de Guzman, Jo. Alfonsi de Guzm. III Duc. Med. Sidon. f.* † 29. Nov. 1526.	Johannes *Tellez Giron*, IV Comes de Urenna † 19. Maji 1558. *Maria de la Cueva, Francisci Hernandez de la Cueva, II Duc. de Albuquerque f.*	Isabella *Giron*, nup. *Beltramo de la Cueva, III Duci de Albuquerque.*	Maria, ux. *Ferdinandi Enriquez, V Admiralis Cast. I. Duc. Medinæ de Rivosicco.*	Mencia, uxor *Henrici de Acunna & Portugal. IV Com. Valencia.*

13.	Maria *Giron* nup. *Innico de Velasco & Tovar, M. de Berlanga.*	Petrus *Giron* V Comes de Urenna, I Dux OSUNÆ cr. 1562. Prorex Neapolit. Uxor *1. Leonora Anna de Guzman, Jo. Alfonsi VI Duc. Med. Sidon.* f. 23. Nov. 1573, *2. Isabella de la Cueva. Diegi de la Cueva f. 1575.*	Maria *Giron* ux. *Manrici de Lara IV Duc. de Nagera.*

14.	(1) Maria *Giron*, nata 1553, nup. *Johanni Fernandez de Velasco.*	Johannes *Tellez Giron,* II Dux Osunæ, Marchio de Penafiel, VII Comes de Urenna, nat. 20. Oct. 1554. *Anna Maria de Velasco, Inici Fernandez de Velasco, Comestab. Castel f.*	Petrus *Giron*, nat. 24. Aug. 1557. *Eques Calatrav.*

15. Petrus *Giron*, n. 17. Dec. 1574. III Dux Osunæ, II March. de Penafiel, VII Comes de Urenna, Prorex Sicil. dein Neapol. Eques Aur. Vell. † 25. Sept. 1624.

16. Johannes *Tellez Giron* IV Dux Osunæ, III March. de Penafiel. VIII Comes de Urenna, Prorex Siciliæ, † Panormi 12. Oct. 1656.

17. Caspar Tellez Giron, V Dux Ossunæ, M. de Penafiel, Comes de Urenna, Claviger Ord. S. Calatr. Gubernator Mediol. Consiliarius status, Præses Consilii Ordinum & Reginæ Hipparchus, † 1694. d. 2. Jun.

18.	(1) Isabella Maria de Sandoval & Giron, Ducissa Ucedæ nup. *Joh. Francisco Pacheco Tellez Giron, III Com. de Montalvan 1677.*	Maria de las Nieves Giron & Sandoval, ux. *Ludovici Francisci de la Cerda & Aragon, IX Duc. de Medina Celi.*	Mariana Giron, *Dama* Reginæ Mariæ Luisæ, post *monialis Carmelit. ad S. Anna Madriti d. 21. Dec. 1684. sacrata.*	Cathatina Maria Giron, nup. *Antonio Fernandez Manrique de la Cueva XIV Com. de Castanneda, & IV March. de Flores Davila, 1687.*	Hyacintha Maria Giron & Sandoval ux. *Joannis Enriquez de Guzman, XII Com. de Alva de Aliste* 1689. † 1695.

DE PENNAFIEL, DUCES DE OSSUNA, cogn. GIRON.

Amica 1. *Agnes de Meneses*, 2. *Isabella de las Casas, ex nobili Hispalensi familia, in uxorem ducta.* 10.

Uxor, 1 *Leonora de la Vega Velasco, Petri Fernandez, II Com. de Haro, I Comestab. Castell. f.* † 1522.

Maria. *Giron.*

Rodericus *Giron*, Magister XXIX militiæ Calatravensis, & patris successor, occ. 23. Jul. 1482. æt. 26. Amica, *Maria de Torres.* 11.

Leonora, nup *Ludovico Fernandez Portocarrero, I Com. Palmæ.*

Maria, nup. 1. *Henrico de Guzman. IV Duci Medinæ Sidoniæ*, 2. *Roderico Ponce de Leon, I Duc. de Arcos.*

Johanna ux. *prior Roderici P. de Leon, I Ducis de Arcos.*

Anna *Giron, Abbatissa ad S. Cla. a de Villafrechos.*

Petrus *Giron, nothus*, Castellanus (*Alcayde*) Osuriæ. *Catharina de Pernia.* 12.

Leonora, nup. *Petro Fagardo, III March. de los Veles*, † 6. Julii 1566.

Magdalena ux. *Georgii de Alencastro II Ducis de Aveiro.*

Ferdinandus *Tellez Giron. Maria de Olivares.*

Christophorus.

Franciscus.

Alphonsus *Tellez.* 13.

Anna *Giron*, n. 7. Dec. 1558. uxo. *Ferdinandi Enriquez, de Ribera, IV March. Tarifæ.*

Petrus *Giron, Francisca de Morejon.*

Catharina *Giron*, ux. *Francisci de Oviedo.* 14.

Uxor, *Catharina Henriquez de Ribera, Ferdinandi, II Duc. Alcalæ fil.*

Leonora, & Anna *obiere parvulæ.* 15.

Uxor, *Isabella de Sandoval & Roxas, Christophori Gomez de Sandoval & Roxas, primi Ducis de Uzeda fil.* 16.

Uxor 1. *Felicia de Sandoval Ursina, Francisci Gomez de Sandoval, Ducis de Cea, Lerma & Uzeda fil. hæres ducatus Uzed.* † 1671. 2. *Anna Antonia de Benavides Carillo & Toledo, Marchion. de Fromesta & Caracena, Ludovici de Benavides M. de From. & Carac. f.* 1673. 17.

(2) Maria Anna de Benavides Carrillo Toledo & Giron, nat. Aug. 1674. *Dama Reginæ Hisp.*

Franciscus Maria de Paula Tellez Giron, VI Dux Osunæ, March. de Penafiel, Fromesta & Caracena, Com. de Urenna. *Maria de Velasco & Benavides Inici Fernandez de Velasco & Tovar, IX Comest Castell. VIII Duc. de Frias, VII M. de Berlanga fil. ac hæres ducta m.* Dec. 1694.

Emanuela Giron, *Dama Reginæ Hisp.* 18.

Maria Dominica Giron de Velasco.

Maria Ignatia. 19.

DOMINI DE GESTAZO ET POBOLIDE, COMITES DE S. VINCENT ET PONTEBEL.

PETRUS *de Acunia*, ab Ægydio *Vazquez de Acunna*, Tabula I memorato, prognatus, DN. de GESTAZO & Penagoja † impr. Uxor *Aloisia deCastro, Petri III Com. de Monsanto f.*

Joannes Tristanus de *Acunia*, Petri fortassis frater, Dn. de GESTAZO & Penagoja, Emanuelis Regis Lusit. Legatus Romæ an. 1415. *Antonio Päez.*

Nunnius de Acunia, Jo. Tristani frater, Camerarius supremus Infantis Ferdinandi. qui pater fuit Regis Emanuelis. *Catharina de Albuquerque.*

Nunius de *Acunia*, Dom. de Gestazo & Penagoja, Prorex Indiæ. Uxor *1 Maria de Acunna, Martini de Silveira, Dom. de Terrena f. 2. Isabella de Villena, Nunii Martinez de Silveira Dom. de Goës f.*

Simon de *Acunia*, Commendator de *Torres Vedras. Isabella de Meneses.*

Joanna de Albuquerque, ux. *Lupi Suarez de Albergaria, Proregis Indiæ Oriental.*

(1) Maria de *Acunia* uxor 2 *Alvari de Silva, III Com. de Portalegre.*

(2) Nunius de *Acunia. Leonora de Refoyos & Sousa.*

Tristanus de *Acunia*, Commendator de *Torres Vedras. Helena de Atayde, Ludovici Com. de Atouguja soror.*

Johannes *Nunnez de Acunia. Vincentia de Castro, Henrici Correa de Silva f.*

Simon de *Acunia & Ataide. Agnes de Melo de Silva, VII Domina de Pobolide.*

Nunnius *de Acunia. N. de Castro, soror VIII Com. de Atougaja.*

Tristanus de *Acunia & Melo*, VIII DN. de POBOLIDE. *Antonia de Vasconcelos, Damiani de Agujar f.*

Margarita *de Mendoza* ux. 2. *Simonis de Castro Dom. de Leris & Bembiver.*

Nunius de Ac. † de fine lib. *Juliana de Silva, Roderici Pereyra de Silva fil.*

Johannes *Nunnez de Acunia*, I COMES de S. VICENTE, Dom. de Gestazo. *Aluisia de Borbon, primi Com. de Arcos f.*

Ludovicus de Ac. & Melo, IX Dn. de Pobolide. *Guiomara de Alencastro, Alvari de Canara Dom. de Abranches f.*

Nunius *de Acunia de Melo*, I COMES de PONTEBEL, Dn. de Pombal. *ἄπαις. Elvira de Villena, Johannis de Sousa de Silveria f.*

Emanuel. *monachi.*

Petrus. *monachi.*

N. . . de *Acunia Borbon*, II Com. de S. Vincente, uxor *Michaelis Caroli de Tavora II Com. de S. Johanne de Pesqueyra filii.*

Tristanus de Ac. Melo, X Dn. de Pobolide.

Alvarus de Abranches, *Commendat. in Ordine Christi.*

Nunius de Acunia *Collegialis ad S. Pauli in Univers. Conimbr.*

Maria de A*lencastre* nup. *Carolo de Noronna Dn. de Almada.*

DOMINI DE PAYO PEREZ.

PETRUS *Vaz de Acunia*, ex posteris Ægydii *Vazquez de Acuna.*
Beatrix de Silva, *Andrea de Sousa f.*

Hieronymus de *Acunia.* *Maria de Meneses*, *hæres majoratus de Payo-Perez*, *Georgii Correa f.*

Ludovicus de *Acunia*, Dn. de *Payo-Perez* *Johanna Manuel*, *Bernardini Ribeyra Pacheco fil. & hæres.*

Triſtanus de *Acunia* Dn. de *Payo-Perez & Barrero.* Antonia de Silva, Antonii de Almeda f.

Emanuel de *Acunia & Meneſes*, Dn. de *Payo-Perez & Barrero*, Præfectus domus Reginæ Mariæ Franciſcæ de Sabaudia.
Franciſca de Albuquerque, *Martini Correa de Silva*, *Præfecti Tavorens. f.*

Franciſca Mendoza nup. *Emanueli Childe Rolin de Moura Dom. de Azambuja.*

Triſtanus de *Acunia.*
Leonora de Tavora, *primi March. Tavore f.*

Emanuel de *Acunia & Meneſes.*

DOMINI DE AZANNON, COMITES DE BUENDIA.

8. LUPUS *Vazquez* de ACUNIA, Vasci *Martinez de Acunna* Dom. *de la Taboa* F. DN. de BUENDIA & AZANNON.

9. Petrus de *Acunia & Albornoz*, I COMES de Buendia, cr. 1475. *Agnes de Herrera, Petri Garsiade Herrera, Dom. de Ampuia f.* | Leonora de *Acunia* uxor *Johannis de Silva, I Com. de Cifuentes,* | Gomesius *Carrillo de Acunia* DN. de CARRACENA, *Mandayona, Jadraque. Maria de Castilla.*

10. Lupus *Vazquez de Acunia*, II Com. Buendiæ, Dn. de Duennas. *Agnes Enriquez Friderici Enriquez II Admir. Castel. f.* | Leonora de *Acunia.* nup. *Petro Manriquez II Com. de Paredes.* | Maria de *Acunia* ux. *Johannis de Bivero, Vicec. Altamira.* | Petrus de *Acunia*, Commendat. Malagon. Ord. Calatr. *Therefia Sarmiento.* | Alphonsus de *Acunia Archiep.* Pompelon. | Ferdinandus de Ac. | Ludovicus de Acunia.

11. Johannes *de Acunia* III Com. Buendiæ. *Maria de Padilla, Petri Lopez f.* — Catharina de *Acunia mente capta.* | Petrus de *Acunna*, IV Com. Buendiæ. | Fridericus de Ac. V Com. Buend. *Maria de Acunna Petri Dom. de Azannon f.* | Agnes ux. *Antonii de Padilla.* | Leonora nup. *Roderico de Guzman Dom. Algava.* | Blanca ux. *Gutieri de Velazquez Dn de Villavaquerin.* | Franciscus *Vazquez de Acunna, nothus.*

12. Johannes de *Acunia* VI Comes Buendiæ. *Francisca de Aragon, Alvari de Cordoua, Dn. de Valencuela f. improl.* | Maria de *Acunia*, VIII Com. Buendiæ, nup. *Johanni de Padilla, Dom. domus de Padilla, Corunna & Caltannazor.* | Petrus de *Acunia Philippa de Castro.* | Diegus de *Acunia* dictus *el gran Cortesano.* | Ferdinandus *de Acunia*, Eq. Ord. Alcant. improl. *Johanna de Zuniga.*

13. Johannes de *Acunia, filius naturalis*, Dn. de in MARCHIO VALLIS de ZERRAIO, cr. 1612. *Angela de Guzman, Gonsalvi & Johanna de Guzman Dominor de Toral f.* | Isabella de *Acunia*, uxor *Ludovici Bravo de Lugamns.*

14. Diegus de *Acunia & Guzman*, II Marchio Vallis de Zerrato, Dn. de Alcantarilia, Notarius Major regni Legion. Amica, *Maria de Barrio & Angulo.* | Anna Maria de *Acunia & Guzman.* | Johanna de *Acunia & Guzman*, nup. *Suero de Vega & Castella, Dn. majoratum. Palencia, Soria & Castell.* | Antonia de *Acunia.* | Angela de *Guzman.*

15. Angela de *Acunia & Guzman*, nup. *Melchiori Altomirano de los Rios.*

MARCHIONES DE CARACENA ET VALLE DE ZERRATO.

Uxor, *Theresia Carrillo de Albornoz Dom. de Paredes, Portilla & Valtablado, Gomesii Carillo & Uraca de Albornoz fil.* 8.

9. Alphonsus *Carrillo de Albornoz, Archiepiscopus Toletanus*, † 1. Jul. 1482. ab eo stirps *Marchionum de Falces* cognom. *de Peralta* defluxit. *Videsis Exegesin.*

Lupus *Vazquez de Acunia*, Commendator Meridæ in Ord. S. Jac. Dn. de Azannon, Dux de HUETE. *Maria de Mendoza, Diegi Hurtado de Dn. de Cannete f.*

10. Alphonsus *Carrillo de Acunia*, Dn. Caracenæ *Leonora de Toledo, Dn. de Pinto.*

Lupus Vazquez de *Acunia* Dn. de Azannon. *Maria de Contreras Vasconis Gonsalez Contreras f.*

Ferdinandus *Vazquez de Acunia. Mencia Villodre, Johannis f.*

11. Petrus de *Acunia. Leonora de Zuniga, Johannis f.*

Johannes de *Acunia Constantia de Abellaneda.*

Gomesius Carrillo de *Acunia*, Dn. de Pinto & Caracena. *1. Beatrix Sarmiento Diegi Perez Sarm. C. de Salinas f. 2. Maria Manrique de Castella.*

Petrus de *Acunna* Dn. de Azannon. *Marina de Padilla.* ⊙

Vascus de Ac. Commend. Ord. S. Jac. *ãn.. Mencia Davalos.*

Therefia de Ac. *nup. Johanni Ramirez de Guzman.*

Ferdinandus *Vazquez de Acunia. Aldoncia de Villasennor.*

12. Catharina ux. *Raimundi de Tassis.*

Anna ux. *Petri Fernandez de Villaroes, Dn. de Villavindas.*

Lupus de *Acunia*, supr. mil. Mediolan. Præfectus *Isabella de Lompre.*

(1) Alphonsus Carrillo de *Acunia*, Dn. de Pinto & Caracena. *Sancia Pacheco, Alphonsi Tellez Giron Dn. I de Montalvan f.*

(2) Johanna *de Castilla*, ux *Ferdinandi Ninno Dn. de los Taxares.*

Maria de Ac. ux. *Friderici de Ac. V Com. Buendia.*

Johanna, ux. *Ferdinandi Alvarez de Toledo, Dn. de Higares.*

Ferdinandus *Vazquez de Acunia Francisca Suarez de Toledo.*

13. Constantia de *Acunia*, filia unica. uxor 2. *Diegi Sarmiento de Acunia, Com. de Gondomar.*

Ludovicus *Carrillo de Toledo*, Dn. de Pinto & Caracena. *Leonora Chacon; Alphonsi Tellez Giron III Dom. de Montalvan f.*

Ferdinandus de *Acunia.*

14. Ludovicus *Carrillo de Toledo*, MARCHIO de Caracena, COMES de Pinto, † 2. febr. 1626. *Isabella de Velasco & Mendoza, Francisci Hurtado de Mendoza, I March. de Almazan f.*

Emanuel *Carrillo, Eques S. Jacobi.*

Stephanus *de Carrillo.*

Johannes *Pacheco.*

Catharina *Pacheco*; ux. *Caroli de Herasso Dn. de Mohernando.*

15. Anna *Carrillo de Toledo*, filia primogenita & hæres Marchionatus Caracenæ, uxor *Ludovici de Benavides, IV March. de Fromesta.*

Mariana Carrillo de Toledo, nup. *1. Petro de Fonseca & Figueroa Equiti Ord. Alcantar. primo Marchioni de Orellana 2. Francisco III de Benavides & Cueva, VII Com. de Santistevan.*

TABULA XI, ET ULTIMA, ACUNIENSIS FAMILIÆ DOMINI DE POMBEYRO.

3. MARTINUS *Lorenzo* de ACUNIA, Laurentii *Fernandez* de Acunia, & Sanciæ de Maceyra F.
Uxor, *Sancia Garsia de Panna.*

4. Johannes *Martinez de Acunia.* 1. *Maria Suarez de Azevedo.* 2. *Sancia Vazquez, Vasci Martinez Pimentel f.*

Laurentius *Martinez de Acunia. Maria de Lonsay.*

5. (1) Martinus *Annez de Acunia. Sancia Gomez, Gomesii Paëz de Silva f.*

(2) Gonsalvus *Annez de Acunia. Maria Garcia, Johannis Vicentii de Valencia f.*

Johannes *Annez de Acunia. Marquesia Perez.*

Rodericus *Annez de Acunia. Agnes Estevez Stephani Paez de Azevedo f.*

Martinus *Lorenzo de Ac.* DN. de POMBEYRO. *Maria Gonsalvi Annez de Britoros f.*

Agnes *Lorenzo de Acunia*, ux. *Vasci Pereyra.*

6. Gonsalvus *Martinez de Acunia.*

Aldoncia ux. *Gonsalvi Vello Savelassado.*

Therefia, nup. *Stephano Paez de Moles.* △

Johannes *Ruiz de Acunia. Beatrix, Martini Vello fil.*

Johannes *Lorenzo de Acunia*, Dn. de Pombeyro. *Leonora Tellez de Meneses.*

7. Martinus *Annez de Acunia.*

Alvarus *de Acunia*, Dn. de Pombeyro. *Mencia, s. Beatrix de Melo, Martini Alonso de Melo, V Dom. de Melo f.*

8. Johannes *Alvarez de Acunia. Mencia de Lemos, Gomesii Martinez de Lemos, Dom. de Goës f.*

Philippa de *Acunia*, nup. *Leonello de Lima, Vicecom. de Villanueva de Cerbeyra.*

9. Arturus *de Acunia*, Dn. de Pombeyro *Leonora de Sousa, Gonsalvi de Sousa f.*

10. Johannes *Alvarez de Acunia*, Dn. de Pombeyro. *Catharina Suarez de Alvergaria.*

Agnes *de Acunia*, nup. *Emanueli de Silva.*

11. Matthæus *de Acunia* Dn. de Pombeyro, *Leonora de Coutinno Petri de Meneses, I Com. de Cantannede f.*

Thomasa *de Acunia*, ux. *Garsiæ de Almeyda.*

12. . . . . . *de Acunia*, Dn. de Pombeyro.

Guiomara *de Castro* nup. *Francisco de Faro Dom. de Vimieyro.*

EXEGESIS HISTORICA.



CUNIANÆ stirpis, nobilissimæ & per omnem Hispaniam diffusæ, satorem *Gutierrum* quendam fuisse confessæ inter Scriptores familiarum Hispanicarum est veritatis, de patria verò & prima Gutierri origine non æquè concors eorum est opinio; Petrus Comes *de Barcelos* genere Vasconem fuisse, & cum Henrico Burgundo in Hispaniam venisse tradidit, atque hanc sententiam posteriores Scriptores, quasi per manus traditam, propagarunt, usque dum *Prudentius de Sandoval* ratione habita patronymici *Pelaez*, quo Gutierrus usus est, arbitrari cœpit, incunabula ejus in ipsa esse quærenda Hispania, non in Vasconia. Id cùm pensitassent *Melchior de Teves* & *Ludovicus de Salazar*, quorum ille familiam Lermanam, hic Silvanam literis illustrarunt, non tantum suffragati Sandovalio, sed eam prætereà opinionem amplexi sunt, Gutierrum initiò memoratum haud diversum fuisse ab illo, quem Petrus Comes Silvanæ gentis autorem constituit; hujus verò originem ad vetustos Legionis Reges referunt, perhibentque fuisse abnepotem *Fruelæ*, secundi hujus nominis Regis Legionis Asturiæ & Galiciæ, pronepotem *Infantis Azuari*, nepotem *Infantis Pelagii*, & filium *Pelagii Pelaez* sive Pelagiadæ, *Rici Hominis*, quo nomine primæ dignationis viri, postea *Grandes* dicti, olim veniebant: eundem honorem *Gutierro* tribuunt, titulosque Domini *de Aldarete & Silva*; hunc porrò patrem fuisse ferunt *Pelagii Gutierrez de Silva*, quo ex diversis uxoribus nati sint *Gomesius Paëz de Silva*, progenitor omnis familiæ *Silvanæ*, de qua alio dicetur loco, & *Ferdinandus Paëz*, qui primus cognomen *de Cunna* sive *Acunna* adsciverit, quod Hispani *Acugnia* enuntiant, à loco *Acunna Alta* appellato, atque ab Alphonso I. Rege Portugalliæ sibi concesso, huicque cognomento insignia assumserit æquivoca, nempe *cuneos novem cœruleos in campo aureo*.

In Castellam sive Castiliam è Lusitania translata est Acuniana familia, flagrante bello inter Castellenses & Lusitanos propter successionem Ferdinandi Regis Lusitaniæ. VASCUS Acunia, tertius hujus nominis, Martini F. tresque ejus gnati, *Martinus*, *Ægydius* & *Lupus*, inter primos è nobilitate Lusitanica numerantur, qui post Ferdinandi Regis excessum Johanni I. Regi Castellæ, uxorique ejus Beatrici, gnatæ defuncti unicæ, homagium præstiterunt; sed promissis, quibus allecti à Johanne fuerant, frustrati, mox in Lusitaniam remearunt, & Johanni, defuncti Regis fratri naturali, Ordinisque Avisani Magistro, sese adjunxerunt, consilio cum eo capto, de regno in Johannem Infantem, Petri Regis ex Agnete Castrensi filium, transferendo; cùm verò procerum plurimorum populique favore, & fortuna adspirante, ipse Ordinis Avisani Magister Rex proclamatus fuisset, Acunii fratres, nec non Pacieci, agnatione secum conjuncti, dissensère quidem, in bello tamen adversus Castellenses fortium & patriæ amantium virorum officio functi sunt, donec tandem correpti fastidio novi Regis, ipsis parùm æqui, eò quod exaltationi ejus ad regnum adversati essent, in Castellam denuò abierunt; ubi Henrico III. Regi, Johannis I. filio, strenuam operam bello & pace navarunt, opibusque ac honoribus aucti sunt: nimirum MARTINUM Rex dictus *Comitem Valentiæ* creavit, Ægydio oppida *Roa* & *Mansilla* contulit, quibus ille posteà relictis in Lusitaniam se recepit, LUPUM autem *Buendia* donavit. (a)

R STE-

(a) Alph. de Haro Nobiliar. Lib. III. Cap. 5. Mariana de reb. Hispan. Lib. XIX. Cap. 7.

STEPHANUS, secundus *Vasci Martinez de Acunia* filius, cui cognomen *Suarez* fuit, in Lusitania mansisse videtur, cùm pater, ipsius fratresque exilium, sicut dictum est, subirent voluntarium: namque in ejus filio natu majore Vasco continuatus est titulus avitus Dominorum *de Taboa*; qui hodieque in familia viget: eo enim superioribus annis usus est *Antonius Alvarez de Acunia*, decimus & quintus dicti loci dominus, ab illis haud dubiè oriundus, ob singularem historiæ omnis peritiam Ludovico Salazario in genealogia Silvanæ familiæ laudatus. Is Mariam *Manuel de Villena*, Sanctii Emanuelis, primi Comitis de *Villa-flor* sororem, in conjugio habuit, atque ex ea suscepit *Johannem Laurentium*, qui navarchi munere functus mortem an. 1683. oppetiit, *Petrum*, *Ludovicum* & *Johannam Antoniam de Villena*, Sanctio Emanueli, avunculo suo modò dicto, nuptui locatam. (b) Ab altero Stephani *Suarez* gnato, Ægydio de *Acunia*, Domini de *Sentar*, sive *Assentar*, descenderunt, quem titulum Alphonsus V. Rex Lusitan. Ludovico, Ægydii filio, contulit, atque ad nostram usque ætatem in hac domo propagatum *Emanuela de Acunia* in familiam Cuevarum transtulit: ista neptis erat Lupi *de Acunia, primi Assentaris Comitis*, Consiliarii bellici Regis Philippi IV. & gnata unica PETRI, *secundi Assentaris Comitis, & primi ejusdem Marchionis*, qui post exacta in gymnasio bellico Mediolanensi strenui militis officia Supremam Ceutæ, tandemque Generalem exercitus Flandrici præfecturam obtinuit, atque anno 1674. in acerrima apud Seneffam contra Gallos pugna spiritum effudit. (c)

PETRI *Vazquez de Acunia*, Vasci *Martinez* filii, è secundo cum *Theresia Albuquercia*, regio sanguine creta, toro suscepti, progenies avitum cognomen cum Albuquerciano commutavit; ex ea *Lupus Albuquercius*, Petri nepos, apud Alphonsum V. Regem Lusitan. Camerarii supremi officio functus, atque ab illo Comes Penamajoris (*de Penamacor*) creatus est. Fratres huic fuere *Petrus* & *Henricus de Albuquerque*, quorum æque ac Lupi stirps virilis haud perennavit, sed emarcuit; permanente tamen Albuquerciano nomine, quod prognati ex *Leonora Albuquercia*, stirpis illius forte postrema, & Johanni Gonsalidæ *de Gomide*, Domino *de Villaverde*, nupta, retinuerunt. Hi haud exiguo fuerunt numero, virisque abundarunt insignibus, quos inter *Alphonsus Albuquercius* rebus in India præclarè gestis nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ, ita ut hodieque cum encomio Magni Indiæ victoris (*el Grande Conquistador dell' India*) in Annalibus legatur. (d)

AD TAB. II.

MARTINUM de Acunia, Vasci filium natu Maximum, Comitem Valenciæ ab Henrico III. Rege Castellæ creatum esse, dictum jam est; eodem pronubo, cùm viduus esset, Beatricem, Johannnis Infantis Lusitan. & Constantiæ Infantis Castell. Ducum Valenciæ gnatam, uxorem accepit, quo matrimonio ipsi jus in Valenciam, quæ ab aliis ejusdem nominis locis appellatione Campestris (*de Campos*) distinguitur, natum est. Eximia fuisse prædicatur opera, quam MARTINUS non dicto tantùm Regi in bello Lusitanico, sed etiam filio ejus ac successori Johanni II. sub ductu Roderici Lopez Davalos Comestabilis Castellensis, auspiciisque Ferdinandi Infantis, tutoris regii, regnique administratoris, in bello Granatensi navavit, quemadmodum *Alph. Harus in Nobiliario Hispanico* ex chronicis Regum memoratorum retulit. Ex illo matrimonio æquè ac è priore egregiæ prolis parens MARTINUS factus est, & Valencianum comitatum PETRO, è posteriore genito, transmisit, qui cognomini avito maternum, *de Portugallia*, adjungere cœpit, nec minore virtute ac genitor se præbuisse celebratur. Hoc natus JOHANNES ex Comite Valenciæ *Dux* ab Henrico IV. Rege an. 1465. creatus est; sed hic titulus ad illius gnatum HENRICUM non transiit, quippe qui Comitis axiomate usus est, soboleque virili destitutus *Aloisiam*, gnatam unicam, Valenciæ campestris hæredem reliquit; ea comitatum avitum in Manricorum, Ducum Nageræ, familiam transtulit.

Petro de Acunia, II. Valentiæ Comiti frater fuit germanus, cui nomen erat FERDINANDO; hunc in filiorum Petri numerum ab Alphonso Haro perperam relatum esse Salazarus in Historia familiæ de Lara demonstravit, sicut à Viro Nobilissimo & multiplici doctrina ornato, *Gerardo Ernesto de Franckenau*, Legati Danici in Hispania antehac, nunc Regis Da-

niæ

(b) Salazar Hist. Geneal. Silv. Libro VIII. Cap. 28. (c) Ibid. Lib. IX. Cap. 25. (d) Lavan. not. ad Nobiliar. D. Petri p. 425. & 488.

niæ Secretario, edoctus ſum, cui etiam ſeriem integram Dominorum de *Pajares* & Comitum de *Requena*, à Ferdinando ortorum, plurimamque de aliis Hiſpaniæ ſtirpibus notitiam in acceptis fero. Requena, Caſtellæ novæ oppidum, emtionis jure à Johanne de Padilla accepit Gomeſius Manrique, Adelantus Caſtellæ ſupremus, cujus filia Elvira *Manrique*, uxor Joannis *Rodriguez de Roxas* Dom. de *Poza*, illud ceſſit filio ſuo ſecundo genito Gomeſio *de Roxas*, Conſiliario Henrici IV. & Ferdinandi V. Regum. qui dein ex Iſabella *de Carvallar*, nobili Luſitana, ſuſcepit inter alios liberos Joannem *Rodriguez de Roxas*, IV Requenæ Dominum. Hic ex Catharina *Manrique*, Joannis Archidiaconi de *Valpueſta* & Protonotarii Apoſtolici ac Sanctiæ Ortaniæ filia genuit præter alios Gomeſium de *Roxas*, V. Dom. Requenæ, ſed improlem, & *Annam*, quæ fratris hæres & ſexta Requenæ Domina facta id feudum filio ex ſecundo cum JOANNE de Acunia, III Domino de *Pajares*, matrimonio ſuſcepto transmiſit. Hujus pronepotem JOANNEM, tertium ejus nominis Rex Philippus IV. *Vicecomitem de Requena* d. 12 Nov. 1626 necnon *Vicecomitem de Barrio* d. 30. Sept. 1627. poſteà verò *Comitem de Requena* creavit, qua dignatione hanc jam tenet ditionem DIDACUS Ferdinandus de Acunia, ex patruo illius prognatus.

AD TAB. III.

AB ALPHONSO, quem Martinus de Acunia primus Valenciæ Comes, è priore ſuſcepit toro, ampliſſima pullulavit propago, in complures diviſa familias, Tabula tertia ſequentibusque usque ad nonam enumeratas: varia illæ adſciverunt cognomina, ita ut vel ex hac Acuniana ſtirpe ſpecimen capere liceat difficultatum, quibus implicitæ ſunt genealogiæ familiarum Hiſpanicarum. Gallica nonnulli ſtemmata rem eſſe putant difficilem atque intricatam, eò quod magnates Gallici à ditionibus, quas poſſident, non à domo, qua prognati ſunt, ſicut Germanis more receptum eſt, appellari conſueverint, atque adeò familiarum ſuarum haud ſatis peritum dubium relinquant, quo quisque ſanguine ſit cretus; attamen retinent Galli nomina gentilitia, eaque in literis tabulisque publicis præmittunt; exemplo ſit domus Lotharingica, ex qua ſati licet diverſis diſtinguantur titulis, nemo unus tamen cognomen avitum, de Lotharingia, abjecit, ſed ſinguli, ubi integros exprimere opus eſt titulos, illud nomini, in baptismo accepto, proximè ſubjungunt, eoque ipſo lectorem de origine ſua reddunt certiorem. Longè vero alia apud Hiſpanos viget conſuetudo, ubi non tantùm magnates titulis ſuis, prout Gallici, appellari vulgò ſolent, ſed ea quoque inter iſtos invaluit mutatio nominum, ut propriis prorſus abdicatis aliena pro lubitu adſciſcant, & materno ſæpè agnomine malint uti, quàm paterno, eaque propter circa origines ſuas, ſi minus popularibus, ſaltem extraneis crucem figant. Filiabus præcipuè paterni loco cognominis vel maternum, vel ab avia proaviaque aut longius repetita indere amant, ita ut ex eis de domo, qua quæque orta ſit, certum capi non poſſit argumentum. Idem in virili ſexu uſu venit, quemadmodum in hoc ipſo ſtemmate videre eſt, quod licet hodieque ampliſſimum, & in multos ramos diffuſum ſit, pauciores tamen ex eo originarium de *Acunia* nomen retinuerunt, & crebrius alia in eo leguntur cognomina, videlicet *Paciecorum*, *Gironum*, *Cardenatum*, *Portocarrerorum*, *Carilliorum*, *Peraltarum*, *Albuquerciorum* aliaque, in aviti vicem arrogata. Sed in viam ex hoc diverticulo redeundum, & de prima Martini Acunii Valenciæ Comitis uxore aliquid dicendum eſt: erat ea poſtrema antiquæ *Gironum* gentis progenies, familiæque hæres ſplendidiſſimæ, quam à Roderico *Gonſalez de Ciſneros* derivant: hunc ferunt in pugna quadam, cui cum Alphonſo VI. Rege Legionenſi interfuit, equum ſuum dicto Regi de vita periclitanti commodaſſe, ut fuga ſaluti conſuleret, eidemque de toga, qua amictus erat, laciniam plicatam coccineam abſcidiſſe, unde poſteris ejus appellatio Gironum (*plicam* enim Hiſpani *giron* vocant) inſigniaque *plicarum trium rubearum in campo aureo* nata ſint. (e) Filius ex illo ortus conjugio ALPHONSUS patronymico ſive avito cognomine de *Acunia* relicto *Tellez Giron* dictus eſt, & ducta in uxorem gnata unica & hærede Johannis Ferdinandi Pacieci, qui è Luſitania in Caſtellam unà cum Martino Acunio migravit, atque ab Henrico III. Rege dominio *Belmonte* auctus eſt, filios genuit duos, à quibus ampliſſimæ Paciecorum & Gironum ſtirpes, hodieque florentes conditæ ſunt.

(e) Jo. Bapt. Lavanna Not. ad Nobil. Petri pag. 441. & Salazar de Mendoza Orig. de las dign. p. 27.

De JOHANNE Pacieco, filio illius natu majore, ita *Mariana* Libro XXI. de reb. Hisp. Cap. 15. *Joannes Paciecus, Alphonso Gironio Belmontis regulo natus, Henrico Principi à primis annis assuetus, morum similitudine, aut ingenii dexteritate, præcipua apud eum gratia & auctoritate pollebat: is Alvaro Luna everso, qui primas in aula tenuerat, & à quo Principi datus erat in familiam, summum potentiæ locum, ut fecit, quærere videbatur: ea superioribus Alvari meritis gratia fuit.* Auctum posteà esse refert idem scriptor multis oppidis, videlicet *Barcarotta, Salvaterra & Salvaleone* ad fines Lusitaniæ, nec non Marchionatu *Villenæ*, malam tamen Principi de se benè merito, postquàm is Rex morte parentis factus esset, retulisse gratiam, conjuratione adversùs eum inita, cumque à Rege vocatus data fide publica Segobiam venisset, dolis & fraude armatus, manum illi injicere conatum esse, incassùm equidem, impunè tamen; nec verò impunitatem perfidiæ solùm assecutum esse, sed etiam unde supplicia vereri debuisset, nova præmia cumulasse, struxisse opes: dum enim gregales ejus infestis cum Rege apud Olmedum die XII. Kal. Sept. an. 1467. signis concurrerent, ipse in Carpetanis militum ordinis S. Jacobi suffragiis ejus militiæ Magister institutus, posteaque regia & Pontificia auctoritate in eo munere confirmatus, filius autem ejus Villenæ Marchio renunciatus est. *Injecisse magicis sacris Regi amentiam fama erat,* (ut habent iterum *Marianæ* verba) *mendacio probabili, quod tantis injuriis violatus se suaque illi denuò permitteret; prorsus ut venientem in curiam obvius ipse exciperet, augeretque Scalonæ principatu, & quia oppidani dominum recusabant, majoris benevolentiæ ergò eò profectus de manu traderet.* Ita cùm non minori quàm anteà gratia rerum arbiter esset Paciecus, auctor Regi fuit, ut Johannam filiam Regi Lusitaniæ connubio jungeret, eaque fini ad Portugalliæ fines progrederetur, cùm ipsi major subesset cura castra Julia in potestatem redigendi, *immensa habendi aviditate, ambitioneque pari*; sed inter eas molitiones maxillæ alterius inflatione abscessùque repentè oppressus interiit, concreto in faucibus multo sanguine, ex oreque manante & naribus. (f) Corporis ejus animique habitum scitè delineavit Hispanico Stylo *Ferdinandus de Pulgar* in Elogiis Clarorum Virorum, quæ operi Epistolarum Petri Martyris Anglerii subjuncta sunt.

DIEGUM sive *Didacum* Johannis Pacieci primi Ducis Scalonensis filium natu maximum, *non minori quàm patrem ingenio, neque majori fide* præditum fuisse Mariana literis prodidit, retulitque, visum esse Ferdinandum Principem Alphonsùmque Lusitanum de regno Castellensi armis decertantes, *uno tempore habere ludibrio, in eam se partem daturum, unde certior spes ostenderetur privatas familiæ opes augendi, quarum prima ei cura erat, nulla famæ memoria, ne æquitatis quidem.* Præbuit quidem speciem viri fidem haud fluxam gerentis, cùm à Ferdinando petiisset, ut ejus ope duobus æmulis, quasi vitio creatis loco motis, ipse legibus auspicatoque D. Jacobi Magister crearetur, responsúmque tempori conveniens tulisset, si Johannam sequestro traderet, idoneo conjugio elocandam haud moraturum spem; præcisè enim id se facturum negavit, neque commissurum, ut fidem falleret Henrico Regi de filiæ salute datam, hortatusque est protinus Lusitanum per homines fidos, ne regiam puellam ex sorore natam in periculo desereret, sed ejus patrocinium susciperet jure propinquitatis, remque publicam capesseret. Verùm cùm tentatum denuò à Lusitano bellum secus cessisset, supplex à Ferdinando pacem legesque accepturus videbatur, dummodò æquas, & promissa ei fuit venia, ditionisque universæ restitutio; sed pace inter Castellam & Lusitaniam facta non nisi mutatis prioribus conditionibus in gratiam receptus est principio anni MCDXXC. Scalonam enim Belmontiumque retinuit, Villena verò Almansa aliaque oppida Regibus cessere. (g) Ita imminutis opibus potentiaque ad frugem bonam, ut ajunt, se recepit, & Ferdinando ac Isabellæ Regibus egregiam in Granatensi bello operam navavit, attamen posteàquam Isabella regina mortua contentiones de Castellensis regni administratione ortæ essent, infensum iterùm animum erga Ferdinandum Regem exeruit, conatibusque ejus obstitit, *offensus*, ut *Marianæ* iterum verbis utar, Villenæ *principatus oppidis pridem ablatis, nulla nisi rebus turbatis recipiendi spe.* (h) Verùm nec ipse, nec posteri illa recuperarunt, quippe à Regibus Catholicis patrimonio regio incorporata, licet titulum, veteri possessioni ostentandæ, retinuerint. Per matrimonium verò, quod secundus Scalonæ Dux cum *Maria de Luna* contraxit, sartum familiæ ejus damnum illud est Comitatu *San-*

Ste-

(f) Mariana op. cit. Lib. XXII. Cap 4. Lib. XXIII. Cap 7. 13. & 15. & Lib. XXIV. Cap. 2.
(g) Mariana Lib. XXIV. Cap. 6. 13. & 20. (h) Lib. XXVIII. Cap. 12.

Stephanensi de Gormaz, cujus hæres Maria fuit, quæ licet gnati tantum unici, hujusque im-prolis, mater facta esset, permansit tamen Comitatus iste in Paciecana domo; auctaque ea deinde est pari via, nempe per conjugium tertii Scalonæ Ducis cum *Aloisia de Cabrera & Bobadilla*, Marchionatu *Mojæ*. Hunc FRANCISCUS Paciecus, IV Dux Scalonæ in gnatum suum secundogenitum, cui *Francisci Perez de Cabrera* nomina indita sunt, transtulit, qui cùm gnatam unicam genuisset, eaque *Diego Lupidæ Pacieco*, patrueli suo, nupsisset, conjunctus iterum est dictus Marchionatus cum Scalonensi Ducatu aliisque Paciecanæ domus ditionibus, imperatque in præsentia universis JOANNES EMMANUEL, VIII. Dux Scalonensis, & Marchio Villenæ, non genere tantum & honore, opibusque, sed ingenio quoque & doctrina illustris, summaque humanitate, cujus documentum cœpimus, præditus. Quoniam verò is Marchionis Mojæ titulum filio suo secundogenito, & post hujus obitum, tertiogenito contulit, pacto domestico constitutum esse videtur, ut pluribus existentibus filiis proximus à primogenito Marchio Mojæ esset.

AD TAB. IV.

PETRUS, Johannis Paciеci, primi Ducis de *Escalonna* filius secundogenitus, maternorum bonorum hæres factus cognomen etiam maternum adscivit, stirpemque peculiarem, in varios iterum diductam ramos prosevit. Ex his à gnato illius tertio GARSIA Portocarrero ortus citò defecit, Petro ejus filio, quem Philippus II. Rex Marchionem *Alcalæ de Almeda* creavit, sine prole virili mortuo; gnatas tamen is post se reliquit, quarum natu maxima novum Marchionatum in Henricidarum familiam transtulit, quemadmodum *Tabula XX. stemmatis Desideriani* videre est. A JOHANNE, Petri Portocarreri filio natu maximo, Marchiones de *Villanueva del Fresno* sive *del Barcarrota* descendunt, quo titulo ille primus auctus est à Carolo V. Imperatore, nec non Comites *de Montijo*, quibus accessere Comitatus de *Fuentiduenna* & Marchionatus *Algavæ ac Valderabani*, unde etiam cognomina iisdem sunt cumulata, sicut in Tabula videre est. Villæ novæ del Fresno Marchionatus in colum, sicut loqui amant, delapsus est, cum *Alphonsus Portocarrerus*, quintus dicti loci Marchio, filium suum *Joannem*, immaturo fato raptum, amisisset; quippe hujus morte ad Franciscam, illius gnatam, avita devoluta est ditio; ista tres habuit maritos; priorum equidem nomina incomperta habemus, sed natum ex primo esse accepimus FRANCISCUM, qui Portocarreri nomen gessit, & *septimus Villænovæ Marchio* fuit. Hic post elatum filii unici *Joannis*, jam viri, funus vita defunctus, ALPHONSO Portocarrero, Joannis cogn. Muti, quarti Villænovæ Marchionis ex fratre pronepoti, locum fecit, ad vindicandum, proximiore agnato deficiente, Marchionatum avitum; is itaque *Octavus Marchio de Villanova del Fresno* audiit, illoque tempore, quo Salazarus Historiam Silvanæ domus edidit, nempe an. 1685. in vivis adhuc fuit.

Comitis de *Montijo* titulum JOHANNES Portocarrerus Philippo III. Regi acceptum retulit, in quo, quia prolis exsors erat, fratrem CHRISTOPHORUM successorem habuit; hujus filio cognomini Fontidoniæ Comitatum nec non Marchionatum Valderabani uxor, *Anna de Luna*, attulit. Hæc eadem orta erat familia, è qua Comitatus Sancti Stephani de *Gormaz* ad Paciecos, Portocarreriorum nostrorum gentiles, migravit, sicut ex sequenti patet diatyposi:

ALVARUS de Luna, nobili & vetusta stirpe Aragonica satus Johanni II Regi Castellensi charissimus, ab eo Magister Equitum, *Constabilem* vulgò vocant, nec non Magister Ordinis S. Jacobi, Comes S. Stephani de *Gormaz*, Dux de *Truxillo* & Marchio Villenæ creatus, tandem verò gratia regia excussus, & ad supplicium raptus d. 3. Jul. 1453.

Uxor ejus I fuit *Elvira Portocarrero, Martini Fernandez Portocarrero, Dom. de Moguer filia* ducta 1420. *II Johanna Pimentel, Roderici Alphonsi de Pimentel, II Com. de Benevente f.* 1431. III amica, *Margarita Manuel.*

(2) Johannes de Luna, II Comes de S. *Estevan de Gormaz. Leonora de Zuniga, Petri, primi Com. de Plasencia f.*	Maria de Luna, ux. *Eneci Lopez de Mendoza. II Duc. Infantadi.*	(3) Petrus de Luna, Dn. de *Fuentiduenna. Maria de Ayala & Herrera, Petri Marsiæ de Herrera f.*	Maria uxor *Johannis de Luna & Mendoza*, agnati sui, à quo Domini de *Cornago.*

Maria vel Johanna de Luna, III Com. de S. *Estevan de Gormaz*, nupta *Diego Lopez Pacieco, II Duci de Escalonna.*	Alvarus de Luna, Dn. de *Fuentiduenna. Isabella de Bobadilla Mosis Petri de Bobadilla f.*	Maria de Luna, ux. *Henrici Henriquez.*

Petrus de L. Dn. de *Fuentiduenna.* obiit improlis.	Alvarus de Luna, IV Dn. de *Fuentiduenna. Catharina de Balori sive Beloes.*

Antonius de Luna, V Dn. de Fuentiduenna. Ux. 1. *Leonora Sarmiento, Diegi Gomez Sarmiento de Villandrado Com. de Salinas f.* 2. *Francisca Henriquez de Roxas, soror Marchionis de Poza.*	Alvarus de Luna, Castellanus Cremonensis. *Maria Manrique de Castro.*
	Catharina de Baloes & Luna uxor *Roderici de Bibero.*

(1) Alvarus de Luna, † ante patrem. *Isabella Henriquez, Martini Dom. de Valderabano & Proregis Peruviani f.*	Petrus de Luna. *Anna de Bibero.*	(2) Sanctius de Luna & Roxas, Castellanus Mediolanensis † in bello Insubr. 16 . 7.

Antonius de Luna, VI Dn. & I Comes de Fuentiduenua Ux. 1. *Johanna de Mendoza, Alvari de Mendoza f. 2. Catharina Ferdinandi de la Cerda f.*	Antonia de Luna ux. *Christophori Portocarrero, II Com. de Montijo.*	Leonora de Luna, nup. *Diego Sarmiento de Sotomayor, I Com. de Salvatierra.*

(1) Anna de Luna, & Enriquez II Com. de *Fuentiduenna*, & March. de Valderabano, nupta *Christophoro Portocarrero, III Com. de Montijo amitino suo.*

Valderabanensis Marchionatus ad Annam de Luna & Enriquez pervenit ex hæreditate Francisci *Enriquez*, qui frater erat *Isabellæ Enriquez*, aviæ illius, atque anno 1614. Marchio Valderabani creatus fuit, & improlis decessit, quemadmodum in Stemmate Desideriano, Tabula XXII. dictum est: ubi notandum sorores Francisci Enriquez non suscepisse monasticam, sicut ex Alphonso de Haro retulimus, sed in conjugio vixisse, quippe *Isabella*, natu major, Alvari de Luna uxor fuit, minor *Maria, de Manrique* cognominata, Ranimiro Nunnez de Guzman secundo Domino de Montalegre, Meneses & Villemer, Nobili Cameræ Imperat. Maximiliani II. anno 1570 nupsit. Id etiam hac occasione memorasse convenit, Henricum Enriquez, earum fratrem secundum, ex Episcopo Placentino, Conchensem, & denique Archiepiscopum Granatensem electum fuisse, Johannem verò, quo tertio fratre utebantur, in familia Fratrum nudipedum Ord. S. Francisci ætatem exegisse. Quemadmodum itaque per matrimonium CHRISTOPHORI Portocarrerii, Tertii de Montijo Comitis, cum Anna de Luna & Enriquez, Comitatu de *Fuentiduenna* pariter & Marchionatu de *Valderabano* familia hæc aucta fuit, ita gnatorum etiam illius, Christophori, hujus nominis quarti, & Antonii conjugia novas opes ac ditiones ei pepererunt; prioris enim conjux, *Agnes*

Agnes de Guzman, cùm fratribus suis Petro Andreæ & Augustino Gusmanis, Marchionibus de Algava & Ardales, Comitibusque de Teva, uno eodemque anno 1681. defunctis, superstes mansisset, hæreditatem posterioris crevit, domusque suæ ditiones ac titulos filio suo CHRISTOPHORO Portocarrero, Comiti quarto de Montijo, transmisit.

ANTONIO de Luna & Portocarrero uxor *Johanna Mascaregnas* Comitatum de *Obedos* attulit, quo axiomate Rex Philippus IV. genitorem ejus Vascum Mascaregham amplificaverat. Is Lusitanica stirpe satus frater fuit Johannis Mascareniæ Dom de *Mascaregnas Lavra & Estepa*, qui per uxorem Beatricem Mascareniam *Comes tertius de Sancta Cruce* factus est, genuitque ex ea *Martinum Comitem quartum de S. Cruce*, & patrem ex *Juliana Alencastria*, Mauritii de Silva, VI. Com. de Portalegre & I March. de Gouvea gnata, *Joannis Mascareniæ, Comitis quinti de S. Cruce*, qui in conjugio habet *Theresiam Moscoso Ossorio*, Ludovici Moscosi Ossorii, VIII. Com. de Altamira, in legatione Romana ante paucos annos mortui, sororem. Ex eadem Mascareniarum gente oriundi sunt Comites *de Sabugal, de Palma & de Penedono*, nec non Marchiones *de Montalvan* in Portugallia, qui etiam Comites *de Castel-Novo* salutantur.

AD TAB. V.

Qui hac recensentur tabula Acunianæ stirpis pulli cognomen de *Cardenas* assumserunt, unà cum insignibus ejusdem familiæ, quæ *lupis* constant *duobus nigris*, gradientibus *in Area aurea*, cujus margines tesseris Regum Castellæ & Legionis distincti sunt. Genus Cardenatum *Alph. Harus in Nobiliario* repetiit à *Garsia Lupide de Cardenas*, Ocaniæ aliquandiu incola, dein Ordinis Calatravensis Clavigero, sub Regibus Petro & Henrico II. celebri: hic pater fuit *Lupi Ruiz*, quo natus *Garsias Lopez* in militia S. Jacobi *Commendator de Socobos* fuit, & ex *Constantia Martinez* præter alios *Garsiam* & *Rodericum* genuit. Posteriore ortus est *Gutierius* genitor *Didaci de Cardenas*, primi *Ducis de Maqueda*, quo titulo à Philippo I. & Johanna Castellæ Regibus auctus est. Eo satus *Bernardinus* secundus Maquedæ Dux gnatum habuit cognominem *Marchionem de Elche* dictum, quo ante patrem mortuo, in Ducatum illi successit nepos *Bernardinus, tertius* hujus nominis; is *Aloisiam Manricam* Nagerensis ducatus hæredem, in matrimonium duxit, & Cataloniæ deindeque Siciliæ Proregis & Capitanei generalis dignatione præfuit. Liberos idem habuit sequentes, *Bernardinum* Marchionem de *Elche*, in adolescentia vivis exemtum, *Georgium*, quartum Ducem Maquedæ & Nageræ, sed improlem, *Jacobum* fratris successorem, *Johannem* Magistrum equitum apud Insubres, *Mariam* Johanni Andreæ Hurtado de Mendoza, quinto Marchioni de *Cannete* nuptam, nec non *Annam Mariam*, Georgii de Lancastro Ducis de *Aveiro* uxorem. *Jacobus*, orbitate fratris *quintus Dux Maquedæ & Nageræ* factus est, ex *Maria de Arellano* suscepit *Franciscum Mariam Manrique de Cardenas*, sextum Ducem Maquedæ & Nageræ, cum quo præmaturè defuncto stirps hæc virilis defecit, adieruntque ejus hæreditatem *Theresia Antonia* & *Nicolæa Mendozæ*, ex amita defuncti Maria Marchionissa de Cannete natæ; dicam verò eis scripsit *Reimundus Lancastrius*, earundem consobrinus, Anna Maria de Cardenas editus, extorsitque Maquedensem Ducatum per sententiam secundum ipsum an. 1664. latam.

Garsias *Lopez de Cardenas*, Roderici, à quo Maquedæ Duces deduximus, frater natu major, ex Maria Garsia Osorio *Alphonsum* suscepit, Magistrum S Jacobi ultimum, electum an. 1474. & Pueblæ *del Maestre* regulum. Connubio coivit cum *Leonora de Luna*, ex fratre Alvari de Luna Comestabilis Castellæ Johanne Martinez de Luna, nata, quâ pater factus est gnatarum duarum *Johannæ* & *Leonoræ*, hæc Johanni Urraco Guzmanno in manum convenit, illa paterni status hæres Petro Portocarrero Domino de Moguer, cogn. *Surdo*, nupsit; ex eo conjugio secundo ortus loco, ALPHONSUS, in nomen, insignia & bona materna successit, *Comitisque de la Puebla* dignatione à Ferdinando Rege Catholico mactus, novam condidit stirpem, in qua Comitatus modò dictus intra tertiam generationem à linea recta ad collaterales bis transiit; id quod non sine contentione evenit, quæ post Alphonsi de Cardenas, quarti Comitis de la Puebla excessum orta, & in suprema Curia Matritensi secundum Ludovicum de Cardenas, illius propatruo genitum, decisa, hujus filio Alphonso, sexto Comite dicti loci, absque liberis mortuo recruduit, iterum tamen proximo istius agnato, LAURENTIO Cardenate, superiore discedente anno 1618. Fuit idem Major

jor domus regiæ nec non Præses Senatus Indici; DIDACO ejus gnato, huicque primogenito, à Rege Philippo IV. titulum *Marchionis de Bacares*, die XXIX. Novembr. an. 1625. collatum esse in *Alph. Carilli appendice Originis dignit. Gr. Cast.* legitur. Utrum verò is cœlebsan uxoratus decesserit, & an aut ille, aut pater ejus nuptiis secundis, Francisci Antonii de Ulloa Zuniga & Velasco, IV. Marchionis de la Mota, & VIII. Comitis de Nieva & Villalonso sororem ac hæredem in matrimonium duxerit, haud liquidò mihi compertum est; hoc verò pro certo accepi ex dicta Marchionissa de la Mota natum esse *Laurentium de Cardenas Zuniga & Ulloa, octavum Comitem Puebla del Maestre*, prætereaque *Comitem de Nieva & Villalonso*, nec non *Marchionem de la Mota, Aunnon & Bacares*. Huic uxor tribuitur *Laurentia de Valda & Recalde*, potuitque ex eis esse natus *Garsias de Cardenas Zuniga & Ulloa*, Comes *de la Puebla del Maestre, de Nieva & Villalonso*, Marchio *de la Mota, Aunnon & Bacares*, qui superioribus vixit annis, & referente Salazaro *Cap. ultimo Historia Silvana* Major domus regiæ fuit, & designatus Legatus Extraordinarius in Galliam, uxoremq; habuit *Franciscam de Saavedra*, Martini de Saavedra & Guzman, Præsidis & Capitanei Generalis novi regni Granatensis ex Aloisia de Guevara filiam.

AD TAB. VI.

Aliam sextum schema propaginem Petri Portocarreri, cui cognomentum *Surdo* fuit, repræsentat; primus ex ea ALPHONSUS appellationibus patri avóque receptis conjunctim usus est, quas etiam posteri ejus retinuerunt; inter hos nostra demum ætate LUDOVICUS Paciecus Portocarrerus ad aliquem dignitatis gradum pervenit, *Marchionis de la Torre de las Sirgadas* titulo à Rege Carolo II. auctus. (i) Sed *Paciecorum* nomen quoniam jam sæpè res obtulit, non tempero mihi, quin de prima & genuina eorum stirpe pauca inseram: hæc ex Lusitania oriunda est, satoremque habuit Ferdinandum Jeremiam (*Geremias*) cui uxor tribuitur *Majora Soarez* & ex ea gnatus *Pajus Fernandez*, pater *Petri Paez*; hoc & Theresia *Ramirez* genitus *Rodericus Perez de Ferreyra* Theresiam *Perez de Cambra* in matrimonio habuit, è qua suscepit *Ferdinandum Roiz Pacheco de Ferreyra*, maritum Constantiæ *Alonso de Cambra*, & ex ea parentem *Johannis Fernandez Pacheco de Ferreyra*; is cum Stephania *Lopez* procreavit *Lupum Fernandez Pacheco*, Rici hominis dignatione amplissimisque honoribus, nec non gratia Alphonsi IV. Regis Lusitaniæ florentissimum; huic uxores duæ fuerunt, prior Maria *Gomez Taveyra*, altera Brasila *Sanchez de Villalobos*; illa mater fuit *Violantæ*, quæ Martino Vazquez de Acunna, Tabula I. dicto nupsit, & *Diegi Lopez Pacheco* Domini de *Ferreyra, Daves, Penela* aliorumque locorum; hic quia consors fuit mortis violentæ, qua *Agnes de Castro* affecta est, in Castellam secessit, ubi ab Henrico II. Rege benignè exceptus, *Ricique* hominis honore & Notarii majoris munere auctus, ejusdem consilio posteà in Lusitaniam ad Johannem I. Regem rediit. Cum Johanna *Vazquez de Perreyra* conjuge sua genuit *Johannem Fernandez Lupum Fernandez* & *Ferdinandum Lopez*; huic ex Theresia *Ruiz de Ribera* unica fuit gnata *Agnes*, Stephano *Soarez de Melo* nupta; Johannes accepta à dicto Rege Johanne offensa in Castellam se contulit, ibique à Rege Henrico III. Belmontio donatus est, pater ex Agnete, Gonsalvi *Tellez de Meneses* Com. de *Neyva* filia, in Lusitania adhuc ducta, factus gnatæ itidem unicæ *Mariæ*, quæ Alphonso Tellez Giron in manum convenit, nomenque & insignia domus suæ cum Acuniana communicavit, sicut superius dictum est. *Lupus Fernandez* jam cum genitore suo in Castellam larem transtulerat, ibidemque permansit, maritus Isabellæ *Alonso Valiente*, Martini Domini majoratus *de la Povoa* filiæ; his natus est *Stephanus Pacheco*, cui Rex Henricus II. *Cerralvum* an. 1369. contulit, atq; uxor *Johanna Ruiz de las Varillas* peperit *Johannem Paciecum* secundum Cerralvi regulum; ex hujus cum *Maria Ruiz de Cueto* matrimonio prodiere *Theresia*, Johannis Alonso Pimentel conjux, & *Stephanus Paciecus*, tertius Cerralvi dominus, pater ex *Agnete de Monroy* gnatæ unicæ *Mariæ Pacheco*, quæ Alvaro *Perez Osorio* elocata Cerralvum cum nomine insignibusq; avitis ad posteros ab ipsis ortos transmisit, ex quibus *Rodericus Pacheco*, Alvari & Mariæ pronepos *Marchionis* titulo à Carolo Imperatore auctus est. Frater huic præter alios fuit *Franciscus Paciecus* S. R. E. *Presbyter Cardinalis*, creatus à Pio IV. an. 1561. atque an. 1579. d. X. Cal. Sept. vita defunctus. (k)

AD

(i) Salazar. Hist. de Silva Lib. V. Cap. 18. (k) Petrus Com. de Barcelos Nobiliar. cum notis Joh. Bapt. de Lavanna & Alvari Ferreyra de Vera, p. 297. & seq.

AD TAB. VII.

ALiam iterum stirpem à Johanne Pacieco, primo Scalonæ Duce, prognatam ista exhibuit Tabula, cujus sator extitit gnatus ejus tertius; huic pater avi indidit nomina & ALPHONSUM *Tellez Giron* dixit, quibus cognomentis & Paciecano posteri ejus alternis aliquandiu usi sunt vicibus, tandem verò conjuncta gerere cœperunt; eidem genitor villam Montis Albani, sive Hispanico vocabulo *la Puebla de Montalvan*, Majoratus titulo legavit, quam post infaustam Alvari Lunæ mortem in fiscum redactam Henricus IV. Rex Johanni Pacieco donarat, posteaq; Carolus Imperator & Hispaniarum Rex in Comitatum erexit, habita ratione egregiæ operæ ab *Alphonso Tellez Giron*, hujus nominis tertio, sibi pace ac bello navatæ; abstinuit iste tamen titulo Comitis, & novæ locum fecit gratiæ, qua Philippus II. Rex *Johannem Paciecum*, illius filium, *Comitem* creavit. Eam jam tuetur dignitatem JOHANNES FRANCISCUS *Pacheco Tellez Giron*, cui iste abavus fuit, cuique jure uxorio *Ducatus Ucedensis* & honos *Magnatis Castellensis* accessit. Idem Siciliam Proregis dignatione rexit, hacque tempestate legationem in Curia Romana obit.

PETRUM Paciecum, filium primi Montalbanensis reguli secundogenitum, silentio præteriisse nefas esset: is Ecclesiasticis abundavit honoribus, cumq; initio Hadriano VI. Papæ à cubiculis fuisset, ex Ecclesiæ Compostellanæ Decano Mondognedi primò, mox civitatis Roderici, deinde Pampilonensis, demum Giennensis Episcopus renunciatus est. Carolus V. Imperator tanti eum fecisse dicitur, ut cùm Paulus III sub exitum anni 1544. præter alios Casparem de Avolos, Franciscum Mendozam & Bartholomæum Cuevam Hispanos collegio Cardinalium adscripsisset, sed Paciecum eodem afficere honore tunc renuisset, pro quo Imperator etiam atq; etiam institerat, purpura per certum tempus eos indui noluerit, donec Petrus & ipse anno sequenti 1545. d. XVI. Dec. in eundem Patrum purpuratorum numerum absens, Concilio enim Tridentino aderat, cooptatus est. A Julio III. deinde titulum S. *Balbinæ* accepit, sub quo, cum Petro Toletano bellum Senense demandatum esset, Petrus Paciecus Neapoli Proregis vices obiit, donec Toletus rediret, quo vita functo ibidem per biennium moras in eodem Proregis munere egit. Giennensem posteà Episcopatum cum Saguntino commutavit, & deniq; Romæ ex Presbyterorum Cardinalium ordine ad *Episcopatum Albanensem* translatus, Paulo IV. mortuo parùm abfuit, quin summus Pontifex nominaretur. Extremum diem eodem adhuc anno, quo Pius IV. Paulo IV. suffectus est, explevit, sexagesimum ætatis annum agens. (l)

AD TAB. VIII.

PETRUS *Giron*, Johannis Pacieci Magistri Ordinis militaris S. Jacobi frater germanus, splendidissimæ stirpis Comitum Ureniæ Ducumq; Ossunæ sator fuit: Calatravensis militiæ Magister creatus est an. 1445, amoto Alphonso Aragonio, Johannis Regis Navarræ filio. Gratia Henrici IV. Regis Castellensis non minore ac frater floruit, ejusq; consensu *Isabellam* Principem, sororem regiam, Ferdinando Aragonio deinde nuptam, uxorem accepturus erat, invitam equidem & ab hominis privati conjugio abhorrentem, nisi morte interceptus fuisset: dum enim Almagro ad nuptias festinaret repentina vi morbi, quem anginam vocant, oppressus, & Villaruviæ extinctus est. In locum defuncti duo filii, quamvis *nothi*, successerunt: RODERICUS Gironius *Calatravæ Magister* institutus est, Pontificio diplomate in id superiori tempore impetrato; is Ferdinando & Isabella regnantibus in bello Granatensi apud Loxam cecidit duabus sagittis vulneratus, in flore ætatis, sobole tamen, sed illegitima, post se relicta. (m) ALPHONSUS frater Roderici, *Ureniæ Comes* ex patris testamento factus, hæresq; institutus est Majoratus ab eo fundati, qui constabat oppidis *Urenna, Pennafiel, Gumiel, Briones, Osuna & Moron*; verùm iste quoq; in ætatis robore decessit, & successorem habuit JOHANNEM, fratrem natu minorem, hic pater fuit PETRI & JOHANNIS, Ureniæ Comitum, quorum dotes animi corporisq; præclaras multis effert laudibus *Alphonsus Harus*, refertq; priorem fortitudine, alterum pietate & sacris fundationibus perpetuæ nomen suum commendasse memoriæ. Johannes inter alia ædificia sacellum Osunæ extruxit, in quo exuviæ ipsius post obitum reconderentur, vestibuloque ejus hæc inscribi curavit verba: *Si vivere pulchrum est, mori utile est*, quæ Hispanicè ita dictus reddidit auctor: *Si el vivir es hermoso, el morir es ganancioso.* (n)

S PE-

(l) Ciaccon. Hist. Pontif. & Cardin. Tom. III. p. 719. (m) Mariana de Reb. Hisp. Lib. XXII. Cap. 4. Lib. XXIII. Cap. 19. & Lib. XXV. Cap. II. (n) Nobiliar. Lib. V. Cap. 7.

PETRUS Gironius, hujus nominis III. & Ureniæ Comes V. *Ducis Osunæ* dignatione à Philippo II. Rege mactus est, vir virtutis nobilissimæ, cujus in amplissimis, quæ obiit, officiis, inprimis in administratione regni Neapolitani, specimina edidit eximia, atq; in nepote suo cognomini imitatorem præclarè à se gestorum nactus est diligentissimum, quippe qui pari ac avus munere in Sicilia utraq; functus est. Hujus vitam *Gregorius Leti* Italicis novissimè illustravit literis, quò lectorem singularia de illo scire cupientem remittimus. Extremum vitæ tempus in custodia exegit, in quam Philippo IV, regnum ineunte, instinctu Comitis Olivarii, dicteriis quibusdam ab illo offensi, abreptus, & de famosa illa adversus Venetos conspiratione, eventu destituta, cujus si minus auctor, strenuus certè adjutor fuit, deq; affectato regno Neapolitano postulatus est; in ea custodia per tres annos detentus, & pendente judicio nec absolutus nec condemnatus spiritum posuit. Filium post se reliquit unicum JOHANNEM *Tellez Giron*, qui & ipse Siciliam insulanam pro Rege gubernavit, & in illo magistratu decessit, unici itidem gnati pater, nempè GASPARIS, Ducis Osunæ quinti; is Mediolanensem ducatum aliquandiu rexit, hacq; defunctus provinciaConsiliarius Status, Præses Consilii Regii Ordinum, supremiq; Consilii Coronæ Aragonicæ, nec non Hypparchus (*Cavallerizzo major*) Reginæ Hispanicæ factus est. Duas idem habuit uxores, à quibus & opibus, & utriusq; sexus prole auctus est: prior Ucedensis Ducatus hæres fuit, altera, Mediolani ducta, Marchionatus Fromestæ & Caracenæ ei attulit; ex illa quoniam virilem non genuit sobolem, transiit Ucedensis ducatus cum filia ejus natu maxima in familiam Comitum de Montalvan, sicut paulò ante dictum fuit. Ex posteriore matrimonio ortus FRANCISCUS MARIA hæreditatem maximè luculentam à genitoribus sibi relictam crevit, novasq; opes acquisivit conjugio, quod cum gnata & hærede Friasensis Ducatus aliorumque locorum contraxit.

AD TAB. IX. ET X.

NOna Tabula fragmenta continet stirpis, quam *Ægidius Vazquez de Acunna* inter fratres Martini, primi Valentiæ Comitis, natu minores tabula prima dictus, prosevit; Signiferi majoris munere sub Johanne I. Rege Lusitan. ille functus est, Dominusq; de *Celorico Basto* & *Guillefrey Montelongo* audiit: Habuit idem in matrimonio *Isabellam*, Alvari *Gonsalez Pereira*, Prioris de Crato filiam, & Nunni Alvarez. Pereyra Comestabilis sororem, fuitque ejus aut filius, aut ex filio nepos *Ferdinandus Vasquez de Acunna*, *Ricus homo* Portugalliæ, & Dominus de *Guillefray, Celorico, Basto & Montelongo*, cui uxor fuit *Blanca de Villena*, Henrici Comitis de Montalegre filia, quæ in numero obsidum pacis, inter Ferdinandum Lusitan. & Joannem I. Castell. Reges, an. 1382. initæ ab Eduardo Nonnio in Histor. Reg Portug. pag. 228. recensetur. Ab ista cœterum Acunianarum stirpe oriundi sunt Dynastæ *de Gestazo & Panoyas* nec non possessores majoratus *Contadinna*, & ex illis orti *Comites de S. Vicente*, præterea Domini de *Pobolide*, quo fundo SIMON de Acunna ab uxore sua, *Agnete de Melo*, auctus est; ab his descendit NUNNIUS de *Acunna*, qui reginæ Mariæ Franciscæ Sabaudiæ, uxoris primæ Regis Portugall. Petri II, supremus OEconomus, & *Comes de Pontebel* creatus fuit, sed improlis decessit. Eadem stirpe prognati sunt domini majoratus *de Payo Perez & Barrero*, ex quibus EMANUEL de Acunna reginæ modo dictæ domui præfuit, atq; in eo munere Comiti de Pontebello, agnato suo, successisse videtur.

Decima Tabula LUPI *Vazquez de Acunna*, quem quartum Vasci Martinidæ Domini Taboæ gnatum numerant, propago exhibetur, sed neq; hæc integra. LUPUS sedem fortunatum in Castellensi regno fixit, Buendiæ & Azonionis regulus ibi factus, ductaq; in uxorem sorore Alphonsi Carillii, Cardinalis, qui in Concilio Basiliensi an. MCD XXXIV. mortem obiit, egregiam genuit prolem, quatuor omninò filios: eorum natu maximum PETRUM Comitem Buendiæ, minimum verò, cui nomen LUPO, *Ducem de Huete* Henricus IV Rex Castellæ creavit; verùm posterior dignitas ad Lupi posteros non transiit, Huetensi oppido dicti Regis morte ad regium patrimonium relapso. Buendiæ autem comitatus in Petri familia mansit, donec deficiente virili propagine legitima in ejus pronepote Johanne, sexto Buendiæ Comite, in Padiliam transiit domum cum Maria de Acunna, Johanni Padilio nuptui locata. Nothum verò Johannes Acunius modò memoratus post se reliquit, eumq; cognominem, & *Vallis Cerratensis* hæredem; hic à Philippo III. Rege *Marchionis* & *Notarii* majoris in regno Legionensi dignatione mactus, aliisq; summis officiis ob eximias, quibus pollebat, animi ac ingenii dotes, admotus est, atq; ad extremum munere Præsidis in Senatu regio Castellensi functus decessit, relicto post se filio, qui in titulos paternos successit, sed legitima prole caruit:

Mar-

Marchionatus tamen Vallis Zerratensis transiit ad posteros, quos ex *Angela*, filia naturali, habuit: hæc enim Melchiori Altamiriano marito suo peperit *Ludovicum de Acunna & Altamirano Marchionem Vallis*, an. 1685. d. X. Jan. mortuum, *Joannam*, quæ fratri successit Ludovico *de Cannas Silva & Castilla* nupta, & ex eo mater facta est *Francisci de Cannas, Silva & Acunna*, quem manet hæreditas dicti Marchionatus, *Antoniam*, uxorem secundam Josephi Diegi de *Berñuy & Mendoza*, primi Marchionis de *Benamegi*, & *Angelam*, Diegi de Porres *Silva & Montemayor* conjugem. (o)

GOMESIUS ALPHONSUS, secundus tertiusq; Lupi Buendiæ Domini F. *Carillum* cognomen in maternæ honorem originis cum avito conjunxerunt: à priore clara dominorum de P*into & Caracena* familia orta est, quæ in Ludovico, Marchionis Caracenæ titulo à R Philippo III. aucto, defecit, succedente domo Benavidia, in quam gnata ejus primogenita elocata fuit. ALPHONSUS, Ecclesiasticum vitæ genus amplexus, anno MCD XLIII in avunculi Cardinalis Carrillii locum *Episcopus Seguntinus*, deinde an. 1446. *Archiepiscopus Toletanus*, & deniq; an. 148 . jam ætate gravis à Sixto Papa Legatus in Hispania creatus est, *magno vir animo, turbido autem & inquieto, ingenio vivido, eoq; non civilibus modò, sed etiam militaribus muneribus idoneo*; *à quibus tamen necessitate magis temporum, iraq; quàm voluntate absceßerat*, sicut *Mariana* literis prodidit. (p) Filios duos habuit *Troilum* & *Lupum*: prior cum vita defunctus juxta patrem Compluti in D. Francisci cœnobio, quod iste construxerat, ad lævam tumulatus fuisset, sepulchrum ejus, tanquam incontinentiæ paternæ fœdum monimentum, Ximenius Cardinalis removendum ab oculis multitudinis, atq; in monasterii exedram transferendum curavit; Ad eundem Troilum cui filia Petri Peraltæ, Comestabilis Navarræ, matrimonio juncta fuit, ejusq; gnatum, Alphonsum, qui etiam Magister equitum in Vasconibus fuit, *Falcis Marchiones* generis originem referunt. Materno hunc nomine & Comitis S. Stephani axiomate usum esse ex sequentibus Marianæ verbis constat: *Alphonsi Peraltæ Sancti Stephani Comitis inter Vascones præcipua rebus omnibus fides studiumq;: amplius devinciendo ejus animo Marescalli Vasconum nomen tunc est adjunctum in locum Petri Navarræ, lege majestatis damnati, nec multò post aucta indulgentia Marchionis Falcis titulus ac honos acceßit an. 1512.* (q) Idem in conjugio habuit *Annam Velascam*, atq; ex ea numerosam sobolem, gnatos ad minimum quinque; natu inter istos maximi, & propagatoris Marchionum de Falces linea defecit, aut ad colum delapsa est, namq; Jacobo Crojo, Philippi Croji Comitis Soræ in Belgio gnato tertio, hæres dicti Marchionatus in manum convenit, atq; ex eo mater facta est *Didaci Felicis Antonii de Peralta & Croy*, V. Marchionis *de Falces*, Comitis *S. Stephani*, Præfecti arcis Alhambræ, Camerarii supremi Domus regiæ Navarricæ, Capitanei custodum corporis R. Caroli II. prætereà Proregis Gallæciæ, & ad Imperatorem Legati; is omni ex *Maria de Mendoza*, VII. March. *de Mondejar*. & Com. *Tendilliæ* prole destitutus supremum diem obiit Massiliæ Gallorum d. VIII. Sept. an. 1682.-*Michael Carillius de Peralta*, quintus Alphonsi filius, Lixariensi dynastia auctus est per matrimonium, quod cum *Maria* Ramirez *de Arellano* contraxit, paterq; ex ea factus *Eugenii* Ramirez *de Peralta Domini de Lixar & Cobdar*, cujus gnati *Alphonsus* & *Johannes*. ex *Aloisiâ de Munnatones* suscepti, sine prole legitima decesserunt. (r)


AD TAB. XI.

INter Acunios ultimâ enumeratos Tabula JOHANNES LAURENCIADES Pombeiri Dynasta inclaruit infidelitate uxoris suæ, *Leonoræ Menesiæ*, quippe quæ, corporis sui copia Ferdinando Regi Portugalliæ facta, facilè etiam se induci passa est, ut deserto marito cum adultero matrimonium contraheret; tantam injuriam & contumeliam, quæ subditis frequenter devorandæ sunt, non ferens Acunius, in Castellam abiit, ubi ab Henrico Rege comiter exceptus, atq; in ejus aula commorandi facultatem adeptus, in pileo suo cornua aurata, Lusitanicis insignibus distincta, plumarum loco gestavit, sicq; per risum & jocum ignominiam suam contemsit. Post Ferdinandi obitum ad penates suos rediit, ubi ALVARUS ejus gnatus stirpem Dynastarum *de Pombeyro* propagavit, qui titulus per fœminam in familiam Albicastrensem (*de Castelobranco*) deniq; transiit. è qua *Petrus de Castelobranco & Acunnâ* à Johanne IV. Rege Lusitaniæ *Comes Pombeiri* creatus est, è *Maria Poncia de Leon pater Antonii*, secundi Comitis de Pombeyro, qui *Leonoram Mariam de Faro*, Ludovici de Melo & Silva tertii Comitis S. Laurentii gnatam in matrimonium duxit. (s)

(o) Har. Nobiliar. Lib. VI. Cap. 2. & Lib. IX. Cap. 27. Salazar. Hist. de Silva Lib. III. Cap. 23.
(p) Hist. Hisp. Lib. XXII. Cap 4. (q) Id Lib. XXX. Cap. 15. (r) Salazar. Hist. de Silva Lib. III. Cap. 22. (s) Salazar Hist. de Silva Lib. VIII. Cap. 20.

VI.

ARCHINTEÆ STIRPIS
in DUCATU MEDIOLANENSI florentissimæ Genealogia.





RCHINTEA familia scuto *argenteo, tæniis undosis viridibus distincto* utitur, cujus apici simulacrum *virginis regiæ coronatæ* imponitur, ad scripto lemmate: *Archintea Laus.* Nimirum derivare amant Archinti originem & appellationem suam ab *Archito* quodam, Regum Longobardicorum stirpe sato, Romualdi Ducis Beneventani ex Teodorata, Lupo Duce Fore Julii nata, filio natu minimo, Grimoaldique Ducis Beneventani nec non Gisolfi Ducis Fori Julii fratre, cui in memoriam Architæ Philosophi Tarentinensis clarissimi, nomen illud inditum fuerit. Cùm verò posterorum Architi illius seriem justam continuamque dare nequeant, ANSELMUM & MANFREDUM Archintos, à quibus monasterium Claravellense medio seculo duodecimo fundatum ac dotatum est, tanquam alteros familiæ suæ conditores ostentant. Utraque res digna eis visa est, quam unà cum aliis gentis suæ decoribus in inscriptione, ædi S. Michaelis in Canturia præfixa, palàm jactarent hoc modo:

Familiæ Archintæ
Regio Longobardorum ortu,
Manfredi magnifica pietate, insigni.
S. R. E. Præsulum vigilantia
Militari ducum fortitudine
Firmatæ.
Cæsareis, Regiis, Ducalib. Privilegiis,
Dignitatib. Pluribusque legationibus
Illustri.
Comes Octavius Archintus, Mediolanensis
Patricius, Decurio,
Comes Carolus Archintus I. C. Colleg.
Decurio, & urbis Præfectus
Æternæ felicitati inaugurati
In hac divi Michaelis Æde
Alexandri, & Horatii Archinti
Regiorum Quæstorum liberalitate
Restaurata,
Gentili Jure patronatu aucta,
Sub hoc Canturiensi Cælo
Archinteæ Genti propitio
Monumentum
VV P.P.(a)

Archinti

(a) (b) Crescent. Anfiteatro Rom. p. 84. & seq.

Archinti pacis præcipuè ac religionis artibus studiisq; laudem sibi ivere quæsitum; illis, juriumq; ac rerum civilium peritia, excelluisse prædicantur JOSEPHUS Archintus, Beltramoli F. qui, civitate Mediolanensi post excessum Philippi Mariæ Vicecomitis in libertatem se vindicante, in numero primorum Senatorum reipubl. computatus est, suaq; inprimis opera perfecit, ut Comum sub Mediolanensium ditionem concederet; nec minus cum ad regimen singularis imperii civitas recidisset, Duci Francisco Sfortiæ charus atq; utilis extitit & filio ejus Galeatio Maria à cubiculis consiliisq; fuit; porrò HIERONYMUS, Joh. Ambrosii F. qui ab Imperat. Carolo V. Senatoribus Mediolanensibus adscribi meruit, atq; ob præclaram eruditionem à JCto celeberrimo *Alciato* dedicatione operis sui *de ponderibus & mensuris*, multisq; laudibus cultus, post fata verò hoc elogio sepulcro ejus inscripto in æde S. Eusebii, posteritati commendatus est:

Hieronymo Archinto J. C. Cæs. Senat. MDXLII.
Invidit fortuna tuis virtutib. & Te
Sydere percussum sustulit ante diem
Præcipitant sic Fata, Pium nec proficit esse:
Gloria sola super, solaq; fama manet. (*b*)

FRANCISCUS Archintus, Bartolomæi F. Doctor Collegiatus â Francisco II. Duce Mediol. equestri honore decoratus, & Clavenæ, regioniq;, quæ Vallitellinæ contermina est, vicaria potestate impositus fuit, quo officio ita defunctus est, ut è provincia an. 1515. discedentem populus torque donaret aureo, hocq; prosequeretur epigrammate:

Clavena, Italiæ Clavis, Tibi sceptra gerenti:
Francisce Archinte hæc aurea dona dedit,
Doctor, & Eques, & Justus cuicumq;, Piusq;,
Servate hunc Nobis Fata diu Dominum! (c)

Nec inferiore loco *Franciscus Archintus* apud Carolum V. Imperat. fuit, postquam is Ducatum Mediolanensem ditioni suæ adjecisset, ab eo enim Advocatum Fiscalem, dein *Sindicatorem* & deniq; Generalem Vicarium constitutum fuisse in *Crescentii Amphitheatro* legimus.

A CHRISTOPHORO Archinto, qui inter perpetuos patriæ Decuriones numerabatur, præclara orta est progenies, in qua, dignitatibus sacris pariter & civilibus cumulata, stirps Archintia viget. JOHANNES BAPTISTA, filiorum ejus natu maximus, facundia civili insignis & princeps legationis fuit, qum Mediolanenses ad Carolum Imperatorem an. 1538. Massiliam miserunt, deploraturam injurias, quas Hispani milites eorum agris inferebant, quemadmodum *Jovius* literis prodidit. (d) ALEXANDRUM ejus fratrem, Præfectura civitatis præclarè functum ad quæsturam dictus Imperator provexit, atq; an. 1536. *Burgo & Comitatu Blandratensi, cum mero & mixto imperio, omnimodaq; jurisdictione & potestate* donavit, & titulo *Comitis ac Baronis S. Imperii* decoravit. Avus is fuit ex HORATIO filio, Regio itidem quæstore sub Philippo II. OCTAVII, quem spectatæ virtutis ac solertiæ virum, Philippus III. Rex Hisp. *Comitis de Barate* axiomate, ad posteros transmittendo, decoravit. A Carolo Archinto, alio Alexandri Comitis de Blandrate gnato, *Comites de Tainate*, & *Toparchæ de Herba* provenerunt, quo titulo primus usus esse legitur ejus nepos cognominis, Decurio Mediolanensis, dein Præfectus civitatis, & deniq; Justitiæ per omnem Ducatum vindex, quem illi *Capitaneo di giustitia* vocant. Eundem patrem avumq; agnoscunt PHILIPPUS & CAROLUS Archintii, Senatores, spirantia patriæ ornamenta, quorum posteriorem Rex Hisp. Carolus II. torque Ordinis equestris *Aurei Velleris* medio an. 1700. decoravit; Philippo autem *Principis* titulum contulit, ne filius propter illum honorem patre potior haberetur.

Inter Archintos, Ecclesiasticis dignitatibus conspicuos, familiam ducit PHILIPPUS, tertius Christophori, supra memorati, filius; quippe, quod verbis *Francisci August. de Ecclesia* ex *Historia Chronol. Pedemont.* depromptis loquor, *Juris Consultus eximius, ac in patriæ Senatu* Regius *Consiliarius, cui Carolus V. Imperator causam successionis Marchionatus Montisferrati delegavit, & ter ad eundem invictissimum Imperatorem pro rebus arduis à Mediolanensibus legatus fuit, cum statum Laicalem in Clericalem commutasset, primò utriusq; signaturæ* Referendarius, *Romæ* Præfectus, *ac Papæ Vicarius, & Episcopus Burgi*

(b) Crescent. Anfiteatro Rom. p. 84. & seq. (c) Ibid. (d) Histor. Libro XXXVII.

SCHEMA FAMI

1. **ANSELMUS ARCHINTUS,** fundator

2. Manfredus Archintus.

3. Josephus Archintus.

4. Manfredus Archintus.

5. Johannes Stephanus Archintus Decurio Mediolan. *Laura Brebbia.* — Jacobus Archintus

6. Manfredus Archintus. *Benvenuta Badaggia.* — Andreas Archintus. *Laura Landriana.*

7. Johannolus Archintus. *Parma de Gisolfis.*

8. Beltramolus Archintus, Decurio, an. 1408.

9. Josephus Archintus, Consiliarius Duc. Mediol. † 20. Oct. 1477.

10. Bartholomæus Archintus, Quæstor Ducalis. *Lucia Navata.* — Johan. Stephanus Archintus, Decurio. *Catharina Chioca.* — Christophorus Archintus, Decurio.

11. Johan. Paulus, ἄπαις. *Lucretia Biraga.* — Hieronymus, Decurio. — Franciscus, Doctor Collegiatus, *Julia de Rozzi.* ☞ — Sigismundus, Decuria. — Johan. Baptista.

12. Bartholomæus Archintus. *Margarita Terzaga.* — Romulus, *Episcopus Novariensis.* — Christophorus *Episc. Salutiarum* 1556, ob. eod. anno. — Pompilius, *Protonot. Apostol.* — Horatius Archintus, Eques. *Helena Tosa.*

13. Josephus Senator Mediol. 1606. *Violanta de Vicecomitibus.* — Romulus *Canonicus Mediol.* dein *Clericus Regularis S. Barnaba.* — Alexander, *Jesuita.* — Octavius Archintus, COMES de Barate cr. 1624.

14. Bartholomæus Decurio. — Petrus Georgius, Decur. *Clementia Alciata.* — Horatius, Comes, Decurio. *Catharina Fossana, Hieronymi f.* — Philippus, peditum dux. — Johan. Baptista, *Canonic. Mediol.* — Carolus *Canonic. Mediol. non Regul. Commendatarius Lateranens. Bogii.*

15. Violanta Archinta, nup. *Comiti Fulvio Rabbia.* — Alexander, Decurio, dein *Commissarius generalis bellicus.* — Josephus, Judex. — Octavius Capitaneus, dein *Canonicus Regul.* — Hieronymus *Primicerius Ecclesia metropolitana.*

16. Philippus. Fridericus. Franciscus. Bartholomæus.

Claravallensis monasterii an. 1133. 1.

Uxor, *Martha Cusana.* 2.

Uxor, *Antonia Arsaga.* 3.

Uxor, *Octavia Giussana.* 4.

Uxor, *Antonia de Vimercatis.* — Ludovicus Archintus, *Canonicus Eccl. Cathedr. Mediol.* 5.

Dionysius Archintus, *monachus Claravall.* dictus *Paganus de Mediolano.* — Ambrosius Archintus *Catharina Septalia.* 6.

Ambrosius Archintus, improlis. *Hortensia de Vicecomitibus.* — Faciolus Archintus. — Marcolus Archintus. 7.

Uxor, *Ursina Septalia.* 8.

Uxor, *Elisabetha Cesate.* 9.

Uxor, *Magdalena Turriana.* — Philippus Archintus, Consiliarius Ducalis. *Laura Crivella.* — Johan. Ambrosius Archintus Decurio. *Apollonia Sartirana.* 10.

Alexander Comes de Biandrate & Baro Sacri Imperii cr. 1536. *Hippolyta della Croce.* — Philippus *Episc. Salutiar.* 1546. *Archiepisc. Mediol.* 1556. † 20. Jun. 1558. — Robertus, Decurio. — Zacharias. — Hieronymus Senator Mediolan. † 1542. 11.

Philippus, *Episc. Comensis* cr. 1595. † 25. Nov. 1621. æt. 84. — Aurelius, *Canonicus Mediolan.* — Carolus Archintus. *Isabella de Carcanis.* — Johan. Baptista, Decurio. — Jo. Ambrosius, Decurio. 12.

Uxor, *Georgina Perona ex Comit. S. Martini,* ducta 1610. — Aurelius, *Episc. Comensis* 1621. † 19. Sept. 1622. — Christophorus. *Anna Panigarola.* — Decius, *Capucinus.* — Jo. Baptista, *Jesuita.* 13.

Josephus, *Jesuita.* — Bartholomæus, *dux militaris.* — Carolus, Decurio, dein Quæstor, denique Senator regius, Comes de Tainate. *N. Arese, Julii Comitis & Præsidis Senatus f.* — Tres Archintii fratres, *Jesuitæ.* — N. Archintus *Pater Teatinus.* — N. Archintus *Canonicus Lateran.* 14.

Josephus *Protonot. & Nuntius Apost. in Hisp. Archiepisc. Mediol. & Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis* cr. 1699. — Philippus Archintus, Comes, Quæstor regius, dein Senator. *Camilla Stampa, Hieronymi March. de Sonzino f.* — Ludovicus Cubicularius Cæsar. & in ejus militia Gener. Excub. Præf. occ. in Obsid. Belgradi 1693. *Beatrix Eleonora Josepha Schlikia Com. de Passau.* 15.

Carolus Archintus, Comes, Cubicul. Cæsar. Eques Aur. Vell. *Julia Barbiana, Alberici Com. de Belgiojoso fil.* — Hieronymus. *Abbas.* — Carolus Archintus, Comes. 16.

Francisca, nata 8. Mart. 1691. — Theresia n. 13. Jul. 1694. — Maria, n. 7. Sept. 1696. — Philippus, n. 31. Aug. 1698. — Albericus, n. 1699. — Josephus, n. 24. Mart. 1700. 17.

S. Sepulchri in Tuscia constituitur, & mox ex permutatione facta cum Alphonso Tornabono ad Ecclesiam Salutiensem cum facultate conferendi in sua Diœcesi quæcunq; beneficia in quolibet mense vacatura transfertur, quo tempore Urbanum VII. Pontif. Max. Archiepiscopum consecravit, sicut jam paulò ante dum Burgi Episcopus esset, Pium IV. Archiepiscopum Ragusinum consecraverat: Concilio Tridentino & Camerini Præfecturam rexit, ac in urbe Romana *B. Ignatio à Loiola primam Ecclesiam assignavit, & ut primum* Salutiensis *Ecclesiæ possessionem adeptus est eodem anno, scilicet de mense Augusti Synodum Diœcesanam coegit, ac anno sequenti suam Diœcesim visitavit. Dum deinde Legationem obiret apud Venetos pro sede Apostolica, renunciato Episcopatu Salutiarum Christophoro Archinto ex fratre nepoti, electus est Archiepiscopus Mediolanensis, ad quam sedem dum accederet, morte interceptus, corpusq; ejus in patriam translatum & in Metropolitana sepultum est cum hoc elogio:*

Corde gravis, linguâq; potens, jurisq; peritus
Traxit, ab antiqua nobilitate genus.
Pontificisq; vices Romana gessit in aula
Legatiq; hinc Veneta munus in Urbe obiit. (e)

CHRISTOPHORUM Archintum, cui à patruo Philippo Episcopatum Salutiensem traditum fuisse modò diximus, mors occupavit, antequam illum posset suscipere; Tres eidem fuere fratres, qui Ecclesiastico vitæ generi se dediderunt; ROMULUS, natu maximus, cùm Abbatiæ ad D. Bartholom. Papiæ præesset, *Commendatoris* dignatione, ad Novariensem Episcopatum provectus est, quem licet altero statim anno unâ cum spiritu deposuisset, ea tamen pii & fidelis Præsulis specimina dedit, ut præmaturam mortem perpetua nominis pensaret memoria, id quod monumentum illi erectum in sequentem testatur modum: *Romulo Archinto, Alex. F. Mediolanensi, Viro prudenti & Pietate singulari, Episcopo Novariæ. Ubi populum suæ fidei commissum unicè amavit, moribus religiosis excoluit, præceptis ad Dei cultum per utilibus instruxit: omnibus tristè sui desiderium reliquit.* POMPILIUS Protonotarius Apostolicus & *Commendator* Abbatiæ Vertematensis fuit, atque in flore ætatis, dum patruo in Veneta legatione operam suam commodat, extinctus est. PHILIPPUS cùm à Collegio Judicum Mediolanensium ad Gregorium XIV. missus esset, ut ei de Pontificatu supremo, quem recens adeptus erat, gratularetur, Romæ substitit, atque *utriusq; Signaturæ Referendarius*; à Clemente VIII. verò *Episcopus Comensis* factus est, quam spartam XXVI. annos ornavit, & octogenario major decessit; AURELIUS frater illorum, de quibus dictum est, natu minimus, inter Canonicos Regulares Ecclesiæ Collegiatæ, *de Scala* dictæ, quæque Mediolani est, locum habuit; *Protonotarii* etiam *Apostolici* munia obiit, atque Abbatiam S. Mariæ Teutonicorum in Bononia rexit. Nepotem illi habuere ex fratre Horatio, qui solus rei familiari operam dedit, AURELIUM quoque appellatum, qui Philippo patruo in Comensi successit Episcopatu, cùm anteà *Referendarii utriusque Signaturæ* officio functus esset, sed intra vertentem annum quo Episcopatum obtinuit, sorte etiam defunctus est inexorabili. Sed illos omnes multis post se reliquit parasangis JOSEPHUS Archintus, Caroli Senatoris regii F. is cum animum cunctis pietatis, prudentiæ ac doctrinæ dotibus instructum Ecclesiastco vitæ generi applicuisset, in Curia Romana *Protonotarii Apostolici* titulo insigniri meruit, postéaque magnis legationibus, *Nuncii* dignatione, functus est, inter quas Hispanica ad amplissima quæque viam ei pandit, nec enim multum intercessit temporis, cùm ad Archiepiscopale in urbe patria munus, ab Innocentio XII Pontifice Rom. in locum Cardinalis Friderici Cacciæ, primo anni 1699. mense defuncti, eveheretur, & denique d. XIV. Nov. ejusdem anni inter purpuratos patres cooptaretur.

Sed nec bellica laude defraudandi sunt Archinti, quippe quam post alios maximam sibi peperit LUDOVICUS Archintus, Josephi Cardinalis frater; hic enim Cæsari in bellis contra Gallos & Turcas gestis stipendia fecit, in quibus manu & consilio potens, jamque *Generalis Vigilum Præfecti* dignatione mactus, cum ad summos militiæ gradus eniteretur, nobili fato apud Belgradum concidit.

VII. AVA-


(e) pag. 118.

VII.

AVALENSIS FAMILIÆ

vulgò D'avalos dictæ

IN HISPANIA ET REGNO NEAPOLITANO ILLUSTRISSIMÆ Genealogia.





VALORUM familia, quæ insignium *loco castro aureo in scuto cæruleo, cincto limbo, ex minio & argento tessellato,* uti consuevit, originem suam è Navarra repetit, unde in Bæticam translata fuit, ubi *Lupus Fernandides de Avalos* fortitudinis suæ in bello contra Mauros Granatenses Ferdinando IV & Alfonso XI Regibus Castell. probatæ præmium munus Castellani civitatis Ubedæ, *Alcaidem* Hispani vocant, accepit, ad posteros suos propagatum. Hos utrum stirpe virili aut fœminea satos habuerit, variant scriptores, & dantur, quibus ille unicæ pater gnatæ dicitur, nempè *Menciæ Davalos,* quæ avita bona in domum mariti sui, Sanctii *Ruiz de Baeza & Haro,* intulerit, materque ex eo facta de sua gente filio nomen indiderit, *Roderico Lopez D'avalos appellato.* (a) Hujus è gnato Diego nepos fuit, RODERICUS, à quo genealogiam orditi sumus, quique titulis ac rebus gestis Avalorum nomen illustrius reddidit.

(a) Alf. Lop. de Haro Nobil. Hisp. Lib. III. Cap. 3. Dieg. Vincenz de Vidania Geneal. famil. Benavid. p. 225. & seqq.

TABU

AVALORUN STIRPS HISPANICA

1. RODERICUS Lopez D'AVALOS, Diegi Lopez Davalos, Castellani Ubedæ è Catharina de Mendoza F. Comestabilis Castiliæ cr. à R. Henrico III. an 1396. Comes de Ribadeo multarumque ditionum Dominus natus an. 1357. † 6. Jan. 1428.

2.	1. Petrus Lopez Davalos, Dn. de Arjona, Higuera &c. *Maria de Orozco & Figueroa, Laurentii Suarez de Figueroa Mag. Ord. S. Jac. f.*	1. Maria Davalos.	1. Diegus Lopez Davalos, Dn. de Arenas, Colmenar &c. *Leonora de Ajala, Petri Lopez de Ajala I Dn. de Fuensalida f.*	2. Beltranus de Guevara, *à quo Comites Potenciæ in regno Neapolitano aliqui deducunt.*	2. Mencia Davalos, ux. prima *Gabrielis Manrique I Com. de Osorno.*

3.	Rodericus Lopez Davalos Censor (*Regidor*) Toleti improlis.	Laurentius Davalos Camerarius Henrici Aragonii D. Segorb. † 1441. *ἄπ.*	Maria ux. *Roderici de Guzman.*	Rodericus Lopez Davalos. *Maria de Ajala Diegi Lopez de Ajala Dn. de Cebolla f.*	Petrus Lopez de Ajala Commendator Moræ in Ord. S. Jac. *Maria de Avalos Roderici patrui f.*	Ferdinandus Perez de Ajala, *Commend. de Jezgros*, à quo posteritas.

4.	Diegus Lopez Davalos, dictus Brevis (*el chiquito.*) *Catharina de Aponte Inici Lopez de Aponte f.*	Diegus Lopez Davalos Comend Moræ. *Isabella Zapata Johannis Zapata Comendat. de Hornachos f.*	Petrus de Ajala *Decanus & Canon. Tolet. Episc. Canariensis.*	Leonora de Ajala uxor *Petri de Toledo Dn. de Mancera.*

5.	Johannes de Ajala † improl.	Alfonsus Davalos. † cælebs.	Mencia Davalos nup. *Vasco de Acunna.*	Diegus Lopez de Ajala, Comend. Moræ. *Agnes de Ajala Bernardini f.*	Constantia de Ajala ux. *Petri Velez de Guevara.*	Luisa de Ajala ux. *Ludovici de Alarcon.*	Ludovicus Dav. *Canon. Tolet.*	Alfonsus Daval. *Eques Calatr.*

6.	Diegus Lopez de Avalos & Ajala, † *ἄπ.*	Bernardinus de Ajala, Eq. Calatr. *Maria de Guzman, Johannis Gaytan f.*	Johannes de Ajala Eq. & Comendat. in Ord. S. Jac. Legatus in Polon. Venet. Angl. & Romæ, dein *Ajus* Alberti & Wenceslai Archiducum, *Agnes de Ajala, fratris filia.*	Inicus d'Avalos *Canon Tolet.*	Isabella de Ajala uxor *Johannis Gaytan Dn. de Buzarabaxo.*

7. Agnes de Ajala, Hæres majoratus aviti, nup. Johanni de Ajala, patruo suo.

7.	Bernardinus de Ajala, Eques & Com. in Ord. Calatr. COMES DE VILLALVA cr. à R. Phil. III an. 1617. *Francisca de Cordoua Ossorio.*	Agnes de Ajala ux. *Ludovici Gaytan de Ajala.*	Maria de Ajala & Avalos ux. *Antonii Manrique de Vargas Dn Turris de Estevan Ambran.*

8. Bernardinus de Ajala. II. Comes de Villalva. Uxor. *Ludovica Ossoria, V Dom. de Abarca & Villa Ranmiro fil.*

9.	Ludovica Ossoria, nup. *Caspari de Teves, II March. de Fuente*, † improlis.	Francisca de Ajala Ossorio & Cordoua, III Com. Villalvæ, & Dom. Abarcæ, uxor *Emmanuelis de Zuniga & Enriquez, V March. de Aquilafuente.*

COMITES DE RIBADEO ET VILLALVA.

Uxor 1. *Maria de Fontecha.* 2, *Elvira de Guevara, Beltrani Dom. de Guevara & Ognate fil.* 3. *Constantia de Tovar, Sanctii Fernandez de Tovar fil. Petri Velez de Guevara Dn. de Ognate, fratris Elviræ, vidua.* 1.

2. Constantia Davalos & Guevara nup. *Petro Maza.*	2. Ferdinandus Davalos & Guevara Dn de Arcos. *Maria Carrillo, Alfonsi Carrillo f.*	Leonora Davalos ux. *Mendi Rodriguez de Benavides, IV Dom. de Santistevan.*	3. INICUS Davalos *Vid. Tab. seq.*	3. Alfonsus Davalos.	3. Rodericus Davalos. *Mencia Carrillo.*	2.

Inicus Lopez de Ajala. *Mencia Romero,* unde etiam propago.	Rodericus Lopez Davalos. *Therefia de Guevara, Johannis Carrillo de Toledo. Dn. de Lagos f.*	Alfonsus Davalos.	Petrus Carrillo Davalos.	Maria Davalos nup. *Petro Lopez de Ajala patrueli suo.*	Johanna Carrillo Davalos, ux. *Petri de Barrientos.*	3.

Rodericus Davalos Comendat. de Montealegre. Ux. 1. *Luisa Carillo de Guzman,* 2. *Isabella de Guzman.*	Johannes successor fratris in Commenda Montealegrensi.	Petrus Velez de Guevara & Avalos. *Constantia de Ajala Diegi Lopez de Avalos Commendat. Moræ f.*	Aldoncia Carrillo nup. *Vasco Suarez de Toledo.*	4.

1. Maria nup. *Francisco de Roxas & Ribera Dn. de Layos.*	3. Ludovicus Davalos Tribunus milit.	3. Luisa ux. *Alfonsi de Guzman.*	Rodericus Lopez Davalos, Eq. S. Jac. Castellanus Placentiæ in Lombard. *Blanca de Herrera Henriquez.*	Theresia de Guzman uxor *Roderici Ninno.*	5.

Petrus Davalos Eq. S. Jac. & Castellan. Placent. *Elvira de Guzman, Lupi Vazquez de Acunna f.*	Ludovicus Davalos *Canon. Tolet.*	Rodericus Lopez Davalos, *Equit. Magister,* occubuit in Belgio.	6.

Agnes Maria de Ajala, Isabellæ Reginæ Dama nup. *Didaco Ramirez de Haro, I Com. de Bornos.*	Catharina de Ajala, ux. *Johannis Chacon. IV Dom. de Povoranca.*	Maria de Cordoua nup. *Alphonso de Lanzos, I Com. de Maceda.*	8.

AVALORUM STIRPS NEAPOITANA
PRINCEPS DE MONTE

2. INICUS D'AVALOS, Roderici Comitis de Ribadeo ex Constantia de Tovar, uxore tertia F. Magnus Camerarius regni Neapolitani. † an. 1484. d. 2. Sept.

3. Alphonsus de Avalos & Aquino Marchio de Pescara, † 1495. *Diana de Cardona, Artalis Com. de Golisano f.*
— Martinus † *cælebs.*
— Rodericus Comes de Montedorisio, occ.
— Constantia nup. *Friderico Bautio, filio Princ. de Altamura.*

4. Ferdinandus Franciscus de Avalos & Aquino, Marchio de Pescara, M. Camerar. regni Neap. exercitus Imp. Caroli V. ap. Insubres supr. Dux † 29. Nov, 1525. impr. *Victoria Columna, Fabritii Ducis Paliani, & M. Comestabilis regni Neapol. f.*
— Johannes d'Avalos, *† puer.*

5. Franciscus Ferdinandus de Avalos & Aquino, March de Pescara & Vasto, M. Camerar. R. Neap. Prorex Siciliæ, † 1571. *Isabella Gonzaga, Friderici March. Mantuæ f.*
— Inicus de Avalos & Aragonia, ex Equite S. Jac. & Cancellario regni Neap. *Cardinalis Rom. Eccl.* cr. à Pio IV an. 1561. demum *Episcop. Portuensis*, † 20. Febr. 1600.
— Johannes, Dn. de Pomarico & Montescaglioso. impr. *Maria Ursina, Joh. Andreæ Duc. de Gravina fil.*

6. Alfonsus de Avalos & Aquino March. de Pesc. & Vasto. *Lavinia de la Rovere, Guidobaldi Duc. Urbin. f.*
— Thomas *Patriarcha Antiochiæ.*
— Inicus M. Camer. R. Neap. Eques Aur. Vell. March. de Pescara & Vasto per ux. *Isabellam propatruelem.*
— . . . . . nupta . . . *Loffredo Pr. de Mayda*

7. Ferdinandus Franciscus † *ante patr.*
— Isabella Davalos, hæres March. de Pesc. & Vasto, nup. *Inico de Avalos, propatrueli suo.*
— Catharina ux. *Camilli Gonzagæ Com. Novellariæ.*
— Maria, *monialis.*
— Alfonsus de Aval. & Aq. March. de Vasto & Pescara † improl. *Hieronyma de Auria, Andreæ Princ. de Melfi f.*
— Diegus *March.* de Vasto † m. febr. 1697. *Francisca Carafa, Hieronymi, II Pr. de la Rocella fil.*
— Thomas *Monach. Domin.* demum *Episc. Luceræ.*

8. Ferdinandus Franciscus de Avalos & Aquino, March. de Pescar, Pr. de Francavilla, † 1672. *Isabella de Cobos de Mendoza & Portocarrero, Emanuelis de Sarmiento Luna Mendoza, M. de Camarasa f. ducta* 4. Jan. 1672.
— Cæsar de Avalos & Aquino Princeps de Isernia & Francavilla, Marchio de Pescara & Vasto. *Hippolyta Davalos, Johannis Pr. de Troja f.*
— Isabella Davalos nup. *Carolo Carafa Branciforte, Princ. de Botero & de la Rocella.*
— Filiæ duæ *moniales in monasterio S. Gaudiosi Neapoli.*

9. Diegus Franciscus Emanuel de Avalos, Aquino, Mendoza. Aragona & Portocarrero Marchio de Pescara, Pr. de Francavilla, M. Camerar. regni, nat. posthumus 1673. obiit in Hispan. æt. an. 14.

MARCHIONES DE PESCARA ET VASTO

SARCHIO ET TROJA

Uxor, *Antonia de Aquino*, *Bernardi Caspàris de Aquino fil. Francisci Antonii March. de Pescara soror ac hæres.* 2.

Inicus de Avalos & Aquino Marchio de Vasto, † *Laura Sanseverina, Roberti Princ. de Salerno fil.* | Hippolyta uxor *Caroli de Aragonia March. de Gerace.* | Beatrix nup. *Joh. Jacobo Trivultio, March. de Vigevano.* 3.

Alfonsus de Avalos & Aquino March, de Vasto & Pescara, Produx Mediolan. nat. 25. Maji 1502. † 31. Mart. 1546. *Maria de Aragonia Ferdinandi Duc. de Montalto f.* | Rodericus d'Av. & Aquino; † *cælebs* æt. 22. | Constantia nup. *Alfonso Piccolomineo de Aragonia Duci de Amalfi.* 4.

Cæsar, M. Cancellarius regni Neap. post Inicum fratrem. *Lucretia de Tufo, Jo. Hieronymi March. de Lavello f. Ludovici Carafæ Pr. de Stigliano vidua.* | Beatrix, ux. *Alfonsi de Guevara, Com. de Potenza.* | Carolus Princeps de Montesarchio. *Sueva Gesualda ex Princ. de Venosa, vidua Petri Anton Carafæ Com. de Policastro.* | Antonia; nup. *Horatio de Lanoja, IV Princ. de Sulmona.* 5.

Johannes Princeps de Montesarchio. ☾ *Andreana de Sangro ex Princ. de S. Severo vidua Jo. Bap. Pignatello M. de Spinazzola.* | Margarita ux. 2. *Josephi Francisci Caraccioli M. de Cervinara.* | Alfonsus † *improl.* | Franciscus. | Ferdinandus *Margarita de Aragonia.* | Maria nup. 1. *Alfonso Gibieni M. de Giuliana 2. Friderico Carafa, M. de S. Lucido, 3 Carolo Gesualdo Pr. Venosæ.* 6.

Bonaventura *Monach. August.* demum *Episc. Nocera.* | Franciscus nup. 1. *Marino Caracciolo, Princ. de Avellino,* 2. *Pompejo Columna Pr. de Gallicano.* | Andreas Pr. de Montesarchio *Anna de Guevara, Johannis III Duc. Bovini f.* | Lucretia ux. *Joh. Bapt. Caraccioli. III Duc. de Celenza.* | Franciscus Princeps de Troja. *Andriana Caraciola, Josephi Francisci M. Cervinar f.* | Sueva nup. 1. *Julio Cæsari de Capua Pr. de Conca,* 2 *Nicolao de Este, filio Cæsaris D. Mutin.* 7.

Sueva nup. *Josepho de Medicis, Pr. de Ottaviano.* | Julia, uxor *Johannis Princ. de Troja Patruelis sui.* | . . . . nup, *Johanni de Guevara Duci de Bovino.* | Johannes d'Avalos Princeps de Troja. *Julia de Avalos, Andreæ Pr de Montesarchio f.* 8.

Nicolaus d'Avalos. *Johanna Caracciola, Francisci, IV Pr. Avellini f. 1691.* | Josephus † ap. Insubres Equitum Magister aquis haustus m. Jun. 1693. | Hippolyta ux. *Cæsaris de Avalos March. de Pescara & Vasto.* 9.



EXEGESIS HISTORICA.



RODERICUS Davalos ingenio excelso & vi ingenti corporis præditus quum juvenis adhuc provocantem Britannum equitem, qui cum Johanne Lancastrio in Lusitaniam venerat, spectante utroque exercitu, singulari certamine confecisset, tantum sibi studium ab omnibus militum ordinibus, tantamque apud Regem Henricum III benevolentiam illo clarissimo facto comparavit, ut non multò post Magister Equitum sive *Comestabilis* Castellæ sit creatus, cui honori flagrantissima Regis gratia, qua floruit, suprema Murciæ præfectura, titulus Comitis *de Ribadeo*, immensæque opes successu temporum accessere; sed longior ætas, gallinæ filiis albæ frequenter periculosa, vertenti eum præbuit fortunæ: cum enim Henrico Regi superstes mansisset usque ad illam tempestatem, qua sub Johanne II regnum in partes dividi cœpit, ipseque Henrici Aragonii Ducis Segorbiensis sectam secutus esset, ab æmulis, quorum antesignanus erat Alvarus Luna, de gradu dejectus est, & gratiæ, honorum bonorumque omnium jacturam fecit. Sexto post catastrophen illam anno Valentiæ vivis excessit, spe pristini recuperandi honoris, nondum deposita; & magna, referente *Mariana*, in eam rem contentio ab Henrico Aragonio adhiberi cæpta erat, ita ut eo agente crimine majestatis absolutus fuerit; sed honores bonaque defuncti filiis restituta non sunt: *sic*, dicente eodem autore, *regi placitum, sic proceribus expediebat, alieni casus præda ditatis. Ex tribus conjugiis septem filios genuit, unde Potentiæ & Bovini Comitibus, Vasti & Piscariæ Marchionibus in Italia, multisque in Hispania familiis stemmata texuntur.* (b) Equidem quod Comites Potentiæ & Bovini attinet, dubia est eorum origo, cum non desint inter scriptores, præsertim Italicos, quibus isti paternum genus à stirpe Guevarensi duxisse, atque à priore uxoris tertiæ Roderici Avali marito, *Petro Velez de Guevara*, prognati esse videntur; id quo quamquam in medio relinquimus, quoniam tamen Potentiæ Bovinique Comites Guevarensi cognomine & digmate usque usi sunt, genealogiam eorum in alium rejicimus locum, eum nempè, quod de Guevarensi familia acturi sumus.

Petrus, *Diegus*, *Ferdinandus & Rodericus*, filii Comestabilis, Avalorum stirpem in Hispania propagarunt; quæ inprimis Toleti floruit; Diegi posteritas Ajalensi cognomine frequenter uti consuevit, eò quod ille ex gente ista uxorem habuit. BERNARDINUS de Ajala & Avalos Comitis titulum in familiam reduxit, à Philippo III Rege Comes *de Villalva* an. 1617. creatus, verum cum ejus filius cognominis, isque secundus Villalvæ Comes, mascula sobole careret, titulusque iste ad hujus filiam natu minorem devolveretur, Marchioni de Aquila fuente, ex Zunigarum gente nuptam, transiit eodem Villalvensis comitatus, ita ut *Josephus de Zuniga*, Emmanuelis & Franciscæ filius natu maximus, in præsentia *Villalvæ Comes quartus* audiat. Cœterum fuere Roderico Avalo Comestabili frater, patruusque, à quibus etiam propago est orta Avalense nomen gerens; posterior *Petrus Lopez de Avalos* dictus *Castellanus Quesadæ* fuit, & Avalos in Civitate Baëza progenuit; à priore, Petro Gomez de Avalos appellato, Avali *Guadalaxarenses & Murcienses* orti sunt, atque ab his genus duxit *Caspar de Avalos*, Petri de Avalos, & Annæ de Agueros filius, *Archiepiscopus Granatensis & Compostellanus*, an 1545. à Paulo III Pont. Rom. inter *Cardinales Presbyteros* cooptatus, eodemque anno mortuus. (c)

AD TA-

(b) Mariana de reb. Hisp. Lib. XX. Cap. 12. & 16.
(c) Ciaccon. Histor. Pontif. & Cardin. Tomo III, p. ´

AD TAB. II.

INICUS Avalus, auspicia Alfonsi Regis Aragonum secutus, in Italiam & regnum Neapolitanum venit, ibidemque ob egregiam virtutem Regi & cunctis charus uxorem promeruit nobilissimam ac ditissimam ex antiqua Aquinatum regulorum familia. Hujus dote ac demum insigni multorum oppidorum hæreditate fortunas suas pulchrè stabilivit, præfectura etiam ærarii & totius censuræ rationum regiarum à Ferdinando Rege honestatus, & præstantissima prole felix. ALFONSUS natu maximus ab Aterno Apuliæ oppido, amneque, fatali casu Magni Sfortiæ claro, quod hodiè *Piscaria* dicitur, Marchionis Piscarii cognomen adeptus, & cum Ferdinando Juniore à teneris annis educatus, corpus atque animum armorum & literarum studiis pariter exercendo, excolendoque facile Neapolitanorum Procerum præstantissimus evasit, Regisque in bello Gallico utilissimam operam navavit; verùm cum circumvallatis in arce Neapolitana Gallis cum servo, natione Mauro, incendendæ classis consilium agitaret, & ex condicto pretium proditionis deferens, noctu ad summum hortorum parietem scala pervenisset, perfidia servi adacta per guttur lunata sagitta interfectus est, relicto post se filio admodum puero. (d)

Huic nomen fuit FERDINANDO FRANCISCO, cognomen à patre *Piscariæ Marchioni*, cujus fama rerumque gestarum gloria non Italiam modò, sed terrarum orbem implevit: quippe ætate juvenis, cum trigesimum sextum annum non superaverit, sed *rerum usu senex*, quique, ceu Guicciardinus censuit, (e) *artibus & simulatione res suas commendare atque augere satis nosset*, magnus copiarum Caroli V Imperatoris Dux evasit. Vitam ejus P. *Jovius* Latino sermone in Historiam contulit, librisque septem memoravit, *Victoriæ Columnæ* illius uxori, inscriptis, incomparabilis animi ingeniique mulieri; eam vix dum trimam, Ferdinandi Junioris Neapolitani Regis auspiciis, Piscario ætate fermè pari desponsatam fuisse *Jovius* refert, *quasi tum*, ut habent ejus verba, *in cunis adhuc vagienti, quando unicus ætatis suæ faventibus astris futurus esset imperator, eam uxorem fortuna despondere*t, *quæ fatale Victoriæ nomen, uti dotale munus, in mariti domum ferret, & ipsa una omnium pietate, forma, literis, nobilitateque lectissima, viro invictissimo, rara quadam mutuæ sortis felicitate, jungeretur.* Virtus ac prudentia Victoriæ maximè enituit, cum consilia gliscerent de Piscario Neapolitanorum Rege creando, ut à Cæsare alienatus ad ejiciendas Italia externas gentes auctoritatem operamque commodaret: *ad primum enim*, Jovii iterum verbis utimur, *agitati ejus consilii rumorem ita illa exhorruisse dicitur, ut continuo ne quaquam muliebri ambitione vel tanto regiæ fortunæ titulo pellecta id munus castis auribus repudiaret, virilique prorsus & gravi ratione eas spes, uti nefarias, vel certè parùm decoras protinus abjiciendas judicaret, & subinde virum, aliàs sibi rerum omnium consilia communicare solitum, per literas, quas sublimi eruditoque ingenio perscribebat, etiam atque etiam precaretur, ut pristinæ virtutis memor esse vellet, cujus existimatione ac laude multorum Regum fortunam & gloriam anteiret. Neque enim regnorum ac opum amplitudine, sed illustri fide, contestataque virtute parari decus, quod ad posteros rediviva cum laude propagetur; se nequaquam optare ut Regis sit uxor, quum ejus Imperatoris esse maluit, qui magnos Reges non bello tantùm præstanti manu, sed in pace etiam eximio invicti rectique animi decore superare didicerit.* Nec multò post Piscarius, cum adversa valetudine jam diu conflictatus, morbo prægravante eam ad se Mediolanum accersivit, sed quum Romæ summo cum honore suscepta Viterbium applicuisset, extincti viri nuncium accepit, quippe quem, dum Franciscum Sfortiam in arce Mediolanensi obsidebat, longa tabes, multis maximè bellicis laboribus & vigiliis quæsita, consumsit. Victoria ab instituto itinere propemodum exanimata dolore & lachrymis in templo sacratarum virginum subsedit, & quamquam integra ætate esset, perpetuam sibi indixit viduitatem, quodque vitæ supererat, sacris literis & cælesti summo bono meditando dicavit; Hetrusco carmine nulli post Petrarcham secunda, varia poëmata edidit, quibus mariti præmaturum obitum deflevit, ac mortalium rerum amorem irridens, cælestium bonorum desiderium expressit, sicut ex *Jo. Matth. Toscani Peplo Italiæ* Henningius in opere genealogico retulit. Cæterùm Piscarius Mediolani regio sumptu funeratus, non multò post Neapolim devectus, ibique in templo Dominici ad aram maximam conditus est. Notum est epitaphium, à *Lud. Ariosto*, Poeta Ferrariensi clarissimo, in gloriam defuncti compositum, nec indignum, quod subjungatur:

Quis

(d) Jovius de vita Ferd. Avali Pisc. Lib. I. (e) Guicciard. Hist. Ital. Lib. XVI.

Quis jacet hoc gelido ſub marmore? maximus ille
Piſcator, belli gloria, pacis honos.
Nunquid & hic Piſces cœpit? non, ergo quid? Urbes,
magnanimos reges, oppida, regna, duces.
Dic quibus hæc cæpit Piſcator retibus? alto
Conſilio, intrepido corde, alacrique manu.
Qui tantum rapuere ducem? duo numina, Mars mors,
ut raperent quidnam compulit? invidia.
Nil nocuere ſibi, vivit nam fama ſuperſtes,
quæ Martem & mortem vincit & invidiam.

RODERICUS Avalus, Comes Montisderiſii, Alphonſi Piſcarii frater, vir, Jovii verbis, *impiger & fraternæ virtutis æmulus* ſecundo bello Gallico, quum pedeſtribus copiis præeſſet, apud Inſulam, Arpinatis agri vicum, ſclopetto caput ictus interiit. Neque eadem vis fati plus juſto, ejusdem ſcriptoris judicio, Davalis proceribus infenſa, INICO, alteri illorum fratri, diu pepercit, jam bellica laude inſigni, & juvenum omnium longè pulcherrimo. Is poſt exactum regno Fridericum Aragonium, cum de finibus Lucaniæ Galli atque Hiſpani inter ſe decertarent, Hiſpanis adhæſerat, Ænariæque inſulæ præfectus cum Gallis terra marique contenderat; ad extremum Salerni arce fortiter expugnata, dum ad id bellum properat, quod ad Lyrim amnem Hiſpanus victor confecit, peſtifera febre paucis diebus abſumtus eſt. (f) Moriens ALPHONSUM, filium in cunis reliquit, Vaſtenſis Marchionatus, ſibi à Ferdinando I Rege, poſtquam Petrus Guevara eo exutus fuit, donati, hæredem. Idem Ferdinando Franciſco, patrueli ſuo, ſine liberis mortuo, in Piſcarienſem Marchionatum aliasque opes, ex ejus teſtamento, ſucceſſit, ipſiusque ad gloriam virtutis via graſſatus, dignus à Carolo V Imperat. habitus eſt, cui poſt Antonii Levæ exceſſum rei militaris, provinciæque & urbis Mediolanenſis gubernacula committerentur. Fuiſſe eum teſtatur Ripamontius (g) *moribus optimis, animo excelſo, prodigum opum ſuarum, ſed minimè rapacem alieni; nec abfuiſſe belli & pacis artes, & ubi quid perſuadere vellet, veterum ducum facundiæ parem habitum.* Poſt Ceriſolenſem Hiſpanorum cladem vel propter animi mœrorem, vel ob militiæ labores in morbum incidit, cui ab animo Cæſaris, mala Jo. Jacobi Medicæi fide alienato, ingraveſcenti ſuccubuit, & Viglevani mortuus eſt, ſator egregiæ propaginis, quæ hodieque in regno Neapolitano floret. In matrimonio habuit *Mariam Aragoniam*, ex ſtirpe Regum Neapolitanorum ortam, ea in chorum fœminarum eruditarum referri meruit, formæ etiam venuſtate inſignis, quam ætatem ſervaſſe celebratur, (h) Marito viduata Ænariam inſulam incoluit, ſicut ex Thuani Hiſtoriarum Libro XI conſtat, ubi eam inſulam arce munitiſſima, ſed maximè Mariæ Aragoniæ, Alphonſi Avali Vaſtii viduæ ſeceſſu nobilem dicit.

Inter filios Alphonſi & Mariæ Aragoniæ natu maximus FRANCISCUS FERDINANDUS Piſcariæ & Vaſti Marchio fuit, munusque Magni Camerarii regni Neapolitani, jam in familia ſua hæreditarium, tenuit, & Siciliam Proregis & Capitanei generalis dignatione rexit; virilis ejus ſtirps cùm in gnato Alfonſo defeciſſet, hicque gnatas poſt ſe reliquiſſet, elocata eſt earum natu major INICO Avalo, Cæſaris filio primogenito, qua ratione ditiones dignitatesque avitæ in familia permanſerunt. Inico frater erat JOHANNES, qui Carolo Avalo patruo ſuo, in Principatu Monteſarchii ſucceſſit; atque ab iſtis rami duo, qui in hac vigent ſtirpe, orti ſunt. Johannis poſteris Trojæ Principis titulus acceſſit, quem *Franciſcus*, filius ejus natu minor, obtinuit; ab Inico prognati Principum Francavillæ & Iſerniæ axiomata cum Vaſtio & Piſcarienſi conjunxerunt; his in præſentia eminet CÆSAR Avalus, quem etiam manet hæreditas Principatus Roccellenſis poſt obitum Juliæ Carafæ, conſobrinæ ſuæ, ſororis Caroli Mariæ Carafæ Roccellæ & Buteræ Principis, ante paucos annos ſine liberis defuncti, ad illum devolvenda, ſed ipſe etiam prole deſtituitur, hacque tempeſtate pergratum, quem erga auguſtiſſimam domum Auſtriacam, de majoribus ſuis optimè meritam, exſerit animum, & ſtudium devotiſſimum, quo partes ejus ſuſcepit, nihilque moratus exilium, bonorumque ſuorum confiſcationem perſeverat, claro eſt rumore, quemadmodum ex adverſo ANDREAS Avalus Princeps de Monteſarchio, illius agnatus, Gallicam ſequendo factionem laudem it quæſitum.

(f) Jovius loco cit. (g) Hiſt. Mediol. Dec. III Libro X.
(h) Vid. Diction. Hiſt. & Crit. Bælii pag. 326. in notis.

VIII. BAR.


VIII.

BARBIANÆ FAMILIÆ

inter Insubricas nobilissimæ

Et COMITUM DE CUNIO ac BELGIOJOSO ex ea ortorum

GENEALOGIA.





SCUTI Barbianæ gentis *argento & cocco tessellati* cephalo *argenteo* inscripta *crux rubea* signum erat, quo Albericus Barbianus cogn. Magnus, Mars alter, in vexillo suo uti solebat; quod etiam posteri supra gentilitium clypeum explicare instituerunt, elogium, quod ille promeruit LIB*eratoris* ITA*liæ* AB EX*teris* ostentans, geminumque ab altera scuti parte labarum adjunxerunt cocco tinctum; in quo Pontificatus Romani insignia conspiciuntur, denotando muneri *Gonfalonerii S. Ecclesiæ Romanæ*, quo Albericus functus est,

1. **ALIDOSIUS BARBIANUS,** in defensione castri sui Barbiani an.

2. Albericus Barbianus, cogn. *Magnus*, Comes Cunii & Conversani, Magnus Comestabilis regni Neapol. Gonfalonerius S. Rom. Eccl. obiit anno circiter 1407. Uxor, *Beatrix Polentana, Guidonis, Ravennæ Principis fil.*

3. Manfredus Barbianus Comes Conversani, Dn. Trani & Jovenatii. *Isabella Montfortia è Comitibus Bisceglia.*

4. Rinaldus Barbianus † in Gallia. | Colafrancus Barbianus, Colonellus Gallicus. | Rafaldinus Barbianus. *Nicoletta Mascarona.*

5. Mattellinus Barbianus pater Cæsaris, primatis Barbianorum Tranensium.

6. 1. Carolus Barbianus, Comes Belgioiosi & Modoetiæ. *Catharina Viscontia.* | Albericus Barbianus, Comes Belgioiosi, † improlis. *Polyxena Rangonia.*

7. Ludovicus Barbianus, Comes Belgioiosi, Dn. Soncini, & Columbani & alior. loc. Gubernator Ducatus Mediol. 1529. Prorex Sicil. design. 1531. obiit. eod. anno, æt. 36. | Petrus Franciscus Barbianus, Comes Cunii Belgioiosi, Lugi & Zapanoræ. *Paula Taurella ex Comitibus de Montechirugulo.*

8. Ludovicus Barbianus Comes Belgioiosi, Præfectus Novariæ. *Barbara Trivultia, Jo. Francisci March. Viglevani f.* | Carolus Barbianus Comes Belgioiosi, † æt. 30. 1. *Lucia Palavicina, Alberti Marchionis f.* 2. *Hippolita Viscontia.*

9. Albericus Barbianus Comes Cunii Belgioiosi. 1. *Hippolyta Borromea, Jo. Baptistæ Com. Aronæ f.* 2. *Julia Affaitate.* | Johannes Jacobus Barbianus Comes Cunii, & Belgioiosi, obiit Leodii 18. Oct. 1626. improlis. 1. *Maria Senselle.* 2. *Anna de Poittiers.* | Livia Barbiana ux. *Hieronymi Moroni.*

10. Carolus Barbianus, Comes Belgiojosi. † *Francisca Malombra.* | Paula Barbiana ux. *Joannis Arcimboldi.* | Petrus Franciscus Barb. Comes † | Jo. Jacobus Barb. *Jesuita* †.

11. Albericus Barbianus Com. Belgiojosi. † *Maria Landriana.* | Paulus Barbianus, Comes. † | Ludovicus Barbianus, Comes. | Johannes Barbianus Comes. *Isabella Volchentai.*

12. Antonius Maria Barbianus Comes Belgiojosi. | Carolus Barbianus, Comes. | Julia ux. *Caroli Archinti, Comitis.* | Francisca nup. *Jacobo Com. Simonetta.*

Comes Cunii in Æmylia, occisus 1365.				1.
Johannes Barbianus, Comes Cunii, decollatus Bononiæ an. 1399.				2.
Ludovicus Barbianus Comes Cunii & Lugi.				3.
Albericus Barbianus II Comes Cunii, Lugi & Belgiojosi, 1431. *Helena Rangonia, Hugonis Comitis f.*				4.
Ludovicus Barbianus, Comes Cunii, & Belgiojosi, inter nobiles cives Mediolani & Papiæ ascriptus. Ux. 1. *Eleonora Mandella, Raphaëlis fil.* 2. *Florabella Casati, Philippi f.*	Galeottus Barbianus.	Carolus Barbianus.		5.
Galeottus Barbianus.	Blanca, uxor *Pii Vicecomitis.*	Hippolyta.		6.
Albericus Barbianus, Com. Belgiojosii, Dn. Candiæ, occ. ad Neapol. 1529. æt. 27.	Margarita nup. *Alexandro Sfortiæ Com. Burginovi.*			7.
Franciscus Barbianus, Commendator Abbatiæ S. Petri Olmensis & S. Joannis in Porta Orientali.	Hippolita Barbiana ux. 2. *Baptistæ Vicecomitis ex Dom. Somæ.*	Livia nup. *Giberto Sanvitali, Com. Solæ.*		8.
Galeottus Barbianus Com. Belgiojosi. *Elisabetha Quartieria.*	Franciscus Barbianus, Consil. & Colonellus Cæsar. occ. m. Jul. 1605. . . . . *Cavana.*	2. Paulus Barbianus Comes.	Justina.	9.
Franciscus Barbianus Comes Belgiojosi. *Claudia Viscontia, Cæsaris March. Cislagi f.*	Ludovicus Barb. Comes.	Clara Victoria.		10.
Galeottus Barbianus, Comes Belgiojosi. *Octavia Rangonia.*	Cæsar Barbianus, Comes.	Antonius Barbianus, Comes. †		11.
Franciscus Barbianus, Comes.				12.



EXEGESIS HISTORICA.



BARBIANI ET BELGIOJOSI Comitum illustrem apud Insubres familiam, *Vestri* cognomine antehac usam, à *Publio Vestrio*, cujus in Julii Cæsaris Commentariorum de bello Africano Libro V mentio occurrit, derivare sustinent qui gentium nobilitatem gloriamque sola metiuntur vetustate, & ducta à Trojano aliquo aut Romano heroe prima stemmatis linea utramque se implevisse paginam putant. Ex Hispania oriundos esse Barbianos *Sabellicus* memorat, inde in Italiam cum Theodosio Imperatore remeasse ajunt, & in Æmilia sive Gallia Togata larem fixisse, dominio regiunculæ, quæ inter Bononiensem & Ferrariensem diœcesin versus Adriaticum mare se exporrigit, potitos, & *Comites Cunii* dictos, à castro hujus nominis ad rivum *Senium* sito, cujus jam dudum destructi & solo æquati vix aliquod vestigium observari à se potuisse *Leander Alberti* retulit. (a) Haud procul ab illo dissitum fuisse castrum *Barbianum*, Cunii Comitibus subjectum, sed anno 1410. à Joanne XXIII. Papa eversum, apud eundem autorem legimus. *Widdoni & Rainero*, fratribus, Cunii possessionem ab Imp. Friderico Babarassa 1164. confirmatam esse, & posteriorem ex illis Henrico Imperatori Imolæ, quæ *Forum Cornelii* antiquitus appellabatur, homagium an. 1188. præstitisse; alii deinde *Rainero* Fridericum II Imp. antecessorum privilegia circà Comitatus Cunii, Barbiani & Zagonaræ Faventiæ an. 1241. corroborasse, illumque matrimonio, cum *Maria Donogalliæ Comite* contracto, hunc comitatum cum avitis conjunxisse *Gualdus Prioratus* tradidit. (b) Eodem temporis tractu *Johannes Comes Barbiani* claruit, pater *Taddeæ*, nuptæ Francisco Marchioni Estensi.

Maximam Barbianæ genti celebritatem intulit ALBERICUS, belli Ducum, quos Italia post attritam Romani Imperii majestatem habuit, facilè princeps, è cujus castris, tanquam ex Mavortis schola, clarissimi bellatores, *Braccius*, *Sfortia*, *Attendulus*, *Brandelinus*, *Ursinus*, *Sabellus*, *Tartaglia*, aliique prodiére. Pater illi tribuitur ALIDOSIUS, quem adversùs Bononienses ac Ferrarienses castrum Barbianum fortiter defendentem occubuisse perhibent. Alberici adolescentia in illam incidit tempestatem, qua externis copiis & ducibus apud Italos bella gerebantur, & Britanni duce Jo. Acutho, qui occasione matrimonii, inter Lionellum Ducem Clarentiæ, Eduardo Rege Angliæ natum, & filiam Galeatii Vicecomitis Mediolanensis consummandi, in Italiam venerat, victricia per eam arma circumferebant; ab istis Albericum vix dum puberem raptum, & severa Acuthi disciplina eductum ea mox sui specimina edidisse, ut strenui & magni ducis inoplem in eo esse protinus apparuerit, *Leander* refert. Imperitandi primum stipendium à Barnaba Vicecomite habuit, conductus ab eo adversus Britannos, ex amicis hostes factos; cum his *Albericus*

(a) Descript. Ital. pag. 319. & seq. (b) De vit. & fact. Cl. Vir.

bericus fortiter nec improſperè ſemel iterumque pugnavit, ſed tandem ſuperatus & captus, ingentique lytro redemtus eſt, tanto nempe argenti pondere, quantum corpus ipſius æquabat. Barnaba Vicecomite rebus humanis exempto ſui juris eſſe voluit, cumque ſecum conſtituiſſet Britannos ob crudelitatem jam Italis inviſos, & duce ſuo, qui Florentiæ an. 1393. fatis conceſſerat, deſtitutos, ejicere, fortiſſimus & generoſiſſimus quisque ſpe liberandæ patriæ laudisque aſſequendæ ad ejus ſigna coivit; ex his collecto ingenti veteranorum equitum agmine, cui *Divi Georgii* nomen & teſſeram dedit, & invento novo illo armaturæ genere, quo eques & equus omnis ferro tegebatur & oculi quoque addita caſſidi buccula, ad proſpectum ſubductili, & transverſam tantùm rimam, quum deducta eſt, ad oculorum uſum relinquente muniebantur, rem aggreſſus eſt tàm ſtrenuè ac feliciter, ut Italiæ ab exteris liberatæ, & in priſtinam armorum gloriam reſtitutæ decus, perpetuumque monumentum ſibi pepererit, & poſteris reliquerit; in majori enim vexillo ſuo candido, cui crux rubea inducta erat, angulos quatuor his implevit literis: LIB. ITAL. AB. EXT. cujus vexilli figuram ſcutis Barbianorum hodieque adjectam videmus. Cæterum quocunque *Albericus* cum illo fortiſſimorum militum globo ſe vertebat, eò unà cum robore fortunam quoque ducebat; namque egregiam operam Urbano VI & Bonifacio IX Pontificibus Romanis, Carolo & Ladislao Regibus Neapolitanis, & inprimis Jo. Galeatio Duci Mediolanenſi navavit, eorundemq; bella fortiter ac proſperè geſſit, amplis viciſſim honoribus ab illis auctus; à Pontificibus enim generalis & Vexilliferi (*Gonfaloniero*) S. Eccleſiæ axioma retulit, cujus memoriam hodieque Barbiana familia recolit, ſcutum gentilitium labaro Romanæ Eccleſiæ exornans; à Carolo Rege Comeſtabilis regni Neapolitani an. 1387. à Ladislao *Comes Converſani & Jovinazzi* creatus, à Jo. Galeatio Duce Mediolanenſi *Nogarola, Monticulo & Belgiojoſo* donatus eſt. Sed poſtremà hæc dona viduæ defuncti Ducis reddidit, cum poſteà in ejus liberos arma convertiſſet, & fœderatæ adverſus Vicecomites militiæ imperium ſuſcepiſſet. Extrema tanti viri incerta ſunt: *Jovius* plenum gloria apud paternos lares ante ſexageſimum ætatis annum, renum dolore confectum, vita exceſſiſſe tradidit. (g) *Gualdus Prioratus* Jovinatii in Apulia fato functum eſſe perhibet, utrumque autem ſcriptorem annus vitæ ejus ſupremus fugit.

Quo tempore Albericus Barbianus non modò Italiam, ſed orbem famà nominis ſui implevit, JOHANNES Barbianus quoque virtute militari nobilitatus eſt, Is illius nepos Corio, frater Creſcentio & Gualdo Priorato dicitur; indignum autem fortitudine ſua vitæ exitum ſortitus eſt. Nimirum cum Bononienſibus aliquandiu ſtipendia feciſſet, remque eorum militarem adminiſtraſſet; ſtatu autem reip. mutato ab illis ad Ducem Mediolanenſem Jo. Galeatium Vicecomitem tranſiiſſet, armorumque ejus præfecturam ſuſcepiſſet, in Mutinenſi territorio adverſus Nicolaum Eſtenſem Ferrariæ Marchionem bellum gerens, in caſſes quas Mutinenſes & Bononienſes ſociatis copiis ei tetenderant, incidit, & captivus Bononiam ductus, ibidemque paucis interjectis diebus ſuaſu & impulſu Heſtoris Manfredi, Faventini tyranni, decollatus eſt unà cum aliquo germanorum ſuorum quemadmodum Corius memorat. (d) Hanc indignitatem cum ultum ire feſtinaret Albericus Barbianus, Bononienſes pulſis reip. rectoribus illiusque facinoris autoribus, fœdus cum eo adverſus Faventinos inierunt; poſtquam verò Joannes Bentivolius tyrannidem Bononiæ an. 1401. occupaſſet, Albericus, qui Mediolani Duci tunc merebat, urbem oppugnavit, fuſisque ſequenti anno Bononienſium copiis magno prœlio, eam cepit, & Duci Mediolani tradidit, crudeli de Bentivolio pœna ſumta. A *Joanne* deſcendiſſe conjicit Creſcentius *Barbianos Clavennæ Comites*, è quibus recenſet *Joannem*, multorum locorum in Mediolanenſi ſtatu dominum, & Ruſcanæ ſectæ in Novocomenſi urbe an. 1446. fautorem, *Hannibalem*, qui Ludovico Sforciæ contrà Ludovicum XII Galliæ Regem utilem navaverit operam, nec non *Alexandrum*, qui tractum *Riviera del Lago* dictùm, ad obſequium Franciſci II Sforciæ Ducis Mediol. reduxerit, & Novocomo an. 1522. præfuerit.

MANFREDUS Barbianus facto in paternis caſtris militiæ tyrocinio, Carrariis, Patavii dominis, cum proprio militum globo adverſus Venetos auxilia tulit, liberando deinde caſtello Bononienſi, quod Pontificis Romani Legatus & militiæ præfecti oppugnabant, intentus, bello cum pace commutato, ulturus patrui cædem Heſtori Manfredo, Faventiæ domino, in caſtris Pontificiis militanti, proditionis crimen intulit, & Legato perſuaſit, ut compre-

 henſum

(c) Elog. Lib. (d) Hiſt. Mediol. Parte IV.

henſum & damnatum Bononiæ in publico foro capite truncaret; id quod an. 1406. factum eſt. Ad patrem poſteà in regnum Neapolitanum profectus, ab eo ditionum quas illic acquiſiverat, nempè oppidorum *Trani, Pojæ, Jovenazzi,* nec non Comitatus *Converſani* hæres nuncupatus eſt, & ducta uxore larem *Trani* fixit, nec propagine caruit, quæ quouſque duraverit incompertum habemus.

LUDOVICUS Barbianus avita in Æmylia bona, à patre ſibi aſſignata, tenuit, auxitq; Comitatu *Lugo*, quem anno 1411. à Papa Joanne XXIII. fortitudinis operæq; ſuæ mercedem tulit. ALBERICUS II. ejus filius Florentinis initio ſtipendia fecit, & adverſus Philippum Mediolani Ducem, qui avitam ipſius ditionem occupaverat, bella geſſit; verum adverſa fortuna uſus & in Zagonaræ caſtrum ſe recipere coactus, ibidemq; obſeſſus, ſe Angelo Pergolæ, Mediolanenſis exercitus præfecto, dedidit, à quo unà cum Carolo Malateſta, qui opem illi laturus, fuſus & captus fuerat, Mediolanum deductus, & comiter à Duce exceptus eſt, ita ut ex inimico amicus ejus factus, & copiis præfectus, egregiam illi deinceps operam variis in bellis navaret, & Florentinis imprimis gravis exiſteret, nec Pontificis Romani ditioni parceret; quare irritatus adverſus eum Eugenius IV. Papa miſſo in Æmyliam Sfortia Cunium, Barbianum & Lugum invadere, &, Alberico alibi diſtricto, facilè occupata deſtruere & ſolo æquare juſſit. Ita avitis terris exuto Alberico Philippus Dux Mediolani caſtrum & Comitatum *Belgiojoſi*, in meritorum & fidei prœmium, dono dedit. Vita in robore ætatis deſtitutus LUDOVICUM filium poſt ſe reliquit, à Franciſco Sfortia Duce Mediolani in pretio habitum, & togæ pariter ac ſagi dignitatibus ornatum. Eundem Mediolanenſes & Papienſes jure civitatis donarunt, poſtquam avitis in Æmylia bonis amiſſis apud Inſubres domicilium inſtituiſſet. E priore ejus thalamo, quem cum *Eleonora Mandella*, Raphaelis copiarum Ducalium præfecti, gnata, Guidonis, cui Floramunda, Matthæi Magni Vicecomitis Mediol. filia, nupta fuerat, pronepti, partiebatur, provenere CAROLUS & ALBERICUS. Hic eximium militiæ gradum in bello contra Venetos aſſecutus in vigore ætatis fato conceſſit nulla poſt ſe relicta prole. Alter artium pacis belliq;, quibus pollebat, multa & clara dedit documenta; namque in militia terreſtri maritimaq; conſilio potens nec degener ad pericula ſecundiſſima fama floruit, & in legatione, quam nomine Ludovici Sfortiæ, uſurpatoris Ducatus Mediolanenſis apud Carolum VIII. Regem Galliæ obiit, ingenii ſubtilitatem, quam in eo fuiſſe *Corius* memorat, vimq; dicendi, qua valebat, oſtendit, cùm Ludovici inſtinctu ac juſſu Carolo perſuaſiſſet, ut ad occupandum regnum Neapolitanum in Italiam arma inferret. Prœmium ab hero rei ex animi ejus ſententia confectæ accepit Modœtiæ Comitatum.

LUDOVICUS, PETRUS FRANCISCUS & ALBERICUS Barbiani, Caroli filii, Regis Galliæ Franciſci I. partes ac ſigna in bellis Inſubricis ſectati ſunt, egregia fama, uſque dum is Papienſi prœlio victus captusq; fuit: ea enim adverſitate cùm non fractæ ſed everſæ eſſent res Gallorum in Italia, veniam à Carolo Imperat. cunctis in gratiam ejus reconciliari cupientibus oblatam, amplexi ſunt, atq; impetrarunt, ut Dux Borbonius nomine Cæſaris pactionem cum eis faceret, literis mandatam, qua fateri non dubitavit Mediolanenſem ditionem ſine præſidiis Domini Comitis Ludovici de Belgiojoſo ac fratrum, ſtabilem ac longævam eſſe non poſſe, quemadmodum *Gualdus Prioratus* refert. Atq; ab eo tempore tres illi fratres ſuo quisque loco & gradu, ad uſque vitæ exitum, ſtudium, fidem ac fortitudinem multis maximisque occaſionibus Cæſari approbarunt. ALBERICUS in flore ætatis nobili fato concidit, poſt præclara apud Inſubres edita facinora ad Neapolim contra Gallos fortiter dimicans, mille peditum cohorti præfectus. Ei haud diu ſuperſtes fuit frater LUDOVICUS, qui longè omnes belli gloria & virtute ſuperavit, meritorumq; ſuorum ampliſſima prœmia & decoramenta accepit, videlicet feuda *Villanova* & *Caſſolnovo* in territorio Novarienſi, *Soncinum* in Cremonenſi, caſtellum *S. Columbani* in Laudenſi, *Candiam* in Lomellina aliaque, dignitates Conſiliarii bellici & Camerarii Cæſarei, Senatorisq; Mediolanenſis, præfecturas cum ſingularium urbium, quales fuere Novaria, Mediolanum, aggeribus & propugnaculis ab eo munitum, Parma, Placentia earumque diſtrictus, tum denique univerſi Ducatus Mediolanenſis, in cujus gubernatione Antonio Leyvæ à Cæſare ſurrogatus fuit literis honorificentiſſimis, datis die XVI. Decembr. an. 1529. in quibus ſequentia inprimis verba *Gualdus* recenſu digna duxit: *fidelem nobis dilectum Ludovicum Barbianum Com. Belgiojoſi, Conſiliarium & Capitaneum noſtrum, de cujus in nos, & Romanorum Imperium fide ac devotione deque rei militaris diſciplina, prudentia, integritate atq; animi magnitudine, aliisq; præclaris*

ris virtutibus, quas in eo sitas perspeximus, tantum nobis persuasimus, ut nihil sit nobis tam clarum, tam arduum, aut difficile, quod non ejus fidei atq; virtuti tutò committere valeamus, motu proprio ex certa scientia, animoque deliberato, & sano, ad hoc accedente consilio, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine Gubernatorem & Capitaneum nostrum generalem in universo Mediolanensi Ducatu, omnibusque ejus dependentiis fidimus, instituimus &c. Hanc provinciam, simulac suscepit, occupatione castri S. Angeli nobilitavit, in quo quatuor Venetorum & Francisci Sfortiæ cohortes erant: cumque ejus mœnia verberasset, continuæ pluviæ, qua eorum, qui sub dio propugnabant tormenta inutilia reddebantur, occasione, suis, quos clypei tegebant, cum ensibus & hastis admotis, ipse quoque una cum aliis fortiter agens, oppugnationem est aggressus: propugnatores verò cùm funiculos, quibus ignis sclopis admovetur, manibus tenere non possent, & aliis telis pugnare cogerentur, territi retrocedere ac mœnia deserere cœperunt, ita ut ab hostibus omnes aut cœsi aut capti fuerint; sicut *Guicciardinus* retulit. (e) Pace non ita multo post à Cæsare Francisco Sfortiæ data, eodemque in Ducatum Mediolanensem restituto, *Ludovicus Barbianus*, ne munere se digno vacaret, *Prorex Siciliæ* designatus fuit; verùm dum ad Cæsarem, gratias ei, acturus & statum, in quo Mediolanensem ducatum relicturus esset, expositurus, iter faceret, subito morbo & lenta febri correptus, Mediolanumque reportatus, ibi paucos post dies animam efflavit, nondum quadragenarius; veneno extinctum esse sequentibus *Jovius* verbis memoravit: *Ludovicus Barbianus Belgiojosi Comes, illustris fulgore gloriæ clarissimus, dum multis fortibus factis pro Carolo V. Cæsare Franciscum Sfortiam oppugnaret, & ad Alberici progenitoris gloriam aspiraret, veneno epulis indito invidia fortunæ comes nihil tale veritum sustulit.* (f)

PETRUS FRANCISCUS Barbianus à prima juventa ad exemplum fratris sui natu majoris Ludovici in Gallico exercitu militiam auspicatus, in prœliis, quæ apud Ravennam, Novariam, Marinianum & Bicoccam commissa sunt, strenui ac maximè pugnacis famam adeptus est, atque in Novariensi, cum in confertissimam Helvetiorum aciem perrumpere conaretur, graviter vulneratus & captus, mox libertatem ab hostibus, virtutem viri admiratis, recepit. Cæsarea deinde signa secutus, præfecturam turmæ armatæ & II. M. peditum obtinuit, & multarum urbium expugnationi, victoriæque de Gallis ad Landrianum reportatæ, plurimùm momenti attulit, promeruitque ut ab Imperatore an 1536. Cremonæ omnique trans Abduam regioni præficeretur. Hujus deinde expeditioni Africanæ pugnæque, qua Barbarossa fugatus est, magna laude interfuit; in bello etiam, quod Cæsar in Provinciam Galliæ intulit, partes suas, uti providum & fortem Ducem decet, explevit; Laudensi posteà urbi gubernator datus, eam *tam in pace, quàm in belli difficultatibus militari imperio summa rexit moderatione, & à bello nefario cædeque teterrimi hostis, præsertim Petri Strozzii, defendit, incolumemque servavit,* ut habent verba diplomatis, quo Laudenses filio illius Ludovico Barbiano jus civitatis suæ largiti sunt, à Gualdo excerpta. In bello denique, quod Cæsar in fines Mirandulanorum & Parmensium intulit, quoque agros eorum populatus est, exercitum ex X mille peditibus & III. mille equitibus compositum rexit, titulo *Magistri Campi generalis*, hancque spartam usque ad vitæ suæ finem ornavit. Restitutus est ab Imperatore in jura antiquarum gentis suæ in Æmylia possessionum, atque à Papa Clemente VII. confirmatus in Comitatu *Lugo*, quem jam an. 1411. à Joanne XXIII Ludovico ejus abavo collatum esse diximus. Filiorum ejus natu minor CAROLUS, cùm sub Ferdinando Gonzaga equitum ductor merens haud degeneris animi signa edidisset, in vigore ætatis & honorum cursu morte interceptus est; in majore LUDOVICO quoque insita genti Barbianæ fortitudo citò enituit, cum in bellis Insubricis & Pedemontanis, quibus sub eodem Gonzaga peditum cohortes & machinas bellicas moderatus est, tùm in Belgio, ubi in exercitu Philippi II. Hispaniæ Regis, cui Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux cum summo imperio præfuit, egregia stipendia fecit, & prælii memorabilis ad Fanum Quintini magna pars fuit. Domi denique Decurionis Consiliariique regii munia, & Novariæ omnisque trans Ticinum regionis præfecturam obiit, suavissimis moribus præditus, nec belli magis quàm pacis ac literarum disciplinis excultus.

Ludovico Barbiano ex uxore Barbara Trivultia, quæ à Joanne Jacobo Trivultio, cogn. Magno


(e) Hist. Lib. XIX.
(f) Elog. Lib. II.

Magno ſanguinem duxit, fratremque habuit iſti cognominem, cujus ſine prole mortui hæreditatem adiit, duodecim liberos natos eſſe *Paulus Morigius* referr. Virilis ſexus quatuor ad juſtam pervenerunt ætatem; ALBERICI eorum natu maximi præter matrimonium, quod cum *Hippolyta Borromæa* contraxit, quoque bonis prædiisque in urbe & agro Placentino locupletatus eſt, nihil ſcriptores memorarunt. JOHANNES JACOBUS longa militia per omnem ferè Europam exercitus, magni Ducis famam conſecutus eſt. Contulit ſe primùm in Hiſpaniam & Regi Philippo II adverſus Antonium Luſitanum militavit; deinde ad bellum Belgicum, ea tempeſtate diſciplinæ militaris palæſtram, voluntarius profectus, ſub Alexandri Farneſii ſignis ordines duxit, cumque ille Bergopzomium ſubito impetu intercipere tentaſſet, lethali vulnere in gula ſauciatus fuit. Eundem tamen paulò poſt in Galliam ſecutus eſt, cum Henoticis iret opitulatum, indeque cum parte Hiſpanici equitatus Duci Sabaudiæ, armis Gallorum Delphinatenſium eorumque ducis Lediguierii oppreſſo, auxilio advolavit. In Belgium reverſus expugnationis Cameraci pars fuit, & liberatæ Sylvæ Ducis à Batavis obſeſſæ decus retulit. (g) Dimiſſus poſteà ab Alberto Archiduce ut Rudolpho II Imperatori in bello Hugarico operam navaret, exercitui ejus in ſuperiori Hungaria agenti præfectus eſt, idque muneris Caſſoviam delatus capeſſivit; ſed tanta ſeveritate geſſit, ut incolæ, injuriis ab eo acceptis exaſperati, arma duce Stephano Boſtkajo ſtringerent, à quibus commiſſo prœlio fuſus fugatusque & majori diſcrimini à Georgio Baſta ereptus eſt. (h) Merebat eodem tempore Cæſari FRANCISCUS Barbianus, Jo. Jacobi frater, equitum dux, qui indigno paulo poſt fato in medio virtutis & honorum curſu concidit. Orta enim inter Jo. Jacobum Bellijocenſem & Herm. Chriſtoph. Ruswormium ſummum copiarum Cæſarearum præfectum, ſimultate, hic cum gratia Imperatoris, qua floruerat, excidiſſet, ſuſpicatus eſt, id inprimis delationibus & occultis machinis Comitis Bellijocenſis, ad Principis aures latentis, factum eſſe, indignationemq; inde conceptam contrà Franciſcum, illius fratrem, evomuit, & menſe Julio anni 1605. exeunte Pragæ obvium ſuborta, ut inter infeſtos, rixa, à verbis ad vim armatam contentione adducta, ſuis accurrentibus, decem vulneribus confoſſum & in brachio glande plumbea ictum occidit. (i) Ruſwormius, hoc facinus Jo. Jacobo Barbiano id exaggerante & pœnam interfecti fratris expetente, capite luit; iſte verò pertæſus Hungaricæ militiæ in Flandriam remeavit, ubi munere Conſiliarii bellici & præfectura regiunculæ inter Moſam & Sambram ſitæ à Rege Hiſpaniæ ornatus, uxorem Leodii duxit, Creſcentio ſcribente, locupletem, ibidemque ſupremum diem explevit nulla relicta ſobole. A GALEOTTO Barbiano Equitum levioris & gravioris armaturæ ſub Hiſpanicis vexillis complurium ſtipendiorum duce familia propagata fuit, pariter ac ab Alberico, illa prole, quàm in tabula recenſuimus. Colophonem hiſce lubet imponere *epitaphio Comitis Joannis Jacobi* quod in æde *Carmelitarum Diſcalceatorum* Leodii Italico ſermone legitur in hunc modum:

L'oſſa ſono qui di Gio. Giacobo Barbiano Conte di Belgiojoſo e di Cunio, Sr di Chiocchera, ed hebbe due mogli, la prima Maria Senſelle, la ſeconda Anna Pottiers: reſſe provincie, e governò eſſerciti, hora è puoca polve. Mori in Liege ali XVIII Ottob. l' anno di ſalute MDCXXVI.

IX. BARBE-


(g) Morig. della Nob. di Mil. Lib. IV Cap. 22. & Gualdus Prioratus l. cit.
(h) Thuanus Hiſt. Lib. CXXXI. (i) Id. Lib. CXXXIII.



IX.

BARBERINÆ FAMILIÆ

Florentia oriundæ & Romam translatæ ibique in Principum Ordinem provectæ GENEALOGIA.





ARBERINÆ familiæ ornamento jam ante quatuor & amplius secula vixit *Franciscus Barberinus*, cujus insigne poëma morale, vernaculo sermone, sub titulo *Documentorum amoris*, compositum Federicus Ubaldinus Romæ an. 1640. edidit: ille enim lucem primitus aspexit Barberini an. 1264. patriæque maternæ nomine coluit Florentiam, ubi & Judicem sive JCtum, & poëtam summum cum seculi applausu egit, atque an. 1348. vitam cum morte commutavit. (a) De origine verò familiæ, & Urbani VIII Papæ, quo ea maximè illustrata est, progenitoribus, occasionibusque inclarescendi Aug. Oldoinus in suppl. Hist Pontif. & Cardin. (b) aliqua retulit, quæ huc transcripsisse non erit opinor crimini: *Gens Barberina quingentis abhinc annis in Simifontana republica, ut habemus ex antiquis monumentis, floruit. Simifons, inter Florentiam Senasque situs, ab oppido Barberino ne duo quidem millia passuum aberat, eo, post biennii obsidionem, proditione à Florentinis capto, exciso & everso, multæ familiæ non eodem tamen tempore Florentiam, in domicilium delectam, concesserunt, in iis una fuit Barberina, quæ statim, ac ibi sedem collocavit, majoris ordinis nobilitate donata est. Urbani Pontificis majorum omnium res gestas recensendas hoc loco non judico: quare aliis omnibus prætermissis ad ANTONIUM, Caroli, avi Pontificis, fratrem, sermonem converto. Antonius hic integritate, eruditione, prudentia, constantia, eximiaque erga patriam charitate*

X

(a) Vid Supplem. I. Act. Erud. pag. 349.
(b) Tomo IV. pag. 493.

1. Fridericus Bar

2. Carolus Barberinus.

3. Antonius Barberinus. *Camilla Barbadora.*

Franciſcus Barberinus. *Protonot. Apoſtolicus.*

4. Carolus Barberinus, R. E. Polemarchus, Dux d'Areti, † 1620. *Conſtantia Magalotta, Vincentii fil. Laurentii Cardinalis ſoror.*

Maphæus Barberinus nat. 1568. *Presbyt. Cardinalis* cr. 11. Sept. 1605. PONTIFEX MAX. 6. Aug. 1623. dictus URBANUS VIII. † 29. Jul. 1644.

5. Franciſcus Barberinus, nat. 23. Sept. 1597. R. E. *Cardinalis* cr. 2. Oct. 1623. *Vicecancellarius, & denique Decanus S. Collegii* 1666. † 10. Dec. 1679.

Thadæus Barberinus, PRINCEPS PRÆNEST. (*de Paleſtrina*) R. E. Polemarchus, † m. Nov. 1647. *Anna Columna, Philippi Duc. Taliacotii M. Comeſtab. Neapol. f.*

6. Carolus Barberinus, n. 1. Jun. 1630. R. E. *Cardinalis* cr. 23. Jun. 1653.

Maphæus Barberinus, Princeps Præneſt. Magnas Hiſp. † 26. Nov. 1685, æt. 53. *Olympia Juſtiniana, Andreæ Pr. de Baſſano f.*

7. Franciſcus Barberinus, n. 1662. *Diaconus Cardinalis* cr. 13. Nov. 1690.

Urbanus Barberinus, Princeps Præneſt. Magnas Hiſp n. 1666. *1. Cornelia Zena, Franciſci Patritii Veneti & Claræ Ottobonæ f. 1690. † m. Sept. 1691. 2. Anna Maria Felicia de Ventimiglia, Franciſci M. de Gerace Pr. de Caſtelbono in Sic. fil. Blaſci de Ventimiglia vid. 1693.*

8. 1. Filia nata & mortua 1691.

2. Maphæus Rogerius Barberinus nat. 7. Dec. 1699.

DEPALES TRINA SCHEMA

berinus, vixit initio seculi XV. 1.

Antonius Barberinus. 2.

Raphael Barberinus, *Eques S. Stephani.* 3.

Antonius Barberinus, n. 1569. *ex monacho Ord. S. Franc. Presb. Cardinalis* cr. 7. Oct. 1624. † 11. Sept. 1646. | Maria uxor *Ptolomæi Duglioli.* 4.

Antonius Barberinus, n. 5. Aug. 1608. *Cardinalis* cr. 30. Aug. 1628. *Archiepisc. Remensis Par & M. Eleemosynarius Galliæ, M. Prior Rom. R. E. Camerarius*, † 4. Aug. 1671. 5.

Nicolaus Barberinus, M. *Prior Ord. Melit.* dein *Pater Oratorii*, denique *Carmelitanus discalceatus.* | Lucretia Barberina *uxor tertia Francisci ab Este Ducis Mutinæ* 1654. † 1699. 6.

Thadæus Barberinus. † 15. Febr. 1702. *Silvia Maria Theresia Ducissa Muti, Jacobi Duc. Muti & Virginiæ Cafarellæ fil. hæres ducta 17. Sept. 1701.* | Constantia Barberina, nup. *Francisco Cajetano D. S. Marci & Sermonetæ* 20. Jan. 1681. † m. Dec. 1687. | Camilla Barberina, *ux. 2. Caroli Borromæi Com. Aronæ, m. Apr. 1689.* 7.

tate clarus, Romam adiens, domicilioque in ea sibi & familiæ collocato, FRANCISCUM nepotem, Caroli filium ad se accersitum, ad progressus nobili viro dignos inflammavit. Ingenio, & judicio præstabat Franciscus, ac Legum doctrina excultus, utriusque Signaturæ Referendarius, ac Protonotarius Romana in Aula effulsit: RAPHAEL ejus frater in Belgio arma prudenter, strenueque tractavit. Marchio Vitellius illius consilio & opera multis annis est usus; & Legionum imperator Dux Albæ gravissimam militiæ provinciam ei demandavit. ANTONIUS Maphæi pater, non integritatis tantum, sed prudentiæ quoque laude enituit; cujus uxor Camilla Barbadora Florentina, lectissima patritii ordinis fœmina, amore in conjugem, charitate in filios, veteris exempli laude, & studio religionis insignis, MAPHÆUM anno salutis 1568. Florentiæ edidit, re tamen vera orbi dedit; qui triennis genitore orbatus, in sedula piæ matris disciplina parumper vixit; prima litterarum rudimenta Florentiæ didicit, at penè puer à patruo Francisco Protonotario ad urbem evocatus, liberaliter educatus est; humanioribus litteris imbutus, & in Dialecticæ, Philosophiæque studiis in Collegio Romano versatus, ad Jurisprudentiam appulit mentem, ac Pisis annos natus viginti Jurisconsultorum adeptus est lauream; Latinæ linguæ eam navavit operam, ut, soluta, vinctaque oratione cultissimè scriberet. Carmina sanè, quæ adulta ætate fudit, sententiarum pondere, & latini sermonis nitore excellunt, & quoniam Græcæ latinis litteris ornamenta & adjumenta suppeditant, cum his illas conjunxit. Absolutis studiis Maphæus ad urbem rediens, à Francisco patruo susceptus, filii loco habitus est. Habebat Franciscus domum non longè distantem à palatio Farnesiorum, qua occasione sumpta Maphæus cœpit Odoardo Farnesio astare, exeuntem comitari, sive deducere, aliaque hujusmodi obsequii genera præstare, quibus Cardinalem sibi arctissimè devinxit. Erat enim eloquens, promptus, operæ alacer, forma decorus, naturæ dona, quæ amorem benevolentiamque conciliant.

Anno primo supra vigesimum nondum exacto, majoris Præsidentiæ institutus Abbreviator, à Sixto V. inter Justitiæ, à Gregorio XIV. inter Signaturæ Gratiæ Referendarios cooptatus, mox Fanensibus regendis Præfectus, deinde Septemviralis Romanæ Aulæ Protonotariorum dignitate honestatus, Ferrariæ matrimoniorum inter Philippum III. Catholicum Regem & Margaritam Austriacam; inter Albertum Archiducem Austriæ, & Isabellam Claram Eugeniam Hispaniarum Infantem, coram Clemente VIII. Romano Pontifice initorum, uti Septemvir Protonotarius monumenta conscripsit. Post alia munera Apostolicæ Cameræ Clericus renuntiatus, alios Magistratus obivit. Anno à partu Virginis 1601. Ludovico primogenito Galliarum Regis ex matris utero egresso, ad Magnum Henricum ejus patrem, Gallico Sceptro & bellica laude clarissimum Regem, & Mariam Reginam matrem, cupitum primogeniti filioli natalem diem, iis Pontificio nomine gratulaturus, à Clemente VIII. Romano Pontifice legatus est. Hoc munere perfuncto, Trasymeni, clade Flaminii Consulis, cum multis Romanorum millibus cæsis ab Hanibale celebris, aquas superstagnantes, agrosque, & oppida obruentes, ejusdem Clementis jussu coërcuit, dum eas idoneo excepit emissario & alio derivavit, illosque, & hæc pristino cultui, nitoriq; restituit; Perusiam & Umbriam sibi devinxit. His actis, Clemens illum Nazarenum Archiepiscopum renunciavit, & in Galliam Ordinarium, ut ajunt, suum, & Apostolicæ Sedis Nuncium legavit. Paulus V. posteà absentem in amplissimum Presbyterorum Cardinalium ordinem cooptavit, atque an. 1610. Spoletano Episcopatu, nec ità multò post Bononiensis legationis munere auxit. Gregorio XV. qui Paulo successerat, rebus humanis exempto, ad Pontificatum Romanum evectus est, natus LV. annos; paucis ante electionem diebus apum, quibus in insignibus Barberini utuntur, multitudinem in Collegio Vaticano versus Tusciam convolasse, & examen supra fenestram, cellam Cardinalis Barberini contingentem, parieti adhæsisse, observatum fuit.

Quanto erga consanguineos propinquosque suos amore, & studio eos opibus & honoribus exaggerandi, flagraverit, protinus apparuit: statim enim ac summam conscendit sedem FRANCISCUM nepotem ex fratre sacra ornavit purpura, eamque secunda creatione, vertente anno facta, contulit ANTONIO fratri suo & Laurentio Magalotto, cujus sororem CAROLUS Barberinus, quo etiam fratre utebatur, in matrimonio habuit, atque istum Genera-

lem

lem Ecclesiasticarum copiarum Præfectum constituit, Bononiæque anno 1630. & circiter mortuo THADÆUM filium, Prænestis, à Columnis emtæ, Principem, in ea dignitate surrogavit. Intereà, anno nempè 1628, binis è familia sua Cardinalibus tertium aggregaverat, ANTONIUM juniorem, Priorem Ordinis Hierosolymitani & Bononiæ Commendatorem: atque is *Cardinalis Antonius* vulgò appellatus est, cum patruus ejus, Antonius Senior à titulo suo *Cardinalis S. Onuphrii* salutari amaret: fuit hic vir probus & religiosus, speciemque præbuit repugnantis, cum è familia Capuccinorum, ubi XXX. annos exegerat, ad Cardinalitiam dignitatem evocaretur; factus posteà est *Episcopus Senogalliensis*, *Major Pœnitentiarius & R. E. Bibliothecarius*, vixitque usque ad annum ætatis septimum supra septuagesimum: sepulchro ejus hæc pauca leguntur inscripta: HIC JACET PULVIS, CINIS ET NIHIL. Juniori Antonio ad purpuræ honorem accessere Magnus Prioratus Romæ, Camerariatus Rom. Ecclesiæ & Archipresbyteratus Basilicæ Liberianæ, nec non legatio Avenionensis & prima Urbinatensis; hujus quippe principatus possessionem post excessum Francisci Mariæ de Rovere, ultimi Ducis Urbinatensis, nomine Sedis Apostolicæ anno 1631. capessivit; extat hujus legationis numisma, in cujus prima facie effigies Cardinalis expressa est, cum hac epigraphe: ANTONIUS DE LATERE LEGATUS S. R. E. CARD. BARBERINUS; in altera verò Palladis icon, cum lemmate: AD UTRIUMQUE PARATA. Initio Pontificatus Innocentii X. cum quo adhuc Cardinali offensam contraxerat, alta eidem mente repostam, malum haud supervacuò formidans, clam in Galliam secessit, cum modò ipse pariter & fratres ejus in Regis gratiam, qua exciderant, eo quod Cardinalis Pamphilii, exclusionis, ceu loqui amant, nota à Corona Gallica affecti, electioni in Romanum Pontificem ad extremum velificati essent, reconciliati fuissent. Antonium mox Franciscus & Thadæus fratres in Galliam secuti sunt, nec posterior penates revisit, morte Lutetiæ Parisiorum interceptus, cœteri verò Romam rediere, amicitia cum Innocentio ejusque familia redintegrata. (c) Antonio secessus ille plurimum incrementi attulit, maximis enim à Rege Gallorum honoribus & tunc & posteà cumulatus est: nimirum Abbatia primò Uticensis sive S. Ebrulfi monasterii in Nortmannia donatus, dein Ordini S. Spiritus adscriptus ac Magnus Franciæ Eleemosynarius, Episcopusque Pictaviensis, ac denique an. 1657. Archiepiscopus Remensis constitutus fuit. Has cœterasque, quibus effulsit, dignitates, deposuit cum vita, qua in arce sua Nemi, sex ab urbe Roma milliaribus dissita, post morbum triduanum, pridie quam ætatis annum sexagesimum & tertium explevit, defunctus est.

FRANCISCUS Barberinus, quem primum ab Urbano VIII Cardinalem creatum fuisse dictum est, Tiburtinæ & Firmanæ urbium Prætoris, multorumque regnorum sacrorum Ordinum Patroni, sedis Romanæ Bibliothecarii & Vicecancellarii, nec non Abbatis Cryptæ Ferratæ, prætereaque Signaturæ justitiæ Præfecti & Avenionensis atque Urbinatensis Legati munera diversis temporibus gessit. Anno 1625. à patruo Legatus *à Latere* in Galliam, indeque redux etiam in Hispaniam eadam dignatione missus est, concordiæ inter duos Reges de controversia Vallis Tellinæ sanciendæ ergò, sed operam perdidit, in Gallica inprimis aula, Cardinali Richelio, penes quem tunc rerum arbitrium ibi erat, obnitente: fuisse notavit Grammondus, qui crediderunt *pro injuria acceptam Barberino repulsam, & quamquam honorificè exceptus fuerit per totam Galliam, indignatione exitus infelicis, ab ea die exosum Gallos.* (d) Verùm aut vana fuit illa credulitas, sicut idem autor censuit, aut abscondit ille odium in latebras pectoris penitissimas, cùm tonante Urbani in Capitolina sede successore, Barberini omnes se in Galliam proriperent, inque clientelam Regis darent. Quinque Pontifices egregia fama emensus Franciscus Barberinus senecta ætate vivere desiit, relicta bibliotheca instructissima, quam ipsasque ædes Barberinas Comes *Hieronymus Tetius* stylo Latino descripsit & illustravit. CAROLUS Barberinus, Thadæi filius, inter purpuratos Patres jam XXVII. annos agebat, cum Franciscus patruus eorum viventiumque numero excederet, dimissumque ab eo munus Archipresbyteri Basilicæ Vaticanæ tenebat; Prioris Presbyterorum Cardinalium titulo nunc insignis, & gaudens socio sacri collegii fratris sui filio FRANCISCO Barberino,

 quem

(c) Vid. Bruson. Hist. d' Italia Lib. XII. & XIII.
(d) Grammond. Hist. Gall. Lib. XIII.

quem Alexander VIII ob ductam ab illus fratre neptem suam in matrimonium Diaconis Cardinalibus adscripsit.

MAPHÆUS Barberinus abdicatis à fratre natu majore Carolo juribus primogenituræ, Principis Prænestensis titulum suscepit, atque an. 1678. à Rege Hispaniarum Magnatis Hispanici honores impetravit, nec ita multò post torque Ordinis Aurei Velleris decoratus est Vita defuncto in Principatum familiæ URBANUS, filius ejus secundogenitus, successit, eò quod natu major Franciscus Ecclesiasticum vitæ genus amplexus esset. Ille uxore priore, quæ Alexandri VIII Papæ neptis è sorore fuit, orbatus, secundis nuptiis matronam Siculam nobilissima & splendidissimâ stirpe satam duxit; ea, cùm fratres quos duos habebat adverso casu exstincti essent, successionem in avitas ditiones sibi competere rata ut lites vitaret, patruo suo Blasco Ventimilio nupsit; sed nullos ex eo suscepit liberos, viduaque morte ejus facta in contentionem cum Rogerio Ventimilio, quo etiam patruo utitur, de avitis bonis venit, quæ num composita sit, incompertum habemus. THADÆUS etiam, filius Maphæi Principis Prænestini natu minimus, ad conjugium animum appulit, tandemque Ducis Muti, inter Barones Romanos nobilissimi, gnatam uxorem accepit, & cum ea dotis loco castellum *Rignano* dictum, quod Principatus dignatione a Pontifice Romano mactum esse schedæ publicæ, quas novellas appellamus, retulerunt; sed illi hydrops vitæ finem intra primum matrimonii sui annum attulit.




TABU.

X.

BENAVIDENSIS STIRPS

qua orti sunt.

Comites de S. Stephano, Hispaniæ Magnates, nec non Marchiones de Solera, Fromesti, Caracena & Javalquinto.





Hena; quæ in margine scuti superius delineati conspiciuntur; insignia gentis, de qua hic agitur, prima fuerunt, locumque posteà fecerunt *palo rubeo*; ex Regum Aragoniorum scuto excerpto. *Leo candidis rubeisque tæniis exaratus, & auro coronatus*, Benavidiorum, regia stirpe Legionensi satorum, tessera fuit, nostrisque ex lege Fideicommissi, à postremo illius familiæ instituti, adscitus est, sicut in Exegesi amplius dicetur.

TABULA

TABU

DOMINI DE BIEDMA, BENAVI

1. INNICUS Innicida (*Inniguez*) de BIEDMA primus hujus loci, in regno Toletano, Dominus.

2. Rodericus *Inniguez* de Biedma, secundus ejus Dominus.

3. Rodericus *Inniguez* de Biedma, Dominus III Biedmæ, nec non villarum Ortolancæ. *Johanna Diaz de Fines, Didaci Sanchez de Fines Dom. de Ardiles filia unica ac hæres.*

4. Didacus *Sanchez* de Biedma, IV Dn. Biedmæ, & V de Fines. *Maria, Alphonsi Godinez f.*
- Sanctius *Ruiz de Fines.*
- Petrus *Sanchez de Biedma.*
- Rodericus *Diaz* de Biedma † 1352. *Maria Joh. Fernandez de Biedma f.*
- Maria ux. *Ferdinandi Alphonsi III Dom. de Cordoua.*
- Elvira, nup. *Roderico Perez de Castro Dom. de Espejo.*

5. Mendus Rodriquez de Biedma & BENAVIDES test. 1381. Ux. 1. *Maria Alfonsi de Toledo, Dom. de Magan. 1344.* 2 *Constantia Martinez 1369*, 3. *Theresia de Cordoua.* 4. *Theresia Manrique de Lara, Gomesii Manrique, Archiepisc. Tolet. fil. natural.*
- Alphonsus *Sanchez* de Biedma.
- Johaña ux. *Johannis Alfonsi Godinez.*
- Guiomara nup. *Lupo Ruiz de Haro.*
- Sancius de Biedma *Archidiac. Giennensis.*
- Johañes *Fernandez de Biedma. Aldoncia Mesia.*
- Petrus de Biedma. *Leonora Sanchez de Peralta.*
- Mencia nup. *Ferdinando Ruiz de Narvaez.*
- Blanca ux. *Johannis Sanchez de la Cueva.*

6. (1) Theresia Dom. deMogan & Moce-jon, ux. 2. *Alphonsi Fernandez Portocarrero, II Dom. de Villanueva del Fresno.*
- Sancia.
- Agnes nup. *Ægydio Velazquez de las Vegas.*
- (2) Maria nup. 1. *Sancio Fernandez de Villaseca*, 2. *Alvaro Perez de Losada.*
- (3) Maria, ux. prima Johannis *Ramirez de Guzman & Toledo, Dom. Villaverde.*
- Isabella nup. *Petro Ruiz de Torres.*
- Aldoncia *Abbatissa.*
- Elvira.
- Maria.

7. Mendus *Rodriguez* de Benavides IV Dom. de *Santistevan. Leonora d'Avalos Dom. de Ybros. Roderici Lopez d'Avalos M. Comestabil. f.*
- Gomesius *Mendez* de Benavides Dom. *de la Mota, Villalonso & Benefarcis*, † sine lib. *Maria Manrique de Roxas.*
- Theresia.
- Aldoncia, nup. *Garsiæ Fernandez de Cordoua.*

8. Didachus Sanchez de Benavides primus COMES de *Santistevan, del Puerto* cr. 1473. † 1478 *Maria Carillo de Perea Dom de las Navas, Roderici de Perea f.*
- Petrus de Benavides.
- Aldoncia ux. *Garsiæ Fernandez de Cordouâ III Dom. de Guadalcazar.*
- Theresia, nup. *Innico de Avalos.*
- (1) Didacus Sanchez de Benavides Dn. de Javalquinto, † *improlis.*

9. MENDUS RODERICUS de Benavides, II COMES de SANTISTEVAN. *Vid. Tab. sequens II.*
- Mencia de Benavides, nup. *Roderico Manrique.*

10. Martinus de Benavides, III Dn. de *Almunnan Elvira de Villaroël & Quinnones.*

11. Christophorus de Benavides, IV Dn. de *Almunnan. Maria de Benavides, Diegi, IV Com. de Santistev. f.*
- Garcias de Benavidi & Villaroel. *Maria de Villaroel, Johannis f.*

12. Martinus de de Benavides V Dn. *Almunnan*, † sine lib. *Magdalena de Quinnones, Lazari Dn. de Concejo f.*
- Christophorus † 1603. *calebs.*
- Elvira, nup. *Petro de la Cueva.*
- Hieronyma ux. *Casparis Davalos.*
- Clara, nup. *Bartholomæo Ortega Cabrio.*

LA I.

DES ET SANTISTEVAN. 1.

Uxor, *N. de Castro*, *Petri Ruiz de Castro fil.*

Uxor, *Aldoncia Ponce de Leon*, *Ferdinandi Perez de Leon f.* 2.

Ferdinandus *Ruiz* de Biedma, Dives Homo, † 1313. *Mariana Paez de Sotomajor*, *Paji Gomez Cherinno fil.* | Johannes *Inniguez* de Biedma, *Claviger Ord. Alcantar.* 3.

Theresia nup. 1. *Petro Diaz Carillo de Toledo.* 2. *Petro Lopez de Narvaez.* | Alphonsus *Fernandez* de Biedma, II Dn. Biedmæ in Galicia, | Majora ux. *Ferdinandi Garsiæ de Senabria.* | Elvira, nup. *Johanni Perez de Novoa.* | Maria ux. *Johannis Alvarez Osorio.* | Rodericus *Paez* de Biedma, IV. Dn. Biedmæ in Galicia. ux. 1. *Aldoncia Martinez*, 2. *Johanna Gomez.* | Alvarus *Paez* de Biedma, *Episcopus Mondonedens. 1335.* 4.

Rodericus *Inniguez* de Biedma, III Dn. Biedmæ in Galicia occ. 1353. | Didacus Fernandez de Biedma. | Elvira, nup. *Alphonso Fernandez Coronel.* | 1. Agnes | Theresia, ux. *Johannis Fernandez de Orozco.* | 2. Johannes *Rodriguez* de Biedma V Dn. Biedmæ in Galicia. *Theresia Lopez de Horozco, Dom de Fuente & Saz.* 5.

Elvira de Biedma, VI Domina domus & Status Biedmæ, nup. *Diego Lopez de Estunniga, Dom. domus Fuerte de Laeneinas 1406.*

(4) Gomesius *Mendez* de Benavides, II Dn. *de Santisteván del Puerto*, † sine lib. 1385. | Didacus *Sanchez* de Benavides III Dn. de *Santistevan*, † 19. febr. 1413. *Maria de Mendoza*, *Petri Gonsalez de Mendoza fil.* | Johannes *Alouso* de Benavid. † improl. 1406. | Ludovicus *Mendez* de Benavides. | Rodericus *Inniguez* de Benavides *Beatrix de Portugal.* | Johaña nup. *Innico Lopez de Mendoza.* | Elvira ux. *Petri Alvarez de Sotomajor.* 6.

Emmanuel de Benavides, Dom. de *Javalquinto*, & Majoratus à fratre Gomesio an. 1467. fundati. ux. 1. *Agnes de Alvarez*, *Alphonsi Alvarez f.* 2. *Maria Manrique de Rojas*, *Johannis Rodriguez de Rojas f.* | Diegus de Benavides. *Maria de Ulloa.* 7.
Rodericus, † *improlis.* | Beatrix, nup. *Francisco de la Noceda.*

Maria de Benavid. & Alvarez, † *calebs.* | (2) GOMESIUS de Benavides DN. de FROMESTA. *Vid. Tab. III. A.* | JOH. ALPHONSUS de Benavides DN. de JAVALQUINTO. *Vid. Tab. III. B.* | Sancius de Benavides Dn. de ALMUNNAN. *Aldoncia de Acunna*, *Didaci Sanchez de Quesada VI Dom. de Garciez f.* | Maria, *monialis.* | Rodericus de Benavides, *nothus. Beatrix Noguerol.* | Theresia, *notha.* ux. *Mendi de Cabrera Quesada.* 8.

Christophorus de Benavides, II Dn. Dn. de Almunnan. *Guiomara de Alarcon*, *Martini Ruiz de Alarcon f.* 9.

Sancius de Alarcon & Benavides *Anna Carafa Spadafora*, *Johannis Cæsaris Carafa II Dom. de Fiumara f.* | Gomesius de Benavides. 10.

Imara Benavides de Alarcon, Dom. de la Rochetta, nup. *Francisco de Santapau, II. Principi de Butera.* | Johanna de Benav. & Alarc. ux. *Marcelli Rufo.* 11.

Johannes de Benavides Villaroel. uxor, *Johanna de Benav. Johannis IV Dom. de Javalquinto f.* 12.

Johannes, † Infans. | Catharina nup. *Francisco de Barradas.* 13.

TABU

COMITES DE SANTISTEVAN MAR

ET SANTA

9\. MENDUS *Rodriguez* DE BENAVIDES, III hujus nom. PHANI (*Santistevan del Puerto*) Dn. de Benavides, *Johanna Pacheco, Roderici Portocarrero, I Com. de Me-*

10\. Franciscus de Benavides, III Comes de *Santistevan del Puerto &c.* † 1519. *Maria Carillo de Cordoua, Alphonsi Fernandez de Montemayor Dom. de Alcandete f. 1507.*
— Rodericus. — Diegus. — Johannes. *obierunt cælibes.*

11\. Didacus II de Benavides IV Comes *de Santistevan.* † 1552. Ux. 1. *Maria Messia Carrillo Ponce de Leon, Roderici Messia Carrillo, VI Dom de la Guardia f. 2. Johanna de Valencia, Emanuelis de Benavides, III Dom. de Javalquinto fil. Ludovici Carrillo de Mendoza vid.*
— Franciscus de Benavides, *Comendator de Daymiel in Ord. eq. Calatrav.*
— Martinus de Benavides *monachus Ord. S. Francisci.*

12\. (1) Franciscus II de Benavides V. Comes de *Santistevan.* † *1580 Isabella de la Cueva, & Solera, Joh. Alphonsi fil.* 1548.
— Rodericus de Benavides, † *1586.*
— Johannes de Benavides *Capitan.*
— Maria de Benavides, nup *Christophoro de Benavides, IV Dom. de Almunnan.*


13\. Didacus III de Benavides & de la Cueva, VI Comes de *Santistevan* VI Dn. de Solera & Cueva. † 1587. *Leonora Davila & Toledo, Petri Davila II M. de las Navas f.*
— Johannes, † *sine pr.*
— Rodericus, *Eques Calatrav.*
— Franciscus, *Jesuita.*
— Maria Manuel de Benavides, nup. *Alvaro de Bazan, M. de S. Cruce.*

14\. Franciscus III de Benavides & Cueva VII Comes de *Santistevan* † 26. Sept. 1640 Ux. *Brianda de Bazan & Benavides Alvari de Bazan M. S. Crucis fil. 1603 2 Mariana Carillo de Toledo, Ludovici M. de Caracena f. Petri de Fonseca M. de Orellana vidua.*
— Isabella, † *infans.*
— Mendus de Benavides *nothus* ex *Theresia Merina* genitus, Præses regiæ Cancellariæ Granatensis 1625. *Episcopus Segoviæ 1633. Cartagen.* 1641. † 1644.

15\. (1) Didacus IV de Benavides & Cueva, I MARCHIO de SOLERA cr. 1637, VIII Comes de *Santistev.* † 19. Mart. 1666, Ux 1. *Antonia Davila & Corella, VII. M. de las Navas, Com de Risco & Concentaina. 2 Johanna Davila & Corella prioris soror. 3. Anna de Silva Manrique de la Cerda, Roderici Gomez de Silva M de la Eliseda f. Francisci Antonii Silvestri de Ulloa, IV M. de la Mota vid.*
— Antonius de Benavides, *Patriarcha Indiarum* † 1692.
— Antonia de Benav. ux. *Diegi de Ulloa M de Malagon.*
— Leonora de Benav. † *in Germania.*

16\. (1) Petrus Davila & Corella, VIII M. de las Navas, C. de Risco & Concentaina, † 1659.
— Franciscus IV de Benavides Davila & Corella, IX Com. de Santistev. II M. de Solera, IX de las Navas, Prorex Sicil. & Neapol. *Francisca de Aragonia & Sandoval Ludovici Ramon Folch de Cardona, VI Duc. Segorb. & Cardon.* f. † 29. Jan. 1697.
— Emanuel de Benavides, † æt. 20. in America,
— Maria de Benavid. nup. 1. *Ludovico Folch de Cardona & Arag VI Duc Segorb & Card. 2. Inico Fernandez de Velasco, IX Comest Castell. VIII Duci de Frias.*
— (2) Thomas de Benavid † *puer.*
— (3) Joachimus † *infans.*

17\. Didacus V de Benav. & Arag. III. March. de Solera † 4. Oct. 1693. Sponsus *Mariana de Borgia*, sed prius maritus *Theresiæ de la Cerda, Jo. Francisci Duc Medinæ Cœli f.* ductæ 1682. † 1685.
— Ludovicus de Benav. & Arag IV March. de Solera, Prorex Navarræ, 1702. *Mariana de Borgia, fratris defuncti Sponsa, Pasqualis Francisci de Borgia, X. Duc. Gandiæ f.*
— Theresia, † *inf.*
— Maria Theresia, † *inf.*
— Thomas, † *infans.*
— Anna Maria de Benav & Arag. nup. *Wilhelmo Ramon de Moncada, VI March. de Aitona.*
— Josephus, † *infans.*
— Thomas, † *infans.*
— Antonius, † æt. 7.
— Stephanus. † æt. 7.
— Johannes † *inf.*



CHIONES DE SOLERA, DE LAS NAVAS.

CRUZ.

Didaci Sanchez F. II COMES & VI DOMINUS SANCTI STE- Fines, Biedma & Ybros, † circa an. 1492. *dellin fil.*

Beatrix Pacheco de Benavides, † *innupta*.	Maria Pacheco de Benavides uxor 2. *Alphonsi Sanchez de Carvajal, II Dom. de Jodar.*	10.

Johannes Pacheco de Benavides, Præfect. in Canar. Uxor. 1. *Maria de Aranda Francisci Dom. de Garafe f.* 2. *Mencia de Avalos*, 3 *Hieronyma Cibo de Sobranis.*	Mendus de Benavides. *Capitan.*	Alphonsus de Benavides.	Maria Pacheco de Benavides nup. *Diego de Sotomajor Dom. de Vaca.*	11.

(1) Beatrix Pacheco. ux. *Miceri Gil de Boccanegra.*	(1) Franciscus de Benavides Pacheco.	Juliana nup. *Andrea Serano Dom. de Urracal.*	Beatrix.	Clara.	12.

Alvarus de Benavides, Comendator Major de Montalvan in Ord. S Jacobi, † 1612. *Maria de Benavides & Bazan. Emmanuelis de Benavides, I March. de Javalquinto fil. prima Marchionissa de Villareal, cr. 1637.*	Mencia.	Johanna. *moniales.*	Beatrix.	Anna.	13.

Ferdinandus Franciscus de Benavides, *Eques Calatrav.*	Johannes de Benavides. † *sine lib.*	Emmanuel de Benavides. † *sine lib.*	Isabella de la Cueva & Benavides, II March de Villareal, ux. *Jo. Francisci de Benavides, II M. de Javalquinto.*	14.

Henricus de Benavides, *Marchio de Bajona & del Viso, Comes de Chinchon,* Capit. Gener. trirem. Hisp. Consiliarius status. Ux. 1. *Mencia Pimentel & Bazan, II March. de Bajona, IV del Viso.* 2. *Francisca de Castro Cabrera & Bobadilla, VIII Com. de Chinchon & March. S. Martini de la Vega,* † improlis 24. Febr. 1683.	Aloisia de Benav. nup. *Francisca Fernandez de Cordova, II M. de Guadalcazar.*	Maria de Benavides.	Alvarus de Benavides *Commendat. Puebla de Sancho Perez Ord. S. Jac. Canon. Tolet.*	15.

Theresa de Benav. & Silva nata 1656. nup. 1 *Bernardo Manrique de Silva, III M. de la Eliseda,* 2 *Petro Alvarez de Vega V Com. de Graxal, III March. de Montaos.*	Josepha de Benav. & Silva, nata 1662. ux. *Johannis Emmanuelis Fernandez Pacheco VIII Ducis de Escalonna* 1674. † 12. Mart. 1692.	(1) Franciscus Didacus de Bazan & Benavides, V MARCHIO DE S. CRUCE, & de Viso, III de Bajona, Cap. Gen. trirem. Hisp. † 1680. *Francisca de Velasco Bernardini de Velasco, & Ayala VII Com. de Fuensalida f.*	Maria Nicolosa de Bazan, nup. *Arnali de Alagon V March. de Villasor. Com. de Monte Santo,* † 6. Jan. 1681.	16.

Rosolea, ux. *Ludovici de Borgia March. de Lombay.*	Emmanuel, nat 31. Dec. 1682. Canonic. Tolet.	Catharina.	Mariana.	Cajetanus.	Nicolæa.	Josephus Bernardinus de Baz & Benav. VI March. de S. Cruce † improl. 27. Sept. 1693. *Emanuelis de Alancastro, Augustini. II Duc. d'Abrantes f.* 16. Oct. 1690.	Alvarus Bazan & Benav. VII March. de S. Cruce, Viso & Bajona, Grandis Hispan. *Maria de Vilicla & Alava, Antonii II Com. de Lences & Triviana fil.* 1696.	Maria, † innup. 1688.	Mencia de Bazan, nup. *Josepho Seresio & Perellos, filio 2. Com. de Parcente* 22. Sept. 1688.	17.

became X Ct of Santistephan & Kt of St Esprit in France created Duke of Santis... Ana Css of Castellar

Antonio Duke of Sant... Kt of Golden Fleece 06 1782

Y 2 TABU-

A

DOMINI ET MARCHIONES DE FROMESTA ET CARACENA.

8. GOMESIUS DE BENAVIDES, Emanuelis Dom. de Javalquinto F. II DN. DE FROMESTA ex hæreditate patrui an. 1467.
Ux. *1 Elvira Manrique de Figueroa, Roderici Manrique Com. de Paredes f. 2. Mencia Carillo de Benavides.*

9. (1)Franciſcus de Benavides, III Dn. Fromeſtæ, † 1511. *Leonora de Velaſco, Johannis I Com. de Sirvela. f.* — Maria Manrique de Benavides nup. *Alphonſo Perez de Bivero, Vicec. de Altamira.* — Mencia de Benavides *Abbat monaſterii Zarzos.* — (2)Mencia *monialis.*

10. Gomeſius de Benav. IV Dn. Fromeſtæ, † 1546. *Maria Manrique, Johannis Chacon fil.* — Johannes. — Franciſcus de Benav. *Epiſcopus Segovia,* † 1560. — Franciſca, ux *Garſia Hernandez Manrique Dom. de los Amayuelas.* — Leonora, Catharina, Maria, Iſabella, Agnes, Elvira, *moniales.* — Johanna de Valentia nup. 1. *Petro Arias Davila,* 2. *Ludovico Carillo de Mendoza, III Com. de Priego,* 3. *Diego de Benavides, IV Com. de Santiſtev.*

11. Ludovicus de Benavides, V Dn Fromeſtæ. *Aldoncia de Bazan, Petri, III Vicecom. de Valduerna f.* — Leonora ux. *Diegi de Caſtilla, Dom. de Gor.* — Johannes de Benav. *Hieronyma de Navarra, Petri March. de Cortes f.* 1554.
  - Anna de Navarra
— Emanuel de Benav. VII Dn. & I. MARCHIO de Javalquinto cr. 1617. Ux. 1. *Catharina de Rojas & Sandoval, Diegi f.* 2. *Joſepha de la Cueva, Petri f.* — Anna ux. *Diegi de Queſada X Dom de Garciez.* — Mencia, nup. *Petro Faxardo.*

12. Hieronymus de Benavides, V Dn. & I MARCHIO de Fromeſta, cr. 1559. *Anna Maria de Zuniga & Bazan Franciſci de Zuniga IV Com. de Miranda f.* — Petrus de Benavides *monach. Ord. S. Dominic.* — (1) Maria de Bazan & Benav. nup. *Alvaro de Benavides, ex Com. Santiſtevan.*

13. Ludovicus de Benavides, II Marchio de Fromeſta, Eques Ord. Calatrav. *Angela Cortes & Arellano, Johannis Cortes II March. del Valle, Magnatis Caſtella fil.*

14. Hieronymus de Benavides, III Marchio de Fromeſtæ, † *calebs.* — Ludovicus de Benavides, IV Marchio de Fromeſta, Eques Ord. Calatr. *Anna Carillo de Toledo Ludovici I March de Caracena fil. primog. & hæres.* — Maria, *monialis.*

15. Ludovicus de Benavides Carillo de Toledo V Marchio de Fromeſta, II de CARACENA, Produx Mediolan. † 6. Jan. 1668. *Catharina Ponce de Leon, Roderici, IV Ducis de Arcos fil.* † 1701. — Iſabella de Benavides nup. *Bernardino de Velaſco & Ayala, VII Com. de Fuenſalida.* — Angela Cortes de Benavides.

16. Anna Antonja de Benavides Carillo & Toledo VI March. de Fromeſta, III de Caracena, uxor ſecunda *Caſparis Tellez Giron, V Ducis de Oſſuna,* ducta 1673. — Mariana de Benavides Ponce de Leon, conjux prima *Ludovici de Moſcoſo Oſorio Mendoza & Rojas, VII Com. de Altamira, March. de Almazan.* † 1680.

B.

DOMINI ET MARCHIONES DE JAVALQUINTO.

JOHANNES ALPHONSUS, de Benavides, Emmanuelis F. DOM. II de JAVALQUINTO cogn. *Bonus.* 8.
Beatrix de Valentia, Diegi de Valentia, Marescalli Castellæ fil.

9.
- Emmanuel de Benavides, III Dn. de Javalquinto, natus 1469. *Aloisia Manrique, Georgii f.*
- Valentia de Benavides cogn. audax (*el bravo*) Ux. 1. *Leonora de Guzman, Johannis, III Duc. Med Sidon. fil. natur.* 2. *Antonia de Valentia.*
- Maria ux. *Ludovici de la Cueva, Dom. Solera.*
- Isabella, nup. *Petro Diaz de Quesada, VII Dom. de Garciez.*

10.
- Johannes de Benav. IV Dn. de Javalquinto. *Maria de Bazan, soror Alvari March. de S. Cruce.*
- Georgius Manrique de Benavid. *Maria Serrano de Valenzuela.*
- Mencia ux. *Garsiæ de Toledo ex Com. de Feria.*
- Aloisia.
- Francisca, nup. *Petro de Arellano, Dom. de Ciria.*
- Rodericus de Benavides D. *de las Rozas. Isabella Davalos Francisci f.*
- Guiomara.
- Elvira.
- Johanna, *moniales.*

11.
- Beatrix, ux. *Casparis Davalos.*
- Francisca, nup. *Diego Maldonado.*
- Maria, ux. *Ferdinandi de Barradas.*
- Catharina, nup. *Petro de Padilla.*
- Brianda, ux. *Casparis de Balboa.*
- Johanna, nup. *Johanni de Benavides.*
- Aloisia.
- Maria, *moniales.*
- Sancius de Benav. Dn. *de las Rozas, Catharina de Mendoza, Ferdinandi fil.*

12.
- Johannes Franciscus de Benavides, II Marchio de Javalq. † 1636. *Isabella de la Cueva, Alvari de Benavides fil.*
- (2) Antonius de Benav.
- Johañes de Benavides, *nothus* Eq. S. Jacobi.
- Alphonsus de Benav. *nothus* Eq. S. Jac.
- Sancius de Benavides, Dn. *de las Rozas. Isabella Flores de Benavides. Jo. Flores de Montoja f.*

13.
- Isabella de Benavides, III March. d. de Javalquinto, II de Villareal, nup. *Alphonso Antonio Pimentel de Quinnones, XI Com. de Benavente & Luna.*
- Emmanuel de Benavides, IV Dn. *de las Rozas. Catharina de Boudman, Hugonis Com. de Leisf.*

14.
- Sancius de Benav. V Dn. *de las Rozas † impr[o]l.*
- Petrus de Benav. VI. Dn. *de las Rozas.*
- Rodericus de Benav. *Maria Coronel.*
- Elvira ux *Garsiæ Coronel de Salcedo.*
- Maria, nup *Martino Gorrea de Saà.*



EXEGESIS HISTORICA.



BENAVIDIAM familiam peculiari excoluit commentario D. *Didacus Vincentius de Vidania*, Regis Catholici Sacellanus Major in regno Neapolitano, Hispanico idiomate scripto, & Neapoli an. 1696. edito: INNICUM Innicidam, Biedmæ in Bætica sitæ dominum, à quo genealogiam gentis orditus est, à stirpe Regum Navarræ descendisse patronymico *Inniguez*, in memoriam tantæ originis conservato, licet dudum abdicato, designari censet. De illo *Jo. Bapt. Lavagna* in notis ad Nobiliarium Petri Comitis de Bracelos refert, quod primus Biedmense cognomen assumserit, ætatemque in Aragonia agens reginam, à Mauris unà cum sponsa sua interceptam, eorum manibus eripuerit, atque hujus meriti hoc à Rege proemium tulerit, ut *palus* ex scuto Regio Aragonico desumptus ei concederetur, instar tesseræ gentilitiæ juxta cum octo ahenis, quibus anteà usus erat, deferendus. Facto huic à Gonsalvo Argote de Molina Comite de Lanzarote in dubium ob Suritæ de eo silentium vocato, fidem noster adstruit testimonio Diegi Fernandez de Mendoza, viri regnantibus Ferdinando & Isabella nobilissimi, & rerum genealogicarum peritissimi: is factum illud sub Alphonsi, primi hujus nominis regis Aragoniæ, regno contigisse arbitratus est, quippe cujus uxor Uraca de Castella cum viro diffidens, & ab eo sæpè discedens, hucque ac illuc vagans in Maurorum manus incidere facilè potuerit. De proemio autem liberatæ reginæ, quo Innicum de Biedma mactum fuisse dictum est, refert Mendoza quod ille, cum paulò post vexillum regium publico in loco explicatum fuisset, insignibus integris nullo in eis deficiente palo, coram Rege in concione procerum jecerit, beneficium à Rege sibi collatum ad datorem revertisse, huicque rationem horum verborum postulanti responderit, palum ex regiis insignibus sibi concessum nondum in eis desiderari, itaque se facilè justam querelam subdolæ solutioni præferre (*era mas queria justa querella que cautelosa paga.*) Rex non habens quod regerreret, vexillum regium tolli, sibique afferri jussit, & forfice palum ab insignibus in eo pictis amputavit, huncque Innico tradidit.

A nepotibus Inici primi Biedmæ domini *Roderico* & *Ferdinando* in ramos stirps diducta est: à priore prognati de *Biedma in Bætica* nomen retinuerunt; qui autem à Ferdinando descenderunt Domini *Biedmæ in Galicia* audierunt: is enim Prætor (*Merino mayor* Hispanis dicitur) iu Galicia constitutus, loca quædam ibi acquisivit, quibus in unum corpus redactis nomen patrimonii Biedmensis (*Casa de Biedma*) in Galicia indidit: Ejus hæreditas ab illo ad filium natu maximum ALPHONSUM transiit, cujus gnatus RODERICUS, vita privatus jussu Petri Regis Castellensis in Aquilaria unà cum Alphonso Coronelo sororio suo, eandem patruo suo reliquit; hoc natus JOANNES, mascula prole destitutus, filiam suam, ELVIRAM, hæredem habuit, quæ Biedmam Galiciæ in Estunigarum sive Zunigarum familiam transtulit, & progenitrix facta est Comitum *de Monterey*, Magnatum Hispanicorum, qui eo nomine insignia Biedmensia scuto suo inseruerunt.

RODERICO Inicidæ, stirpis Biedmensis in Andalusia propagatori, uxor ducta est, regio Castellensi sanguine creta, eademque hæres domus suæ, cui cognomentum *de Fines* fuit, quamque condidit Sanctius, Infans Legionis, Ferdinandi II. Regis filius, quemadmodum

Ta-

Tabula VII. Stemmatis Desideriani ostendimus: hinc DIDACUS, illius filius natu maximus, sese non solum Biedmensis, sed etiam regiæ domus de Fines dominum dixit, idem insigni munere, Justitiæ Majoris in Palatio regio, quod illa ætate summæ fuit dignationis, functus est. MENDO, Didaci filio, à Petro Rege officium *Cabdilii Majoris* in regno & episcopatu Giennensi tunc limitaneo collatum fuit, quod apud ejus posteros tanquam jur hæreditario permansit, & custodiam limitum curamque rei militaris involvit, ita ut cum munere Capitanei Generalis æquipolleat, sicut Salazar de Mendoza Dignitatum Libro II. Cap. 14. tradit. An. MCCC LXIV. hæreditate idem auctus est maximè luculenta, quam Johannes Alphonsus sextus Dominus de Benavides ipsi legavit, eo quippe consobrino utebatur, sicut ex subjecto schemate videre est, quod à remotiore communi stipite utriusque deduximus, ut familiæ, de qua agimus, cognatio cum regia cumulatè pateat.

ALPHONSUS IX Rex Legionis. *Aldoncia Martinez de Silva.*

- Rodericus Alonso Dn. de Aliquer *Agnes Rodriguez de Cabrera.*
  - Petrus Alonso de Leon. *Maria Suarez de Benavides, Sueri III Dom. de Benavides, ab Alphonso VII Imperatore Hispaniæ orti, filia unica & hæres.*
    - Alphonsus Perez de Benavides, V Dn. Benavides.
      - Joannes Alonso, VI Dom. de Benavides.
        - Petrus Alonso VII Dom. de Benavides & Dn. de Tenorio † sine prole legit.
        - Joannes Alonso, VIII Dom. de Benavides & de Tenorio, *fundator Majoratus Benavidensis.*
- Petrus Alonso Magister Ord. S. Jacobi.
  - Diegus Alonso, Maritus filiæ ac hæredis Roderici *Tenorio* Domini ditionis Tenoriensis.
    - Petrus Roiz de Tenorio Dn. de Tenorio. *Theresia Paez de Sotomajor.*
      - Theresia Perez dotata Tenoriensi ditione.
      - Agnes Perez Tenorio, ux. Alphonsi Godinez Dom. de Xaraiceio & Cillervello, Cancellarii majoris Regis Ferdinandi IV
        - Theresia Godinez.
        - Maria Godinez ux. Didaci Sanchez Dom. Biedmæ.
          - Mendus Rodriguez Dn. Biedmæ, *hæres Majoratus Benavidensis.*
        - Alphonsus Godinez à quo posteritas hujus nominis.
      - Gonsalvus Perez Tenorio Stirpis Tenoriensis propagator.

Itaque ad Alphonsum IX. Regem Legionensem Joannes Alphonsides Benavidius genus suum referebat, sicut etiam in Stemmate Desideriano pag. 51. dictum est, ubi illa, quæ in commentario supra allegato pag. 135. traduntur, ab his, quæ pag. 152. rectius, sicut arbitramur, leguntur discordantia, incautè sequentes lapsi sumus, & Mariæ, Benavidii modò dicti sorori, virum tribuimus Didacum Sanchez de Biedma; cum eam vel alii vel nulli nuptam fuisse necesse sit. Cæterum Benavidius, cùm prolem nullam haberet, supremis tabulis anno 1358. confectis Majoratum instituit, ex maxima bonorum suorum parte; præcipuè ex ditione Benavidensi, Aguilarensi & Tenoriensi, hujusque majoratus hæredem scripsit Mendum Rodericidam Biedmæ Dominum, consobrinum suum, ea lege, ut insignibus suis, *leone* nempe *discolore*, nec non nomine *Benavidio* uteretur, illoque majoratu primogeniti ex ipsius posteritate sub eadem conditione instar *fidei commissi* perpetim gauderent. Istam hæreditatem Mendus anno 1364. adiit, ex qua cum abhinc biennio Henricus IV. Rex Ca-

Castellæ-

ſtellenſis Palatia Valduernæ, feudum Villæ majoris & caſtrum Bonal decerpſiſſet, & Joanni Gonſalvidæ de Bazan, Cubiculario ſuo intimæ admiſſionis, donaſſet, Mendo Biedmæ eorum loco villam S. *Stephani de Portu* tradidit, eo nomine inſignitam, quod Feſto S. Stephani protomartyris Mauris erepta fuiſſet, dicta priùs *Iznotarafe*. Ob iſtam itaque hæreditatem adeò inſignem & copioſam virilis prolis avidus Mendus, cum è tribus uxoribus, quas ſucceſſivè duxerat, fœmellas tantum haberet, ad quartas tranſiit nuptias, iisque voti ſui damnatus eſt, filiis quinque ex ultimo hoc conjugio beatus: inter eos cum natu maximus, GOMESIUS, ſecundus Majoratus Benavidienſis hæres factus, ſine prole deceſſiſſet, devolutus ille eſt ad fratrem ejus DIDACUM *Sanchez*: hic, in Luſitania, quò à Joanne II. Rege Orator Extraordinarius miſſus fuit, morte interceptus, tres poſt ſe reliquit filios, quorum natu maximo Majoratum Benavidienſem, ſecundo genito villas *la Mota*, *Villalonſo* & *Benafarces*, tertio autem *Javalquintum* aliasque ad fideicommiſſum non pertinentes poſſeſſiones legavit; ex eis GOMESIUS, fratrum ſuorum ætatibus medius interjectus, cum *Fromeſta* ex hæreditate uxoris ſuæ, ſine prole mortuæ, auctus eſſet, in majoratum fundum illum contulit, eique alia etiam loca incorporavit; hærede conſtituto EMMANUELE fratre ſuo natu minore, ejusque filio primogenito Didaco Sanchez; ſed is improlis defunctus Gomeſio fratri ſuo ætate proximo locum fecit; hic itaque Fromeſtenſem Majoratum poſt patrui exceſſum obtinuit, fratribus ejus Joanne Alphonſo & Sanctio *Javalquintum* & *Manquillium* ex paterna hæreditate ſortitis. SANCTIUS à Ferdinando & Iſabella Regibus ob fortem in bello Granatenſi navatam operam *Almuniano* feudo donatus, ex eò nec non Manquillenſi villa & dominio Cagnena majoratum pro primogenitis propaginis ſuæ inſtituit.

MENDUS Rodriguez Benavidius, ſecundus hujus nominis, & quartus Dominus S. Stephani de Portu tantos Johanni II. Regi, in bellis, quæ geſſit, inſerviendo fecit ſumptus, ut magnam Benavidenſis majoratus partem ipſumque caſtellum hujus nominis pignori opponere cogeretur, nec relueret, prætereaque Tenorienſem ditionem alienaret: non defuêre tamen filio ejus DIDACO Sanchez facultates, pares ornandæ dignitati *Comitis*, qua propter multa & magna merita ab Henrico IV. Rege an. 1473. mactus eſt, ob virtutum ſuarum excellentiam *Bonus* cognominatus, ſicut Alph. de Haro refert.

AD TAB. II.

MENDI Rodriguez Benavidii, tertii hujus nominis, ſecundi Comitis & ſexti Domini S. Stephani de Portu, extollitur ab Haro & Vidania virtus ac fortitudo, qua ſpartam *Cabdilii Majoris* in Giennenſi regione, à majoribus ſuis ſibi invicem, regibus annuentibus, quaſi per manus traditam, atque ad ipſum genitoris obitu delatam ornavit, limites adverſus Mauros Granatenſes ſtrenuè tuendo, in bello etiam, quod Alphonſus V. Rex Portugalliæ, deſponſata ſibi Johanna, quæ pro hærede regni Caſtellenſis venditabatur, Henrico IV. Caſtellæ Regi intulit, ſtrenui & fidelis viri officio functus eſſe prædicatur. Veſtigiis paternis FRANCISCUS, tertius Comes San. Stephanenſis, inſiſtens in expeditione Oranenſi, nec non Bugiæ Tripolisque expugnationibus magnam gloriam adeptus eſt. Hoc natus DIDACUS Carolo V. Imperatori primò in bello Hungarico, ab an. 1529. usque ad an. 1532. deinde an 1535. in expeditione Africana & denique in bello Perpinianenſi an 1542. ſtrenuam navavit operam.

FRANCISCI Benavidii ſecundi hujus nominis, quinti Comitis de S. Stephano, fides & fortitudo cùm aliis in eventis, tum præcipuè in rebellione à Granatenſibus an. 1568. facta enituit; idem ab uxore *Iſabella de Cueva* dominio Solerano, cujus illa morte fratris præmatura hæres facta erat, auctus eſt, ſed ea conditione, ut poſteri ejus, ſaltem primogeniti, Cuevanum cognomen cum avito conjungerent: DIDACUS, filius eorum natu major, legi huic morem geſſit, animique ſtrenui, nec ad pericula ſegnis documenta dedit, cum inter auxiliares copias, quas Garſias Toletanus Marchio de Villafranca Prorex Siciliæ Melitenſibus, à Turcis acri obſidione preſſis, an. 1565. ſubmiſit, nomen profeſſus eſſet, nec nulla an. 1571 ejus fuit opera in coërcendis ſeditioſis Alpuxarrenſibus. Hujus gnatus FRANCISCUS, tertius hujus nominis & ſeptimus Comes San Stephanenſis, in aula Philippi IV. Regis ſpecioſi miniſtri

ri locum habuit, cumque in Andalusiam an. 1624. profectum comitatus, hoc meritò honori sibi duxit, quod is in itu reditu que in villa sua Sanstephanensi diverterit.

DIDACUS Quartus hujus nominis & HENRICUS Benavidii, fratres germani, ex primo Francisci Com. S. Stephani, postremò loco dicti, toro suscepti, ductis uxoribus, domuum suarum hæredibus, novis amplificati sunt ditionibus. Posteriori felicitas ista iteratò contigit, huic enim nuptiis secundis virgo hæres Comitatus *Chinchon*, ex familia, cui *de Cabrera & Bobadilla* cognomen erat, oriunda, in manum convenit, cum eidem priore matrimonio *trium Marchionatuum*, videlicet *San Cruciani*, *Visensis & Bajonensis*, quorum primo *Grandatus* Hispaniæ, ut vulgari utar vocabulo, annexus est, hæres, quæ genus paternum ad *Pimentelos*, maternum ad *Bazanos* referebat, ducta fuisset, atque ex hoc matrimonio prognati sunt, qui hac ætate titulis Marchionatuum dictorum eminent.

Quoniam celebre est *Bazanorum* sive *Bastanorum* nomen, & multa eorum cum Benavidiis cognatio, non tempero mihi, quin de eorum familia aliquid hoc loco inferam: origo ejus à Navarrorum stirpe Regum repetitur, atque à Fortunato, Inici *Ximenez* Domini *de los Cameros*, an. 1127. mortui, filio, cui Maria domina domus & vallis Bastanensis, suæq; stirpis ultima, in matrimonium ducta est, serie continua deducitur. A Petri *Gonsalez de Bazan*, Domini hujus domus & vallis, nec non Vicecomitis primi Palatii de Valduerna, filiis, *Joanne & Alvaro*, rami duo orti sunt, sed Joannis propago virilis statim cum ejus gnato Petro extincta est: is enim filias tantum post se reliquit duas, quarum natu major *Maria*, Valduernensis Vicecomitatus hæres, Francisco de Zuniga & Avellaneda, quarto Comiti de Miranda, nupsit, altera *Aldoncia* Ludovici de Benavides Domini de Fromesta uxor facta est. Ab Alvaro Marchiones de S. *Cruce & Viso* descenderunt, priore titulo, cum quo dignatio *Grandis Hispanici* conjuncta, auctus est *Alvarus*, hujus nominis *tertius*, primi nepos, Præfectus classis Regis Philippi II. qui & magna pars fuit memorabilis victoriæ, quam Christiani de Turcis in Naupactensi freto an. 1571. reportarunt, & plurimum momenti attulit ad res secundas, quibus Rex dictus in Lusitanico usus est bello. Ejus conjugia posteritatemque subjecta repræsentat diatyposis.

Alvarus de Bazan, III. hujus nom. Marchio de S. Cruce primus Magnas Hispan. Dn. de Viso & Valdepennas, Capitaneus generalis Oceani sub Philippo II. Rege, Alvari II. Dom. de Fonelas ac Viso, & Annæ de Guzman ex Comitibus de Teba F. *uxor* (*1*.) *Johanna de Zuniga & Avellaneda, Francisci, quarti Com. de Miranda fil.* (*2*.) *Maria Manuel de Benavides, Francisci Com. de Santistevan fil.*

(1) Maria de Bazan, ux. *Bernardini Suarez de Mendoza Com. de Corunna.*	(2) Alvarus de Bazan, II March de S. Cruce & I de Viso. *Zamara Manrique de Lara, Bernardini fil.*	Franciscus *Eq. Calatr.*	Petrus *Eq. Alcantar Maria de Mendoza.*	Isabella de la Cueva nup. *Alphonso Portocarrero, V March. de Villanueva.*	Brianda de Bazan, ux. *Francisci Benavides, VII C. de Santistevan.*

Alvarus de Bazan III Marchio de S. Cruce, II de Viso, † improl. *Maria Francisca Doria, Caroli Duc. de Tursif.*	Maria Eugenia de Bazan, IV M. de S. Cruce, III de Viso post fratris mortem, nup. *Hieronymo Pimentel, I March. de Bajona.*	Anna de Bazan, nup. *Ferdinando de Quesada & Mendoza, Com. de Garciez.*	Ferdinandus de Bazan, *nothus* Archiepiscopus Panormi in Sicilia.

Mencia Pimentel & Bazan, II March. de Bajona, IV de Viso, † ante matrem, uxor *Henrici de Benavides.*	Theresia Pimentel nup. *Blasco de Alagon, IV March. de Villasor.*

HENRICUS Benavidius ducta in uxorem Mencia de Pimentel & Bazan *Marchio de Bajona & Viso* salutari cæpit, eaque viduatus, & ad secunda vota cum Francisca de Cabrera & Bobadilla transgressus etiam *Comes de Chinchon* audiit. Idem in aula regia Hispanica summo propter virtutem ac fidem ergà Regem singularem fuit honore ac nomine: quippe Consiliarii status munere functus, & tandem anno 1684. septuagenario major, Proregis Navarræ dignatione auctus est, jam orbatus gnato unico FRANCISCO, quem ex primo toro susceperat, quique aviæ suæ maternæ in titulum Marchionis de Santa Cruz & Grandatum Hispanicum successerat, spartamque Præfecti triremium ornarat. Hunc ex ægritudine ob prælatum sibi in munere Proregis Peruviani Melchiorem Navarrum mortuum esse auctor libelli Gallici, *Memoires de la Cour d' Espagne*, literis prodidit. Ex filiis ejus, quos duos post se reliquit, natu majori JOSEPHO brevis etiam vitæ usura contigit: intra tertium enim matrimonii sui annum rebus humanis exemptus est, tulitque ejus obitum uxor Emmanuelis Alencastria adeò graviter, ut viduitatem sibi perpetuam indiceret, & in monasterium Carmelitarum Discalceatarum ad S. Theresiam Madriti, mense Majo, an. 1694. se abderet, ubi sub *sororis Mariæ de Conceptione* adsumto nomine hodieque degit. ALVARUS fratri successit, & titulis *Marchionis de S. Cruz, Bajona & Viso*, nec non dignatione *Grandis Hispanici* in præsentia gaudet.

DIDACO Benavidio, Henrici fratri natu maximo, & patris in avito Comitatu successori, cum prima uxore obvenerunt Marchionatus de *las Navas* & Comitatus duo, *del Risco* & *de Concentaina*: Marchionatum nec non Riscensem Comitatum *Hieronyma Davila Manrique*, fratrum suorum Antonii & Petri Davila, quorum ille quartus, hic quintus Marchio *de las Navas* numeratur, hæres facta, ex Davilana vetustissima domo in Corellanam transtulerat, nupta Hieronymo *Ruiz de Corella*, nono Comiti de Concentaina, & ex eo gnatarum duarum tantum mater facta est, *Antoniæ* videlicet & *Johannæ*, quas ambas dictus Didacus Benavidius, octavus Comes Sanstephanensis, in matrimonium successivè duxit, earumque hæreditatem paternam maternamque domui suæ asseruit. Cùm anno 1637 Mediolanum abiisset, ut in bello, quod illic locorum flagrabat, volo militaret, moxque tribunus militum & deinde cataphractorum præfectus creatus, præclarè se gereret, laborum ac virtutis decoramentum titulum *Marchionis Soleræ* à Rege tulit. Induciis isthic factis in Hispaniam an. 1639. rediit, & Salsularum obsidioni, donec expugnarentur, interfuit. An. 1643. demandata ei fuit custodia limitis Lusitanici & Estremaduræ, quo munere impigrè & solerter defuncto Galliciæ Proregis & Capitanei Generalis titulo an. 1647. præfectus est, eademq; dignatione Navarrense regnum ab an. 1653. usque ad an. 1659. rexit: Ad sua posteà paulisper reversus, brevi Fonterabiam ad Marchionem Carpiensem, pacis cum Gallia negotia tractantem se contulit, comite PETRO filio suo primogenito, quem mors ibi oppressit abstulitque. Sequenti anno 1660. Prorex & Capitaneus Generalis Peruviani regni in America creatus mense Novembri eò enavigavit, eaque in provincia vitæ finem implevit, quæ filio quoque ejus EMMANUELI fatalis fuit.

Ad FRANCISCUM quartum, filium Didaci Benavidii & Antoniæ Davilæ secundo genitum, sicut familiæ propagatio, ita etiam omnes, eæque amplissimæ, patris matrisque possessiones redierunt, multis ea propter titulis cumulatum; prædicatur enim *nonus Comes de Santistevan del Puerto, XIII. Dominus hujus domus & status, II. Marchio de Solera, & VIII. Dominus ejusdem domus nec non Cuevanæ, IX. Marchio de las Navas IX. Comes de Risco, XII. Comes de Concentaina, XV Dominus domus Biedmæ in Andalusia, decimus septimus Finesiæ, & vigesimus primus Benavidiæ, XIII. Cabdilius Major regni & Episcopatus Giennensis, Alcaides major arcium & fortalitiorum ejus, Signifer major perpetuus civitatis Avilæ, Commendator de Monreal & Trece in militia S. Jacobi.* Ad tot titulos accessere dignitates & officia benè multa, quibus à Rege decorari & exaggerari meruit; nimirum an. 1672. creatus est *Capitaneus Generalis in Granata*, an. 1675. *Prorex Sardiniæ*, atque an. 1678. *Siciliæ*, ubi Messanensis rebellionis reliquiarum & monumentorum abolitione imperii sui initia nobilitavit, curiaque publica, ubi cocta fuerant seditionis consilia, destructa & solo æquata, colossum eo loco ex marmore erexit, statuamque equestrem Regi posuit ex ære campanæ ædis majoris, cujus pulsatione populus ad rebellionem concitatus fuerat, conflatam atque ejus basin hac insignivit inscriptione:

Ca-

Carolo II. Hispaniarum & Siciliæ Rege:
Illustrissimus & Excellentissimus D. Franciscus Benavides,
Davila & Corella, Comes Sancti Stephani,
Prorex, & Capitaneus Generalis.
Propè Divinæ Augustissimi Regis clementiæ inhærens,
Ne dirutis, ut par erat, tot rebellium ædibus
publicus Civitatis deformaretur aspectus;
unam tantummodo domum Senatoriam,
In qua perjuri, ac perfidi Messanæ Rectores
cunctis malignantium consiliis, ruptis totius
debitæ fidelitatis habenis, fœdissimas inierunt conjurationes
Regis Imperium conantes demoliri:
Et tandem Francorum dominio capita subjacentes,
Sibi & Patriæ exitium decrevère; Solo æquari,
aratro subjici, ac sale conspergi jussit.
Nec non ut inde depicta ejusdem Regis effigies,
Venerationi exposita, nefario fuerat ausu sublata,
Inibi æviterna restitueretur, æneam æreæ
campanæ, quæ à proxima turri rebelles ad
immania quæque flagitia sæpè numero convocarat,
conflatam restauravit.

Siculi regni administratione aliquot annorum spatio functo, Neapolitani regni, reique in eo militaris regimen sub finem anni 1687. demandatum est, quod usque ad an. 1696. egregia fama gessit: hujus enim anni primo mense à provincia illa avocatus, eamque Duci de Medinaceli tradere jussus, sed eodem pœnè tempore *Grandis Hispaniæ* dignatione, ad posteros ejus extensa, mactus fuit, larga meritorum testificatione. Postquam in Hispaniam rediisset, inter Consiliarios Status electus & Reginæ Hipparchus (*Cavallerizzo maggiore*) posteaque Oeconomus supremus (*Maggiordomo*) designatus est.

DIDACUS Benavidius quintus illius nominis, filius Comitis S. Stephani, de quo modo dictum est, natu maximus, *Marchionis Soleræ* nomine innotuit in bello Cisalpino, ubi post præclara edita facinora cum in prœlio apud Orbazanam in Pedemontio strenuè dimicaret, glande tactus & prostratus, pedibusque equorum conculcatus interiit. Quoniam prolem cum *Theresia de Cerda* nullam susceperat, sponsaliaque cum *Mariana Borgia* inita fato interceptus non consummavit, LUDOVICUS frater in ejus locum successit, & sponsam defuncti matrimonio sibi junxit, abdicatis muneribus Ecclesiasticis, quibus jam cumulatus erat; ex his EMMANUEL frater ejus natu minor Canonicatum Toletanum, Archidiaconatum Alcarazensem & Abbatiam S. S. Petri & Pauli in Sicilia obtinuit.

AD TAB. III.

DE GOMESIO & JOHANNE Benavidiis, fratribus, qui tabulam tertiam inchoant, dictum jam est, quod prior ex patrui hæreditate *Fromestam*, alter ex paterna *Javalquintum* nactus sit; utriusque posteris *Marchionis* titulus accessit, sed in familia non perennavit. Fromestæ Marchionum domus aucta est alio *Marchionatu*, videlicet *Caracenano*, nec non *Comitatu Pintano* per matrimonium, quod LUDOVICUS Benavidius, hujus nominis tertius, & Marchio Fromestæ quartus, Eques Ordinis Calatravensis contraxit cum *Anna Carillo de Toledo*, gnata primogenita & hærede Ludovici Carillii Toletani, primi Marchionis Caracenæ & Comitis Pinti, ab Acuniorum vetustissima & amplissima stirpe oriundi, sicuti in Genealogia istius familiæ videre est. Ex illo conjugio natus est LUDOVICUS Benavidius Carillius de Toledo, nominis ejus quartus & Marchio Fromestæ ac Caracenæ, quo nomine magis ac priore usus est, inclaruitque: quippe inclytus bellator, vigore animi & plurimo rerum usu præditus, Mediolanensi ducatui anno 1648. præfectus est difficili tempo-

re, ſtatimque oſtendit, qui vir & quantus ſit: cum enim exercitum pariter ac ærarium attenuatum exhauſtumque reperiſſet, omnes tamen ſolertis & providi ducis partes ita implevisſe Bruſſonio prædicatur, ut exercitu novis delectibus rebusque ad victum ac amictum necesſariis aucto & corroborato, in Hiſpanorum animis ſpem proſperorum in Italia ſucceſſuum propè extinctam reſuſcitaret. (a) Iſto munere octennii propè ſpatio functus, in Belgium à Philippo IV. Rege an. 1656. evocatus eſt, ut illic rem militarem ſub ſupremo Johannis Auſtriaci imperio moderaretur. Ambiguam ſui famam in Italia poſt ſe reliquiſſe ſcriptori citato dicitur: namque & provinciam illam Caſalio & Trino, munitiſſimis locis, à ſe expugnatis firmatam ſucceſſori tradidit, & patefactæ ſunt ipſius diſceſſu magnæ confuſiones, quibus res civiles æquè ac militares implicitæ erant. (b) Johanne Auſtriaco in Hiſpaniam redeunte menſe Martio an. 1659. Marchioni noſtro Belgii ac Burgundiæ præfectura demandata fuit, quam usque ad anni 1664. menſem Septembrem geſſit, quo in Hiſpaniam revocatus eſt, ut exercitui regio adverſus Luſitanos, *Generaliſſimi* dignatione, præeſſet; hoc in bello cùm rebus à ſe geſtis coronidem Villævitioſæ expugnatione impoſuiſſet, Mantuæ Carpetanorum deceſſit, duabus relictis filiabus, quarum natu major, in ditiones paternas ſucceſſit, easque in Ducis Oſſunenſis domum tranſtulit.

JOHANNI Benavidio Javalquinti domino mite ingenium *Boni* cognomen peperit; idem tamen acer militiæ & Mauris formidabilis fuiſſe fertur, usque adeò, ut ipſius nomine terriculamenti inſtar erga liberos ſuos uterentur. Filiorum etiam ejus EMMANUELIS & VALENTIÆ fortitudo celebratur, cujus documenta regnantibus Ferdinando & Iſabella tum in Hiſpania adverſus Mauros, tum in regno Neapolitano adverſus Gallos ediderunt. A gnatis Emmanuelis JOHANNE & RODERICO duo exorti ſunt palmites, quorum ille, quem poſterior proſevit in Dominis *de las Rozas* viget; prioris verò propago maſcula emarcuit in EMMANUELIS, qui Marchionis axiomate auctus fuit, gnato JOANNE FRANCISCO; hic enim prolem unicam, eamque ſequioris ſexus poſt ſe reliquit, cum qua Javalquintum in Pimentelorum, Beneventi Comitum, familiam tranſiit.

(a) Bruſon. Hiſt. Ital. Lib. XVI.
(b) Ibid. Lib. XXIV.




XI.

BONCOMPAGNANA STIRPS

Bononiæ & in Regno Neapolitano nobilissima, qua prognati sunt.

MARCHIONES VIGNOLÆ, DUCES SORÆ ET PRINCIPES PLUMBINI.





ONCOMPAGNI, quorum genealogiam hîc damus, *Bononiense* ab urbe, in qua domicilium instituerunt, & partim adhuc habent appellari consueverunt, ad differentiam *Vissanorum* & *Aretinorum*, quos tamen omnes ejusdem esse generis, & à stirpe *Draconum*, Assisii Umbriæ civitatis olim regulorum, descendisse, gentilesque habere *Confidatos*, Assisii etiam nunc degentes, *Eugen. Gamurrinus* Parte prima *Hist. Geneal Fam. Nobil Tusciæ & Umbriæ* perhibet, eandemque sententiam Comes *Albertus Schliferus*, Germanus, libello Romæ an. 1666. edito, cui titulus *Albero della famiglia Dragona Confidata descritto & difeso*, adversus dissentientes propugnavit, cui sententiæ favent insignia *Draconis*, quem *aureum in scuto rubeo* gestare solent. Qui primus ex ista gente Bononiæ sedem fixit, *Johannis* nomen habuisse dicitur, fraterque fuisse *Rodulfi*, *Boncompagni* & *Rinieri*, à quibus Confidatos, Vissanos & Aretinos derivant, filius verò *Pauli*, atque atnepos *Rodulfi de Draconibus*, cui Assisiensem civitatem à Lothario Saxone Imperatore anno 1133. donatam fuisse tradunt, fidemque rei adstruunt diplomate Cæsareo, quod autores supra dicti recensuerunt, unà cum Principum, qui illi subscripserint, nominibus, quæ talia sunt, ut avthentia literarum in dubium venire possit.

SCHEMA BONCOMPAGNORUM

1. Caſpar Boncompagnus,

2. Jacobus Boncompagnus.

3. Chriſtophorus Boncompagnus, *Angela Mareſcalca.* — Franciſcus Boncompagnus.

4. Boncompagnus, *Senator Bononienſis. Cæcilia Bergelina.* — Hugo, nat. 9. Febr. 1502. Jurium Doctor, *Rom. Eccl. Presb. Cardinalis,* cr. 12. Mart. 1562. PONTIFEX MAX. el. 13. Mart 1572. dictus GREGORIUS XIII, † 10. Apr. 1585. — Ludovicus

5. Philippus, n. 10. Sept. 1548. *Presb. Cardin.* cr. 2. Jun. 1572. † 7. Jun. 1586. — Chriſtophorus *Archiepiſc. Ravennat.* 16. Oct. 1578. † 3. Oct. 1607. — Hieronymus. — Jo. Franciſcus. — Sebaſtianus.

6. Gregorius, Dux II Soræ & Arciæ. *Leonora Zapata, Jo. Baptiſtæ fil.* — Franciſcus *Presb. Cardinal.* cr. 1621. *Archiepiſc. Neapol.* 1626. † 9. Dec. 1641.

7. Hugo, Dux III Soræ & Arciæ, † m. Oct. 1676. *Maria Ruffo Franciſci Mariæ II Duc. de Bagnara f.* — Hieronymus *Archiepiſc. Bonon.* 1651. *Presb. Cardinal.* cr. 14. Jan. 1664, † . . Jan. 1684. æt. 67. — Jo. Baptiſta, *Senator Bonon.*

8. Gregorius, IV Dux Soræ & Arciæ M. Vignolæ PRINCEPS PLUMBINI, n. 1641. *1 Flaminia Gallio, Ptolomæi Duc. de Alvito. f.* † *1679. 2 Hippolyta Ludoviſio Nicolai Pr. Plumbini & Venuſ. fil. 1681.* — Franciſcus *Archiepiſc. Bononienſ.* † 27. Febr. 1690. — Jacobus ſucceſſ. fratri in *Archiepiſc. Bonon.* 1690. *Presb. Cardin.* cr. 1695.

9. 1. Filius, *citò mortuus.* — 2. Hugo nat. 1684. † *nondum triennis.* — Maria, n. m. Mart. 1686. deſponſata *Antonio Boncompagno patruo ſuo.* 1702. — Conſtantia, n. m. Sept. 1687.

DUCUM SORÆ, MARCHIONUM VIGNOLÆ.

Bononienfis. 1.

Blafius Boncompagnus. — Petrus Boncompagnus. 2.

Nicolaus Boncompagnus. 3.

Jacoba ux. *Angeli Michaelis Guaftavillani.* — Johannes Baptifta. 4.

Jacobus, DUX SORÆ & Arciæ, Marchio Vignolæ Ecc. Rom. Polemarchus. *Conftantia Sfortia, Francifci Com. S. Floræ f.* — Philippus Guaftavillanus. n. 30. Sept. 1540. *Diac. Cardinalis* cr. 15. Jun. 1573. R. E. *Camerarius.* † 17. Aug. 1587. 5.

Sfortia, Marchio Vignolæ. — Julia, uxor *Johannis de Guevara Duc. de Bovino.* 6.

Jacobus *Senat. Bonon.* — Conftantia uxor prima *Caroli Ruffo III Duc. de Bagnara.* 7.

Antonius, *Eques Ord. Calatrav.* V Duke of Sora ... *Maria Boncompagna, Gregorii, IV Duc. Soræ & Principis Plumbini filia.* 1702. — Eleonora, nup. *Jo. Baptifta Borgefio Pr. Sulmon.* † 9. Sept. 1695. — Maria Hieronyma. — Maria Cæcilia. — Maria Angelica. *moniales.* 8.

Therefia, n. m. Febr. 1692. — Julia, n. m. Jan. 1695. — Gaetano Boncomp. VI Duke of Sora & ... 1757 9.

Johanni, Boncompagnorum Bononiensium satori, gnatum dant *Boncompagnum*, atque ex eo nepotem *Pirrinum*, quo natus *Petrus*, publicus Bononiæ notarius, Papyrio Massonio referente (a) fuit, & *Draconem* genuit, nec non CASPAREM, à quo schema ordiri sumus. Hic pater fuit JACOBI, cui, pulsis Bononia Bentivoliis, curam urbis tuendæ inter paucissimos demandatam fuisse Ciacconius in *Hist. Pontif. & Cardin.* memoravit. (b) Jacobo prognatus CHRISTOPHORUS mercaturæ studio primùm addictus, ea dimissa filios plures habuit, inter quos paterna hæreditas ità divisa est, ut perampla magnificaque domus à Christophoro exædificata Bononiæ juxta templum D. Petri ad *Hugonem* pervenerit. Interrogatus pater, eccui tam splendidam domum conderet; *Cardinali*, inquit, *futuro*: mathematici enim inspecta filiorum genitura unum ex iis ad amplissimum illum honorem perventurum notato astrorum cursu spondere ausi sunt, id quod etiam *Massonius* memoriæ prodidit. (c) Vaticinium istud HUGO implevit; namque juris utriusque peritia probè excultus, postquam id Bononiæ summa cum laude ac juventutis concursu diu professus esset, Romam se contulit, ubi variis curiæ officiis summa industria functus à Paulo III ad concilium Tridentinum missus est, iterumque à Pio IV, jam Vestani Episcopi dignatione mactus; cum Romam rediisset, ab eodem Pontifice in Ordinem Presbyterorum Cardinalium relatus est. In eo munere ita segessit, ut collegarum animos facilè sibi conciliaret: etenim mortuis duobus Piis IV & V, cum eligendi successoris causâ convenissent Cardinales, altera die post conclavis ingressum, omnibus suffragiis sine mora & statim summus Sanctæ Sedis Præses renunciatus est, eamque tredecim annorum spatio secunda fama tenuit. Extremum vitæ ejus tempus insignitum est legatione, quam tres reguli Japonenses, Franciscus Bungensis, Protasius Arimensis & Bartholomæus Omuriæ Princeps, à Jesuitis, qui aliquot insulanorum converterant, excitati, Romam misere; illa Gregorius maxima perfusus est voluptate, plurimum existimationis & dignitatis Romanæ sedi inde accessisse ratus; sed lætitia hæc parùm diuturna fuit: nam haud multos post dies subita infirmitate correptus à prandio, cùm exacta jam ætate annū octuagesimum supergrederetur, vitæ ac Pontificatui finem imposuit, in quo, ut habet Andr. Mauroceni *Libro XIII. Hist. Venet.* ἐπίκρισις, summo animi ardore in Christianæ religionis incrementum decusque incubuerat, eam non modò, qua vigebat, florentem servare, sed in remotas quoque regiones propagare adnixus: in urbe Roma ad educandam, doctrinaque ac Christiana religione imbuendam juventutem erectis Collegiis, vulgò *Seminariis* appellatis, quæ ut in Italiæ insignioribus urbibus, Germania quoque ac Sarmatia excitarentur, curavit. Fuisse præterea Thuano dicitur (d) miti ingenio ac benefico & moderata prudentia prædito, in civili disciplina sive innata animi mansuetudine, sive vitio ætatis remissior; in caritates propensior, JACOBO Boncompagno. filio *naturali*, quem invidiosis opibus auxit, ad maximos honores statim evecto. Eidem Philippus II Rex Hispan. *Soram* & *Arciam* in regno Neapolitano contulit, cum titulo *Ducatus*, quem posteris transmissum nunc gerit GREGORIUS, Jacobi pronepos. Is in matrimonio *Hippolytæ Ludovisiæ* vivit, ad quam morte fratris Johannis Baptistæ, & sororis natu majoris Mariæ Annæ, quæ in monasterio *Oblatarum apud turrim speculorum* Romæ ætatem exegit, Principatus *Plumbinensis* devolutus est, cujus etiam investituram illa juxta cum marito impetravit.

Cardinalitia dignitas, ex quo Hugo illam in Boncompagnam induxit familiam, haud infrequens ex ea ortis fuit; Hugo ipse postquam ad Pontificatum evectus esset, prima creatione PHILIPPUM Boncompagnum fratris sui filium, huncque solum Presbyterum Cardinalem tit S. Sixti renunciavit, eoque paulo post Venetias Legati *de Latere* dignatione misso, ut ibi Henricum III è Polonia in Galliam ad ejus regni gubernacula capessenda properantem Pontificis nomine salutaret, Romamque invitaret, ne curia Cardinale nepote careret; secunda creatione nepotem è sorore *Philippum Guastavillanum*, huncque etiam solum, Diaconorum Cardinalium ordini adscripsit, Bononiæ Vexilliferi justitiæ, qui summus in ea urbe magistratus est, tunc fungentem. Idem R. E. Camerariatum postea gessit, LM aureorum, mortuo Aloysio Cornelio, emptum, atque anni tantùm spatio & quod excurrit Philippo Cardinali Boncompagno, consobrino suo, superstes mansit, cujus fata eorundem benefactor Gregorius Papa pari temporis intervallo anteverterat. CHRISTOPHORO Boncompagno, Philippi fratri, idem Pontifex, quo patruo utebantur communi, Archiepiscopatum Ravennatensem contulit, quem XXIII prope annos optimè administravit, Flaminiamque etiam provinci-

(a) De Episc. Urb. Rom. p. 316. (b) Tomo III, p. 956.
(c) Pap. Masson. loco cit. (d) Histor. Libro LXXXI.

vinciam annum & amplius Præſes cum laude rexit, cùm anteà jus civile in patriæ gymnaſio docuiſſet, & Anconæ moderator præfuiſſet.

FRANCISCUM Boncompagnum, Jacobi Ducis Soræ primi filium, Gregorius XV. Papa purpura ſacra ornavit, quam ipſe Gregorio XIII. in acceptis ferebat, Epiſcopatu deinde Fanenſi, & Peruſiæ Umbriæque legatione ab eodem honeſtatum, ad Archiepiſcopatum Neapolitanum Urbanus VIII. provexit. Fuiſſe *Oldoino* prædicatur *inculpatæ vitæ Præſul, & in omnium ſcientiarum genere verſatus, Græcis ac Latinis literis eruditus, egregiusque venerandæ integritatis amator, continentia inſignis & munificentia in pauperes nulli ſecundus.* (e) Deceſſit Neapoli in vigore ætatis annos XLVI. natus. HIERONYMO, Franciſci modò dicti è fratre, ſecundo Soræ Duce, nepoti, Innocentius X. Papa Archiepiſcopatum Bononienſem, & Alexander VII. galerum Cardinalitium contulit; JACOBUM verò viventem Cardinalem Boncompagnum Innocentius XII. ad eam extulit dignitatem primumque ei in prima ſua purpuratorum Patrum creatione locum dedit, cum quinquennio ante ab Alexandro VIII. ex Fermenſi Præfecto Archiepiſcopus Bononienſis, in locum Franciſci fratris ſui, factus eſſet, qua in ſparta æquè ac Cardinalitio munere eandem virtutis viam, quam patrui ſignatam atq; impreſſam veſtigiis videt, toto pectore omniq; animi contentione ſequitur.

Cœterum *Plumbiuenſem* principatum, quoniam res paulò ante obtulit, haud incongruum videtur paucis percurrere, quæ initia quosque anteà dominos habuerit; primordia verbis *Auguſtini Dathi*, qui Hiſtoriam Plumbinenſem ſcripſit, in volumine operum ejus, Senis an. 1501. edito, comprehenſam, referre lubet: In extrema Hetruria poſitum Plumbinum eſt: ac velut in quodam maris & continentis meditullio. Adjacent inde Lygures & Genuenſes: illinc Florentini, hinc modico intervallo Senenſes, propiſſimè autem Piſani abſunt. Horum antehac imperio ſubjacebat, dum Piſæ ſteterunt. Sed cum inde ad ſeditionem, ad diſcordiam, mox etiam ad tyrannidem ventum eſt, Piſarum lumen extinctum eſt, & unà cum libertate præpotentis civitatis opes florentiſſimæ corruerunt. Inciderunt in manum Joannis Agnelli res Piſanæ, quem ſecutus Petrus cui Cambecurtæ erat cognomentum, & ipſe quoque dominatu eam urbem occupavit, vir alioquin nobilis, ſed certè triſtiore ingenio, ambitione majore. Hujus temporibus claruit *Jacobus Apianenſis*, ita ab Apiano ſumpto agnomine pago in Piſana ora etiam celebri. Hic Apianenſi generi clarum dedit exordium, ac dominante Petro ſumma laude & auctoritate floruit, non aſpernatus tamen Scribæ munus. Cœperunt exinde Petrus & Jacobus diffidere, interque eos graviores ortæ inimicitiæ ſunt, quæ res Piſanam labefactavit Rempublicam, & cladem libertatis extremam peperit, quippe Piſanis in ea ſeditione aliis Florentinis, aliis Mediolanenſi Principi adhærentibus: qui cum Senenſes fide & amicitia jungebantur. Qui tum Mediolani imperabat, ſive à loco, cujus titulis clarebat, ſeu ob egregiam vitæ laudem Virtutis Comes cognominatus, Piſas in ditionem ſuam recepit: Jacobo autem Apianenſi ei, qui primus appellatus ſit, Plumbinum emancipatur, ac tum cœpit, ſumma Plumbinenſium concordia atque conſenſu oppidum regere illuſtre Apianenſe genus. Erat Plumbini ager munitus non proximo ſolum & contiguo Tyrrheno mari, ſed caſtellis etiam tutior, Buriano, Scarlino, Subereto, & imprimis inſula Ilva, quam ferri fodinæ plurimum & feracem & celebrem faciunt. Hinc *Jacobus* primus *Apianenſis* & gubernandi peritia & ſervanda æquitate ita ſe geſſit, ut una omnium voce eo Principatu dignus exiſtimaretur. Præfuit autem magna cum laude Plumbino annos complures, fretus Mediolanenſis Ducis præſidio, ſed non minus Senenſium ſtudio, qui & magna apud illum valebant gratia, & ad Plumbini tutelam juſtis cauſis concitabantur: accedente inſuper affinitatis neceſſitudine, mutua utrinque gratia vehementius conflagravit. Quod priore uxore deſiderata, ex qua *Vannem* (ita enim pro Joanne prioribus detritis literis, nonnunquam vulgus uſurpat) *Gerardum* & *Vicecomitem* à Mediolanenſibus Ducibus traducto nomine genuiſſet, porro alteram duxit, quam & Senenſis tulit patria, & Ilicia antiqua & clara progenies: ex hac *Emmanuelem* habuit filium. Mox Gerardus ex uxore Paula, quæ antiquiſſimo Columnæ genere orta eſt, cum ſorore Martini Pontificis Maximi, & ipſa liberos genuit *Jacobum II. Violantem*, quæ poſtmodum nupſit Camerini Regulo, præterea *Catherinam*, quæ Raynaldo Urſino. Poſtquàm Jacobus II. cui uxor erat ex nobiliſſimo Fliſcorum genere, nulla relicta prole humanis rebus exceſſiſſet, id quod an. MCD XLI. contigit, Paula ejus mater Plumbinum rexit, cumque ea Raynaldus Urſinus, illius gener. Vivebat per id temporis *Emmanuel*, quem jam memoravimus, in Siculo regno cis Pharum ad Trojam privatus, & ducta uxore, tenui admodum re familiari exiguo agello contentus erat:

 cu-

(e) Hiſt. Pont. & Card. P. IV. p. 480.


curaverat enim Paula metuens jam pridem filio ab illo insidias, ut longius Plumbino facesseret. Paula circa autumnale æquinoctium anni 1443. mortua Catherina ejus filia unà cum viro Raynaldo illius partes subiit, hic obsidionem, qua Alphonsus Rex Neapolitanus Plumbinum pressit, magno animo sustinuit, sed pestilentiæ deinde succubuit, omnis prolis expers, cumq; Catharina etiam fatis concessisset, *Emmanuel*, ex Trojano agello accitus, Plumbinensem Principatum adeptus est; qui mense Februario an. 1457. mortuus *Jacobum Tertium* successorem reliquit: hunc an. 1473. VIII. Id. Mart. defunctum *Jacobus* IV. excepit, quem ex uxore, cui Baptistinæ nomen erat susceperat. Jacobo IV. & Victoria Piccolominea nati sunt *Jacobus V*, *Hieronymus* & *Camillus*, quorum primus ditioni avitæ præfuit, atq; ex Helena Salviata sustulit *Jacobum VI.* & *Alphonsum*; ille sub matris tutela suiq; juris factus Plumbini, cui Cosmus Medicæus insidiabatur, possessionem utcunque tuitus est, filiumq; *naturalem* post se reliquit *Alexandrum*, qui Plumbinum sibi vindicavit, & ad gnatum suum *Cosmum*, ex Isabella Mendoza genere Hispana genitum, transmisit, cui actionem in aula Cæsarea movit *Johannes Baptista Apianus*, Hieronymi suprà memorati filius. Verùm non superior tantùm in lite Cosmus discessit, sed Principis quoq; dignatione mactus est, prole autem caruit, quare ad *Mariam Isabellam Apianam*, ejus sororem, Georgio Mendozæ Comiti de Binnasco, avunculo suo, & Paulo Jordano Ursino Duci Bracciani successivè nuptam, Plumbinensis Principatus devolutus est; ex priore marito Polyxenam suscepit, quam Nicolaus *Ludovisius*, Fiani & Venusiæ Dux, secundis sibi sociavit nuptiis, & socru mortua Plumbinensis Principatus investituram an. 1634. præsenti redemit pecunia.

Ludovisiorum familia multis retrò seculis non modò Bononiæ floruit, quà in urbe ab Ægidio Cardinali Albornotio, Italiæ Legato ac Vicario, *Ligus Ludovisius*, patritius Bononiensis, amplissima cum auctoritate Bononiæ Camerarius, Ciacconio referente (f) nominatus est, sed & Neapoli: nam Joanna secunda regnum obtinente, inter quinque ejus urbis sedes ac domicilia locum habuit, imò inde oriunda esse, atq; à stirpe Caracciolana defluxisse quibusdam creditur. Romæ etiam ante annos ducentos *Joannes Ludovisius*, Comes Agrimontius, Senator urbis electus est. Illustrata verò maximè fuit Summo *Alexandri Ludovisii* Pontificatu. Hic Bononiæ anno 1554. natus, parentibus Comite Pompeio Ludovisio & Camilla Blanchina, avis Comite Ludovico & Beraldina Saslonia, à Paulo V. Papa Archiepiscopus Bononiensis, postea; Presbyter Cardinalis an. 1616. creatus, eodem vita defuncto; ad supremum illum rerum humanarum apicem an. MDC XXI, d. XI. Febr. provectus est, *Gregorii* XV. nomine assumpto, & licet triennio nondum elapso, die nimirum VIII. Jul. an. 1623, morte abreptus fuerit, nihil in amplificatione suorum reliqui fecit, quippe ex filiis fratris sui Horatii Ludovisii & Laviniæ Albergatæ ejus conjugis natu majorem *Ludovicum Ludovisium* statim Archiepiscopum Bononiensem, Cardinalem, R. E. Camerarium, Avenionisq; Legatum, & paulò ante obitum *Vicecancellarium* creavit, Camerarii munere ablato; sed decessit is in robore ætatis nondum quadragenarius d. 18. Nov. an. 1632. Frater ejus *Nicolaus Ludovisius* Fianensi Ducatu insignitus, & splendidis matrimoniis amplificatus est: prima enim uxor *Isabella Gesualda* Venusiano Principatu in regno Neapolitano eum auxit, secunda *Polyxena Mendozia* jus in Plumbinensem Principatum, suprematus prærogativa gaudentem, illi attulit, quo etiam investitum fuisse diximus. Tertiis nuptiis *Constantiam Pamphiliam*, Innocentii X. Papæ neptem ex fratre, luculenta dote instructam sibi junxit atq; ex hac tantum liberos post se reliquit, cum initio anni 1665. in Sardinia, ubi Proregis munere fungebatur, naturæ debitum persolveret; neq; ei uxor tertia diu superfuit, quippe quæ gravida Aprili mense ejusdem anni in partu animam efflavit. Liberi, quos reliquere, quatuor fuere, gnatæ tres, filius unicus; videlicet *Joannes Baptista Ludovisius Princeps Plumbini, Dux Fiani, Venusiæ & Zagarolæ*, triremiumq; Neapolitanarum Præfectus; is primò *Mariam Alagoniam* Hispanam, dein *Annam Arduinam*, Siculam, ex Principibus de *Palizi* ortam, atq; anno demum 1697. ductam, in matrimonio habuit, sed profusos faciens sumptus, rem familiarem attenuavit, decessitq; improlis mense ultimo anni 1699. succedente ei in Principatum Plumbinensem *Anna Maria Ludovisia*, sorore natu maxima, quæ inter moniales *Oblatas ad Turrem speculorum* Romæ agebat, ea an. 1700. d. XXVII. Novembr. mortua, quia Lavinia Ludovisia, quæ ei natu proxima & Jo. Hieronymo Aquavivæ Duci Adriensi nupta fuit, jam ultimo anni 1682. mense decesserat, *Olympia Ludovisia*, soror illius natu minima, ipsiusq; maritus *Gregorius Boncompagnus* Dux Soræ, successionem in Plumbini principatum petierunt, &, sicut jam dictum est, obtinuerunt; quoniam verò prole virili destituuntur, ne Principatus recens acquisitus, ditionesq; avitæ è familia Boncompagna emigrent, de collocanda filia natu maxima in matrimonium cum *Antonio Boncompagno*, Gregorii fratre natu minimo, consilium inierunt, Romanumq; Pontificem, ut veniam & facultatem ad effectum id perducendi concederet, orarunt, &, sicut tenet fama, exorarunt.

(f) Op. cit. P. IV. pag. 467

XII. BOR.

XII.
BORROMEANÆ FAMILIÆ
maximè apud Insubres illustris GENEALOGIA.





Scuti Comitum Borromæorum superius repræsentati laterculus primus, ex septem fasciis diagonalibus compositus, quarum quatuor ex cyano & argento undatæ sunt, tresque virides comis intortis distinctæ, *Vitallianorum* digma refert: Secundus prasinus fasciis rectis tribus coccineis variegatus incumbente baltheo argenteo, *Borromeorum* insignia denotat, ad quæ etiam pertinet parmula in meditullio posita cum vocabulo *Humilitas* Gothicis expresso literis, & corona redimito. Utraque à Ducibus Sueviæ, quos majores habuisse sibi videntur, gratis deducunt, & posteriora Friderico Barbarossæ Imperatori propria fuisse perhibent. Quæ reliqui quatuor laterculi continent emblemata magis sunt dicenda, quàm insignia: Monocerotem candidum, volitantibus circum colla vittis coronatis, colubram intuentem à Philippo Maria Vicecomite Duce Mediolani Vitallianus Borromeus clypeo suo inserere jussus est; idque *Ripamontio* interprete eò referebatur, *quasi gloriam & decora Borromeorum intuenti Vicecomiti cordi fuisset, ut stemmatum quoque contexta domus utraque conjungeretur.* Eodem collineasse dicitur Dux Franciscus Sfortia, cum annulos inexplicabiliter consertos, quos infimæ regionis anterior areola exhibet, Borromeis daret. Decumbens autem in quinto laterculo camelus in fiscella tanquam oneri accipiendo juvenile inventum fuit Vitalliani, qui à Joanne avunculo adoptatus in divitias ejus & spem suam emblema hoc finxit. Frœnum denique extremæ areolæ Jo Galeatius Sfortia adjecit ob refrænatos virtute Joannis & Giberti Borromeorum impetus Helvetiorum Valesiorumque.

TABU

GENEALOGIÆ FAMILIÆ

1. JACOBINUS VITALLIANUS, Hieronymi f.

2. Vitallianus Borromeus, in nomen familiamque Borromeorum ab avunculo Joanne adſcitus an. 1416. Comes Aronæ Dominus Caſtelletii, Paleſtri & al. loc. obiit 4. Oct. 1449.

3. Jacobus Borromeus, *Epiſcopus Papienſis ex Abbate Commendatorio S. Barnabæ* 1446, † 4. Aug. 1453. — Margarita ux. *Auguſtini Vicecomitis de Seſto.* — Talda nup. *Othoni Mandello, Com. Caorſi.* — Philippus Borromeus Comes Aronæ, Dn. Paleſtri, Angieræ & al. loc. Eques auratus Conſiliarius Duc. Mediol. † 1464.

4. Blanca nup. *Petro Martyri Ruſca, Comenſi.* — Ambroſina ux. *Guidonis de Rubeis (de Roſſi) March. S. Secundi.* — Joannes Borromeus, Comes Aronæ & Angieræ, Conſiliar. Ducalis, † 11. Sept. al. 14. Nov. 1495.

5. GIBERTUS Borromeus *Vid. Tab. ſeq.* — Philippus Borromeus Comes. *Franciſca Viſcontia.* — Blanca nup. *1 Franciſco Trivulzio, 2. Jacobo Trivulzio.* — Hippolyta ux. *Claudii de Sabaudia March. Racconigii.* — Lancellotus Borromeus Comes Senator Mediol. Gubern. Novar. *Lucia Adornia, Antonii Ducis Genuæ f.*

6. Joannes Borromeus Comes, Tribunus pedit. *Cornelia Rho ex Dominis Borghetti, Jo. Pauli f.* — Barbara ux. *Ludovici Beccariæ Comitis.* — Hippolyta nup. *Hieronymo Anguiſſola, Comiti.* — Julius Cæſar Borromeus Comes † *d.* *v.* *Hippolyta Caſtigliona.* — Magdalena nup. *Azzoni Vicecomiti.* — Eliſabella al Lucia uxor *Renati Trivulzi Dom. Formigaræ.*

7. Philippus Dionyſius Borromeus Comes. *Apollonia Botta.* — Juſtina nup. 1. *Ludovico Vicecomiti, 2. Georgius Manrique Com. de Decio & Setimo.*

8. Conſtantia nup. 1. *Ferranto Caſtalto March. Caſſani, 2. Marco Antonio Raſino, Comiti.*

BORROMEANÆ

Uxor, MARGARITA BORROMEA, Philippi F. † 19. Jul. 1429. 1.

Uxor *Ambrosina Fagnana.* 2.

Uxor, *Francescina Visconti, Lancilotti Vicecomitis ex Comitibus Cicognolæ & Carimati Dominis fil. ducta 1435.*	Corona ux. *Bassiani Cavazzæ, Com. Somagliæ.*	Fortezza nup. *Jo. Philippo Crivelli.*	Honesta ux. *Jacobi Com. de Correggio.*	3.

Uxor, *Cleophe Pia ex Toparchis Carpii.*	Vitallianus Borromeus, Comes & Consiliar. Duc. n. 1451. † 1493. 7. Sept. cælebs, adoptato Justinæ sororis suæ filio.	Justina nup. *Joanni Mariæ Vicecomiti Dom. Fontaneti.*	4.

Isabella nup. 1. *Juliano Medicæo.* 2. *Francisco Attendolo Bologninic. S. Angeli,* 3. *Antonio Mariæ March. Palavicino.*	Ludovicus Borromeus, Comes, Tribunus pedit. *Bona Maria Longhignana Ambrosini fil.*	Galeatius Borromeus *Protonot. Apost. Abbas S. Gratiani.*	Justina, ux. *Marchesini Stampæ.*	Francisca ux. *Francisci Sfortiæ Com. de Borgonovo.*	5.

Carolus Borromeus. *Episc. Ungentinus 1530. Puteolanus 1537.* † *1540.*	Camillus Borromeus, Comes Senator Mediol. Cubicul. & Consil. Caroli V Imp. Gub. Novocomi & Papiæ *Corona de Cavazzis Com. de Somaglia.*	Laura nup. *Jo. Baptistæ Palavicino Demarcho.*	Joanna ux. *Balthasaris Pusterlæ.*	Vitallianus Borromeus, Comes, Dux peditum CCC, † ap. Turinum.	6.

Johannes Baptista Borromeus, Comes, Tribunus peditum. *Julia Sanseverina de Aragonia, Joan. Francisci C. de Colorno f.*	Barbara, ux. *Camilli Gonzaga, Com. Novellariæ.*	Aloisius Borromeus.	Justina nup. *Guglielmo Pusterlæ.*	7.

Hippolyta nup. *Alberico Barbiano, Com. de Belgiojoso.*	Corona, *monialis inter primas cœnobii S. Praxedis Ord. Capucc. à Carolo Borromeo fundati.*	Vitallianus Borromeus.	8.

TABU

GENEALOGIÆ BORRO

5. GIBERTUS BORROMEUS, Joannis & Cleophes Piæ F. COMES ARONÆ, Eques auratus, Senator Mediol.

6. Camilla ux. *Matthæi Beccariæ.* | Fridericus Borromeus, Comes Aronæ.

7. Gibertus Borromeus, Comes Aronæ 1. *Margarita Medicæa, Bernardini fil. Pii IV Papæ soror. 2. Taddea Vermia (del Verme) Joannis Com. de Bobbio sor. 3. Aurelia Vestarina.* | Franciscus Borromeus, Comes, alæ equestris ductor. *Baurella Vestarina.* | Magdalena ux. *Sebastiani Ferreri M. de Romagnano.*

8. 1. Fridericus Borromeus. Comes Aronæ Dux Camerini, Princeps Auriæ, Rom. Ecclesiæ Generalis n. 1535. † 1563. impr. *Virginia de Ruvere Guidobaldi Duc. Urbini fil.* | S. Carolus Borromeus. n. 2. Oct. 1538 *Rom. Eccl. Cardinalis 1560. Archiepisc. Mediolan.* 1561. ob. 11. Nov. 1584. canonizatus 1. Non. 1610. | Isabella, *monialis*, | Camilla, nup. *Cæsari Gonzaga Pr. Guastallæ.* | Hieronyma ux. *Fabritii Gesualdi Pr. Venosæ in regno Neapol.* | Anna n. *Fabritio Columnæ Duci de Marsi.* | 2. Hortensia ux. *Hannibalis Com ab Altemps*

9. Joannes Borromeus † in pueritia. | Carolus Borromeus, Comes Aronæ. *Isabella de Abdua (d'Adda) Herculis fil.* | Isabella nup. *Friderico Rossi Com. de S. Secundi.*

10. Renatus Borromeus Comes Aronæ, † 1. Maji 1685. *Julia Aresia Bartholomæi Com. fil.* | Gibertus Borromeus, n. 28. Sept. 1615. *Cardinalis Eccl. Rom.* cr. 19. Febr. 1652. † 8. Jan. 1672. | Vitallianus Borromeus Comes, Comiss. Imperial. in Ital † 17. Oct. 1690. cælebs.

11. Carolus Borromeus Comes Aronæ &c. Eques Aur. Vell. Commissarius Imperial. Ux. 1. *Joanna Odescalca, Caroli fil. Innocentii XI Papæ neptis 1678. ducta* † 14. Jul. 1679. 2. *Camilla Barberina, Maphæi Pr. Palestrinæ f. Urbani VIII Papæ abneptis ducta 1689.* | Gibertus Borromeus, *Protonotarius Apostol.* cr. 1692. | Justina ux. *Christierni Stampæ.* | Margarita nup. *Comiti Antonio del Verme.*

12. Joannes Benedictus Borromeus. n. 1. Jul. 1679. | 2. Justina n. 4. Sept. 1691. | Isabella, n. 15. Oct. 1692. | Margarita, n. 6. Febr. 1694.

MEANÆ

Ux. *Magdalena, Equitis Phrigii, Brandenburgi Marchione geniti filia.* 5.

Ux. *Veronica Visconti, Galeatii Vicecomitis ex Condom. Somaf.*	Margarita ux. *Marci Antonii Landriani.*	Joanna nup. *Ludovico Caccia, Com.*	6.

Julius Cæsar Borromeus Comes. *Margarita Trivulzia, Renati Dom. Formigaræ & Isabellæ Borromeæ fil.*	Leonora nup. *Joani Vermio Com. de Bobbio, Dom. de Voghera.*	Franciscus Borromeus II Comes. *Zenobia Tolentina.*	7.

Laura nup. *Francisco Vicecomiti ex Dom. Massini.*	Renatus Borromeus Comes Aronæ, Dn. Angieræ, Origgii, Formigaræ & al. *Ersilia Farnesia, Octavii Duc. Plac. & Parmæ fil. natur.*	Isabella ux. *Hieronymi Vicecomitis Dn. Carbonara Condom. Albizati.*	Fridericus Borromeus n. 18. Aug. 1564. cr. *Cardinalis* 18. Dec. 1587. *Archiepisc. Mediol.* 1595. † 21. Sept. 1631.	Joannes Borromeus Comes. † improlis *Diana Pirovana Philippi f.*	8.

Mariæ uxor *Jo. Ambrosii March. de Abdua, (d'Adda)*	Julius Cæsar Borromeus Comes Aronæ occ. ap. Vercellas. 1638. *Joanna Cesia, Andreæ Ducis Ariani & Ceri fil.*	Justina nup. *Francisco Gallio Duci Albeti (d'Alvito)*	9.

Joannes Borom. C. Aronæ March. Angleriæ, †7. Aug. 1660. Ux. 1. *Isabella Arcimbolda, Joannis Com. f.* 2. *Maria Livia Lanti della Rovere.*	Margarita, † innupta.	Fridericus Borromeus *Cardinalis Eccl. Rom.* cr. 11. Dec 1670. † 18 Febr. 1673.	Carolus Maria Borrom. *Clerici Regulares Theatini.*	Andreas Borrom.	Maximus Bor.	Antonius Renatus Borromeus C. Aronæ M. Angler. Dux Ceti, † 7. Oct. 1686. ux. *Helena Visconti, Theobaldi M. Cislagi f.*	Cornelia *monialis.*	Va lus Æmilius Borrom. C. Aron. M. Ang!. † Febr. 1690. impr. *Magdalena Durina.*	Hersilia, *monialis Capuc.*	Anna Maria nupta *Philippo Com. Pepoli Bononiensi.*	Justinus Borromeus † puer. 10.

Lucretia † inf.	Lucretia Maria, nup. *Cajetano Gallio Pr. Trivulzio.*	Isabella. Beatrix. Anna. Hieronyma. *moniales in monasterio S. Mariæ de Victoria.*	11.

Anna Lucretia, n. 23. Jun. 1695. 12.



EXEGESIS HISTORICA.



BORROMEORUM, opibus & clientelis in Insubribus pollentium, certissimi progenitores fuere *Jacobinus Vitallianus & Margarita Borromea.* Bigam hanc uno eodemque sanguine cretam fuisse, atque à *Joanne Anicio*, qui defensa adversus Totilam & servata Patavina urbe *Bonromani* cognomentum meruerit, descendisse volunt. Joannis porrò ultimam originem ab *Anicio Vitalliano Rege Patavii*, sive totius Venetiæ, Divæ Justinæ genitore, post Philelphum Scardeonium, Ongarellum, Morigium aliosque *Basilius de Sereniis* scripto Mediolani in honorem Sancti Caroli Cardinalis Borromei an. 1617. edito (quod Viro eruditione atque humanitate pari prædito *Ludovico Antonio Muratorio*, ante hac Doctori in Collegio Ambrosiano Mediolanensi, nunc Serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecario & Archivario, in acceptis refero) repetiit, longamque gentis seriem inde ab illo usque ad hoc ævum enumerando percensuit; cujus genealogiæ exemplum *Gabr. Bucelinus in Historia sua Agilolfingica* exhibuit. (a) Joanni Bonromano filios tribuunt *Casparem*, quem *Paulum* alii vocant, & Anastasium, priorem Patavii permansisse ibidemque familiam, Bonromano & Vitalliano cognomine pro- n iscuè usam propagasse perhibent, alterum verò prementibus Longobardis in Germaniam migrasse, & per gnatum *Antenorem*, qui in Suevia fortunarum sedem repererit, Ducum Sueviæ stirpem, Regum Imperatorumque feracem prosevisse, tradunt. Hoc indubia Annalium fide constat Borromeos San Miniati in Hetruscis olim habitasse, & genere opibusque inter populares eminuisse; urbe verò à Florentinis subjugata *Philippum Borromeum*, magna facultatum suarum parte ab iisdem exutum & proscriptum, Mediolanum se recepisse unà cum quinque liberis & conjuge *Talda*, quæ Beatricis Tendæ, tunc Facino Cani, posteà Philippo Mariæ Vicecomiti, Duci Mediolanensi nuptæ, soror erat natu major. Incidit Philippi Bonromei exilium & migratio in annum Christi supra mille trecentos septuagesimum, quemadmodum *Scipio Ammiratus* in Historia sua Florentina memoriæ mandavit. (b) Liberorum ejusdem nomina sequenti *Ripamontius* recensuit ordine: *Borromeus*, *Alexander*, *Andreas*, *Joannes & Margarita.* Hi nec non parentes eorum benignè Mediolani accepti, domicilium ibi instituerunt, neque in Hetruriam, licet antiquata deinde à Florentinis fuerit eorum proscriptio, redierunt. Exorto verò Mediolani inter Bernabovem & Jo. Galeatium Vicecomites dissidio, Borromeus, ne in partes descendere cogeretur, Patavium secessit, junctaque ibi cum Hieronymo sive Bonromano sive Vitalliano amicitia, filio ejus *Jacobino* sororem suam *Margaritam* despondit, atq; ab Alexandro & Andrea fratribus Patavium deductam in matrimonium dedit. Reversus posteà Mediolanū cum Alexandro Borromeus civitatis jure donatus est cum tota domu sua, ipseq; inter consiliarios Ducis Jo. Galeatii adscitus & gravissimis negotiis adhibitus, denique eo mortuo tutor liberis relictus summa quæque administravit, atque ob sua in Principatum & rempubl. merita anno 1403. Arquatum & Vallem Tari, onerumque omnium immunitatem & stipatores corporis armatos à Joanne Maria Duce accepit. Hoc autem inimicorum conjuratione è vita sublato Mediolano valedixit, & cum fratre Alexandro ad Venetos se contulit, ubi ambo supremum obiere diem. Borromeo tres fuere filii *Galeatius*, *Antonius & Joannes*, è quibus primus impro-

(a) pag. 408. & 409. (b) Lib. XIII.

improlis Venetiis vitam finivit, tertius gnatam unicam post se reliquit, *Beatricem*, Jo. Antonio Pazzio, Florentino, nuptam, & ex ea matrem Francisci Pazzii, qui ob vetus Borromeorum in Hetruria patrimonium Medicæis infensus, conjuratis adversus Julianum & Laurentium fratres Medicæos manum præbuit. Ab Antonio, Patavii commorato, numerosa prodiit posteritas, quam Serenius & Crescentius recensuerunt. Andreas Patavii inter sapientiæ studia consenuit, unius genitor filiæ, quam *Americo Verrio* nuptui dedit. Joannes & Talda mater, hæc senio, ille adolescentia tuti sese domi continuerunt; Talda septuagesimum quintum annum egressa fatis concessit, Joannes ætate progressus & existimatione apud Philippum Ducem postquam is Beatricem ipsius materteram nuptiis sibi adjunxisset auctus, cælibem tamen egit vitam, cepitque ad extremum consilinm adoptandi filium sororis suæ VITALLIANUM, eximia indole juvenem, qui Patavii defuncto patre materna erudiebatur cura. Itaque deportatum cum Margarita matre Patavio Mediolanum, civitatis moribus & artibus honestis imbui curavit, & tandem solemni adoptione in nomen familiamque Borromeorum adscivit, dato per Principem in id diplomate, cujus summa hæc fuit: *donari civitate Vitallianum, concediq; ei ut posito Vitallianorum cognomine Borromeus in posterum appelletur.* Datæ sunt literæ ad V. Idus Octobris anno 1416. quemadmodum *Serenius* in opere memorato & *Jos. Ripamontius* in Historia Mediolanensi fusius retulerunt. (c)

VITALLIANUS stirpi Borromeorum eo, quo dictum est, modo insertus, & maximarum hæres opum designatus, virtute tamen maluit quam illis niti, utque significaret constitutum sibi esse non alia quàm industriæ modestiæque via ad gloriam grassari, emblema composuit vulgavitque, quod in clypeis Borromeorum hodieque conspicitur, *camelum* scilicet *considentem in viminea fiscella velut oneri accipiendo*, nullo tamen addito lemmate; postmodum dorso Cameli alia de causa *coronam auream plumis fastigiatam* impositam fuisse *Serenius* refert; (d) Avunculo deinde anno 1431. in ærarii præfectura surrogatus integros & ab omni avaritia vacuos Principi probavit mores, quibus nec non egregiis officiis ei exhibitis amplissimas dignitates opesque consecutus est. Namque primò anno 1437. à Philippo Maria Vicecomite *Castelletii Toparcha* creatus, dein *Palestro*, atque an. 1439. *Arona* mox *Camairago* lege beneficiaria donatus est. Accessere alia compluria, ita ut cuncta ferè, quæ Verbanus alluit adspicitque in Borromæi ditionem venerint, partim persolvente Vicecomite proemia, virtuti illa fidemq; remunerante, partim persoluto vicissim pretio, dum partes imperii venduntur ob bellorum necessitates, scribente ita *Ripamontio.* Cùm à modo laudato Principe an. 1445. *Comes Aronæ* cum omnibus posteris suis masculis crearetur formulam literarum hanc fuisse, idem autor memoriæ prodidit: *Egregias virtutes summamque fidem & merita Vitalliani Borromei postulare, ut honos invicem habeatur tali viro præmiaque factis digna exquirantur. Semper eum manu consilioque & fortunis suis ad omnia publica munera obeunda adfuisse, nec unquam esse defatigatum subveniendo necessitatibus, quascunque tempora Principi imposuissent. Ingentes pecuniæ summas liberaliter atque effuse dedisse. Prudentia & solicitudine, autoritateque sua rem administrasse publicam & sustentasse Principatum. His Borromei meritis obstrictum Philippum Mariam Vicecomitem velle in eum conferre beneficia, quæ possit, ut etiam alii deinceps ad eadem decora excitentur.* Addidit Princeps Borromeorum stemmati *Monocerotem* testificandæ virtuti; idque animal *erectum volitante circa collum vitta coronata, candidaque fascia obverso capite in viperam Vicecomitum, in altiore loco positam & radiis circundatam*, inter insignia gentis ex eo tempore semper pingitur. Eodem anno Genuensis respublica motu proprio Vitallianum Borromeum cum omnibus ejus posteris in infinitum Patricium civitatis suæ creavit, alboque Nobilium suorum inscripsit. Extollitur præterea summa Viri hospitalitas & magnificentia, inprimis perspecta, cum Alphonsum Regem Aragoniæ domi suæ regio verè apparatu acciperet coleretq;. Neque in sacris ædificiis aut extruendis aut exornandis pecuniæ pepercisse fertur; Humilitatis domum, ex qua pauperes alerentur, tum ex propriis, tum à Venturino, Joannis Borromei filio notho, qui sumto cilicio *Beatus Basilius* appellatus est, sibi relictis facultatibus, condidit & censibus dotavit, in Franciscana æde splendidum & raræ artis monumentum ex lapide alabastride, cui posteà exuviæ ejus illatæ sunt, erigi curavit. Exemto rebus humanis Philippo Maria Vicecomite, Mediolani Duce, laban-

Bb tem

(c) Decadis IV Lib. I. (d) Lib. VI pag. 441.

tem inter bella pecuniæ difficultate rempublicam suo ære sustentavit, atque inter Quatuorviros summæ rerum à Senatu præpositus, nutantes in eo rerum motu Collegas prudentia & autoritate confirmavit, donec sævienti plebi & invalescenti adversæ factioni cedere & ex urbe ad prædia sua abire, coactus fuit, ubi mox vita etiam concessit.

Vitalliano Borromeo justa solverunt filii PHILIPPUS & JACOBUS, quorum hic otium & litterarum studia secutus, primò *Abbas Commendatarius ad S. Barnabæ*, dein *Episcopus Ticinensis* factus est, decessitque, Ughello referente, post septem annorum pontificatum non sine suspicione hausti veneni (e) Ille Princeps hæresque domus mansit, & apud Francifcum Sfortiam novum Principem, tum ob memoriam patris, bene de ipso meriti, tum ob ingenium dextrum & liberale, quo præditus erat, summa gratia & auctoritate fuit, ita ut ei non solum omnia, quæ priores indulserant genti nominique Borromeorum, firmaret, sed etiam nova ornamenta adjiceret. Nuptias, quas an. 1435. cum *Francisca Viscontia* celebravit, *Guinifortus Barzizius*, inter Oratores illius temporis eloquentissimus optimis prosecutus est ominibus, Oratione elegantissima, in cœtu nobilium virorum, & coram tota prope urbe habita, quam Vir supra laudatus, at major nostra laude, *Lud. Ant. Muratorius*, in altera Anecdotorum suorum parte, recensuit. Fato suo functus Philippus Borromeus filios duos post se reliquit JOHANNEM & VITALLIANUM. Hic, quietis amore privato contentus cultu, facilè passus est, ut frater antiquo familiæ splendori tuendo paternis avitisque frueretur opibus, cumque ille non minoribus ornatus esset virtutibus; amplissimos honores maximamque gloriam consecutus est; Galeatio Maria Sfortia imperante, primus ei in aula locus fuit, illoque è vita sublato, cùm turbata cuncta Mediolani essent, summa autoritas, rexitque ipse statum urbis; qua tempestate virtus ejus ac fides ita enituit, ut *facilius Herculi invito clavam extorsisses, quàm Joanni Borromeo aliquid à justitia & honestate remotum*, quod de ipso elogium *Bernard. Corius* memoriæ prodidit. (f) Sed in toga non erat præstantior quàm in armis, deditque fortis animi & impavidi in periculis spiritus ingens documentum, cùm anno 1487. Helvetii & Valesii per Domussolæ fauces in Mediolanensem erupissent provinciam, & agros infesto agmine populati terrorem latè incolis injecissent; illorum enim impetus Joannes Borromeus objecto eis cum armata manu filio Giberto cohibuit, deinde collecto strenuorum virorum globo hostes adortus fudit, & castris signisque ac impedimentis exutos fugavit; atque hoc ob meritum Principis decreto additum est gentilitio Borromeorum scuto *frenum*, quod monumentum esset refrenatæ & castigatæ, Joannis Borromei virtute, audaciæ gentis illius. Verùm tam multiplex viri virtus, cum maximis & privatam sortem prope excedentibus, pulchro tamen & temperato splendentibus usu, opibus conjuncta, formidine & invidia perstrinxit Ludovicum Sfortiam, quem lubido maxima invaserat imperii, ad nepotem, cujus ipse tutor erat, pertinentis, capiundi, neque dum id sibi pararet, quidquam pensi habebat: itaque cum alios quos timebat alio crimine objecto circumvenisset, Borromeum, in quo minus speciosa criminatio foret ob vitæ integritatem, arte nova aggressus est, jurgia mutuasque suspiciones inter eum & fratrem serendo, deinde ut divisione minueret domus opes Vitalliano, natu minori, eidemque cælibi, suadendo, ut patrimonii partem, quæ sibi competeret, in alium quàm fratrem transferret, sororisque suæ *Justinæ*, Joanni Mariæ Vicecomiti nuptæ, filium adoptaret; præclarum fore dictitans, si domus utriusque decora adoptione miscerentur, & ipsum adversus fratris insidias munimento hoc firmari. Postquam persuasisset, adoptio festinata est, qua diremti ab ope mutua fratres, expositi ad omnes Ludovici Sfortiæ petitiones, patiebantur, quicquid sub infesto & malis artibus imperium adepto principe timere optimates possunt, Atque *exacta*, ut *Ripamontii* verbis, crebrò jam usurpatis, iterum utar, *inter magnas difficultates vita, fessus uterque luctando adversus artes potentiamque dominantis, morte demum invenere solicitudinum finem.* (g)

Joanni Borromeo magnifico funere, ingratiis invidiæ principis, elato, superstites fuere filii quinque, gnatæ totidem, splendidis, sibique & domui qua ortæ erant decoris, matrimoniis auctæ. De filiorum natu maximo *Giberto*, primario paternæ sortis hærede posteà dicturi sumus, de reliquis *Ripamontium* audiamus; *fratres*, inquit, *Giberti haud minus splendidè quam ille princeps familiæ agebant, asseclasque & factionum quisque suam habebant.* *Nam*

(e) Ital. Sacra Tomo I. (f) Hist. Mediol. Parte VI. (g) Libro citato.

Nam GALEATIUS sacra & Ecclesiæ honores sequendo, duo sacerdotia magni nominis adeptus, S. Gratiani Abbas & S. Barnabæ Commendatarius, nec vitæ dignitate ac splendore civium ulli secundus habebatur, & studiorum fama celebre erat nomen. LANCILOTO gesti cum laude magistratus & summa inter cives autoritas, obitæ legationes, & apud exteros quoque gratia ob aptum Regum ingeniis animum amœnosque mores, qua commendatione Cardinalis Sedunensis eum Novariam cum imperio misit, & suum in provincia Mediolanensi Vicarium appellavit, cùm fœderatorum Principum ipse legatus hanc obtineret. At LUDOVICUS & PHILIPPUS etiam ob matrimonium uterque suum magnarum opum hæredes, ille ex Bona Ambrosini Longignanæ filia, hic ex Francisca Vicecomite susceptis liberis, veluti subsidia quædam & munimenta domus aspiciebantur, per quæ non posset sperari Borromeorum finis, etiamsi cum sua prole Gibertus ipse concidisset. Armis pariter & literis innutriti horum filii CAROLUS & CAMILLUS & JOANNES ac JULIUS CÆSAR sub Carolo Cæsare floruere magnarum virtutum præmiis, & novi imperii munificentiam inter primos sensere: priores duo quidem, alter Puteolanum in Campania Pontificatum, alter Novocomi, dein Ticini præfecturam adeptus, posteriores verò summis in urbe honoribus perfuncti. (h)

AD TAB. II.

GIBERTUS Borromeus, Joannis filius natu maximus, à prima juventa excelsi & haud degeneris animi signa edidit, laudemque insignem ex illo, de quo dictum est, contra Helvetios Valesiosque bello reportavit. Patre vitâ defuncto sicuti bonorum ab eo relictorum præcipuam partem tanquam familiæ caput crevit, ita non minorem invidiæ, qua apud Ludovicum Sfortiam ille laboraverat, excepit, & paterni animi similitudinem retulit, hoc ipso, quod nunquam succubuit malignitati temporum, & dissimulatione atque obsequiis adversa vel tulit, vel declinavit. Præcipuam irarum materiam Principi adversus Gibertum manasse refert *Ripamontius* ex Consiliarii munere, quod is ab ipsomet Sfortia injunctum adversus ejus destinata pro salute patriæ fortiter ac liberè obeundo satis jam per se ægrum malevolentia animum irritabat: cum enim statuisset Princeps in Italiam accersere Gallorum arma, ac de ea re sæpè consilium haberetur, semper Borromeus institit demonstrare dedecora & damna exinde redundatura, aliisque ut eadem parrhesia sententiam dicerent, animum addidit. Plenus inde minarum iræque tyrannus, & inter suos dictitans, patris infensi prolem inimicam hanc esse malo damnisque subigendam, ut ferre obsequium ac revereri majestatem disceret, Angleriam, Aronam Vogoniamque Giberto ademit, missis illicò per quos arces & oppida illa occuparentur. Postquam verò deinde evenissent, quæ prævisa & prædicta à Borromeo fuerant, visque mali, quod suo fuerat capiti, tam graviter incumberet Sfortiæ, ut spe abscissà omni fugam adornaret, atque in extremis suis rebus serò præsidii aliquid ex primorum civiumque reliquorum benevolentia parare sibi vellet, Giberto cuncta, quæ ademerat, restituit, aliaque in eum beneficia contulit, eo subitario blandimento non unam Borromeam familiam, sed etiam multas affinitate cum ista domi forisque conjunctas, placari sibique reconciliari posse arbitratus. Inde melior Giberto fortuna, qualis in illa perturbatione & vicissitudine reipublicæ esse poterat. Uxor ei tribuitur *Magdalena* è Brandeburgi Marchionum incluta in Germania domo orta; cujus genitor Eques Frigius (*il Cavalier Frigio*) *Marchionis Brandeburgici filius*, Serenio & Crescentio vocatur. Habuit eadem tempestate alius Italiæ regulus, nempè Borsus Corregii Comes, *Franciscam Brandeburgicam* in matrimonio, cujus pater Sansovino (i) *Frizzo* dicitur, nec diversus ab illo fuisse videtur. Nomen autem Frigii sive Frizzonis non aliud esse quàm Friderici quis nostratium ambigat? quibus solemne est contracto vocabulo *Friz* appellare illud nomen gerentes, quique novimus familiare id Marchionibus Brandeburgicis fuisse. Quo verò ex istis patre Frigius ille sit prognatus nulla assequor conjectura & nescio juxta cum ignorantissimis. Utrum verò filio Giberti Borromei & Magdalenæ Brandenburgicæ Friderici nomen in honorem avi materni, aut in memoriam Friderici Ænobarbi Imperatoris, quem inter majores suos

(h) Ripamont loco cit.
(i) Orig fam. illustr. Ital. pag. 378.

Borromei numerare sustinent, inditum fuerit, controversari cum Ripamontio, posterius affirmante, non est meum.

FRIDERICUM Borromeum, Giberti filium, uxor *Veronica* è Vicecomitum genere orta, sex liberorum parentem fecit; potioris sexus quatuor fuere, atque inter eos duo FRANCISCI; In minore natu ut id nominis repeteretur casu factum est, nimirum mater ferens uterum sororem Caroli V. Imperat. Eleonoram secuta erat, quo tempore ad Regem Franciscum sponsa deducebatur, & quia fuit iter opinione lentius, illa mensibus expletis in regia Galliæ puerum peperit; hunc Rex Franciscus ipse è sacro fonte sustulit, suoque nomine vocavit, licet jam alter in domo Franciscus esset, atque eduxit. Adulta ætate cum *Franciscus Borromeus junior* ad suos se contulisset penates, turmam equestrem sub Cæsaris auspiciis regendam suscepit, eidemque deinde in bello Hungarico machinis præfectus meruit. *Majoris Francisci* par ferè sors fuit, namque & eum Carolus Imperator alæ equitum præfecit, in quo munere consenuit obiitque cælebs. GIBERTUS, natu maximus Friderici filius, cum prima sua juventa in tempora maximè turbulenta, quibus Carolus Cæsar & Franciscus Rex Galliæ urbem Mediolanum uterque suo jure vindicabant armis, omnisque nobilitas in Hispanas Gallicasve partes divisa erat, incidisset, omni tamen se contagione rerum abstinuisse, & Aronæ pietati & quieti operam dedisse prædicatur, donec parta victoria imperioque constituto Cæsar nobilitatem & egregium ejus animum respexit, summisque imperii muneribus admovit, ut & negotia pacis & consilia belli penes eum essent. Uxores tres duxit; primam ex Medicœorum Mediolanensium gente, Joannis Angeli & Jacobi sororem, quorum hic Imperator exercituum, ille Cardinalis tunc erat, postea verò ad supremum sacrarum dignitatum apicem evectus, & Pius IV. dictus est. Ex ista Gibertus pulcherrimam suscepit sobolem, gnatæ tres erant, splendidis auctæ matrimoniis, qua felicitate nec quarta Giberti gnata, è secundo toro orta, caruit; virilis sexus duo, FRIDERICUS & CAROLUS. Illum avunculus Papa factus supremum militiæ in Statu Ecclesiastico præfectum renunciavit, auxitque Principatu Auritano in regno Neapolitano, & nuptiis amplificavit perhonorificis Virginiæ, Urbinatensis Ducis filiæ, à qua jus ei in Ducatum Camerini natum est. Ita præsidiis ornamentisque omnibus redundans, in apparatibus & vitæ cultu ultra modum sumptu & magnificentia prodiit, ut domui simul & Pontificatui gravis esset, sed è medio ætatis & honorum cursu morte abreptus est, nulla prole post se relicta. CAROLUS à puero studiis literarum & religionis innutritus, in ipsa adolescentia sacram sumsit togam, & familiare SS. Gratiniani & Felini Abbatiæ sacerdotium, quod patruus ejus Julius Cæsar abdicaverat, nactus, liberalis & pii animi documentum protinus dedit, patre monito, ne fructus & emolumenta ejus cum reliqua pecunia misceret; sed in pauperes quotannis distribuenda seponeret; prætereaque monachis, qui neglecta vetere disciplina licenter & solutè vitam agere assueverant, ad pristina instituta melioresque mores revocatis. Postquam summum avunculus Pontificatum adeptus est, Carolum is eodem anno, qui seculi superioris sexagesimus erat, Romam accitum, *Protonotarium* primò *Apostolicum, & utriusq. Signaturæ Referendarium* renunciavit, ac libellis referendis præfecit, moxque pridie Kal. Februarii *Cardinalem Diaconum SS. Viti & Modesti*, & paulò post quamvis annum tantum XXIII agentem *Mediolanensem Archiepiscopum* creavit, omniumque suorum consiliorum participem & administrum esse voluit. *Presbyterum* deinde *S. Praxedis, Majorem Pœnitentiarum & S. Mariæ Majoris Archipresbyterum*, Bononiæ ac Romandiolæ legatum, multorumque sacrorum ordinum patronum nominavit. Hos ille honores temperato splendore vitæq; cultu cum elegantia & copia conjuncto decoravit, & viros varia eruditione præditos jugiter domi suæ habuit, ex quibus *Academiam* instituit, cujus exercitationes *Noctes* appellavit *Vaticanas*, eò quod publicis plerumque negotiis interdiu occupatus, certas eis dabat intempestæ noctis horas. Post mortem avunculi & electionem novi Pontificis, qui Pii V. nomen assumsit, Mediolanum rediit, ubi cum nihil antiquius haberet cura Episcopali ac pastorali, & omnes urbis ædes sacras totamque diœcesin obeundo tollere passim vitia adulta malosque mores quamvis validos, reducereque contrà pristinam Ecclesiæ disciplinam, & primæva sacrorum collegiorum cœnobiorumque instituta toto & constanti animo studeret, prœmiis pœnisque propositis, graves suscepit inimicitias, capitisque discrimen adiit; nam & cum regiis magistratibus, ipsisque Producibus collisus est, non simplices eas esse Episcopi curas, sed regnum, clandestina cum Pontifice Rom. collusione, quæri clamitantibus, & Ecclesiastici Ordinis homines, in ordinem

cogi

rogi nolentes, ita irritavit, ut S. Mariæ Scalensis Canonici, templum eorum adire, & mores lustrare volentem, gladiis telisque ac fustibus abigerent, & tanquam contemtorem privilegiorum suorum publico anathemate ferirent; Humiliati verò, quorum antiquissimus Mediolani ordo erat, vitæ ejus insidias struerent, Hieronymum Donatum, cogn. *Farinam*, suæ gregis hominem, XL. nummis aureis emercati ad exequendum scelus; is itaque capto tempore & loco, die XXVI. Oct. an. 1596. hora vespertina, qua Cardinalis in domestico sacello, circumfusa familia, precibus vacare consueverat, ædes ejus sclopeto clam armatus intravit, stansque in sacelli limine id in illum collineavit, & glandes, quibus erat onustum, displosit, quarum tamen nulla nec Cardinalem nec suorum quemquam læsit. Opera de coetero pietatis & sanctimoniæ exercitia quibus unicè ἐν ἀφειδίᾳ σώματος vacavit, uberrimam ad laudandam copiam Valerio Cardinali, Ripamontio, Oldoino aliisque scriptoribus præbuerunt, cumque multa quæ illo & spirante & mortuo contigerunt in prodigium tracta essent, Thaumaturgi famam, atque ex ea nomen divinis honoratum honoribus consecutus est, solemni canonisatione à Paulo V. Pontifice facta die XI. Novembr. anno superioris seculi XVII. decimo. Idem S. Caroli Borromei memoriam intulit in Breviarium Romanum ab omnibus Christi fidelibus officio Eccl. ac Missa sub ritu semiduplici colendum, quem ritum in duplicem commutavit novissimè Alexander VII. (k)

JULIUS CÆSAR Borromeus, Friderici I. filius sorte nascendi tertius, S. Caroli patruus, togatæ formam vitæ initio secutus est, ut sacerdotiis domesticis frui posset. Ea cum deinde in Carolum, fratris filium, transtulisset, militaribus studiis, ad quæ naturâ magis ferebatur, palàm se dedidit, & Carolum Cæsarem inter Germanica bella voluntarius primò miles, deinde tribunus militum impigrè sectatus est. Postquam firmata illic pace rediisset domum, curam in subalpinis accepit arcium omnium, quæ ea tempestate in Cæsareanorum potestatem venerant: erat enim architecturæ militaris peritissimus. Insubrum quoque rebus pacatis, & universa Borromeorum hæreditate post extinctam fratris Giberti stirpem ad se devoluta, quietam inter amoena studia vitam egit. Fato functus filios duos post se reliquit, quorum natu minor, FRIDERICUS, quamvis in prima ætate equis armisque gaudere visus esset, totus tamen ineunte adolescentia in mores atque instituta Caroli, patruelis sui, abiit, à quo etiam sacram accepit togam, & in Collegio Borromeano, quod ille Ticini fundaverat, omnium primus collocatus fuit. Ibi Fridericus adhuc juvenis, in exemplum Noctium Vaticanarum patruelis, de quibus dictum est, *Academiam Accuratorum* instituit, cui emblematis loco dedit *Sphæram*, cum lemmate: *in puncto*. Prarolensi deinde Abbatia apud Vercellas oneratus, invitus quippe eam suscepisse fertur, Romam, urgente Cardinale Altempsio, se contulit, ubi cum apud Sixtum V. Pontificem cubicularii honorarii munere aliquandiu functus esset, eidemque probitatem suam, modestiamque ac eruditionem probasset, *Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Dominica* creatus est d. XVIII. Decembr. an. 1587. Post octennium, quod omne juris Canonici, literarumque Græcarum ac Hebraicarum studiis impendit, jugi doctissimorum virorum consuetudine usus, cujusque intervallo editioni Græco Latinæ Veterum conciliorum operam autoritatemque commodavit, delegatus ei fuit *Archiepiscopatus Mediolanensis*. Ita honoribus non minus similis defuncto patrueli factus, quàm animo erat, postquam relicta Roma patriam repetiisset, eandem viam, quam ipsius signatam & impressam vestigiis videbat, toto pectore secutus est, omnemque curam & cogitationem in religionis bonarumque literarum incrementum contulit. Insigne Lycæum in urbe fundavit, quod *Collegium & Bibliothecam Ambrosianam* in honorem Divi, cui consecrabatur dixit, & magnificentissimè extructum, largiter dotatum, discentium docentiumque choro, nec non maxima librorum, undique ingenti sumptu per idoneos viros, in omnes cultioris orbis partes emissos, conquisitorum copia instructum aperuit, celebri pompa die VI. Id. December. anno 1609. Discentes ex omni Clericorum numero, qui in Seminario alebantur, ingenio præstantes, delecti, cursusque scientiarum triennii spatio circumscriptus. Doctores non peregrini sed cives Mediolanenses designati, qui omnibus liberalibus disciplinis artibusque imbuti, in una tamen conquiescerent & excellere studerent, quæ præscripta assignataque

(k) Ripamont. op. cit. Lib. II. & seqq.
Hist. Pontif. & Cardin. Ciaccon. Tom. III. p. 871. & seqq.

esset, ideò numismati aureo, quod in inauguratione Cardinalis ipsius manu accepere, suspensum collo inter solemnia omni tempore gestandum, exhibenti ab una parte Beatæ Virginis Mariæ effigiem, ab altera Capita SS. Ambrosii & Caroli, hoc inscriptum fuit lemma: *Singuli singula.* Primas eorum *Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus* appellatus est, quam spartam in principio ornavit *Joan. Antonius Olgiatus*, successores hactenus nactus, *Franc. Bernardinum Ferrarium*, *Petrum Paulum Boscam*, *Nicolaum Rubinum*, dein Canonicum Metropolitanæ, *Andream Pusterlam*, jam Præpositum Abbiagrassensem, & *Antonium Albutium*, cui in præsentia illa incumbit provincia. Doctorum quoque primorum nomina in promptu sunt: *Antonius Salmatius*, Zonaræ Cyrillique interpres, *Josephus Ripamontius*, sæpè jam nobis laudatus Scriptor Historiæ patriæ, cui de vita utriusque Borromei Cardinalis commentatio luculenta inserta est, *Antonius Gigiajus*, linguarum Orientalium callentissimus, interpretatione Rabini Aben Esdræ commentarii in Proverbia Salomonis & Thesauro Arabicæ linguæ clarus, *Franciscus Bernardinus Ferrarius*, Sacræ & profanæ antiquitatis vindex, *Benedictus Soffagus*, Latinorum carminum gloria præcellens, *Franciscus Collius*, Commentario in Hervæum & de sanguine Christi, *Antonius* Rusca notis in Guglielmum Ochamum & denique *Josephus Vicecomes* editis de re divina voluminibus celebres. Collegium præterea *trilingue* instituit Cardinalis, cujus studiis atque exercitationibus exculti & probati juvenes cooptari aliquando possent in vacua loca, prout Doctorum quisque decessisset. Instituit etiam fundavitque Collegium *Alumnorum* pro iis, qui frequentando bibliothecam & legendo ibi multum tantos facerent profectus, ut possent quoque ipsi scribere legenda. Quotidie enim patere jussit bibliothecam quatuor horarum spatio usibus studiosorum quorumcunque, præsente semper & assistente bibliothecario. Typographiam denique Fundator adjecit, non Latinis tantum Græcisque & Hebraicis, sed cœteris quoque Orientalibus typis, videlicet Arabicis, Siriacis, Armenis, Samaritanis instructam; atque insuper revocandis ad veterem gloriam cultumque artibus, quæ disciplinis ancillantur, quales sunt pictura, sculptura, architectonice, gymnasium aperuit, quo discipuli artificesque convenirent, unà sese exercerent, illorumque opera statis temporibus recognoscerentur. Nec verò patronus tantum & æstimator literarum & literatorum erat Fridericus Cardinalis Borromeus, sed etiam ipse in literis Latinis, Græcis Orientalibusque & omnium bonarum artium disciplinis egregius: neque enim quisquam illo exactius intervalla negotiorum studiis dispunxit, semperque sive domi esset, sive diœcesin obiret, sive aliô iter faceret, aut meditabatur aut legebat aut scribebat aliquid. (l) Extare testatur Oldoinus, Historiæ Pontificum & Cardinalium Ciacconii continuator, (m) *decem volumina* lucubrationum ejus publicæ luci expositarum, quæ sunt, *Sacra colloquia*, *Principum favor*, *Divinæ laudes*, *Sermones Synodales*, *de Episcopo concionante*, *Meditamenta literaria*, *de Christianæ mentis jucunditate*, *de sacris nostrorum temporum Oratoribus*, *de vera & occulta sanctitate*, *de moribus B. Virginis.* Decessit anno ætatis suæ sexagesimo septimo!, sepultusque est in templo maximo perorante Paulo Aresio Episcopo Derthonensi.

In RENATUM Borromeum, Friderici Cardinalis fratrem natu majorem, sicut omnes avitæ opes possessionesque confluebant, ita omnis quoque spes familiæ incumbebat, quam etiam felici stirpis propagatione sustentavit. A Rege Hispaniarum cohorti armatorum hominum præfici, & in secretiorem Senatum cooptari meruit, hisce in diplomate verbis usos: *In te Magnifice fidelis nobis dilecte Renate Borromee Aronæ Comes, oculos præ cæteris conjecimus, sperantes, quod bellicam à majoribus tuis conquisitam laudem, tu etiam pro tua egregia indole, generoso spiritu & præalto animi vigore solerter ac fideliter æmulaberis, & antiquæ nobilissimæ tuæ familiæ claritate, cum militari virtute ac vigilantia, tum perpetua erga nos fide & observantia tueberis.* (n) Ex uxore sua *Hersilia Farnesia* cum aliorum liberorum tum filiorum præcipue duorum pater factus est; à natu majore Carolo GIBERTUS prodiit, quem cum

(l) Ripamont. Hist. Mediol. Dec. V.
(m) Tomo IV. (n) Crescent. Anfiteatro Rom.

cum Præſulis habitum Romæ induiſſet, Urbanus VIII. Papa difficillimis temporibus in provinciis patrimonii Legati vices, & Commiſſarii bellici munia obire juſſit; Innocentius X. Camillo Cardinali Pamfilio nepoti ſuo adminiſtrum addidit, perſpectaque ejus virtute ac prudentia in creatione d. XIX. Febr. an. 1652. facta, *Cardinalem* in pectore deſignavit, anno autem 1654. d. 2. Mart. demum vulgavit, *& tit. SS. Joannis & Pauli* inſignivit. Exinde legatione in Æmilia egregia functus fama Romæ denique fatis conceſſit ætatis anno ſeptimo ſupra quiquageſimum. (o) VITALLIANUS ejus frater militaribus officiis & *Commiſſarii Imperialis in Italia* munere perfunctus cœlebs ſupremum diem explevit. RENATUS, natu maximus Caroli filius, pater eſt Illuſtriſſimorum Comitum CAROLI & GIBERTI, qui in præſentia ſoli antiquiſſimæ familiæ decus ſpemque ſuſtinent. Prior repetito cum illuſtribus fœminis, è Papalibus ortis domibus, conjugio propagationi ſtirpis operam dat, & torque *Aurei Velleris* Ordinis, privilegiisque Magnatum Hiſpaniæ decoratus honoratiorem in ſecretiore Senatu Regio Mediolani locum obtinet, *Commiſſariique Imperialis* munia ſuperioribus annis obiit; alter Eccleſiaſticis inſervit honoribus, jamque *Protonotarius* audit *Apoſtolicus*.

JULIUS CÆSAR Borromeus, Renati F. in bello, quod inter Hiſpanos & Allobrogum Ducem exarſit, Tribunus militum bellatoris ſtrenui famam ſibi peperit, & in oppugnatione Vercellenſis validiſſimæ urbis pila trajectus, triſte ſui deſiderium omnibus reliquit. (p) Cum duodecim pater factus eſſet liberorum, atque inter eos octo eſſent virilis ſexus, defecit tamen in iisdem ejus poſteritas: namque natu minimus vita præmaturè caruit, tres monaſticæ ſe addixere, FRIDERICUS etiam ſtudia togæ & religionis ſecutus cum Romam ſe contuliſſet *utriusque Signaturæ Referendarius* initio factus eſt, poſteà *Inquiſitoris* titulo Melitam miſſus, indeque redux *Patriarcha Alexandriæ* dictus & *Nuncii Apoſtolici* munus apud Helvetios obire juſſus eſt, quo egregia fama functus Romamque revocatus *Secretarii Immunitatum Eccleſiaſticarum*, indeque urbis Gubernatoris ſpartam ſuſcepit; Ineunte Pontificatu Clementis IX. *Nuncii Ordinarii* honore auctus & ad aulam Hiſpanicam ablegatus, elapſoque triennio ab illius ſucceſſore Clemente X. *Cardinalis* creatus, & *Secretarii ſtatus* dignatione honeſtatus, ſed præmaturè rebus humanis exemptus eſt. Reliqui tres Julii Cæſaris filii ſecularibus negotiis & rei uxoriæ operam dedere; huic tamen non æquè feliciter atque illis; prolem enim nullam ſed gloriam ingentem poſt ſe reliquere. JOANNES natu maximus *Angleriæ Demarchus* fuit, qui titulus primogenitis Julii Cæſaris proprius eſſe debebat ex ſpeciali privilegio, quod an. 1623. Friderico Cardinali Borromeo conceſſum erat. Atque in Angleriæ, à Crequio Franciæ Mareſcallo an. 1636. obſeſſæ, defenſione prima excelſi & ad pericula impigri animi ſigna Joannes Borromeus edidit, viginti tunc annos natus; ſub patre deinde cum militaſſet peditum cohortem, quam *regimentum* vocant, ejus morte rectore deſtitutam obtinuit. Maximis exinde belli Ciſalpini eventis immixtus, ita ſe geſſit, ut ab Hiſpaniarum Rege *Commiſſarii generalis* armorum ſuorum in Pedemontio & Lombardia munere auctus, nec non loco in Senatu Secretiori ſtatus Mediolanenſis honeſtatus fuerit. Literarum quoque & ſapientiæ ſtudiis quoniam propatruo accurante innutritus & ſummo ingenio præditus fuerat, *Academiæ* Laboriferorum, (*dei Faticoſi*) in Collegio Patrum Theatinorum S. Antonii inſtitutæ, primus creatus eſt Princeps; nomenque ſibi ſumſit *Animoſi*, & ſymbolum *Pyramidis*, ſeſe erectum euntis, cum lemmate, *Sidera vertice*. Vita defuncto magnificæ habitæ ſunt exequiæ, & Carolus Carcaſſola, Cancellarius metropolitanæ Eccleſiæ, in Academia oratione luculenta parentavit. (q) Pari ſe virtute præbuit ANTONIUS RENATUS Borromeus, Joannis frater & ſucceſſor, plurimaque in dicto bello invicti roboris ſpecimina dedit; expleto vitæ ſuæ ſpatio gentilitia domus ſuæ feuda ad fratrem PAULUM ÆMILIUM transmiſit, quo itidem ſine prole rebus humanis exemto cuncta ad agnatum Carolum Borromeum devoluta ſunt; eorum hanc *Serenius* dedit ſeriem: *Aarona,*


(o) Ciac. Hiſt. Pont. & Card. Tomo IV.
(p) Bruſon. Hiſt. Ital. Lib. VI.
(q) Gualdus Prior Vit. pers. mil. & Polit.

na, *Læsa*, *Intra*, *Canobium*, *Veghiezzum*, *Vogonia*, *Omegna*, *Lavena* cum eorum vallibus, collibus, ditionibus, venationibus, piscationibus, fodinis petrarum ac metallorum adjacentibusque terris & oppidis supra CLXX. prætereà in agro Viglevanensi *Palestrum*, *Camairagum* in Laudensi, *Formigaria* in Cremonensi, *Guardasona* in Parmensi. (r)

(r) Lib. VII. p. 557.



XIII. BUR-



XIII.

BURGESIÆ FAMILIÆ

Senis ortæ, jamque inter Romanas florentissimæ, GENEALOGIA.





URGESIA stirps, Senis oriunda inter nobiles civitatis illius familias hodieque haud ultimæ est dignationis: ex ea cum MARCUS ANTONIUS Burgesius, insignis Jureconsultus, relicta patria, quæ civilibus perturbationibus conflictabatur, Romam se recepisset, viam posteris suis ad amplissimam fortunam stravit; foro enim illic incumbens, Consistorialis Advocati munus exercuit, & virtute atque integritate auri tantum sibi comparavit, ut majori natu filio suo HORATIO, septuaginta aureorum millium pecunia fisco Pontificio adnumerata, Cameræ Auditoris munus magna purpuræ obtinendæ spe impetraverit. Eo brevi extincto patris misertus Clemens VIII Papa, ut alterum filium, CAMILLUM nomine, jam Referendarii utriusque Signaturæ & Bononiensis Prolegati officiis functum, defuncto subrogaret, concessit; inde ad Cardinalatus dignitatem evectum ad opem Cæsari Pannonico bello à Philippo II Rege petendam in Hispaniam misit, quemadmodum in Andr. Mauroceni Historia Veneta (a) legere est; sed Aug. Oldoi-

(a) Libro XVI.

BURGESIORUM PRINCIPUM DE SUL

1. Marcus Antonius Burghesius, Patritius Se Consistorialis. Uxor, *Flaminia Astal*

2. Johannes Baptista Burgesius. *Virginia Lanti, Ludovici, Nobilis Pisani f.*

Horatius Burgesius, *Apostolicæ Cameræ Auditor sub Gregorio XIV.*

Camillus Burgesius, nat. 17. Sept. 1552. *ex Auditore Cam. Apost. cr. Presbyter Cardinalis Non. Jun.* 1596. PONTIF. MAX. 16. *Maji* 1605. *dictus* PAULUS V, † 22. Jan. 1621.

3. Marcus Antonius Burgesius, PRINCEPS SULMONENSIS & Magnas Hispaniæ. † 19. Jan. 1658, æt. 60.
Camilla Ursina, Virginii Ducis Bracciani f. † m. Mart. 1685, æt. 82.

4. Paulus Burgesius, † ante patrem 24. Jun. 1646. æt. 21. Uxor

5. Johannes Baptista Burgesius, nat. 4. Oct. 1639. Princeps Sulmon. & Rossan. Magnas Hispan. Dux Palumbaræ &c. Eques Aurei Velleris.
Eleonora Boncompagno, Hugonis Ducis Soræ fil. † 9. Sept. 1695.

6. Marcus Antonius, Princeps Rossan. n. 20. Maji 1660.
Flaminia Spinola, Caroli Pr. de S. Angelo & Violantæ Spinolæ ex Principibus Tassaro i f. 1690. m. Apr.

Anna Camilla, n. 29. Sept. 1661. nup. (1) *Francisco Mariæ Pico Duci Mirandulæ 25. Apr. 1685.* (2) *Antonio de Judice, Princ. de Cellamari.*

7. Flaminia Maria Francisca, n. 18. Apr. 1692.

Camillus Antonius Franciscus Josephus Balthasar, n. 7. Apr. 1693.

Maria Victoria Theresia, n. 23. Mart. 1695.

MONA ET ROSANO SCHEMA.

nensis, insignis JCtus, & Advocatus *lia, Romana.* 1.

Hortensia Burgesia nup. *Marco Antonio Caffarello*, † 13. Jun. 1598.	Franciscus Burgesius.	Margarita Burgesia, ux. *Horatii Victorii.*	2.
Scipio Caffarellus, cr. *Presbyter Cardinalis 18. Jul.* 1605. dict. *Cardinalis Burgesius* † 2. Oct. 1633, æt. 57.	Marcus Antonius Victorius Burgesius.	Diana Victoria Burgesia, nup. (1) *Caspari de Cavalieris*, (2) *Hieronymo Carafa*, *Pr. de Roccella.*	3.

Olympia Aldobrandina, Joh. Georgii Princ. Rossanensis fil. ac hæres, † 1684. 4.

Georgius Burgesius n. 1640. † 1645.	Maria Virginia, nup. *Augustino Chisio Princ. de Farnese 1659.*	Franciscus Burgesius, nat. 1644. † *puer.*	5.

Paulus. nat. 22. Nov. 1663. *Clericus Cameræ Apostolicæ* † 25. Oct. 1701.	Scipio, nat. 23. Aug. 1666. † Patavii 1692, m. Marc.	6.

Leonora Francisca Maria n. 26. Mart. 1696.	Franciscus, n. 20. Jun. 1697.	Jacobus, n. 2. Jun. 1698.	7.

Oldoinus in continuatione Ciacconianæ Historiæ Pontif. & Cardin. post obitam in Hispania legationem purpura illum ornatum fuisse refert, titulumque accepisse initio S. *Eusebii*, ab eo posteà ad S.S. *Johannis & Pauli*, tandemque ad S. *Chrysogoni* transiisse. (b) Post excessum Leonis XI. qui Clementi suffectus intra primum Pontificatus sui mensem extinctus est, comitiorum die XII *Pontifex Maximus* repentino Patrum consensu salutatus & renunciatus est, tres supra quinquaginta annos tantùm natus, assumsitque nomen *Pauli V.* In omen tractum fuerat, quod cum Leone mortuo Cardinales in medium consilia conferrent, *aquila* ex ædibus Altaempsianis volatu in sublime elata, postquam diu aërem pererrasset, tandem ad fortalitium molis Hadrianæ *draconi* insculpto & insignia Gregorii XIII referenti *insederit*, atque ita ex se draconeque subjecto insigne gentis Borgesiæ expresserit. (c) FRANCISCO fratri majori natu classis præfecturam detulit, JOHANNEM BAPTISTAM S. Angeli arcis custodem, Burgi præfectum, posteà Ecclesiæ vexilliferum ac militiæ Imperatorem constituit, nepotem verò ex sorore SCIPIONEM Caffarellum Cardinalem loco suo & titulo S Chrisogoni creavit, eoque adjutore ad gubernandam fortunam suam usus est: quamvis enim, juris legumque prudentiæ esset scientissimus, ut ea potissimum facultate sibi blandiretur; attamen quod à Mauroceno supra citato notatum est, nec publicorum negotiorum usu præstans, neque cum Principibus summis de rebus agere assuetus erat, & ingenio potius ad privatas res quàm ad publicas gerendas idoneo. Itaque cum auctoritatis Pontificiæ cothurnum ultra modum prudentiæque regulam custodiret, in acerrimam cum republica Veneta incidit contentionem, quæ ne citò componeretur, plerosque in consistorio Cardinales obstitisse, *Thuanus* memoriæ prodidit, non tam de Ecclesiastica libertate, sicuti in aula tunc vulgò jactabatur, certantes, quam Pontificis ingenium, quieti innutritum, intricato negotio implicari gaudentes, ex quo cùm se non facilè expedire posset mœrorem ex eo mortiferum contraheret. (d) Sed fefellit istos consilium spesque, namque Paulus re cum Venetis post biennale dissidium transacta ad annum Pontificatus decimum sextum duravit, eamque longævitatem in rem suam suorumque diligentissimè convertit. MARCO ANTONIO, nepoti ex fratre, immensas opes paravit, prætereaque à Philippo Hispaniarum Rege Principatum Sulmonensem in regno Neapolitano, & dignationem *Magnatis Hispaniæ* impetravit. Eidem Scipio Caffarellus, *Cardinalis Borgesius* dictus, luculentam reliquit hæreditatem, filiumque ejus PAULUM uxor, *Olympia Aldobrandina*, Principatu Rossanensi, amplissimisque facultatibus, quas Clementis VIII familia congesserat, auxit, ita ut gnatus Pauli, JOHANNES BAPTISTA, inter Romanos Barones copiosissimus haberetur. Hic ex tribus, quos genuit, filiis, natu minimum, in flore ætatis sex nempe supra viginti annos natum, Venetiis morte interceptum amisit, MARCO ANTONIO, natu maximo, in conjugio mulieris nobilissimæ formosæ atque opulentæ vivente, familiæque propagationi gnaviter incumbente, gaudet, PAULUM verò, illorum ætatibus medium interjectum, Præsulari induit veste, purpura, nisi fatum obstitisset, fortassis ornandum; qua ex Pauli V stirpe, quod ea masculis haud abundaret, nemo hactenus decorari potuit; hinc cum Urbanus VIII galerum Cardinalitium, quem à Paulo acceperat, gratitudinis ergò Borgesiæ familiæ restituere cuperet, agnatus remotior accersendus erat; isque fuit *Petrus Maria Borgesius*, Patritius Senensis, *Curtii ex Silvia Saracina filius*, qui anno 1624. in Cardinalium ordinem cooptatus usque ad d. XV. Jun. 1642. vixit, & dum Scipio Cardinalis in vivis superesset, *Cardinalis S. Georgii* à Diaconia sua, nominatus est, post illius obitum vero nuncupationem Borgesii assumsit.

ALDOBRANDINAM familiam quoniam res obtulit, & magnas Borgesiis abilla accessiones opum factas esse dictum est, lubet de illa quædam subjungere: enimverò haud unius sunt generis, qui nomen illud gesserunt, ex Hetruscis tamen omnes oriundi, maximè illustres illi erant, qui comitatus S. Floræ, Soanæ & Pitiliani tenuerunt, sed nulla cum cœteris cognatione conjuncti fuerunt, sicut Eugenio Gamurrino constitisse intelligimus

(b) pap. 299.
(c) Oldoin. ib. pag. 376.
(d) loco cit.

gimus ex Parte Voperis sui de nobilibus Hetruriæ & Umbriæ familiis; illorum etiam, qui civitate apud Florentinos gaudebant, diversæ fuerunt familiæ: alii enim *Bellincioni* appellabantur, alii *de Lippo*, aliique *de Rubeo* (*Rosso*) vocitari solebant, quorum omnium stirpes emarcuerunt. Nostris, de quibus nempè sermonem instituimus, quique insignium loco *baltheo aureo utrinque pinnato, & tribus ab utroque latere stellis aureis stipato in campo cæruleo* utuntur, cognomen fuit primùm *del Nero & de Caruc-ci*, posteà *della Madonna*. Priora nomina *à Nerio & Caruccio* fratribus, Reinerii filiis, orta esse videntur, posterius assumptum est in memoriam Johannæ de Altovitis, præstantissimæ fœminæ, quæ Bencii, Caruccio prognati, uxor, & per excellentiam *Madonna Giovanna* salutata fuit. Sed Caruccii propago diu est, quod defecit. Nerio natus est *Andreas*, *hoc Aldobrandinus*, primus hujus nominis, quod posteris ejus in cognomen cessisse videtur; eo genitus *Georgius Florentiæ* supremum magistratum anno 1410. gessit, *Gonfalonerii* titulo, & filios habuit præter alios *Aldobrandinum II & Jacobum*, à quo in duos stirps hæc diducta est ramos; ab Aldobrandino satus *Papalis* posteà cœpit appellari ob ejus abnepotem *Hippolytum*, qui Papa factus est. Patrem is habuit *Sylvestrum Aldobrandinum* JCtum celeberrimum, anno 1558. mortuum, matrem *Lesam Detam*, quæ annò 1557. decesserat, fratres, hosque natu majores *Johannem*, Rom. Eccl. Cardinalem & *Petrum* JCtum, quo & *Flaminia Ferracia* nati sunt *Petrus* & *Olympia*. Istum Hippolytus patruus, ad Pontificatum Romanum anno 1592. d. 30. Jan. evectus, & Clemens VIII dictus, galero suo ornavit, & singularem principalium onerum adjutorem, *Cardinalis Patroni* dignatione, habuit, dum vixit, vixit autem usque ad an. 1605. d. 3. Marc. Petrus vero an 1621. d. 10. febr vitam cum morte commutavit. Olympiam patruus & frater viro agnato, *Joanni Francisco Aldobrandino*, ex linea Jacobi orto, *Georgii & Margaritæ de Cornia filio*, nuptui locarunt, huncque summis officiis secularibus, negotiisque gravissimis adhibuerunt. Post legationem in Hispania obitam, supremam militiæ Ecclesiasticæ præfecturam suscepit, copiasque Clementis auxiliares in Hungariam bis duxit, annis nempè 1595. & 1601. sed in posteriore expeditione cùm Canisiæ obsidio ipso auctore, refragantibus cœteris ducibus, suscepta fuisset, maligna febre correptus Varasdini in arce subsistere fuit coactus, ibique animam efflavit.

Egregia verò ex Jo. Francisci & Olympiæ Aldobrinorum matrimonio provenit soboles, gnati quinque, *Sylvester*, *Johannnes Georgius*, *Hippolytus*, *Aldobrandinus & Petrus*, filiæ quatuor, videlicet *Margarita*, Rainutii Farnesii Ducis Parmæ uxor, *Helena*, Antonio Carafæ Duci Montis Draconis nupta, *Lucretia*, Marini Caraccioli, III Principis Abellini conjux, & Maria, Johanni Paulo Sforciæ Marchioni de Caravaggio elocata. Ex filiis *Sylvester & Hippolytus* Diaconi Cardinales fuère, & posterior etiam Camerarius Rom. Eccl. qui an. 1638. decessit, cùm priorem jam anno 1612. mors rapuisset. *Aldobrandinus* Eques Hierosolymitanus sive Melitensis, & Prior Romanus factus, atque in militiam Germanicam profectus dignatione Tribuni, mortem in acerrimo apud Nordlingam prœlio oppetiit d. 27. Aug. 1634. *Jo. Georgius & Petrus* ductis uxoribus propagationi stirpis suæ operam dederunt, sed virili prole caruerunt: namque Jo. Georgius, *Princeps Roxani & Dux Sarsinæ* dictus, atque anno 1637. d. 16. Maji mortuus ex *Olympia Ludovisia* unicam reliquit gnatam, *Olympiam*, quæ nuptiis primis *Paulo Borgesio Pr. Sulmonensi*, secundis *Camillo Pamphilio*, in manum convenit, & d. 18. Dec. 1681. fatis concessit. Petro Duci Carpineti ducta est *Carlotta Sabella*, ex qua suscepit *Annam Mariam*, Francisci Mariæ Cæsii Ducis de Ceri, & *Catharinam*, Julii Sabelli Pr. Albani & Ricciæ uxores.

Non omnis tamen ſtirps virilis Aldobrandina emarcuit, ſed ſuperſtes eſt Florentiæ palmes, ex ramo Aldobrandini, II hujus nominis prognatus: is enim præter Johannem, â quo Papalis linea orta eſt, etiam *Brunettum* genuit, ad quem genus referebat *Baccius Aldobrandinus*, Sylveſtri & Flammettæ Arrigettæ filius, quem Innocentius X Rom. ex Canonico Baſilicæ Vaticanæ Presbyterum Cardinalem an. 1652. creavit, quique an. 1665. d. 21. Jan. vitam cum morte commutavit. Frater eidem fuit *Johannes Franciſcus Aldobrandinus*, qui ex Camilla de Pasqualis *Sylveſtrum*, *Hippolytum & Alexandrum* genuit.



XVI. CAJE.

XIV.

CAJETANA STIRPS

in Regno Neapolitano & Siculo florentiſſima

è qua pullularunt

Comites de Fondi & Morcone, Marchiones de Ciſterna & Sortino, Duces de Trajetto, Laurenzano, Sermoneta & S. Marco, nec non Principes de Caſerta & Caſſaro.





IN ſcuto hic delineato *faſciæ diagonales atque undatæ* gentilitium *Cajetanorum* digma, *aquilæ* verò *Aquilanam familiam*, è qua hæredem Comitatus Fundorum Loffredus Cajetanus uxorem accepit, denotant. Cum his inſignibus Duces Laurentiani cæterique ex eorum linea prognati *regia Aragonica* conjungunt.

TABU

COMITES DE CASERTA, FONDI, & TRA

1. MATTHIAS CAJETANUS, Man

2. Loffredus s. Luitfredus & Goffredus Cajetanus, Eques 1255. Ux. *ex familia Comitum de Segna, Alexandri IV Papæ neptis.*

3. Loffredus II Cajetanus, Comes Casertæ, Dn. Sermonetæ. | Benedictus Cajetanus, *Cardinalis Rom. Eccl.* cr. an. 1282. *Summus Pontifex* 10. Dec. 1294. *dictus* BONIFACIUS VIII † 11. Oct. 1303.

4. Petrus Cajetanus, II Comes Casertæ, Dn. Sermonetæ & Marchio Piceni. *Johanna de Ceccano, Landolfi Dom. de Calvi fil. Gulielmi Sdendardi vid.* | Franciscus Cajetanus, *Cardinalis Eccl. Rom. cr. à patruo* 1295. † 1317, d. 9. s. 16. Maji.

5. Loffredus III Cajetanus, Comes de FONDI. Ux. *1, Margarita Comitissa Palatina, è domo Aldobrandesca, repudiata,* *2. Johanna de Aquila, Riccardi Com. de Fondi fil. hæres.* *3. Catharina de Ratta, Diegi Com. de Montorio & Caserta f.*

6. 2. Nicolaus Cajetanus, Comes de Fondi, M. Camerarius regni. Ux. *1. Johanna Ursina.* *2. Violanta de Ratta, Catharinæ supra dictæ soror consanguinea.* | 3. JACOBUS f. JACOBELLUS *Vid. Tab. VI.* | 3. Johannes *Consul Romanus.* | 3. Carolus cogn. Saccus, *Castellanus Molæ.*

7. Honoratus Comes de Fondi, V. Dn. Sermonettæ † 1401. *Catharina del Balzo, Bertrandi C. de Montescagioso & Andri f.* | Jacobus Comes de Fondi *Sueva Sanseverina, Roberti C. de Carigliano f. Henrici de Leonessa vid.* | Franciscus Cajetanus *Castellanus Molæ.* — Saccus Cajetanus *Vexillifer.*

8. Christophorus, *† extorris paulò post patrem.* | Johannella Com. de Fundi, ux. *Balthasaris Duc. Brunsuicensis † improlis.* | Christophorus Comes de Fondi Logotheta & M. Protonotarius regni. Ux. *1. Isabella de Piczutis.* *2. Johannella de Furno.* | JACOBUS *Vid. Tab. V.* | Antonius Cajetanus, *Cardinalis Rom. Eccl. cr.* *1402.* † 11. Jan. 1412.

9. 2. Honoratus II Comes de Fondi, Trajeto & Morcone, Logoth. & Proton. regni † an. 1489. Ux. *1. Francisca de Capua Fabritii C. de Molise f.* *2. Catharina Pignatella.* | Alfonsus Dom. *de Telesa* ☾ | Caspar. rus. | Jacobus DN. DE LONGANO. *Vid. Tab. IV.*

10. 1. Balthasar Cajetanus Comes de Trajetto, † ante Patrem. *Antonella Caracciola Johannis Pr. Capuæ f.* | PETRUS BERARDINUS. *Vid. Tab. seq. II,* | Johannella ux. *Johannis Cantelmi Com de Popoli.* | Catharina nup. *Carolo de Sangro Dom. de Torre maggiore.*

11. Johannella ux. *Hieronymi Sanseverini Pr. de Bisignano.* | Laura nup. *Antonio de Guevarra Com. de Potenza.*

LA I.

JETTO, DOM. DE SERMONETA.

fredi Regis Sicil. militiæ Præfectus. 1.

Adinulphus Cajetanus, Prætor (*Po'està*) *Urbivetanus*. | Petrus Cajetanus, *Episcopus Soræ dein Todi, & denique Anagniæ. 1226.* 2.

Jacobus Cajetanus. 3.

Benedictus Cajetanus, *Cardinalis cr. à Calestino Pap. 1294, † 1296. d. 11. Oct.* 4.

Benedictus Cajetanus, Comes Palatinus.
Ux. *1. Johanna Ursina. 2. Hilaria de Sus, Americi Dom. de Pietra Carella fil. jam ter vidua & postremò Philippi de Gianvilla C. de S. Angelo.* 5.

1. Bonifacius Cajetanus Comes Palatinus. *Imperatrix Matthæi Ceccani f.* | Franciscus. | Lucretia ux. *Ernaldi Monaldesci Dom. de Orvieto.* | Francisca nup. *Roberto de Capua.* 6.

Bonifacius Cajetanus Comes Palatinus. *Maria Conti.* | Honoratus. | Nicolaus. 7.

Rugierius. | Collella. | Johannella, ux. *Caroli de Artus C. de S. Agata.* | Angela nupta *Johanni Tomacellio nepoti Bonifacii IX Papæ.* | Paulus Cajetanus. 8.

Fridericus Cajetanus.

Jordanus. Paulus. Theresia Felix. Zenobia.

Nicolaus Antonius. *Catharina Columna* | Jordanus, *Archiepisc. Capuæ cr. 1447. & Patriarcha Antiochiæ* † 13. Oct. 1496. | Melchior Dn. de *Campello.* 9.

Lucretia uxor *Henrici Pandone Comde Venafro.* | Sueva nupta *Balthasari Spinello.* | ANTONIUS *Vid. Tab. III.* | Johannes Baptista Dn. de Telesa. Covella Carafa. | Honorata ux. *Hectoris Burgarelli Dom. de Vico.* 10.

Alfonsus Cajetanus. | Hippolyta nup. *1. Vincentio Mastro Judice. 2. Jacobo Gargano.* 11.

TABU

COMITES DE MORCONE ET DE FONDI

10. PETRUS BERARDINUS Cajetanus de Aragonia Comes de MORCONE, M. Protonotarius regni, Honorati Com. de Fondi F. † Mart. 1487.

11. Honoratus III Cajetanus de Aragon. Comes de Fondi, DUX de TRAJETTO cr. 1497. PRINCEPS de ALTAMIRA 1507. † post an. 1528. *Lucretia de Aragonia, Alfonsi Ducis Calabriae dein Regis Neapol. fil. naturalis.*

12. Fridericus Cajetanus, decoll. 1528. *Catharina de S. Severino Bernardini Pr. de Bisignano f.* — Jooanna nup. 1. *Johanni Duci de Ferrandina,* 2 *Jo. Berardino Aquaviva, II Duci de Nardo.* — Ludovicus Cajetanus † ante patrem *Lucretia de Montalto Ludovici f.* — Nicolaus Cajetanus. — Portia uxor *Diomedis Carafae III Ducis de Madalone.*

13. Beatrix uxor *Johannis Jordani de Arena.* — Scipio Cajetanus de Arag. Dux. Traject. *Camilla Zurla.*

14. Ludovicus Cajetanus de Aragonia Dux titularis de Trajetto, Dn. de Pedimonte & Montepeloso.
Ux. 1. *Lucretia Ursina, Raimundi C. de Pacentro f.*
2. *Cornelia Carafa, Fabii Dom. de S. Mauro f.*

15. 1. Scipio II Cajetanus de Arag. Dux de Trajetto. † *impr. Hieronyma Bozzato.* — 2. Camilla ux. *Philippi Cajetani Duc. de Sermoneta.* — Franciscus Cajetanus de Aragon. II Dux. de Laurenzano, Dn. de Pedimonte.

16. Alfonsus Cajetanus de Arag. III Dux de Laurenzano. † an. 1645. in Catalonia. *Hippolyta Carafa, Antonii, III Duc. Andriae fil. Ferdinandi Caraccioli Duc. Airolae vidua.* — Carolus Cajetanus Dn. de Avignano. † 1688.

17. Franciscus, † infans. — Franciscus Cajetanus de Arag, IV, Dux. de Laurenzano, † *in flore aetat.* — Antonius Cajetanus de Arag. V. Dux de Laurenzano. *Cecilia Aquaviva d' Aragona, Francisci, XIII Duc. de Atri. f.*

18. Nicolaus Cajetanus de Arag. *Aurora de San. Severino, Caroli Pr. de Bisignano f. Jo. Hieronymi Aquavivae C. de Conversano vidua.* — Franciscus Cajetanus de Arag. *Dux milit.* — Dominicus *Dux & Consil. bell. R. Hisp.*

19. Pasqualis Cajet. de Arag. Comes *de Alife.* — Franciscus Maria. — Cecilia.

DUCES DE TRAJETTO ET LAURENZANO.

Uxor, *Constantia Ursina, Roberti M. Comestabilis regni filia.* 10.

Jacobus Maria Cajetanus Comes de Morcone. 11.
Constantia Pignatella, Hectoris primi Ducis de Monteleone fil.

Ferdinandus Cajetanus Dn. de Pedimonte & Grottola. *Cassandra de Capua Vincentii Ducis de Termole Soror.*	Beatrix nup. *Camillo Cajetano Duci de Sermoneta.*	Victoria Com. de Morcone uxor *Scipionis Carafæ filii Principis de Stigliano.*	Hieronyma uxor *Balthasaris Aquavivæ March. de Bellante.*	12.

Johannes Cajetanus Dn. de Pedimonte & della Grottola, † improlis. *Catharina de Cardines, Leonardi ex March. de Laino fil.*	Victoria nup. *Jo. Antonio Carafæ Duci de Laurino.*	13.

Alfonsus Cajetanus Dn. dein DUX de LAURENZANO. Ux. *1. Julia de Rogeriis Bar de Lorenzano. 2. Camilla Reveriera ex Ducibus Salandræ.*	Cassandra nup. *Scipioni de Moccia.*	14.

Uxor, *Diana de Capua.*	Ludovicus, *Jesuita.*	Ferdinandus.	Fridericus *Eques Melitens.*	Camilla ux. *Josephi Cantelmi Duc. de Popoli.*	15.

Ludovicus Cajetanus. Collonellus occ. *in prælio Tornaventano.*	Johannes Cajetanus. *Theatinus.*	Josephus Cajetanus *Clericus Cameræ*	Julia ux. *Placidi de Sangrò Pr. de S. Severo.*	16.

Josephus Cajetanus, *Eques Melit.* dein *Archiepisc. Tit. Neo Cæsar. Nuntius Florent. Patriarcha Alexandr. & Clericus Cameræ sub Innocentio XII.*	Francisca, *monialis.*	Diana ux. *Josephi Cantelmi VIII Ducis de Popoli.*	Julia *monialis.*	17.

Ludovicus *Magister Equitum in Hispan.*	Thomas *Magister Equitum in Flandria.*	Hippolyta. Theresia. Diana. Anna. *moniales.*	18.

AD TAB. III.

DOMINI DE S. MARCO.

10. ANTONIUS Cajetanus, Honorati II. Comitis Fundorum F.
Medea di S. Acapito Dom. de S. Marco di Licatola.

11. Cæſar Cajetanus DN. de S. MARCO † *improlis. 1511.*

Sebaſtianus Cajetanus Dn. de S. Marco.
Catharina de Sangro, Joh. Franciſci fil.

Lucretia, ux. *Philippi Caracciolì Dom. de Montefolcione.*

12. Johannes Antonius Cajetanus Dn. d. S. Marco.
Uxor. . . .

13. Marcus Antonius Cajetanus Dn. de S. Marco.
Uxor. . . . . *Storrente.*

14. Proſper Cajetanus Dn. de S. Marco † *improlis.*

Johannes Baptiſta Cajetanus Dom. de S. Marco. . . . . *Palma Ducis de Santelia f.*

Victoria uxor *Fabritii de Tocco.*

15. Violanta Domina de S. Marco, uxor. *Pompeji Pignatelli March. de Paglietta.*

Johanna nup. *Herculi Pignatello, Pompeji fratri.*

TAB. IV.

DOMINI DE LONGANO.

JACOBUS Cajetanus, Chriſtophori Com. de Fondi F. Dominus de Longano aliorumque locorum. 9.
Margarita, ſoror Mutii Attendoli Sfortiæ, dicti il Gran Sforza.

Antonius Chriſtophorus Cajetanus, † *improlis* an. 1464.	Berardinus Cajetanus, Dn. de Longano *Troſiana del Duce, Rinaldi f.*	10.

Camillus Cajetanus Dn. de Longano & Foſſaceca. *Camilla Manſolino.*	Druſiana ux. *Thomæ de Tranſo.*	Hippolyta nup. *Carafello Carafa.*	11.

Vincentius Berardinus Cajetanus Dn. de Riardo. *Sigismunda de Franciſco.*	Lucretia.	Finitia.	Portia.	Antonius Chriſtophorus Cajetanus. *Julia Cicinella, Antonii Mariæ Seripanni vidua.*	12.

Hieronymus Camillus Cajetanus. *Camilla Brancaccia.*	Veſpaſianus Cajetanus. *Imperia Lombarda.*	Octavius Cajetanus.	Jo. Berardinus Cajetanus. *Philomena Antinora.*	Hippolyta, nup. *1. Aſcanio Ubriano. 2. N. Scaleoneo.*	13.

Scipio Cajetanus.	Jo. Baptiſta Cajetanus.	Hippolyta, nup. 1. *Thomæ Veſpolo, 2. Julio Caſari Caraciolo, 3. Scipioni Moccia, 4. Scipioni Antinora.*	Marius Cajetanus. *Dianora Palmiero.*	Franciſcus Cajetanus † 1637. *Lavinia Minutilla.*	Donatus Cajetanus. *Johanna Raim. ex Com. S. Agathæ.*	14.

Clara, *monialis.*	Camilla ux. *Ludovici. Caraccioli.*	Camillus Cajetanus. *Brigita Barone.*	Julia uxor *Caroli Cajetani, Romani.*	Lucretia nup. *Petro Caffarelli.*	15.

TABU

DOMINI ET DUCES DE SERMONETA, MAR

8. JACOBUS dictus Jacobellus CAJETANUS, Honorati Primi hujus nom. Comitis Fundorum & Dom Sermonetæ F, mortuus ante patrem.

9. Rogerius Cajetanus Dn. Sermonetæ M. Camerarius regni Neapol. † *improlis.* — Jacobus Cajetanus Dom. Sermonetæ

10. Johannella uxor *Petri Ludovici Farnesii Dom. de Montalto.* — Honoratus Cajetanus DUX I SERMONETÆ.

11. Nicolaus Cajetanus Dux II Sermonetæ. — Gulielmus Cajetanus Dux III Sermonetæ. *Francisca Conti.*

12. Berardinus Cajetanus, occ. *à Borgiis.* 1499. — Camillus Cajetanus Dux. IV. Sermonetæ.

13. 2. Bonifacius Cajetanus, Dux V. Sermonetæ Dom. Cisternæ. *Catharina Pia ex Comitibus Carporum.*

14. Honoratus Cajetanus Dux VI Sermonetæ, Marchio Cisternæ. Eques Aur. Vell. *Agnesina Columna, Ascanii Duc. de Palliano f.* — Henricus Cajetanus, n. 6. Aug. 1550. *Cardinalis cr.* 18. Dec. 1585. † 13. Dec. 1599. — Camillus Cajetanus, *Patriarcha.*

15. Petrus Cajetanus Dux VII Sermonetæ, Eq. Aur. Vell. *Felicia Maria Ursina Ducissa de Gravina, Michaelis soror ac hæres.* — Philippus Cajetanus Dux VIII Sermonetæ, M. Cisternæ, *Camilla Cajetana de Aragonia, Ludovici D. Trajecti f.* — Antonius Cajetanus *Archiepisc. Capuanus* 1605. *Cardinalis* 19. Apr. 1621. † 17. Mart. 1624. æt. 58.

16. Franciscus Cajetanus Dux IX. Sermonetæ & de S. Marco, March. de Cisterna, Eq. Aur. Vell. † m. Oct. 1683. æt. 92. Ux. 1. *Anna Aquaviva de Aragonia Princ. de Caserta, Andreæ Matthæi fil. ac hær.* 2. *Eleonora, al Mencia, Pimentel* 1662. — Gregorius Cajetanus, *Eques S. Jacobi.*

17. 1. Philippus Cajetanus Dux X Sermonetæ & de S. Marco, Princeps de Caserta, † m. Dec. 1687. Ux. 1. *Cornelia de Aquino Pr. de Castiglione & Feroleto.* 2. *Francisca de Medicis, Octaviani Pr. de Ottajano f.* 3. *Topatia Cajetana, Petri March. de Sortino in Sicil. Principis de Cassaro f. Francisci Fardelli Pr. de Pacecovid.*

18. 3. Franciscus Cajetanus Dux de S. Marco & de Sermoneta, Pr. de Caserta. *Constantia Barberina Maffei Duc. de Palestrina f.* 20. Jan. 1681. † m. Dec. 1687 — Andreas Hieronymus Cajetanus, *Abbas*, † m. Sept. 1688. — Anna, *monialis Romæ in Turrespec*

19. Michael Angelus Cajetanus, Dux de S. Marco. — Eleonora, nup. *Francisco Caracciolo C. de Buçino* 1699. — Lucretia. — Anna.

CHIONES DE CISTERNA, PRINCIPES DE CASERTA.

Uxor, *Rogasia de Evoli, Dom. de Macchia, Thomæ Marzani Com. de Alifi vid.* 8.

Ux. 1. *Johanna Ursina Petri Com. Nolæ f.* 2. *Angela Ursina.* — Ludovicus Cajetanus. — Sueva, ux. *Laurentii Columnæ Com. de Alba.* 9.

Uxor, *Catharina Ursina* — Beatrix nupta *Berardo Casparo de Aquino, Com. de Loreto, March de Pescara.* 10.

Jacobus Cajetanus *Protonotarius,* occ. ab Alex. VI, 1499. — Isabella uxor *Pauli Morgani,* 11.

Uxor. 1. *Beatrix Cajetana de Aragon. Honorati III. Com Fundorum f.* 2. *Flaminia Sabella.* — Ersilia uxor *Jo. Francisci Ursini Com. de Pitigliano.* 12.

2. Nicolaus Cajetanus nat. 24. Febr. 1526. *Cardinalis* cr. 22. Dec. 1536. † 7. Maji 1585. — Guilielmus Cajetanus †*puer.* — Attillius Cajetanus †*puer.* 13.

Beatrix uxor *Angeli Cesii Duc. de Aquasparta.* — Johanna nup *Virginio Ursino Duci de S. Gemini* — Isabella. — Cecilia. 14.

Bonifacius Cajetanus, *Cardinalis* cr. II Sept. 1606. *Archiepiscopus Tarentinus* 1613. † 29. Jun. 1617. æt. 50. — Rogerius Cajetanus. — Gregorius Cajetanus, *Eques Melit.* — Guilielmus †*infans.* — Benedictus Cajetanus *Abbas.* 15.

Ludovicus Cajetanus, nat. 1595. *Patriarcha Antiochenus,* dein *Archiepisc. Capuanus* 1624. & denique *Cardinalis* cr. 19. Jan. 1626. † 8. Apr. 1642. — Honoratus Cajetanus. *Patriarcha Alexandriæ.* — Cornelia uxor *Hieronymi Cesarini, Ducis Civitatis novæ.* 16.

1. Andreas Matthæus Cajetanus, *Abbas,* † — 1. Maria Isabella, *monialis,* † 17.

Camilla, *monialis Romæ in Turre spec.* — Isabella nup. *Balthasari Cataneo Pr. de S. Nicandro* 1692. 18.

TAB. VI.

6. JACOBUS, dictus vulgo *Jacobellus*, & contractius *Bellus*, CAJETANUS, Loffredi, primi Comitis de Fondi & Catharinæ della Ratta F. Dominus de Felettino, Tora & Valepietra. Uxor, *Ruta s. Venuta Spinelli de Giovenazzo, Nicolai Com. de Gioja fil.*

7. Nicolaus Cajetanus. | Tuccius Cajetanus. | Antonius Cajetanus. | Agnes ux. *Jacobi Columnæ.*

8. Honoratus Cajetanus. | Jacobus Cajetanus. ☾ | Petruccius Cajetanus. ⊙

9. Bartholomæus. | Jacobus. | Christophorus. | Antonius. | ☽ Antonius. | Christophorus. | Horatius. | ⊙ Evangelista. | Franciscus.

10. Leonardus Cajetanus. *Conrada de Antiochia.* | Dantes Cajetanus.

11. Antonius Cajetanus. Ux. *1. Johannella Columna. 2. Catharina Columna.* | Rinaldus Cajetanus. | Christophorus Cajetanus.

12. Cæsar Cajetanus. *Isabella Conti.* | Honoratus Cajetanus. | Nicolaus Cajetanus. *Mobilia Cajetana Laurentii fil.* | Laurentius Cajetanus. *Diana Cajetana.* | Francisca ux. *Innocentii de Tomaso.*

13. Antonius Cajetanus. *Maria Columna.* | Marius Cajetanus. | Christophorus. | Cornelia ux. *Joh. Bapt. Morgani.* | Pantasilea. | Mobilia ux. *Nicolai Cajetani.* | Victoria *monialis.*

14. Pirrus s. Petrus Cajetanus. Ux. 1. *Margarita Villana.* 2. *Johanna Carafa.* | Francisca ux. *Ludovici Conti.* | Cinthia nup. *Andreæ Mattei.* | Cæsar Cajetanus. *Antonia della Valle.* | Lucia ux. *Anduigio Porta.*

15. Horatius. *Porta Astalli.* | Prosper. | Antonius. | Figuera. | Martia. | Antonius. | Sancia. | Martia. | Laura.

16. Franciscus Cajetanus, *Prælatus.*

TAB. VII.

CAJETANÆ STIRPIS IN SICILIA, & ex ea ortorum MARCHIONUM DE SORTINO ET PRINCIPUM DE CASSARO diatypofis.

PETRUS Cajetanus Nobilis Civis Pifanus in Siciliam à Rege Alfonfo I ob fingulares virtutes evocatus an. 1417. & inter adminiftratores regni adfcitus, quatuor ibi caftella, nempe *Chiaramonte*, *Dirillo*, *Caltabiano* & *Tripi* acquifivit.
Uxor. *Catharina.*

Guido Cajetanns, Dn. de Chiaramonte & Dirillo, hisque à veteribus poffefforibus relutis DN. de SORTINO, † 1459. Ux. *Lucretia Barrefe, Jo. Baptifta Bar. de Militello f.*	Aloifia nup. N. *Agliata.*	Brigita ux. *Gerardi de Agrigento.*	Jacoba nup. *Lucæ Bellacera.*	Barnabos Cajetanus, Dn. de Tripi, † improlis 1479. *N. Alagona.*

Petrus Cajetanus Dn. de Sortino. . . . . . *Alagona, Blafci foror.*	Elifabetha ux. *Blafci Alagona.*	Diecus Cajetanus, *à quo etiam pofteritas.*

Guido Cajetanus Dn. de Sortino, † 1504. N. *Vintimiglia.*

Petrus Cajetanus Dn. de Sortino *Margarita Siragufa, Petri Dom. de Caffaro f.*	Henricus Cajetanus. *N. Crifafi Baronis de Linguagroffa fil.*

Guido Cajetanus Dn. de Sortino oppreffus ruina caftri Sortinenfis, terræ motu facta, unà cum matre an. 1542.	Cæfar Cajetanus Dn. de Sortino & Caffaro poft fratrem. *Antonia del Bofco, foror Com. de Vicari.*

Petrus Dn. de Sortino & Caffaro. *Johanna Moncada Cæfaris Pr. de Paternò fil.*	Melchiora.	Octavius.	Laura ux. *Baronis de Siculiana.*	Francifcus.	Leonora ux. *Francifci Moncadæ Baron. de Turturici.*

Cæfar MARCHIO de Sortino & PRINCEPS de Caffaro. Ux. 1. *Anna de Tagliavia & Aragonia, foror Pr. de Caftelvetrano,* 2. *Anna de Carretto, foror Com. de Ragalmuto.*	Francifcus, *Jefuita.*	Fabritius. *Emilia. Moncada.* Δ	Blafcus. *Ifabella Morra.*	Antonia ux. *Cafparis de Porto, Bar. de Sommatino.*	Lucretia.

1. Johanna ux. *Antonii S. Salvatoris de Requefens. de Aragonia Pr. Pantellariæ.*	2. Petrus March. II de Sortino. *Antonia Saccano, vidua Balthaf Naſelli Com. de Comifo.*	Jofephus, † ante patr. *Ifabella Pardi & Maſtro Antonio.*	Antonia ux. *Ducis S. Johannis.*	Petrus.	Fabritius.	Johannes.	Francifcus.

Anna ux. *Ignatii Moncadæ.*	Theopatia, nup. 1. *Jo. Francifco Fardellæ Pr. de Paceco.* 2. *Philippo Cajetano Pr. Caſertæ.*	Cæfar.	Ludovicus.

Ee EXEGE.



EXEGESIS HISTORICA.



AJETANAM stirpem ex ipsa ejusdem appellationis urbe, quæ maritima Campaniæ, & arce situ atque operibus munita insignis est, ejusque priscis Principibus, sive Ducibus, qui Longobardorum imperio ad finem vergente inclaruerunt, originem trahere, post Ferdinandum Marranum Guardiæ Ducem, qui de familiis cum sua cognatione conjunctis librum conscripsit, Carolus *de Lellis*, cujus in hac genealogia legimus vestigia, retulit, *Parte prima Discursuum de famil. nobil. regni Neapolit.* idque testimoniis. è Cronico Cassinensi desumptis ivit firmatum. Gelasium II. Papam, qui Romanæ Ecclesiæ anno 1118. præfuit, ad eandem pertinere familiam scriptori vitæ ejus, Constantino Caëtano, visum est. Aliquot verò ex ea stirpe orti sunt rami, si modò omnes ab eadem defluxerunt: namque olim etiam Romæ & Neapoli fuerunt Cajetani, antequàm *Anagnienses*, de quibus præcipuè sermonem instituimus, illa in loca se diffuderunt, alii Pisas, Florentiam & Urbivetum, nec non in Hispaniam, Siciliamque larem transtulerunt, quorum propagines maxima ex parte extinctæ sunt. Ad veterem Romanam Cajetanorum familiam genus refertur *Joannis Cajetani*, cujus gnata *Perna* Matthæo Ursino nupta fuit, eidemque luculentam domus suæ hæreditatem attulit.

Ex Hispania primam Cajetanorum originem manasse alii tradunt Scriptores, quorum in numero *Alfonsus Ciacconius* est, qui in vita Bonifacii VIII. Papæ hæc literis prodidit: *Bonifacii VIII. majores, nobili genere ex Hispaniæ provincia Catalonia orti, in Italiam cùm venissent Cajetæ diu consederunt. Inde Anagniam, urbem vetustissimam & opulentam, Hernicæque regionis Caput migrantes, à priore sede Cajetanæ familiæ nomen habuerunt.* Dicto Papa non alius Cajetanam familiam magis claram fecit; gnatus is fuit *Luitfredi* sive *Loffredi Cajetani*, Anagnini equitis opulenti, appellatus initio BENEDICTUS. Post humaniores literas à puero haustas, utrique juri operam impensè navavit. Doctoratus insignibus susceptis ad Curiam Romanam accessit, ubi Advocati Consistorialis, & Notarii Apostolicæ sedis muneribus aliquandiu functus, vir *doctrina, mira rerum experientia & singulari prudentia ornatus evasit; virtutes raró solas, sua vitia* (id quod haud dissimulavit *Ciacconius*, cujus utimur verbis) *comitabantur, improbitas, vafricies, arrogantia, audacia, multa prætereà immodica ambitio, & immanis avaritia.* Martinus IV. eum *Diaconum Cardinalem S. Nicolai in carcere Tulliano* creavit, à Nicolao IV. *Presbyter SS. Sylvestri & Martini in montibus* titulo designatus est; summi verò Pontificatus immodica pressus cupiditate Cælestino V. homini simplici & bono, ut illum abdicaret, persuasit, insigni fraude usus, canali scilicet in ejus cubiculum immisso, pluribus noctibus, quasi angelica voce insonans: *Cælestine, depone Pontificium munus, si vis salvus fieri.* Hoc mandato, quasi cœlitus delapso perterrefactus Cœlestinus cum reliquisset sacram sedem, Benedictus Cajetanus Neapolim ad Carolum Regem noctu accessit, *tuus*, inquiens, *Cœlestinus tibi & voluit & potuit servire, sola ei industria defuit, ego verò, si tua opera Pontifex renunciarer, possem & vellem & scirem tibi opitulari, cùm in omnibus, tùm maximè in Siciliæ recuperatione.* Rex hac spe ductus

ctus, cum Cardinalibus amicis agit, ut non alium quàm Benedictum Pontificem designarent: ad X. igitur Kal. Januar. an. 1294. Conclavi in arce nova Neapolitana præsente Carolo Rege patres inclusi, postridie vigiliæ Natalis Domini Romanum Pontificem illum designarunt, qui *Bonifacii VIII.* nomine assumpto, sedit in Romana sede annos 8, menses 9, dies 28. Istis obtentum Pontificatum artibus quibus gesserit, si quis cognoscere cupit. scriptores evolvat historiæ Papalis, videlicet præter Ciacconium jam allegatum, *Platinam*, *Papyrium Massonium*, *Joh. Stellam* aliosque: neque enim acta ejus enarranda recipit hic scripturæ modus; paucis ingenium studiumque ejus expressit Platina, *Imperatoribus*, inquiens, *Regibus*, *Principibus*, *Nationibus, populis terrorem potius, quàm religionem injicere conabatur*, *aurum, undique conquisitum, plus quàm dici potest, sitiens*; & hujus sacra fame magis fortasse, quàm, pio consilio, Jubilæi celebrationem sive sacrum indulgentiarum mercatum anno seculari decimo tertio instituit, centesimo quoque anno aperta Romæ aurea porta renovandum. Cæsares eisque addictos Vatiniano prosecutus est odio, ejusque festivum dedisse fertur documentum, cum Porchetum Spinolam Genuensem Archiepiscopum Cæsaris partibus dedi- tum, sibi primo Quadragesimæ die ad ædem sacram obviam factum, ut cinerem de Pontificis manu acciperet carmine mutato ita affatus esset; *memento quod Gibellinus es & cum Gibellinis in cinerem reverteris*, inque ejus oculos, non in caput, uti mos est, cinerem conjecto. Fatale verò illi evenit dissidium, quod cum Philippo Pulchro Rege Galliæ & Columnensi familia excitavit; ab his enim tandem conspiratione inita, cujus executores præcipuè Gulielmus Nogaretus Eques Gallus & Sciarra Columna fuerunt, Anagniæ per insidias oppressus & captus est, cumq; ut recuperaret libertatem, promisisset se restituturum in abrogatos honores Cardinales Columnenses, & redditurum fratribus eorum bona ablata, sed Romam reversus pactis se staturum negasset, ideoque Columnenses vim denuò parare intellexisset, indignationis œstropercitus caput sæpe muro concussit, & digitos momordit, donec ex nimia iracundia fatigatus & vexatus spiritum efflaret, dicterio locum faciens: *intravit ut Vulpes, regnavit ut Leo, mortuus est ut canis.* (a)

LOFFREDUS, secundus hujus nominis, in Bonifacii Papæ, fratris sui, gratiam à Carolo II. Rege Neapol. Comitatu Casertano aliisque locis donatus, atque inter intimæ admissionis ministros adscitus est. Sermonetam, in Romano territorio sitam à fratre Pontifice accepit; Idem PETRO Loffredi F. Picenum, quam Marchiam Anconitanam vocant, Marchionis titulo concessit; eundem Carolus Rex Neap. non minore in honore, quàm patrem ejus, habuit, castrisque *Vallecursia* & *Ducenda* donavit. Econtra vendidit ille Casertanum comitatum Siginulpho Comiti de Telesa, Magno regni Camerario.

LOFFREDUS hujus nominis tertius novo mactus est Comitatu Caroli II. Regis beneficio; is enim in gratiam propatrui ejus Bonifacii Papæ nuptias illi conciliavit virginis vetusto Aquilensium genere natæ & opulentæ, utpote hæredis Comitatus Fundensis, qui olim in Cajetæ Ducum ditione fuisse traditur; his verò nuptiis vacuam domum ut faceret Loffredus; uxor prior cum qua jugali sociatus erat vinculo, repudianda fuit; id quod propatruo, supremo rei matrimonialis arbitro, dispensante, & Rege assentiente nullo confectum est negotio; illa deinde Nello *de Petra* in manum conveniente. Loffredus Johanna Aquilensi viduatus, quod unici gnati, cui *Nicolao* nomen erat, pater esset, ad tertia transiit vota cum Catharina *de Ratta*, factaque ei est à Rege Privilegio singulari potestas transmittendi Fundensem Comitatum ad filios ex hoc nascituros matrimonio, si forte Nicolaum præmaturè & improlem vivis excedere contingeret. Sed superflua ista fuit providentia: NICOLAUS enim ad virilem pertigit ætatem, uxores duas duxit, liberosque, ex qua incertum, genuit, quorum propago hodièque viget. Istius ætate cum ex parricidio, quod Johanna regina in marito suo Andrea patrari curavit, bellum ortum esset intestinum, Ludovico Rege Hungariæ mortem fratris armis ultum eunte, hujus partes amplexus est, & bellum reginæ intulit, occupata Terracena & arce Itri, Cajetanæ urbi vicina, cumque regina ei Philippum Nautalium exercitus sui ducem objecisset, signis collatis insignem reportavit victoriam, duce ipso cum magna suorum parte cæso. In gratiam tamen deinde cum regina reconciliatus, & in possessiones suas, quibus ab ea mulctatus fuerat, restitutus est, quemadmodum è Joh. Villani Historia Neapolit. *Lellius* refert.

(a) Stella de vitis ac gestis Summ. Pontif. pag. 207. & seqq. Ciaccon. Hist. Pont. Tom. II. p. 295. & seqq. Baluz. not. ad Vit. Pap. Avenion. p. 1414.

HONORATUS Cajetanus, Nicolai F. tertius Fundorum Comes illa tempestate, qua Summi Pontifices Avenione in Gallia sedebant, provinciarum Campaniæ & maritimæ rector erat. Post mortem Gregorii XI, qui Romam sedem iterum transtulit, cum à furente populo nobiles urbe egredi coacti essent, in eorum numero etiam Honoratus fuit: nimirum dixisse auditus erat Cardinalibus ante ingressum conclavis: *Videte, si ponitis vos hic in conclavi sub potestate Romanorum, oportet ut eligatis ad voluntatem ipsorum; sed si volebant liberè facere electionem suam, quod transferrent se ad Campaniam, & ipse teneret eos ibi securos, Et cum hoc sentirent Romani, mandaverunt illi Comiti, quod recederet de urbe sub pœna capitis*, quemadmodum ex depositionibus *Steph. Baluzius in notis ad vitas Paparum Avenion.* retulit. (b) Electus isto in conclavi Italicorum inprimis Cardinalium studiis, Bartholomæus de Prægnano, dictus *Urbanus VI.* Honorato Comiti administrationem Campaniæ abstulit, eamque transtulit ad inimicum ejus Thomam Sanseverinum. Hujus injuriæ contumeliæque ultionem dum ille meditatur, accidit, ut Johanna Regina Neapolitana suspicione perstringeretur haud inani, id agere Urbanum, ut ipsa de solio regio deturbata, Carolum Dyrachii Ducem in eo collocaret. Quare secreta adversus Urbanum agitavit consilia cum Honorato Comite, qui cognito multos ex Cardinalibus, & imprimis Gallos aliosque Ultramontanos, Urbani odio Anagniam secessisse, rebusque novis studere, oleum, quod ajunt adjecit, camino, & autor illis fuit, ut ad civitatem suam Fundanam se transferrent, ibidemque in conclavi libero & securo alium Pontificem eligerent; atque ita septimo ab Urbani electione mense, nempe die XX. mensis Septembris anno 1378. Fundis Robertus Cardinalis Gebennensis, *Clementis VII.* nomine ascito, electus, ingens q; illud schisma excitatum est, quod XL. prope annos, usque ad electionem Ottonis Columnæ, qui an. 1417. in Concilio Constantiensi exautoratis tribus Papis Summus Pontifex creatus est, duravit. Postquam deinde Carolus Dyrrachius, Johanna regina capta & neci data, superior factus esset, cunctique proceres certatim ei obsequium detulissent, permansit Honoratus in partibus Ludovici Andegavensis Ducis, quem Johanna adoptaverat, ita ut nec Ladislao, Caroli filio ac successori, se submitteret; armis itaq; cum in ordinem redigendus esset, Rex ditionem ejus invasit, Scaulioque occupato, tantum illi terrorem incussit, ut ex ægritudine animam exhalaret, & Regi in proclivi esset Trajecto, Gariliano aliisque ejus possessionibus potiri, *Christophoro* filio defuncti fugato; (c) hunc cùm paulò post mors intercepisset ad gnatam Honorati *Johannellam* Fundorum Comitatus & Sermoneta devenerunt, nuptam Balthasari è Brunsuicensibus in Germania Ducibus orto, Ottonis, qui Johannæ Reginæ quartus fuit maritus, fratri, sed sine prole mortuam.

JACOBUS Cajetanus, diversis ab Honorato, fratre suo, partibus deditus & Carolum Dyrrachium sectatus est, cujus materteram in matrimonio habebat: multis eapropter ab illo postquam rerum potitus esset, prœmiis mactus, & possessionibus nonnullis procerum Neapolitanorum, qui obsequium ipsi præfractè detrectabant, donatus est, quarum etiam donationum confirmationem à Ladislao Rege, Caroli filio, anno 1391. obtinuit. Jure præterea successionis in Pedimontanam terram, quod ad Carolum Regem morte privigni sui Carlotti Leonessæ, prole destituti, devolutum erat, ejusdem Regis concessione d. 8. Sept. anno 1383. scripta, auctus est, & denique post fata liberorum fratris sui Comitatum Fundorum sibi vindicavit. A filiis ejus natu majoribus *Christophoro* & *Jacobo* in duos stirps Cajetana abiit ramos, quibus ea hodieque distinguitur.

CHRISTOPHORUS Cajetanus Jacobo patri in Comitatum Fundorum, aliasque ejus in regno & Campania possessiones successit. Vir maximi animi ingeniique & bello strenuus fuisse prædicatur; constantem etiam in fide erga Ladislaum Regem se prœbuit, à quo Magni Marescalli primùm, dein Logothetæ & Protonotarii regni munere ornatus fuit. Ladislao vivis exempto à Johanna II. regina ejus sorore an. 1419. Aprutio Proregis dignatione præfectus, Aquilæque gubernator constitutus est, cumque illa Alfonsum Aragoniæ Regem in auxilium adversus Ludovicum Andinum evocasset, atque in hæredem regni Neapolitani adoptasset, adventanti obviam honoris ergò missus est, & solemni Neapolim ingredienti pompa latus clausit; Post mortem Johannæ quum ingens rerum perturbatio in Neapolitano regno consecuta esset, & in partes primores discessissent, Christophorus Cajetanus ac ROGERIUS frater iis, qui Neapolitanam rem administrabant, infensi, inter primos Alfonsum

(b) pag. 1472. (c) Summont. Hist. Neapolit. Lib. IV. pag. 454. & 532.

ſum reſpicere cœperunt, ſicut *Barth. Facius* memoriæ prodidit. (d) Eidem regi nec non Ferdinando, ejus gnato ac in regno Neapolit. ſucceſſori, HONORATUS Cajetanus, Chriſtophori F. perpetua deditus fuit fide, ab utroq; etiam in chariſſimis habitus eſt, ita ut nullam facilè occaſionem ornandi eum præterlabi ſinerent, ſed bonis honoribusq; virtutem viri exaggerarent, tandemq; Ferdinandus eum poſterosq; ipſius omnes in nomen & ſtemma Aragonicum arrogaret, his in diplomate ampliſſimo, an. 1466, d. 29. Oct. dato, quod *Carolus de Lellis* recenſuit, uſus verbis: *Cum tu is ſis, qui pro tua virili regnum noſtrum jam dilabens armis, animis atq; omni ope ſtabiliveris; domum & familiam noſtram erexeris & cuſtodieris, Te Honoratum Comitem, Prothonotarium & Logothetam hujus regni Siciliæ, filios & nepotes, natos jam & in antea naſcituros, omnesq; & ſingulos tuos, & uniuscujusq; ipſorum in perpetuum deſcendentes, in & ad Regiam noſtram domum, cognationem, atq; familiam de Aragonia, illis profectò titulis, cognominibus, inſigniis & armis, vos univerſos & ſingulos nobilitantes, decorantes & illuſtrantes, unimus, aggregamus, adjungimus adoptamus ut in omnibus & per omnia, quo ad titulos, honores, praeminentias, inſignia & arma prædicta, ſitis, habeamini & teneamini, ac ſi verè proprii ſanguinis noſtræ regiæ familiæ, ac domus de Aragonia prædictæ originem duxeritis, & in ea orti ac nati eſſetis, & de cætero naſcerentur; ſtatuentes inſuper & decernentes tibi Honorato Caëtano de Aragonia Comiti annuam proviſionem ducatorum mille, Carolenis decem pro ducato computatis, conſequendorum per te ad tuæ vitæ decurſum de & ex juribus, pecuniis & diriċtibus ſalis noſtræ curiæ provenientibus* &c. Id prætereà ad Honorati gloriam pertinet, quod Fridericum Imperatorem Roma, poſtquam ibi coronatus fuiſſet, Neapolim ad viſendum Alfonſum Regem iter facientem, Fundis in oppido ſuo hoſpitaliter excepit, atq;, ut *Facii* habent verba, *ſummo honore affecit.* (e) Verùm ſicut nulla unquam fuit felicitas tanta, cui non aliquid adverſi intervenerit, ita nec ille affliċtionibus prorſus caruit, ſed acerbas ſenſit morte præmatura filii ſui natu majoris optima indole prædita, & minoris pravitate ac inobedientia; numeratus ea propter inter inſignia varietatis fortunæ exempla à Triſtano Caracciolo in libro, quem de illo argumento poſteritati reliquit.

In numero fratrum Honorati Fundorum Comitis fuit JORDANUS, vir doctus, & inprimis Poeta ingenio præcellens; hunc Nicolaus V. Pontifex an. 1447. menſe Aprili Archiepiſcopum Capuæ creavit, deindeq; ex ſingulari gratia Patriarchæ Antiocheni dignationem ei adjecit, purpura ornatis tunc tantùm propriam. An. 1491. à Ferdinando rege in communionem adoptionis Honorato ejusq; poſteris factæ peculiari diplomate adſcitus eſt, à quo tempore Aragonicum nomen cum avito junxit, in epitaphio etiam ejus expreſſum, quod ita ſe habet: D. O. M. S. JOR. GAY. ARAGONIUS PONTI. *Capu. Patriar. Antiochenus, Pietatis ac Juſtitiæ cultor, humanam imbecillitatem, exiguum vitæ curriculum, incerti obitus incertum diem conſiderans, H. S. ſibi viv. erexit paravitq; Ann. Sal. noſt.* M CCCC LXXXXVI.

ANTONIUS Cajetanus, Jordani patruus, ab ineunte ætate Eccleſiaſticum vitæ genus amplexus, liberalium artium ſtudiis animum adjunxit; & emenſo ſtudiorum curriculo per varios honorum gradus Patriarcha Aquileienſis renunciatus eſt, quam ſedem cum aſſecutus eſſet d. 12. Febr. an. 1395. & retinuiſſet usq; ad an. 1402, à Bonifacio IX. Presbyteris Cardinalibus S. Cæciliæ titulo fuit adſcriptus, deindeq; Epiſcopus Præneſtinus ab Innocentio VII. renunciatus eſt. At in Piſano concilio an. 1409. cum concordiæ ergò ultrò Epiſcopatu Præneſtino abiiſſet, ab Alexandro V. Epiſcopus Portuenſis & S. Rufinæ, ac S. R. E. *Major Pœnitentiarius* declaratus eſt. Fuit is vir tùm avita majorum, cùm ſua virtute inſignis, cui Gregorius XII. facultatem conceſſit, ut minores urbis Pœnitentiarios ſuo arbitrio corrigeret ac reformaret. Gregorio deinde relicto Piſas profectus concilio, & Alexandri V. comitiis affuit; quamobrem Gregorius illum Cardinalatu & Epiſcopatu abire juſſit, & privavit diplomate dato Arimini d. 19. Jan. an. 1409, quam privationem Piſani patres irritam pronunciarunt. Feſulani prætereà Epiſcopatus adminiſtrationem & Archipresbyteri munus in Baſilica Lateranenſi demandante Innocentio VII. geſſit, & deniq; Romæ naturæ conceſſit, ſepultusq; eſt in æde S. Mariæ ſuper Minervam ad ſiniſtram majoris aræ cum ſequenti epitaphio: *Hic requieſcit Reverendiſſ. in Chriſto Pater Dominus Antonius Cajetanus Epiſcopus Portuenſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis qui obiit anno Domini MCDXII menſis Januarii die undecima, Indictione quinta* (f)

(d) Hiſtor. Libro IV. (e) Libro IX. (f) Ciaccon. Hiſt. Pontif. & Card. Tom. II. p. 709

AD TAB. II.

PETRUM BERARDINUM Cajetanum, Honorati Comitis Fundorum filium natu minorem, haud bono fuisse ingenio, & improbitate sua patri crucem fixisse jam innuimus; ista eò excessit, ut factiosorum globo se adjungeret, & conjurationi adversus Ferdinandum Regem factæ nomen daret; illa detecta major contra Petrum Berardinum genitori quàm Regi oborta est indignatio; hicque illi delictum ob patris merita facile condonaturus fuerat, nisi genitor ipse Regem perpulisset, ut comprehendi filium & in carcerem conjici juberet, id quod cum d. 19. Januar. an. 1487 factum esset, ex ægritudine miserum mors mense Martii proximo consecuta est. (g) Gnatos duos, quos post se reliquit, avus hæredes instituit, & minori quidem Morconensem legavit Comitatum, qui in bellis Neapolitanis ei ablatus, sed ab ipso ære redemtus cum ejus filia in Carafensem transiit domum, majori cœteras attribuit possessiones; huic, cui nomen erat HONORATO, Rex Ducis titulum Trajectensi terræ annexum adjecit, prætereaque Alfonsi Ducis Calabriæ, gnati sui, filiam naturalem, in matrimonium dedit. Sed ille in bello, quod à Carolo VIII Rege Galliæ Ferdinando illatum est, universæ propè ditionis suæ jacturam fecit, quippe quam Carolus victor Prospero Columnæ donavit; neque Honoratus Cajetanus etiam post Caroli discessum pacemque factam ex amissis possessionibus aliam recuperavit, quàm Pedemontanam. Econtra à Ferdinando Rege Hispaniæ civitatem Altamuram juxta cum Mattola, Minorbino & Grottola Principis dignatione an. 1507 obtinuit. Per tabulas supremas hæredem scripsit *Scipionem*, ex Ludovico filio suo secundogenito nepotem; iste enim patris fatum antevertit; FRIDERICUS verò natu maximus Honorati filius, exhæredatus est à patre ob rebellionem contra Carolum Imperatorem, & paulò post illius obitum ab Arausionensi Principe, Cæsaris in regno Neapolitano Vicario, securi percussus, unà cum aliis Gallicas partes sectatis. (h)

SCIPIONI Cajetano, quem avus Honoratus Altamuræ Princeps hæredem scripsit, litem eapropter movit FERDINANDUS patruus; sed inferior discessit, Pedimontana tamen instructus terra, quæ filio ejus sine liberis mortuo ad LUDOVICUM II Scipionis gnatum rediit. Hic ad exemplum genitoris Ducis Trajectensis titulo usus est, re destitutus, qua verò ratione Altamuræ Principis titulo abstinuerit, incompertum habeo; sed cum SCIPIONE II Ludovici II filio Trajectensis etiam titulus intercidit, Ducale tamen axioma à patruo ejus ALFONSO resumtum, isq; *Dux Laurentiani*, quem locum prior ipsi attulit uxor, dictus est. Hujus nepos cognominis Regi Hispaniæ in bello civili Catalonico fortitudinem suam probavit, cumq; ad summa quæque eniteretur post præclara edita facinora in improspera Hispanorum contra Gallos ad Secorim amnem pugna captus, & ex vulnere in brachio accepto mortuus est; tristi sui desiderio relicto, eò quod, sicut *Leonardus Capuanus in Historia vitæ Andr. Cantelmi sub finem libri VII* memoravit; inter primates Neapolitanos emineret, & summæ esset expectationis; quippe qui ad gloriam in prœlio & obsidione Ilerdensi sibi partam, in postremo illo conflictu, novam sanguine tinctam & obsignatam suo adjecisset. LUDOVICUS etiam ejus frater equitum dux, pro dicto Rege sanguinem vitamque profudit. ANTONIUS Dux Laurentiani quintus, dignitatem familiæ in præsentia sustentat florentissima beatus prole, ex qua filii tres minores natu Hispaniæ Regi in Belgio Hispaniæque stipendia fecerunt, manu & & consilio potentes pollentesq; secundo genitus FRANCISCUS bello Ungarico spectatus, eximium in Cæsarea militia gradum Legati superioris, locorumque aliquorum magni momenti in Transylvania præfecturam consecutus; anno 1699. verò Tribunus creatus & in Cataloniam missus est, ut copias Germanicas ductoris dignatione (*Generale di battaglia*) illic regeret. Nicolaus frater istorum natu maximus civilibus ab ineunte adolescentia deditus studiis viri summa prudentia multaque doctrina prædití famam tuetur, addo humanitatem, cujus virtutis documentum dedit, dum notitia recentiorum familiæ suæ rerum benignè nos impertivit.

AD TAB. V.

IN Cajetanis, tertia & quarta Tabula enumeratis, quoniam deficit narrandi argumentum, ad quintam progredimur, quæ alterum Cajetanæ stirpis ramum capitalem exhibet, ex quo orti Romam postliminio larem transtulerunt, & Sermonetam Ducatus dignatione tenuerunt.

(g) Car. de Lellis pag. 221. (h) Guicciard. Hist. Libr XIX.

runt, hodieq; possident. Illam ROGERIUS, Jacobi dicti vulgò Jacobelli filius, ex hæreditate avi sui Honorati Cajetani, cujus fatum Jacobus præverterat, sortitus est: idem in regno Neapolitano munus Magni Camerarii, à Johanna II. regina sibi collatum, obiit. & cœlebs vitam exegit, succedente ei fratre Jacobo, cujus gnatus HONORATUS primus *Ducis Sermonetæ* axiomate mactus legitur, quod post ejus excessum ad filium ipsius natu majorem NICOLAUM pervenit; hunc Alexander VI. Papa omni ditione, quam in Romano habebat territorio, spoliavit, ut ea spurios ditaret suos, filio illius unico BERARDINO per insidias capi & strangulari jusso. JACOBO etiam Cajetano Protonotario in Hadriani molem conjecto, & paulò post veneno interemto. (l) Sed Julius II. Sermonetam & quidquid Alexander Cajetanis abstulerat, filiis nepotibusq; illius vicissim erepta GUILIELMO Cajetano, Nicolai & Jacobi fratri, restituit. Guilielmo natus CAMILLUS brevi corpore atq; etiam gibber erat, sed magno animo & alto spiritu, quem corporis animiq; sui habitum eleganti expressit symbolo; pingebat enim *arundinem rectam, cum foliis virentibus, deorsum natura sua recurvatis*, adscripto lemmate: *Folia procumbunt*. Hujus gnatus & successor in Ducatu avito BONIFACIUS fuit, bello Senensi, quo Gallis militavit, spectatus. & genitor HONORATI, qui cum Ducis axiomate titulum *Marchionis Cisternæ*, quæ in veteri domus suæ patrimonio numerabatur conjunxit, atq; celebris contra Turcas expeditionis maritimæ magna pars fuit; triremi namq; Pontificiæ præfectus in memorabili ad Echinadas prœlio cum insigni Archipirata Caracossa fortissimè congressus, eum oppugnavit. & Jo. Baptistæ Benedicto Cyprio conficiendum reliquit. (m) Virtutis suæ decoramentum deinde ab Hispan. Rege tulit, torquem Ordinis Aurei Velleris, quo etiam filius ejus natu maximus PETRUS ornatus est, qui hæredem Gravinensis Ducatus ey Ursina gente in matrimonio, sed sterili, habuit, & fato functus avitum Ducatum fratri suo PHILIPPO reliquit, Præsidi diversarum in regno Neapolitano provinciarum & Equiti Ordinis S. Jacobi, viro multæ doctrinæ & elegantis ingenii, quod componendis comœdiis exercuit.

Ad Cardinales ex Cajetanis oriundos, quorumq; maximè Ducum Sermonetæ ramus ferax fuit, jam sermo redit; primus inter eos occurrit NICOLAUS Cajetanus, Camilli Ducis F. Hunc Paulus III. Papa decennem & absentem inter Cardinales Diaconos cooptavit, sed reservatum in pectore, cum duodecimum explevisset annum, d. 13. Maji an. 1538. publicavit. Presbyter Cardinalis sub Pio IV factus, administravit Ecclesiam Compsanam, Capuanam & Bisinianensem in regno Neapolitano. Legationis munere functus est apud Cæsarem Carolum V. & Franciscum Gallorum Regem sedando bello Senensi, quo omnis ardebat Hetruria. Vita defunctus est Romæ annos natus LIX, corpusq; ejus ad Lauretanæ virginis ædem translatũ, & in marmoreo monumento, ipsius effigie & imaginibus, quæ virtutes ejus exprimunt, ornato conditum est: in pavimento, quo cadaver contegitur, hæc leguntur: *Nicolaus Cajet. Tit. S. Eustachii S. R. E. Presb. Card. Sermoneta. Hic habitabo, quoniam elegi eam.* (n)

Post Nicolaum HENRICUS Cajetanus, ex ejus fratre Bonifacio Duce Sermonetæ natus, sacra fulsit purpura, à Sixto V. Pontifice Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ titulo creatus ex Patriarcha Alexandrino, nec multò post Bononiæ Legatus, ac tandem S. R. E. Camerarius renunciatus est: posthæc in Gallia & Polonia legationem obiit, cumq; à posteriore ad penates rediisset, podagræ doloribus domi aliquandiu detentus, & tandem febri correptus fatis concessit, & in æde S. Pudentianæ sepultus est cum hoc epitaphio:

HENRICUS CAETANUS
Tituli S. Pudentianæ Presbyter Card. S. R. E. Camerarius
Legatus Apostolicus
Primùm Bononiæ, secundùm in Gallia, in obsidione Parisiensi
Tertium in Polonia contra Turcas
Sanctæ hujus Ecclesiæ & sacelli à fundamentis instaurator
hic requiescit
Vir pietate candore
Magnitudine & fortitudine animi admirabilis
Ecclesiæ inservivit summa domi forisq; auctoritate
& apud omnes Ordinis gratia
Obiit annum agens L. A. D. MDIC Idibus Decembris. (o)

Hunc

(l) Tomasi Vita del Duca Valentino Parte II. (m) Adrian. Hist. Lib. 21. (n) Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tom. III. p. 642. (o) Id. Tom. IV. p. 151.

Hunc excipit BONIFACIUS Cajetanus Honorati, sexti Ducis Sermonetæ F. Cassanensi primùm Episcopatu à Clemente VIII. an. 1599. donatus, dein sub Paulo V. Rector Flaminiæ, ab eodem in secunda creatione *Presbyter Cardinalis* absens an. 1606. posteaq; *Archiepiscopus Tarentinus* an. 1613. creatus & in Æmylia legatione functus est. Vir fuit, Ciacconio referente, ***acerrimi ingenii, & post purpuram, ut sibi auctoritatem & religionis opinionem augeret, Concionatoris munus suscepit, quod apud S. Pudentianam in sacello Cardinalis Henrici patrui magna hominum frequentia sæpius exercuit. In dicteriis fuit mordacissimus, visus etiam fuit vita aliquantulum laxa, quam in postrema vita correxit, moresq; ad dignitatem, quam gerebat, composuit.*** Ægrotanti cum proxima annunciaretur mors, intrepidè respondit: ***Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.*** Extant ejus aliquot numismata. (p)

ANTONIUS Cajetanus, Bonifacii modo dicti frater major natu, quartus ex Ducum Sermonetæ familia Cardinalis fuit; antea Capuæ Archiepiscopus, cui equidem Ecclesiæ præfuit annis ferè XVII, sed semper absens, vel in Germania ad Cæsarem, vel in Hispania Nuncius Apostolicus. Renunciatus *Presbyter Cardinalis* à Gregorio XV. cum titulo *S. Pudentianæ* Capuanam Ecclesiam in Ludovicum nepotem transferendam curavit, Senex jam & imbecillis venationem exhibens Cisternæ viris Principibus Romanis amicis suis morbum contraxit, quo brevi cum interfuisset comitiis Urbani VIII. confectus est; ***vir doctus, & calami mordacitate excepta, prudens & gratus; præcipuusq; autor Academiæ Humoristarum Romæ erectæ.*** (q)

LUDOVICUS Cajetanus, cujus jam mentio facta est, quintus in domo sua galero ornatus fuit Cardinalitio ab Urbano VIII. ipsi collato. Vir fuit ut Ciacconii iterum verba referam, ***doctus & perspicacis acutissimiq; ingenii, quibus addebat probam mentis intentionem, ac in dicendis sententiis summam integritatem, ut reliquis Cardinalibus, cùm convenirent, esset admirationis œconomus præterea eximius, ita ut domum suam multo ære alieno pressam non parùm sublevarit; dicteriis & scommate aliquantulum delectabatur, sed innocuis.*** (r) Fratres habuit non duos, ut citatus refert autor, sed tres, neq; inter eos Bonifacium Car. de Lellis numerat quem ille Abbatem fuisse ait S. Leonardi, & purpuram, quam ob arctam cum Francisco Barbarino amicitiam facillimè pro se impetrari poterat, pro fratre natu majore obtinuisse. In nomine quoq; fratris illorum natu maximi Ducis Sermonetæ error Ciacconio oblatus est, Antonium eum nominanti, cum FRANCISCUS appellatus fuerit. Hic eximio à Rege Hispaniæ loco habitus, Eques Ordinis Aurei Velleris creatus, & summis officiis condecoratus est; namq; fuit primò Prorex Valentiæ, dein Mediolanensis Ducatus Gubernator, posteà Siciliæ Prorex & tandem Consiliarius status Hispanici; vixitq; ad extremam usq; senectam, nonagenario enim major Romæ decessit. Avus is fuit FRANCISCI Ducis Sermonetæ Principisq; Casertæ viventis, qui patre avoq; superstitibus Dux de S. Marco appellabatur; quique nuper ob conscriptos ad tutelam ditionum suarum in hac conversione & perturbatione rerum sesquicentum milites iras curiæ Romanæ, Hispanorumq; ac Gallorum sibi contraxit, quæ in confiscationem bonorum, & licitationem capitis ejus excesserunt, neq; dum deflagrarunt. Soror eidem est ISABELLA, à Principe S. Nicandri in matrimonium an. 1692. ducta, pronubo Cardinali de Goes, qui tunc Palatium Ducum Sermonetæ Romæ incolebat. Hujus Principissæ, omni fœmineo decore clarissimæ, mentioni si quis quæsisse me dicet locum, fatentem arguet; ipsius enim benignitati postrema Tabulæ quintæ in acceptis fero, idq; ne taceam gratitudo monuit.

AD TAB. VII.

QUæ in Sicilia floret stirps Cajetana Pisis eò est translata, unde tres in illam insulam Cajetanorum migrationes *Philadelphus Mugnos* in Theatro suo genealogico, Libro II. numerat; primam factam esse ait regnante Guilelmo cogn. Malo, à *Richardo* Cajetano, cujus è filio Guidone nepos homonymus sub Rege Manfredo an. 1259. Messanam urbem *Stratici* dignatione rexerit, & posteritatem habuerit; secundæ ducem fuisse ait *Jacobum* Cajetanum dictum *Sciarram*, qui initio seculi decimi quarti vixerit; hujus nepos ex Andreotta filio natu majore. Antonius Cajetanos *Cataneenses* prosevisse fertur, hodieq; vigentes; Philippus verò, natu minor Jacobi Sciarræ filius Pisis mansisse & Stephanum Cajetanum, clarissimum Legum Doctorem genuisse perhibetur, quo natus PETRUS tertius numeratur, qui è Cajetana familia in Siciliam emigrationem suscepit, factam instinctu Alfonsi Regis Aragoniæ & Siciliæ, ab hoc amplissima orta est propago, cujus palmitem maximè illustrem Tabula septima exhibet; ex eo enim CÆSAR Marchionis primò, dein etiam Principis dignatione mactus est, in quam ei successurus erat filius natu maximus PETRUS; quoniam verò is ante patrem & sine prole mascula decessit, litem inter ejus gnatas, & filios fratris ejus Josephi, qui etiam genitoris fatum prævertit, de successione communis avi ortam esse Mugnos retulit, cujus eventum incompertum habemus. Scuto isti jam eodem, quo Duces Laurentiani & Sermonetæ in regno Neapolitano utuntur, illo nimirum, quod in frontispicio genealogiæ hujus repræsentatur.

Ad familiam Gajetanorum, quam recensuimus, Hispanica etiam illa stirps, ex qua orti cognomine *Gaytan* utuntur, pertinere mihi videtur, eò quod antiquitus familiæ nomen frequentius Gaitan quam Caetan expressum legam; jam diu autem illa in Hispania floret, produxitq; Dominos de *Buzarabaxo, Villafranca & Magacela*, quæ dominia conjuncta fuerunt, cum Ludovicus *Gaitan* Isabellam *de Ayala* matrimonio sibi junxisset. Horum gnatus, ni fallor, fuit *Johannes Gaytan de Ayala, Dominus de Fuentel Saz, Villafranca, Buzarabaxo & Magacela, Eques Ordinis S. Jacobi & supremus Aulæ Alberti Archiducis Præfectus.* Huic primis ducta est nuptiis *Johanna de Silva*, Johannis, secundi Marchionis de Monte Mayor filia, eaq; sine prole defuncta secundis *Francisca de Padilla* Francisci de Meneses filia, qua nati sunt *Ludovicus Gaytan de Ayala*, primus *Comes de Villa-franca de Gaytan*, qui Legationes Genevæ & apud Sabaudiæ Ducem obiit, deindeq; Philiberti Principis juventæ moderator, *Aji* titulo, fuit, necnon *Franciscus Gaytan de Padilla & Ayala*, Castellanus Mediolanensis & rei machinariæ in Ducatu illo præfectus; cui uxor fuit Belgica *Anna de Bues & Barbanson*, & ex ea gnata *Maria*, nupta Ferdinando Hyacintho *de Silva* XI. Comiti *de Cifuentes* & I. Marchioni *de Alconchel*, quemadmodum in Historia domus Silvanæ *Ludovicus de Salazar & Castro* memoravit. (s)

XV. CAN.

(p) Ibid. p. 407. (q) Ibid. p. 479. (r) Ibid. p. 539. (s) Libro III. Cap. 18. & 25.

***

CANTELMENSIS FAMILIÆ

in Regno Neapolitano illustrissimæ,

ex qua COMITES DUCESQUE DE POPULI ET PRINCIPES DE PETTORANO orti sunt,

GENEALOGIA.





SCuto Cantelmorum hîc delineato, *& leone rubeo Regum Scotiæ*, ad quos genus suum referunt, insignito, *lambellaque cærulea trifida* distincto, apicis loco imponi solet *Phœnix*, in flagranti sedens nido, alis expansis; utrinque verò tria jam adjiciuntur vexilla ; à dextris suspensa, insignibus Pontificis Romani, Regumque Hispaniæ ac Galliæ ornata sunt, à sinistris locata Imperatoris Romani, Regiaque Aragonica insignia ostentant.

TABU

DOMINI COMITES ET DUCES DE PO

1. JACOBUS CANTELMUS, Dominus de Popoli

2. Reſtainus Cantelmus, II Dn. de Popoli, † 1310. Uxor *1. incomperta, 2. Margarita de S. Liceto aut Lucido.*

3. Jacobus, III Dn. de Popoli. *Philippa de Reale*, Dom. Bovini Balneoli, Cerri & al. loc. Bertrandi fil. — Cantelma, nup. *1. Bertrando de Artus Dom. de Manuppello, 2. Thomæ de Procida, Dom. de Capri & Iſchia.*

4. Johannes, IV Dn. de Popoli, Comes de Bovino cr. 1335. † 1377. improl. *Angelica Stendarda.* — Reſtainus V Dn. de Popoli, II Com. de Bovino. *Thomas de Rajano, Theobaldi de Letto Dom. de Geſſo vid.* — Guilelmina, ux. *Henrici della Leoneſſa.*

5. Jacobus, VI Dom de Popoli. Uxor, *incomperta.* — Reſtainus Cantelmus. — Ceccarella, nup. *Antonio Aquaviva*, I Duci Hadriæ.

6. Roſtanucius, VII Dn. de Popoli. *Johanna Ruffo, Nicolai Dom. de Bovalino f.* — Rita. ux. *Joh. Antonii Caldora.* — Catharina, ux. *Guilielmi de Tocco, Dom. de Montemileto.*

7. Jacobus, VIII Dominus, & primus COMES de Popoli & de Alvito. *Iſabella de Aquino, Franciſci Com. de Loreto f. Bernardi de Aquino, C. de Satriano vid.* — Reſtainus Cantelmus, *Senator Rom.*

8. Franciſcus, II Comes de Popoli, † 1423. s. pr. Ux. *1. Veritella Caracciola dicta Caraſa. 2. Maria de Capua, Andreæ Com. de Altavilla f.* — Antonius, III Comes de Popoli, II de Alvito, & III de Arce. † 1439. Ux. *1. Angela Marzana, Jacobi Ducis de Seſſa f. 2. Brancia S. Blanca de Varano, Gentilis Com. de Camerino f.* † 1478.

9. (1) Nicolaus Comes de Alvito & Arce III, de Popoli IV, DUX de SORA primus, cr. 1451. *Antonella de Celano.*

10. Petrus Johannes Paulus, Dux Soræ II & Albeti I. Com. de Popoli V. *Catharina del Balzo, Franciſci Duc. Andriæ f.*

11. Alphonſus Comes Ortonæ. *Brianna de Caſtro Raimundi Vicec. Eboli f.* — Victoria ux. *Galeotti Caraſa.* — Sigismundus Dux Soræ. Ux. *incomperta.* — Ferrantus. — Diana Maria, ux. *Leonis Caraccioli, C. S. Angeli.* — Cornelia Camilla ux. *Berlingerii Caldora.*

12. Franciſcus Com. Ortonæ. *Johanna Cantelma Reſtaini VII C. de Popoli f. s. pr.* — Hercules Cantelmus, occ. in bello Veneto, 1509. — (2) Johannes Joſephus Bonaventura, VIII Comes & I DUX de Popoli, Com. Ortonæ, † 1560. *Portia Columna Hieronymi f.*

13. Fabricius, obiit ante patrem improlis. *Catharina Caracciola, Marcelli C. de Biccari f.* — Diana, ux. *Horatii Carafa.*

POLI DUC. DE SORA, COM. DE ARCE ET ORTONA,

primus, Menappi F. Roftani Dom. de Luc & Trilly in Gall. N. 1.

Franca, nupta *Raimundo Baucio in Provincia.* — Berlingerius. Cantelmus. 2.

Johannella. — Roftanus Cantelmus. *Margarita de Corbano, Aimonis de Marimonte Dom. d' Ateno vidua.* 3.

Berlingerius. — . . . . . ux *Henrici Ruffo, Dom de Geraci.* — Roftanus Dom. de Pettorano, † improl. *Hemma di Rajano.* — Jacobus Dn. de Albarone in Provincia. *Johanna de Capua.* 4.

Catharina, ux. *Bartholomaei de Rillano.* — Portia, nup. *Mattheo del Tufo, Bar. de Tufo.* — Antonius Cantelmus. 5.

Antonella, nup. 1. *Adinolpho de Aquino.* 2. *Simoni de Sangro.* — Berlingerius, I Comes de Arce, M. Camerarius regni. uxor, *incomperta.* — Jacobus, Baro, dein Comes de Alvito. — Francifca, ux. *Jacobi Carafa Dom. della Rocca.* 6.

Antonius Cantelmus. *Maria Caldora.* — Jacobus, II Comes de Arce, † *improlis.* 7.

Nicolaus Antonius Cantelmus. — Thomafa, nup. *Ifnardo Pontevez.* — Francifca, nup. *Berardo de Celano,* 2. *Petro Paulo de Aquila.* 8.

(2) ONUPHRIUS CASPAR Dn. de Pettorano, *Vid. Tab. seq.* — (a) Ifabella. 9.

Johannes Comes de Popoli VI & de Alvito IV. *Johannella Cajetana de Aragon. Honorati C. de Fundis f.* 10.

Roftanus, VII Com. de Popoli, † 1514. Ux. 1. *Diana Camponefca, Petri C. de Montorio f.* 2. *Johannella Carafa, foror Pauli. IV Papae.* — Diana, nup. *Antonio Annechino, Bar. de Civitella.* — Portia, nup. 1. *Carolo Carafa, M. de Montefarchio,* 2. *Fabritio Marramaldo,* clariffimo bellatori. — Laura ux. *Johannis de Marieri.* 11.

Bartholomeus Cantelmus. *Catharina San Felice.* — Jacobus, Dn. de Aquaviva. — Brianda, nup. 1. *Franc. Torello B. de Regnano,* 2. *Julio Carafa.* — Johanna, ux. *Francifci. Cantelmi Com. Ortona.* — Hyppolita, ux. *Jo. Francifci Cajetani.* — Portia. 12.

Francifcus. obiit ante patrem 1556. s. pr. *Julia de Medicis Alexandri Duc. Florent. fil. natur.* — Scipio. 13.

DUCES DE POPULI.

9. **ONUPHRIUS CASPAR CANTELMUS**, Dn. de Popoli è *Blanca de Varano*, uxore ejus II F.

10. Antonius Cantelmus, Dn. de Pettorano.
2. Paula Aquaviva, Joh. Antonii, VII Ducis.

11. (1) Onuphrius Cantelmus, Dn. Pettorani.
Johanna de Ajerbo & Aragonia, Ferdinandi f.

12. Franciſcus Antonius Cantelmus, Dn. de Pettorano.
Camilla Muſcettola, Joh. Antonii f.

13. Octavius Dn. de Pettorano, dein DUX DE POPOLI III.
Hieronyma Caſtigliar, Petri Antonii Bar. de Bervicaro f.

Julius Cæſar, ex teſtamento agnati Joh. Joſephi, II DUX DE POPOLI, obiit improlis.
Hortenſia de Marieris.

14. Fabritius Cantelmus, IV Dux de Popoli.
Uxor. 1. *Clementia Pinelli, Coſmi Ducis de Acerenza fil.*
2. Laura de Evoli.

15. (1) Joſephus, V Dux de Popoli.
Camilla Cajetana, Alphonſi, I Ducis de Lorenzano f.

Hieronyma.

Maria.

(2) Franciſcus

16. Fabritius, Dux de Popoli, & primus PRINCEPS de Pettorano.
Beatrix Brancia, Franciſci Duc. de Belvedere f.

Franciſcus.

17. Joſephus, VII Dux de Popoli, II Princ. de Pettorano. †
Diana Cajetana de Aragonia, Alphonſi, III Ducis de Lorenzano fil.

Jacobus, *Nuntius Apoſt. in Helvet. & Polon. dein Rom. Eccl. Presb. Cardinalis* cr. 1690. *Archiepiſc. Capua, poſt Neapol.*

Andreas, † Genuæ.

18. Beatrix, nupta *Reſtaino Cantelmo, patruo ſuo 1690.*

Hyppolita, uxor *Vincentii Caraſæ, Ducis de Bruzzano.*

PRINCIPES DE PETTORANO.

de Pettorano, Antonii Cantelmi, tertii Comitis Uxor, *Lucretia Caracciola*. 9.

Uxor, 1. *Margarita Bandone, Camilli Bar. de Cerrof. d'Atrif. Honorati Sanseverini vidua.* 10.

Cæsar. | Camillus. | Johanna, uxor *Hieronymi de Ligni.* 11.

Johannes Cantelmus. *Julia Piscicella.* 12.

Ascanius Comes Ortonæ, † cælebs. | Martius. | Onuphrius. | Maria, ux. *Alfonsi Pagnano, Bar. de Vetrana.* | Victoria, ux. *Dominici de Calce.* | Julia, nup. *Petro Antonio Castigliar.* | Franciscus. 13.

Felicia nupta *Hectori Caracciolo Bar. de Montaquila.* | Catharina. 14.

Isabella. | Octavius. † 1659. | Andreas Reg. Hisp. milit. supr. Præfectus, † 5. Nov. 1645. | Restainus. | Petrus Johannes Paulus, *Clericus.* | Julius Cæsar, † inf. 15.

Johannes. | Simplicius. 16.

Restainus, VIII Dux de Popoli. *Beatrix Cantelma, Josephi fratris fil.* ducta 1690. | Camilla. | Hyppolita. | Johanna. *moniales.* 17.

Josephus Princeps de Pettorano. 18.



EXEGESIS HISTORICA.



CANTELMORUM in regno Neapolitano illustrissima gens incunabula sua ex divisa ab orbe Britannia, ejusque parte Boreali, quæ Albion olim dicta, jam Scotia appellatur, repetit, stirpisque suæ satorem jactat EBERARDUM, Duncani primi, Scotorum Regis quarti supra octogesimum, qui regnum ab anno Christi 1040. usque ad an. 1046. tenuit, filium natu minimum, popularibus suis è capitis firmitate, & judicii, quo pollebat, acumine *Cantelm*, vel rectius *Kanclam* cognominatum, & genitore à Machabeo interfecto in exilium actum. Huic sententiæ, præterquam quod ea ad insignia Cantelmica regiis Scoticis respondentia, & sola lambella trifida filiorum natu minorum discerniculo, distincta, tanquam ad ingens adminiculum adnititur, fidem adstruunt traditione vetustissima, doctissimorum clarissimorumque omnis ævi virorum suffragiis approbata. Illorum familiam ducunt, inter vetustiores *Elias de Bariols*, Provincialis, qui medio seculo duodecimo vixerit, & Historiam Gallicam in publico regni Archivio custoditam scripserit, *Darius Gibertus Cesenas*, qui exeunte seculo decimo quinto claruit, & *Johannes Bossevel*, Anglus, autor libri *de armis insignibusque Anglicis* Londini an. 1594. impressi: inter recentiores *Ericius Puteanus*, stemmatis antiquissimæ regiæque familiæ Cantelmæ, Mechliniæ editi, concinnator, *Petrus Vincentius, Scipio Maffella, Carolus de Lellis, Blasius Aldimarius*, scriptores Neapolitani, aliique. Sanctissimi verò & omni exceptione majoris testamonii instar habetur diploma amplissimum, quod Carolus II Magnæ Britanniæ Rex, Josephi, Jacobi, Andreæ & Restani Cantelmorum, fratrum germanorum, famæ ac virtuti super ista stirpis ipsorum origine an. 1683. gratificatus est, quodque Carolus II Hispaniæ Rex sua autoritate an. 1688. roboravit, & dignationem Cantelmorum confirmatiorem effecit. In eo omnes illorum progenitores ab ovo, quod ajunt, enumerantur, ediditque integrum *Leonardus de Capua in Historia vitæ Andreæ Cantelmi* an. 1693. Neapoli edita, ex quo aliqua recensere lubet; præteritis tum curialibus exordii, tum iis, quæ jam in tabulis nostris continentur, aut in hac earum exegesi posteà dicentur:

CAROLUS DEI GRATIA Scotiæ Franciæ, Angliæ & Hiberniæ Rex, Fidei Defensor. — Cum vir verè magnus & Regius illustrissimus & Celsissimus Dominus Josephns Cantelmus, *vigesimus primus Dominus & Dux septimus de Populo in Aprutio Italiæ, consanguineus noster carissimus, majoresque ejus & consanguinei, multa præclara, & ingentia eximiæ suæ prudentiæ & fortitudinis & fidei apud gentes ferè omnes paululum humaniores usque adeò dedere specimina, ut majorum suorum fulgorem, lucis suæ accessione non parum auxisse videantur. Nos pariter indubitatæ veritati, atque natalibus ejus majoribus nostris Serenissimis Scotorum Regibus ortis ex æquo, & bono firmum nostrum testimonium, quod apud nos est nostræ amicitiæ insigne pignus, apud alios verò, præsertim apud Italos & Hispanos, apud quos sedes suas posuere decessores ejus fortissimi, honoris loco, ipsi,*

ipsi, posterisque suis esse possit; Præcipuè verò, cum id nobis frater ipsius germanus Dominus Restainus Cantelmus *in Belgico exercitu militum Tribunus fortissimus (cujus præclara virtus, & merita insignia summi sunt apud nos ponderis) id ipsi per quam gratum fore modestè & candide insinuaret: ex proprio animi motu, & benevolentia promptè concedere volumus. Atque adeo fratri nostro carissimo Jacobo Albaniæ Eboracensi Duci Regio Regni nostri antiqui Scotiæ celsissimo Delegato nostro, cæterisque Dominis à secretioribus nostris consiliis fidelissimis consanguineis nostris prædilectis, ut rem totam, quam pulchrius procederet ex jure, & æquo extimarent, in mandatis dedimus. Post factam igitur ab illustribus Doctissimis & fidei dignissimis Viris Domino Georgio M. Kennetto Barone de Jabert, Regio equite aurato, Archiviorumque Regni custode fidelissimo, & Domino etiam Georgio M. Kennetto Barone de Roschung Regio equite Aurato Advocato nostro juris consultissimo, ex publicisque status ministris, quibus id muneris demandatum est, diligentem inquisitionem de stemmate & prosapia prædicti illustrissimi Viri, compertum est nobis: & nos id circò notum & certum facimus, & manifestum esse publicè testamur, prædictum Illustrissimum Dominum* Josephum Cantelmum *de Populo Ducem, &* Jacobum *pietate, & doctrina inclytum Romani Pontificis Legatum,* Andream, *fortitudine & prudentia conspicuum de navali militia optimè merentem, & prædictum* Restainum *Cantelmos fratres germanos, legitimos & legitimo toro, & matrimonio ex utroque Parente Illustrissimo, amplissimo, & verè nobilissimo natos esse, & ex clarissimis familiis paternum & maternum genus jam plurimis retrò sæculis traxisse, utpotè ortos patre Illustrissimo Viro Domino* Fabritio Cantelmo *Domino vigesimo, & Duce sexto de Populo, & conjuge sua Illustrissima Dom. Beatrice Brancia filia Francisci ex Ferdinando geniti Ducis de Belvedere generis antiquitate & splendore insignis.* — Restaino, (a quo Fabritius modo dictus per XIV generationes in tabulis recensitas, descendit) *secundo Populi Domino, belli gloria claro, Neapolitanæ civitatis Præfecto, & post Carolum Andegavensem Siciliæ Regem urbis almæ Senatori & Campaniæ Romanæ Comiti, pater fuerat* Jacobus *Cantelmus prœlio adversus Manfredum strenuus à Carolo Rege, Populi, & aliorum Oppidorum Dominus creatus, in urbe bis regius Vicarius, & postea belli in Lombardia & Marca Anconitana Præfectus, Summus Aprutii Prorex, & ad Rudolphum Cæsarem legatus: frater verò ejus* Bertrandus *ob egregiam eidem Carolo Andegavensi navatam in bello operam ab eo multis in Aprutio donatus est oppidis. In Caroli enim expeditione fratres prædicti jus consanguinei ex Cantelmorum gente Italiam salutarunt. Avus verò* Menappus*Cantelmus Dominus de Luc & Trilli, & Avia Domina Sibilla de Sibren ex familia Andegavensi: Proavus Restainus Dominus de Luc & Trilli, qui primus Abavi agnomine dictus est* Cantelmus, *& Proavia Phanetta de Beaux filia Raimundi Marchionis de Beaux ex conjuge sua Domina Beatrice de Forqualquier: Abavus Cantelmus de Scotia à parentis morte Alphonsus dictus Dominus de Luc & Trilli, & Abavia Dulcis de Plassans filia Eustorgii de Plassans: Atavus Eberardus Duncani primi Scotorum Regis & Reginæ suæ Sibillæ, filiæ Sibrandi Comitis Northumbriæ, filius natu minimus, popularibus jam dudum suis à capitis firmitate, & judicii quo in illa pollebat ætatula acumine* cantelm, *vel rectius* Kanclam *dictus est: sicut & frater ejus natu primus Malcolmus tertius Rex Scotorum fortissimus, Christianæ Religionis & divini cultus fautor acerrimus, à mole capitis* Canmoir, *id est Megolacephalos dicebatur (prisca enim Scotorum lingua id utraque vox significat.) Duncani verò Regis liberi à nefanda Parentis nece è manibus Mackbeti Sicarii elapsi ad Eduardum Angliæ Regem, ob pietatem inter divos relatum, diffugerunt, atque Eberardus filiorum minimus nulla spe reditus in Patriam percepta, in Normandiam ad consanguineos suos transfretavit, seque iis ad bellum Sacrum Hierosolymitanum properantibus socium dedit, & in Galliam posteà reversus, cum omnia in Scotia sua turbata intellexisset, in Provincia sedes suas fixas posuit, & familiæ tot fortibus Viris fœta prima initia, & incrementa præbuit; Duncanus verò primus nepos erat Malcolmi secundi Regis & Reginæ suæ Gnoræ, Riccardi Normandiæ Ducis filiæ ex filia sua Beatrice, & viro ejus Cryno Eryvino Albaneto de Dol, seu omnium Æbudarum Insularum Regio Præfecto genitus; Malcolmus secundus Kenneti tertii Regis, & conjugis suæ Gulielmi Normandiæ Ducis filiæ filius, consuetudinem illam vetustam, qua Regum liberis nondum adultis cognatorum proximus ætate*

Regno

Regno idoneus rerum Summæ præficiebatur, utcumque incommodis perniciosam, & multis sceleribus infamem funditus sustulit. Kennetus filius erat Malcolmi primi Regis, nepos Dosnaldi sexti Regis, pronepos Constantini secundi Regis, Abnepos Kenneti secundi Regis, qui Kennetus Regni Scotorum auctor & perfector tertius jure, & merito ab omnibus habetur. Rebus enim Scoticis, accepto Regno, planè deploratis ausus, animosque addidit, atque Pictos externis auxiliis fretos, & recenti victoria exultantes multis & asperis, secundis tamen prœliis fregit, fractosque ex omni Albania exegit, nomenque Regium semel ereptum, numquam ex eo die eos resumere passus est, Regnumque etiam in duplam à se magnitudinem auctum, ita institutis novis temperavit, & disciplina veteri roboravit, ut legibus ejus, quas Machalpinas posteritas dixit, multis deinceps sæculis, non minus, quam armis Scotica res stare visa est. Kennetus Regis Alpini erat filius, Regis verò Æcharii nepos; Æcharius Regis Ethfini filius, cum Francorum Rege Carolo, ob augusta sua facta magno nuncupato, fœdus inter Scotos & Francos perpetuo futurum pepigit. Et denique Carolo multum desideranti Scotos omni liberali eruditione penitus imbutos in Galliam, qui inclytæ Parisiensium Academiæ posuere primordia, transmisit; Ethfinus septimi Eugenii Regis filius, quinti Eugenii Regis erat nepos; Eugenius Ungardi fatru Maldovini Regis filius, Donaldum quartum Regem Donglars dictum (à quo Donglassiorum tribus Scotorum longe antiquissima & illustrissima originem suam ducit) habuit avum Donaldum Eugenii quarti Regis filium, Aidani Regis nepotem, Gorani Regis pronepotem Dungardi Regis abnepotem; Fergusii secundi Regis erat adnepos. Fergusius secundus, Scotos Britonum & Pictorum fraude: Romanorum verò viribus, tota Albania expulsos & in longinquas nationes dispersos in patriam extorres revocavit intra paucos annos in pristinum splendorem restituit, atque eo opere rei Scoticanæ secundus auctor omnium applausu meritò celebratur. Fergusius Ethi erat filius, Ethodii nepos; Ethodius verò frater erat Eugenii primi Regis Scotorum à Romanis cæsi, & Fineomarchi Regis filius, Fineomarchus filius erat Donaldi, fratris Eindochi Regis, Thirconis Regis nepos, Ethodii secundi Regis pronepos: Abnepos Ethodii primi, fratris Donaldi primi Regis. Hic Donaldus Regum omnium primus, anno nimirum salutis ducentesimo & tertio Christianos ritus recepit, Ethodius erat Regis Mogaldi ex sorore nepos, Mogaldus erat Regis Corbredi cognomento Galdi, ex filia etiam nepos: Secundus verò Corbredus cognomento Galdus filius Corbredi primi Regis; Corbredus autem nepos erat Metallani, vel potius Martellani Regis ex sorore sua, Europeja, & ejus viro generis Regii fortissimo Cavauano genitus; Metellanus erat Regis *Ederi ex fratre suo Gormaco nepos, Ederus etiam* Regis *Durstii erat ex filio Dochamo nepos, Durstii pater erat Fineus* Rex, *avus Josina* Rex, *Proavus* Reutherus Rex, *Abavus Dornadilla* Rex, *Atavus* Rex *Mainus, Tritavus autem Fergusius, qui ejus nominis, &* Regii *ordinis, atque Scotorum Conditor regni primus ab omnibus ex æquo & revera colitur; Insularum enim & Albinensium montium Philarchæ cum pari penè dignitate essent & potentia, nec alter alteri cedere in animum induceret, publico omnium consenso accersitur ab Ibernia Fergusius Ferchardi* Regis *filius gentis suæ manu & consilio promptissimus, atque eorum etiam* Regum, *quibus quondam Hispaniis majores Philarcorum Cives & subditi; vera erant progenies omnium Ducum suffragio & votis super fatali Cœliæ Classiæ Cœlicorum primi Principis lapide collocatur, &* Rex *Scotorum primus auspiciis felicibus salutatur. A cujus Fergusii ante bis mille annos excessu; nos serie non interrupta, & sanguine nulla labe læso genuina soboles, & ab eo octavus & centesimus Scotorum* Rex *Britannicarum Insularum unita sceptra, gratia Dei nobis concessa summa cum auctoritate, potestate & Charitate ex æquo & jure etiam nunc E. Q. FFC. Q S. possidemus & moderamur. Qui omnes legitimis nuptiis copulati, ex legitimis & ipsi thoris ex Serenissimis & nobilissimis familiis oriundi fuere omnes generis & virtutis splendore, & gloria claruere. Et ipsi, vel Scotorum* Reges, *vel* Regio *sanguine mortalium omnium antiquissimo prognati, ob pulchra ubique sua in hostes facinora, & probatam apud omnes fidem magnis honoribus, muniis & muneribus, ab omni fermè memoria, jure & merito omnes condecorati famam suam cum sanguine puram & integram sine labe, aut ullo contamine ad posteros etiam adhuc superstites majorum suorum virtutum æmulos transmisere. Quorum tenore Nos omnes vos amicos nostros (sua cuique servata dignitate) juxta caros & notos rogatos, obtestatosque cupimus ut modo laudatos consanguineos nostros tot nominibus nobis carissimos omnibus honoris, dignitatis & amoris*

ris officiis prosequamini, parem vobis reposituri gratiam, si ulla in re ope nostra, aut auxilio uti volueritis. Quæ omnia sicut ex se vera sunt & firma, sic etiam ut apud universos & singulos testatiora & certiora fiant, & cunctis pro manifestis innotescant, Nos non gravatim hos patentes nostros libellos prædicto Viro Illustrissimo Domino Josepho Cantelmo Duci de Populo concessimus. Quibus etiam ad plenam apud omnes fidem faciendam, sigillum nostrum augustius appendi curavimus. Datum Edimburgii ex Palatio nostro Sanctæ Crucis Regio. Kalendis Januarii anno Æræ Christianæ supra millesimum sexcentesimum octuagesimo tertio, Regni verò nostri trigesimo quinto.

Scriptum ad magnum sigillum, & in registris reconditum Kalendis Septembris 1683.

Will. Reuu.

Augustius Regis Sigillum appendi curavimus Edimburgi Septembris die decima anno Domini MDC LXXXIII.

Th. Gordone.

Ex Gallia in Italiam regnumque Neapolitanum Cantelmos fortunarum sedem transtulisse in recensito narratur diplomate; primum, qui solum vertit Gallicum MENAPPUM Cantelmum fuisse, Carolus de Lellis asserit adversus Petrum Vincentium, qui Bertrandum & Jacobum primos regni Neapolitani incolas è gente Cantelma fuisse retulit; Menappum ille tradit Carolo Andino plurimum adjumenti ad occupandum regnum Neapolitanum attulisse, atque enituisse ejus fortitudinem ac operam maximè in pugna decretoria cum Manfredo regni usurpatore apud Beneventum commissâ an. 1268. ita ut laborum ac fidei amplissima præmia, præcipuè, Albetensem Comitatum & præfecturam Siciliæ cis Pharum, tulerit. BERTRANDUM & JACOBUM Cantelmos, pro filiis Menappi nonnullis habitos, propinqua agnatione ei junctos fuisse verisimilius eidem videtur autori, eò quod neuter in Albetensi successit Comitatu, sed aliis à Carolo ob operam ipsi navatam donati fuerunt feudis, in Aprutio sitis; quæ Bertrandus tenebat, post ejus mortem ad Raimundum ejus filium devenerunt, & cum gnata hujus unica *Falcona* in ditionem Guilielmi *de Montelauro*, cui nupta fuit, concesserunt.

JACOBUS, pari ac Bertrandus & Menappus fortitudine præditus, nec meritis erga Carolum Andinum illis inferior, ab eo postquam rerum Neapolitanarum potitus esset Populense oppidum castrumque, quod *Aternus* alluit, cum aliis locis accepit, honoribusque multis, in diplomate jam dictis, decoratus est. Id ad memoriam & testimonium prudentiæ, virtutisque ac fidelitatis perpetuæ Cantelmorum insigne est, quod inde ab illo tempore per tot tantasque tempestates & imperantium vicissitudines, quibus jactatum fuit regnum Neapolitanum, & in quibus plurimi proceres fortunarum suarum naufragium fecerunt, Populense feudum ad hunc usque diem in eorundem peculio ac ditione permansit, ita ut hodiernus Populi Dux secundus supra vigesimum Dominus hujus loci audiat.

ROSTANUS f. *Restainus* Cantelmus, Jacobi F. à Carolo Rege Equestri honore ornatus est: eximia ejus fuit opera in bello, quod Carolus contra Saracenos gessit, quos ille memorabili prœlio fudit, & propè ad internecionem cæcidit. Legationem deinde in Aragonia dextrè & ex sententia Caroli obiit, eaque defunctus Aprutio Proregis & Capitanei Generalis titulo præpositus est an. 1299. Posteà expeditioni à Philippo Principe Tarentino, Caroli Regis filio, adversus Fridericum Aragonium Siciliæ Regem susceptæ, sed infelici eventu mactæ, interfuit, unde Neapolim reversus, Carolum Regem Romam comitatus, ibique à Summo Pontifice, cui in bello Columnensi militaverat, *Senator Romanus* creatus est, qui honos tantæ tunc fuit dignationis, ut etiam à Regibus ambiretur. *Capitaneus* denique Neapolis Rostanus fuit, quæ dignitas cum officio R*egentu Magnæ Curiæ Vicariæ*, posteà instituto, æquipollebat.

JACOBUS Cantelmus, secundus hujus nominis, Rostani F. munere *Justitiarii & Capitanei generalis* in parte Aprutii citeriori an. 1295, deindeque aliquot legationibus in Sicilia, pacis inter utriusque Siciliæ Reges stabiliendæ ergò, functus est. Posteà cum an. 1313.

Florentina respublica, secum discors, Roberti Regis Neapolit. imperio sese ad quinquennium permisisset, ab eo Florentiam Vicarii dignatione missus est, quam spartam ita ornavit, ut Regi pariter & Florentinis satisfaceret, dum hostes eorum Genuenses portu Pisano prohibuit, & Henrici Imperatoris oppugnationem Castelli Florentini irritam reddidit, quemadmodum *Scipio Admiratus in Hist. Florent.* memoriæ prodidit. (a) Legatione ista, quæ semestris fuit, defunctus & ad penates reversus, elapso biennio & quod excurrit iterum in Etruriam ire jussus est cum globo fortium virorum, quos Robertus Rex Carolo Duci Calabriæ, adversus Castruccium Castracanum, acerrimum Florentinorum hostem, bellum gesturo, comites addidit, literisque honorificis accivit, in quibus hæc legebantur verba: *vos tanquam inter alios proceres regni hujus membra nobilia signanter sociando eligimus, non sine deliberatione consulta comitaturos unigenitium nostrum Ducem Calabriæ, & cum eo militaturos feliciter in Tusciæ partibus.* (b) Huic jussioni ita obsecutus est Jacobus Cantelmus, ut non solùm ipse iter istud susciperet, sed etiam *Johannem* & *Berengarium* filios suos secum duceret.

JOHANNI modò dicto amplissima hæreditas, quam à genitore accepit, cuique ex materna Bovinum, Comitatus titulo in ipsius gratiam ornatum, accessit, insignibus aucta est feudis, ab uxore *Angela Stendarda*, Galasi filia, & Guilielmi M. Comestabilis regni Neapol. nepte, sibi allatis; sed ista, quia nullos ex ea suscepit liberos, in familia sua non perennarunt; paternam verò ditionem & Bovinensem Comitatum ROSTANO fratri suo transmisit. Hujus è filio Jacobo nepotes ROSTANUCCIUS, BERLINGERIUS & JACOBUS, cùm inimicitiam à Carolo III. Rege, eò quod ab Andinis stetissent partibus, adversus se susceptam, fortiter pertulissent, in gratiam denique cum eo redierunt, ita ut primus in avitas restitueretur ditiones, cœterique novis amplificarentur feudis titulisque *Berlingerio* Comite *Archiæ*, & Magno regni Camerario, *Jacobo* autem *Albeti* Domino deindeque Comite creato. Hoc Comitatu posteà ejus ex fratre natu maximo nepos JACOBUS potitus est, qui etiam *primus Comes Populi* fuit, & Ladislao Regi strenuam navavit operam.

FRANCISCI Comitis Populensis secundi ætas in eam incidit tempestatem, qua Johanna II. regina & Alphonsus Rex graviter inter se diffidebant; ille verò ita se dubium mediumque partibus præstitit, ut omnia ex proprio usu ageret, temporibusque insidiari videretur. Mortuo sine prole frater successit ANTONIUS, cui pater Albetensem Comitatum tradiderat, & ex hæreditate Jacobi patruelis Archiensis etiam obtigit, ita ut divitiis & potentia paucis in regno concederet. Supremis tabulis ita jussit, ut filiorum suorum natu major in Albeti & Archiæ Comitatus, minor in Populensem succederet, at ille, cui nomen erat NICOLAO, sibi universam patris ditionem ex jure primogenituræ competere ratus, Populensem etiam Comitatum sibi vindicavit, cumque Alponso Aragonio in occupatione regni Neapolitani operam unà cum aliis proceribus navasset, ante solemnem ejus triumphum & ingressum in urbem *Dux Soræ* creatus est, his Rege cum jam jam currum triumphalem conscensurus esset, verbis uso: *Te Nicolae Cantelme ob fidem & observantiam tuam ducem facimus urbis Soræ*, quemadmodum *Anton. Panormitanus in vita dicti Regis* retulit. Testamento idem Populensem Comitatum filio natu minori Johanni assignavit, reliquam ditionem majori PETRO JOHANNI PAULO, cui Alphonsus Rex ob paterna merita super Albeto etiam Ducis titulum dedit; at ille genitoris exemplum imitatus fratri Populensem Comitatum præripuit, quod cum Ferdinandus Rex ægrè ferret & Johanni illum dari juberet, indignatus alter magnæ illi procerum adversus Regem conjurationi accessit, impulsore Marino Marciano Rossanensi Principe, qui (ut *Pontani* subjungam verba) *Joannem Paulum Cantelmum, proximum sibi regulum, nobiles item multos in Campania Samnioq; ad rebellandum diversis artibus pellicebat.* (c) Bonis propterea ille multatus, cnm pace inter utramque partem bello fessam facta, in ea restitutus fuisset, paulò post rege pactis malè stante denuò eis exutus, & solum vertere coactus est; Ferrariam itaque secessit, ibidemque â Duce hospitaliter exceptus ætatem exegit; inter exempla variantis fortunæ â *Tristano Caracciolo* relatus, ex cujus de isto argumento libro inedito hæc *Car. de Lellis* retulit: *Ut de Cantelmorum Principe loquar, si quidem Soræ Dux, Oliveti Comes bis rebus ejectus, bisque reductus cum fuerit, tandem non modo extra fortunas proprias, sed extra regnum miserè egestate decessit; tractis secum in eandem calamitatem filiis;* quibus cùm postea Lautreccii Gallicarum ductoris,

(a) Libro V. (b) Lellis Parte I, p. 117. (c) Hist. Lib. I.

ris, cui operam strenuè navabant, prosperi successus in regno Neapolitano levem spei fortunæue melioris auram objecissent, confestim tamen ea unà cum Lautreccii ipsius felicitate evanuit, ita ut domo, patria penatibusque extorres decesserint, nec tamen fortunis omnibus carentes, quippe qui ex earum reliquiis splendidum Mantuæ monasterium cum æde contigua, hodieque Cantelma dicta, exstruxerunt. Altero illorum, Sigismundo nempè, natus est ex incomperta muliere HERCULES, qui in bello, quod Veneti Ferrariensibus anno 1509 intulerunt, mortem oppetiit: cum enim præfectus Venetæ classis Angelus Trivisanus vallo utramque Padi ripam haud procul Ferraria munire instituisset, & Dux Ferrariensis ut id perfici prohiberet juvenes ex civitate collectos militesque misisset ad id oppugnandum, fusi illi & in fugam conjecti sunt à Venetis, multis non tam ex imperita & obscura turba, sicut *Guicciardinus* literis consignavit, (d) quàm ex ferocissimis militibus & Ferrariensi nobilitate partim cœsis, partim captis: inter quos *Hercules Cantelmus, eximiæ expectationis juvenis, cujus majores olim in regno Neapolitano Soræ fuerant duces, à quibusdam Illyricis militibus in triremem captivus perductus: ac dum cujus ipsorum esse deberet, dissidium inter eos ortum esset, ab uno illorum inaudito barbaræ humanitatis exemplo ei miserè caput est truncatum.* Aliter rem *Petrus Bembus Historiæ Venetæ Libro IX* retulit: *Ferrarienses Venetorum munitionem firmioribus copiis adorti, cùm prope in aggere ejus versarentur, Hercules Cantelmius, Sigismondi Neapolitani claro loco nati filius, magnæ spei adolescens, cùm se audacissimè in propugnantes incitavisset, equi lapsu humi fusus à remigibus interfectus est: cujus in loculis amicæ manuscriptæ sunt repertæ literæ, quibus illa multis precibus ab adolescente petebat, ne cum Venetis prœlio contenderet.*

Comitum Populi successio continuata est in JOHANNE Cantelmo, Petri Joh. Pauli fratre natu inferiore, cui à communi genitore Comitatum illum assignatum, à fratre verò ablatum fuisse jam dictum est; sed favente causæ Johannis meliori Ferdinando Rege, altero autem ea propter rebellionis crimine se obstringente, non Populensi tantum Comitatu, sed etiam Albetensi dicti beneficio Regis Johannes an. 1461. d. 29. Nov. potitus est, & si minus utrumque, quod dubio non vacat, Populensem certè RESTAINO filio suo, transmisit. Huic egregio duci, & tuendi regendique exercitus peritissimo, postquam à vasallo, eoque sacerdote, antehac domestico & familiari suo, quem beneficiis cumularat, in propriis ædibus intempesta nocte, dum dormiret, miserè vita privatus fuisset, successit gnatus JOH. JOSEPHUS, quem avunculus, Paulus IV. Pontifex exercituum Romanæ Ecclesiæ summum Præfectum constituit, & Philippus II. Rex Hisp. ob eximiam fidem virtutemque, multis ac magnis expeditionibus Carolo V. Imperatori parenti suo spectatam ac probatam, cum aliis prœmiis, tum inprimis *Ducali* axiomate decoravit, & *Proregem Siciliæ* designavit, cumque filiorum suorum funera turbato mortalitatis ordine extulisset, potestatem ei fecit de terris feudisque suis pro lubitu disponendi. Hac ille facultate ita usus est, ut servandis in familia sua avitis possessionibus, eas agnatis Julio Cæsari & Ascanio Cantelmis, Francisci Antonii filiis natu minoribus, transscriberet, æquali quidem ambobus jure, ita tamen, ut penes *Julium Cæsarem* ejusque posteros majoratus & dominium terrarum esset ac permaneret, *Ascanius* verò Ortonensem Comitatum teneret.

AD TAB. II.

AB Onuphrio Cantelmo postremo memorati loco sanguinem duxerunt; iste Antonii Comitis Populensis tertii, & Albetensis secundi, filius erat natu minor, & secundum tabulas patris supremas, ei in Comitatum Albetensem succedere debebat; sed à fratre hac defraudatus hæreditate, solam ab eo *Alfedenam* extorsit; accessere autem illi posteà ex materna hæreditate *Pectoranum* & *Vallis obscura*. Ejusdem pronepos FRANCISCUS ANTONIUS fuit, quem eleganti scientia ornatum, poëtam disertum & suavem, Musicum excellentem, omnibusque illustribus disciplinis eruditum fuisse *Car. de Lellis* prædicat, quoque *Julius Cæsar*, *Ascaniusque*, jam dicti, & qui nativitatis sorte eos antecessit *Octavius* aliique nati sunt. Ex istis ASCANIUS hæres ab agnato Duce Populensi Jo. Josepho unà cum fratre æqualiter, sicuti memoratum fuit, institutus, præmaturè decessit, in vigore ætatis ac virtutis, cujus in celeberrima adversus Turcas expeditione maritima, duce Johanne Austria-

(d) Histor Libro VII.

co ſuſcepta, ſpecimina dederat, omnemque adeò hæreditatem illam JULIO CÆSARI reliquit. Hic cum eandem fati legem ſubiiſſet, prole deſtitutus, Populenſem Ducatum fratri natu majori OCTAVIO tradidit, qui genitori communi in Pectorani & Vallis obſcuræ dominiâ ſucceſſerat. Hic ingens virium atque animi, multisque fortibus factis illuſtris cùm vivis exemptus eſſet FABRITIUM, gnatum unicum, ſucceſſorem habuit, pietate inſignem & prudentia, patremque egregiæ ſobolis, ex matrimonio iterato ſuſceptæ, in qua gloria rerum geſtarum eminuit ANDREAS, ducum bellicorum ætatis ſuæ nulli ſecundus, quippequi omnem ferè ætatem in caſtris contrivit, & per cunctos militiæ gradus ad ſupremum usque pertigit, exercitus Hiſpanici ſummo cum imperio ductor creatus, bellisque Belgicis & Catalonicis, tam corporis robore, quàm vigore animi, præſentiaque conſilii apud ſuos hoſtesque ſpectatiſſimus, ut adeò non adulationi, ſed veritati litaverit ſculptor Belgicus, qui effigiei ipſius, in ære expreſſæ, hoc ſubjecit encomium:

ANDREAS CANTELMUS
à Rege Scotiæ Ducano, & ab annis IX. oriundus,
E Ducibus Populi, ad belli gloriam natus,
Ornamentum Italiæ ſuæ, momentum Belgii,
Heroicis animi, ingeniique dotibus excellens,
Ipſo corpore ad martialem majeſtatem factus,
quicquid adeptus eſt honoris, virtute meruit,
A Rege Catholico Sevir nuper Belgii conſtitutus,
Eidem Regi à ſummis belli conſiliis,
Summus in Belgicis Provinciis militiæ Regis,
Summus item tormentorum Belgicorum Præfectus,
Summus, & nunc Caſtrorum adverſus Batavos Ductor,
Fortis ubique & quanto major, tanto modeſtior,
Novus ſeculi Epaminondas.

Supremum idem diem in Catalonia obiit, cùm poſt improſperam adverſus Harcurtium Gallicarum copiarum ductorem cis amnem Secorim pugnam, Balagarii cum reliquiis exercitus ſui obſeſſus, commeatu deficiente, ſeſe copiasq; ſuas nocturno egreſſu, & facta ſibi ſtupendo auſu at forti dextra per media hoſtium caſtra & munimenta via, captivitatis periculo eripuiſſet, & Agerium ſalvus evaſiſſet: In ipſo enim æſtu conflictus febri correptus, eaq; ex inſomniis curis q; & pilulis difficillimæ concoctionis, ab aula regia ſibi propinatis ingraveſcente ita debilitatus eſt, ut Cæſar Auguſtam devehendus in pago *Alcuvieres*, ſex leucis inde diſſito, fato concederet, ſpiritumq; efflaret, deſignatus à Rege *Navarræ Prorex & Capitaneus Generalis*. Cadaver ejus Cæſar auguſtam deportatum, & funere magnifico in æde Cathedrali ſepultum fuit. Vitam ejus Italicis illuſtravit literis *Leonardus de Capua*, vir doctiſſimus, qui biennii tantum ſpatio editioni biographiæ iſtius ſuperſtes manſit, atq; an. 1695. vivis exemptus eſt, cùm propè octogenarius eſſet.

FABRITIUS Cantelmus, ſecundus hujus nominis, Andreæ è fratre natu maximo, Populenſi Duce nepos, patre adhuc vivente *Principis Pectorani* titulo, à Philippo IV. decorari meruit; idem vitæ munere defunctus filios quatuor poſt ſe reliquit, in omnium virtutum exempla genitos; natu maximus eorum JOSEPHUS, ſeptimus Populi Dux in medio honorum curſu extinctus eſt duarum tantum gnatarum pater, quorum natu maxima, eaq; avitarum ditionum hæres patruo ſuo RESTAINO, diſpenſante Pontifice Romano, in manum convenit, qui nunc *Dux Populi octavus* audit, jamque antea tota Europa ſummo propter bellicam virtutem honore & nomine fuit: namq; ſub auſpiciis Regis Catholici in Sicilia, Hiſpania, Africa & Flandria magna fama, ſtipendia fecit & Generalis Excubiarum Præfecti dignatione mactus, cum manu & conſilio potens pollensq; ad ſummos militiæ gradus vocaretur, coactus eſt in Italiam ad tuendam domum redire; nec tamen illic condignis fraudatus eſt præmiis, ſed à Carolo II Rege an. 1696. ſuprema rei bellicæ in regno Neapolitano præfectura auctus eſt.

ANDREAS Cantelmus, Roſtani Ducis Populenſis frater, maritimæ ſe dedidit militiæ, multaq; in ea cum laude verſatus, Genuæ mortalitatem explevit; at JACOBUS, ſecundogenitus Fabritii, ſexti Ducis Populenſis filius, vivit, vivetq; per omnium ſeculorum memoriam; is divinarum atq; humanarum rerum ſcientia præclarus, cum Præſulārem in curia Romana togam indutus, delegata ſibi munera Inquiſitoris Melitenſis, Nunciiq; primùm in Helvetia, dein apud Venetos, poſteà in Polonia, & deniq; nuncii Extraordinarii in aula Cæſarea, diætaq; Electorali Auguſtana egregia obiiſſet fama, ſacra purpura ornatus, & in Presbyterorum Cardinalium Rom. Eccleſiæ collegium cooptatus eſt ab Alexandro VIII Papa d. XIII. Febr. an. 1690. Legatione Urbinatenſi exinde, & Archiepiſcopatu Capuano auctus, huncq; ad extremum cum Neapolitano commutare ab Innocentio XII. Papa juſſus eſt, quem ita regit, ut neſcias, ſit ne muneris ſplendore, an morum integritate & vitæ ſanctitate illuſtrior.

✠):o:(✠

XVI. CA-

❋ ❋ ❋

XVI.

CAPUENSIS FAMILIÆ,

vulgò DE CAPUA dictæ

in regno Neapolitano illuſtriſſimæ & ex ea præcipuè

COMITUM DE ALTAVILLA, PRINCIPUM DE LA RICCIA

Genealogia.





Uæ ſunt in regno Neapolitano familiæ, quibus à Capua Campaniæ urbe cognomen eſt, qui ex illa, de qua hoc agitur loco, prognati ſunt DE CAPUA appellari ſolent, ex altera orti *Capuani* dicuntur; diverſæ etiam ſunt originis, nec iisdem utuntur inſignibus: *Capuani* quippe *in ſcuto argenteo caput leoninum nigrum ſanguinem ſtillans cum ſuper impoſita corona*; noſtri verò *faſciam nigram, ſolo aureo inductam, cui alia argento tincta incumbit, deferunt.*

COMITES DE ALTAVILLA ET PALENA,

1. ANDREAS DE CAPUA, Nobilis

2. Bartholomæus de Capua, Protonotarius regni Neapol. Baro de Vairano, Presenzano, Albiniano & Arnone, Dn. d'Antimo, Molinara, Rosetto, Conco, Riccia, & ex quorundam sententia etiam Dominus vel Comes de Altavilla, nat. 24. Aug. 1248. † 1325.

3. Andreas de Capua, † ante patrem. uxor, *Blanca.*

Jacobus de Capua, Protonotarius regni † 18. Apr. 1312. *Roberta Nicolai Dom. de Gesualdo filia ac hæres.*

4. Joannes de Capua, † ante avum, 2. Dec. 1323. *Joanna Sclendarda Philippi Dom. de Arienzo soror.*

Bartholomæus de Capua.

Martuccia, nup. *1. Petro de Sus, 2. Philippo Tancredo.*

5. Guillelmus de Capua, Camerarius Roberti Regis, † 4. Oct. 1336. Ux. . . . . *de Brussono, Richardi Com. de Satriano fil.*

Ludovicus de Capua, *Rom. Eccl. Cardinalis, cr. ab Urbano VI 1378.*

Blanca.

6. Angiolella, Com. de Satriano, uxor *Nicolai.* . . . . .

Ludovicus, Comes III de Altavilla, † 1397.

Julius Cæsar de Capua, Camerarius regni. *Philippa d'Aquino.*

7. Andreas de Capua, IV Comes de Altavilla. *Constantia de Claromonte, Ladislai Regis amica.*

Ludovicus † *cælebs.*

Matthæus Franciscus, I COMES de PALENA, † 1481. Ux. 1. *Catharina* . . . . . 2. *Ramondetta del Balzo.*

8. LUDOVICUS, Comes V de Altavilla, *Vid. Tab seq.*

Maria, nup. 1. *Francisco Cantelmo, Com. de Popoli 1422, 2. Balthasaro de Ratta, Com. Caserta.*

1. Berardinus.

Lucretia, ux. *Camilli Pannene.*

9. Joan. Franciscus, IV Comes Palenæ Ux. *1. Isabella Pignatella, Hectoris Duc. de Monteleone f. 2. Dorothea Spinella Joan. Baptistæ Duc. de Castrovillari f.*

Antonius, *occ. ap. S. Angeli oppidum in Lombard. 1525.*

Fabritius.

Camilla, ux. *Ferdinandi Castriotti March. de S. Angelo.*

Ferdinandus † 1536. *Isabella de S. Cruce.*

10. Julius Cæsar, V. Comes de Palena, I. Princeps de Conca cr. 1566, *Grandis* Hispaniæ. *Lucretia Philomarina Gorelli Dom. de Caparano & Minorbino fil. hær.*

Hippolyta, ux. *Caroli Spinelli Duc. Seminariæ, Pr. Cariati.*

Joannes Franciscus, *posthumus,* † *cælebs.*

Joannes Franciscus, *Laudomia Miraballa.*

11. Matthæus de Capua, II. Princeps de Conca, VI Comes de Palena Eq. Aur. Vell. *Joanna de Zuniga Pacheco. Petri Com. Mirandæ f.*

Ferdinandus de Capua.

12. Julius Cæsar III Pr. de Conca VII. Com. Palenæ. *Sueva d'Avalos, Ferdinandi f.*

Maria, nupta *Martio Carafæ, Duci de Mataloni.*

Joan. Baptista Princeps de Caspoli, & V de Conca, Marchio de Campo lattaro IX. Com. Palenæ Eques Aur. Vell. *ob 1634*

13. Matthæus de Capua, IV. Pr. de Conca, VIII. Comes de Palena, † ὄπ. *Angela Carafa, Caroli Pr. de Colobraro f.*

LA I.

PRINCIPES DE CONCA, MARCHIONES DE CAMPOLATRO.

Capuanus, Uxor, *Joanna*. 1.

Uxor 1 *Matthaea de Franco*, 2. *Margarita dell' Oria*. — Jacobus de Capua. — Richardus de Capua. — Benevenutius de Capua, 2.

Joannes de Capua. Ux. *Jacoba de Cajetano*. † 17. Sept. 1331. — Thaddæus, △ 3.

Maria, nup, 1. *Henrico de Capresio*. 2 *Philippo Filangieri, Dom. Candidæ*. — Robertus COMES de Altavilla. — Thomas. — Bartholomæus. 4.

Bartholomæus de Capua, II Comes de Altavilla. *Andreana Acciajola*. 5.

Fabritius de Capua, † 1427. *Covella Gesualda*. — Lucretia nup. *Guillelmo de Leonessa, Dom. de Airola 1390*. — Jacobellus, *nothus*. 6.

Laura. — Francisca, ux. *Honorati Cajetani*. — Lucretia. — Joannes Maria de Capua. Ux. . . . . . *della Marra*. — Bernardus. 7.

Bartholomæus, II Com. Palenæ, *Brisa Carafa Alberici Duc. de Ariano fil.* — Julius Cæsar, III Com. Palen. † 1501. *Hippolyta de Gennaro, Princivalli Dom. de Nicotera f.* ☽ — Joan. Franciscus, *nothus Commendat. de Maruggio*. ✝ — Jacobus. *Maria de Sangro*. ⊙ — Fabritius *Joannella de Toraldo Georgii Dom. de Baldato f.* 8.

Fabritius † in bello Hydruntino 1481.

Matthæus, *Eques Hieros, & Commendator de Maruggio*. — Ludovicus. *Lucretia de Cardines*. — Fridericus. *Cornelia Loffreda*. — Georgius de Capua. *Catharina de Sangro*. 9.

Joan. Hieronymus. *Andriana de Milano*. — Jacobus. *Diana Carbone*. — Ferdinandus, *Hieronyma Loffredo*. — Octavius. — Fabritius. *Isabella Galerata*. 10.

Ludovicus de Capua. — Fridericus Dn. de Fornello. *Antonia Carafa, Rinaldi March. de Montenegro f.* — Scipio de Capua. *Beatrix della Marra*. — Joan Baptista. MARCH. de CAMPOLATTARO. *Lucretia Siscara, Antonii, V Com. de Ajello*. 11.

Hieronyma, nup. *Eligio Carafa, I Duci de Jelzi*. — Fabritius, March. de Campolatro, Princ. de Morcone. *Joanna Carafa, Francisci Ursini Com. de Pacentro vidua*. — Camilla nup. *Joan. Jacobo Carafa, Dom. de Rosito*. 12.

COMITES DE ALTAVILLA, PRINCIPES DE LA RICCIA

8. LUDOVICUS DE CAPUA, V COMES DE ALTAVILLA, Andreæ, IV Com. de Altavilla F. † anno æt. 25.

9. Andreas. VI Com. de Altavilla, † cælebs. | Franciscus VII Comes de Altavilla, † 1488. *Elisabetha de Comitibus (dei Conti.)* | Jacobus de Capua.

10. Ludovicus, VIII Com. Altav. † sine lib. *Ginevra Camponesca, Petri Lalli Com. de Montorio fil.* | Bartholomæus, IX Com. Altav. Ux. *1. Roberta Boccapianola, 1473. 2. Aurelia Ursina, Raimundi II Duc. Gravinæ f. 3. Lucretia Zurla, Jo. Bernardini C. de Montoro f.* | Altobella ux. *Joan Francisci de Sangro.* | Maria. | Catharina. | Violanta.

11. 1. Cornelia. nup. *Joan. Antonio Ursino.* | Hippolyta, ux. *Antonii Carafæ Com. de Mondragone.* | 2. Jo. Franciscus, † ante patr. *Isabella Spinella, Jo. Baptistæ Com. de Cariati f.* | Justina ux. *Didaci Cavaniglia. C de Montella.* | 3. Ludovicus Martinus, X Com. Altavilla. † 1550. *Joanna Ursina.* | Julia, ux. *Jo. Bapt. d'Azzia M. de Terza.* | Valerius, nothus. *Lucretia de Lagni.*

12. Bartholomæus, † æt. 15. | Joannes, XI Com. Altav. *Constantia Carafa, Scipionis Com. de Morcone f.* | Fabritius, XII Com. Altav. PRINCEPS de la RICCIA, 1595. *Dorothea Spinella, ex Comit. de Seminara.* | Achilles de Capua. *Victoria Bozzuta.* | Isabella, Pr. de Molfetto, nup. *Ferdinando Gonzagæ Duci de Ariano.* | Maria Dux Termoli, ux. *Vincentii de Capua.*

13. Vincentius Ludovicus, II Princeps de la Riccia, XIII Com. de Altavilla. Ux. 1 *Joanna Carafa, Ferdinandi, IV Duc. de Nocera f. 2. Joanna Caracciola, Marini I Pr. d'Avellino f.* | Hippolyta, nup. *Josepho Vespasiano Spinello. III March. del Zirò.*

14. 1. Joannes Fabritius de Capua. III Princeps della Riccia, XIV Com. de Altav. VI Com. Montorii. *Margarita Ruffo Benavides de Alarcon, Vincentii & Mariæ Ruffo, Principum de Scila fil.* | Claricia, nup. 1. *Ferdinando de Capua, Duc. de Termoli,* 2. *Carolo Caracciolo Duc. de Martina,* 3. *Francisco Philomarino Pr. delle Rocca,* 4. *Julio Pignatello, IV March. de Cerchiaro.*

15. Bartholomæus de Capua, IV Pr. della Riccia. XV Com. de Altav. &c. *Isabella Spinella, Jo. Baptistæ March. IV de Fuscaldo f.* | Maria nup. *Cosmo de Aquaviva & Aragon. IV Com. de Conversano.*

16. Fabritius VII Com. de Montoro, † *ante patr.* | Joannes Baptista, V Pr. della Riccia, XVI Com. de Altav. *Antonia Caracciola, Ferdinandi, V Duc. Airolæ fil.* | Vincentius de Capua, *Equitum Magister.* | Franciscus de Capua. *Eques Melit.* | Sex filiæ, *moniales.*

17. Bartholomæus, X Com. da Montoro. | Ferdinandus. | Fabritius. | Carolus. | Isabella. | Maria. | Margarita. | Catharina. | Julia. | Dorothea.

LA II.

ET ROCCA ROMANA, DUCES DE TERMOLI

Uxor, *Altobella Pannone, Francisci Dom. de Prata fil.* 8.

Constantia nup. *Samsoni Gesualdo, I Com. de Conza.* 1454.	Julius de Capua, occ. 3. Oct. 1479.	Fabritius de Capua. *Lucretia Caldora.*	9.

Andreas, Dux de TERMOLI, 1512. *Maria d'Ajerbe d'Aragon. Sancii Dom. de Simari f.*	Victoria ux. *Hieronymi Carafæ ex Duc. Ariani.*	Joannes † *in pugna ap. Seminar. 1495.*	Hannibal. *Lucretia Acrimontia.*	Fabritius *Archiepisc. Hydrunt. 1514. abdic. 1526.*	Julius. *Margarita Viminutula.* ☾	Altobella nup. *Joanni de Guevara Com. de Potenza.*	10.

Ferdinandus, Dux II de Termoli, PR. de MOLFETTA. *Antonia de Balzo, Jo. Francisci Com. d'Alessano f.* ⊙	Vincentius, Dux III de Termoli per ux. *Mariam de Capua, Ferdinandi fil.*	Petrus Antonius *Archiep. Hydr.* 1536. † 1579.	Joan. Thomas, MARCHIO della TORRE Francolise. *Faustina Columna.*	Jo. Baptista de Capua. *N Caracciola.*	11.

Ferdinandus, Dux VI de Termoli. *Victoria Sanseverina Bernardini Pr. de Bisignano f.*	Hannibal, *Archiepisc. Neapolit.* 1578. † 2. Sept. 1595.	Octavius.	Elisabetha, ux. *secunda Alberici Cibo Malaspina Pr. Massæ* 1563. † 14. Jan. 1578.	. . . ux. *Cecci Loffredo M. de Trivico.*	Andreas March. II della Torre Francolise. *Isabella Grimalda, Nicolai Pr. Salerni fil.*	Marcus Antonius.	12.

Petrus Antonius, V Dux de Termoli. *Bernardina della Tolfa, Jo. Vincentii Dom. de Polignano f.*	Joannes Thomas PR. della ROCCA ROMANA. March. III della Torre Fr. *Victoria Belprato, Com. d'Anversa.*	13.

Ferdinandus de Capua VI Dux de Termoli. *1. Landomia Caracciola, Michaelis, 1. March. de Giojoso fil. 2. Claricia de Capua, Vincentii Ludovici, II Pr. Riccia.*	Victoria, ux. *Francisci Pignatelli, Duc. II de Bisaccia.*	Andreas Pr. della Rocca Rom. II, M. IV della Torre, Com. V d'Anversa.	Constantia ux. *Josephi Caraccioli Princ. I della Torella.*	14.

Magdalena.	Nicoleta.



EXEGESIS HISTORICA.



CAPUENSIS familiæ, de qua hîc fermo eft, originem à Nortmannis *Scipio Mazzella* repetit, (a) atque ex Chronica veteri *Achillem* quendam profert, Rogerii Regis Siciliæ patruelem & Ademarii, qui ex monacho Cafinenfi Romanæ Ecclefiæ Cardinalis an. 1070 ab Alexandro II. Pontifice creatus eft, nepotem: *Ludovicum*, Achillis filium, à Rege Wilhelmo Bono feudo *Scandiano* donatum fuiffe, eique veteri appellatione abolita nomen *Altavillæ* in memoriam loci homonymi, quem Tancredus ejus proavus in Nortmannia poffederit, impofuiffe ex Folchetto Bononienfi, vitæ Wilhelmi Boni Regis Scriptore, refert, fidemque huic traditioni inde it adftructum, quod in annalibus poft ætatem Friderici II. Imperatoris & Regis Siciliæ exaratis Scandianum inter loca provinciæ Principatus non occurrat, neque in antiquioribus Altavilla reperiatur. Ludovico filium Mazella tribuit *Robertum*, nepotem *Andream*, & ex hoc tres pronepotes, videlicet *Anselmum*, *Ademarum & Bartholomæum*, huncque ait Ecclefiæ initio mancipatum, & Archiepifcopum Pifanum fuiffe, fed fratribus defunctis pedum cum enfe commutaffe, & Carolo II. nec non Roberto Regibus ftrenuam navaffe operam, ita ut feudis honoribusque ab iis auctus, & Regni *Protonotarius* five *Logotheta* nec non *Magnus Comes de Altavilla* creatus fit.

Scipio Ammiratus â certiore ftipite genealogiam familiæ hujus ordiri maluit, quàm incertis immorari, quare ab ANDREA jam dicto initium ejus duxit, (b) quem Nobilem Capuanum & Friderico Imperatori à confiliis pacis & belli fuiffe, & tres reges profpera fortuna emenfum usque ad Caroli regnum duraffe refert; inter filios, quos illi fuiffe comperit, quosque in fchemate noftro recenfuimus, alturn de Anfelmo & Ademaro à Mazzella allatis eft filentium. BARTHOLOMEUS familiam inter illos duxit, & quia juris Civilis difciplinam fummo ftudio exercuit *Protonotarii & Logothetæ* regni munere á Carolo II. Rege ornatus eft, ampliffimasque opes ac poffeffiones, in tabula enumeratas, ejusdem nec non Roberti Regis beneficio acquifivit; de Comitis & quidem Magni titulo, quem Bartholomeo à dicto Rege Roberto collatum effe Mazzella adductis fcriptorum coævorum teftimoniis perhibet, Ammiratus filet, & *Robertum de Capua*, Bartholomei nepotem, *primum Altæ villæ Comitem* falutatum fuiffe tradit. Magis verò genti arridet Mazzellæ fententia, epitaphio fundata, quod in æde cathedrali Neapolitano exftat & ita fe habet: *Bartholomæus à Capua Magnus Altavillæ Comes, & magnus hujus regni Locoteta jacet hic*, eaque ratione inde à Bartholomæo Comites de Altavilla numerare incipit, Ammirato eorum numerum à Roberto ineunte, ut adeò fupputatio illorum variet, nec Magni epitheton ab omnibus fcriptoribus addatur, quod argumentum effe videtur fufpectæ vetuftatis epitaphii memorati. Longa cæterum Bartholomæi ætate factum eft, ut filiorum duorum, *Andreæ* & *Jacobi*, nepo-

(a) *Defcrittione del regno di Neapoli, p. 696.* (b) *Parte prima delle famiglie nobili Napolitane.*

nepotisque ex priore *Johannis* cogn. *Junioris*, funera efferret; hoc natum esse putat Ammiratus LUDOVICUM, quem ab Urbano VI. Papa an. 1378. Cardinalibus Rom. Ecclesiæ aggregatum fuisse Panvinius & Ciacconius literis prodiderunt, qua tempestate etiam *Guillielmum Comitis Altavillæ filium*, patria *Capuanum*, ex Archiepiscopo Salernitano *Cardinalem* renunciatum esse Ciacconius refert, (c) sed quis isti genitor fuerit, incompertum habemus. Ludovico Cardinali equidem frater tribuitur, cui nomen fuit Guillelmo, sed hunc civili functum esse munere inscriptio sepulchri ejus testatur, quam nec non patris ejus patruique epitaphia ex Ammirato recensere juvat:

Hic requiescit Nobilis & Magnificus Vir Dominus JOANNES *de Capua Miles Junior Illustris Domini Ducis Calabriæ Cambellanus Die Dominico II. Mensis Decembris Anno Domini* MCCCXXIII, IND. VII. *cujus anima requiescat in pace, Amen.*

Hic requiescit Egregius juvenis Guillielmus de Capua Regius Cambellanus, qui obiit anno Domini MCCCXXXVI. *Die IV. mensis Octobris, IV. Ind. Neap. cujus anima &c.*

MCCCXII. Die XIIX. *Aprilis X. Ind. Neap. Magnificus vir Dominus Jacobus de Capua Juris civilis Professor, & regni Siciliæ Prothonotarius obiit, cujus &c.*

Hic jacet Egregia Mulier Jacoba de Cayano, Consors viri Magnifici Domini Joannis de Capua Baroniæ Cayani Domina, quæ obiit anno Domini MCCCXXXI. *die XVII. mensis Septembris, XV. Ind. Cujus &c.*

A JOHANNE de Capua, filio Bartholomæi tertio, & Jacoba de Cayano, ejus uxore, cujus epitaphium modò recensuimus, stirps propagata fuit: eis quippe natus est ROBERTUS, quem Comitis de Altavilla titulum á Rege Roberto obtinuisse Admiratus, ceu dictum est, arbitratur. Roberti è Bartholomæo II. nepos, LUDOVICUS, Comes Altævillæ tertius Ladislao regnante fide & fortitudine sua inclaruit, mortemq; pro illo in oppugnatione turris Capuanæ, ab hostibus Regis occupatæ, oppetiit. Ei post integrum seculum à Bartholomæo III. abnepote suo, sequens conditum est epitaphium, quod exemplum præbere notavit Admiratus, quantoperè in rebus etiam domesticis sæpe hallucinemur: uxor enim in eo tribuitur Ludovico *Andrea de Acciaiolis*, quæ patri ipsius nupta erat:

LOISIUS DE CAPUA: *Hic tantum bellicæ artis peritia claruit, ut maximis & præclarissimis rebus gestis Florentinorum Imp. delectus sit, unde rediens Andream de Acciaiolis, fœminam illustrem urbis primariam, uxorem duxit: Idem singulari certamine quater cum hoste congressus superior semper adjudicatus victoriam maxima cum laude retulit. Bartholomæus III. Comes Altavillæ, ne ullo in suos officio deesset, pientissimè tumulavit.* M. D.

ANDREAM, Ludovici filium, Comitem de Altavilla quartum hoc idem prosecutus est elogio: *Andreæ de Capua Comiti Altavillæ, Hidruntinæ regionis Proregi, adeò divus Ladislaus Siciliæ Rex ob singulares animi & corporis dotes dilexit, ut eum ex omnibus regni proceribus Constantiæ de Claramonte, Sicilia oriundæ, forma, ætate ac generis nobilitate præstantissimæ, amplissima dote virum delegerit: qui secum hic unà dormiunt, Bartholomæus III, Comes Altavil. sepulchrum hoc officiosissimè posuit,* M. D.

JULIUS CÆSAR, Ludovici Comitis de Altavilla frater, *Marescallus* regni fuit, Vir fortis atque audax, sed idem inquies, factiosus, avidusque potentiæ & honoris, suique infortunii atque exitii faber; quippe, referente *Collenutio*, iniquo ferens animo Pandulphum Alopam & Sfortiam autoritate apud Johannam reginam præpollere, in id omnem curam & cogitationem convertit, ut eos de gradu dejiceret, itaque cùm regina nubere decrevisset Jacobo, ex regia Gallorum stirpe oriundo, ea conditione tamen, ne regis, sed Tarenti Principis tantùm nomen sibi usurparet, Jacobum sibi devincire statuit, & in regnum delatum unà cum aliis ei obviam profectis Beneventi tanquam Regem salutavit atque excepit, & cum Sfortia qui illum tantùm uti Comitem salutarat, acerrimis statim verbis contendit, perfecitque, ut is Jacobi nomine vinciretur, nec minus hunc adversus Alopam concitavit; in summum ea re odium reginæ lapsus, neque à Jacobo eo, quem mereri sibi videbatur, loco habitus, reginam offensæ suæ oblitus tentare cœpit, & tandem eò usque pervenit, ut operam suam ad Jacobum è medio tollendum ei obtulerit: atque illa, ut erat malitiosa, rata hanc esse commodam occasio-

Hh 2

(c) Hist. Pont. & Card. Tom. II. p. 642. & 643.

casionem, quâ & illatam sibi prius à Julio injuriam ulcisci & gratiam majoremque libertatem apud Jacobum posset impetrare, placere sibi consilium simulavit: eumque hortata est, ut diligenter de ratione perficiendi cogitaret, & intra octiduum reverteretur, ut tunc certum aliquid de eo negocio constituerent. Eo dimisso magnum dolorem præ se ferens, Jacobo marito rem omnem patefacit, tanquam illius salutis studiosa; quæque Julii machinis obsistere nequeat. Et ut rem clariùs demonstraret, jubet maritum octavâ die cum aliquot fidissimis viris armatis, post lecti stragula clanculum latere, deinde intromisso Julio, rogavit, quid ea de re cogitasset: ille verò, ubi modum Jacobi enecandi ostendisset, simulque in ipsum atque Gallos omnes vehementer invectus fuisset, comprehensus ab illis, qui latebant illic, & secundum juris statuta capite est mulctatus. (d)

FABRITIUS de Capua, Julii Cæsaris frater natu minor, Philippo Duci Mediolanensi stipendia fecit egregia fama, & Soncini apud Insubres fato concessit, sator rami amplissimi, è quo *Comites Palenæ*, *Principes que de Conca*, nec non aliis titulis insigniti proceres provenerunt. MATTHÆUS FRANCISCUS, ejus filius, militari gloria, in Lombardia sub Venetorum signis parta, illustratus cum ad penates reversus esset, Ferdinando Regi operam strenuam adversus Johannem Andegavensem & Picinninum hujus ducem, navavit, quam *Jo. Jov. Pontanus* ita posteritati commendavit: *Matthæum Capuanum rex propter fidei virtutisque opinionem oppido Theatino, atque universæ regioni præfecerat: qui quanquam parva equitum ac peditum manu, Picinino tamen ubique occurrere, tueri oppido propinquos agros, populantibus metum injicere, insidias disponere, fugare, capere, denique hostis conatibus omni arte obviam ibat.* (e) Ita perspecta viri fide ac fortitudine Aprutio utrique eum an. 1461. præfecit, & paulò post feudis, quibus Julius Aquaviva ob rebellionem multatus fuerat, donavit, nempe Ducatibus Hadriæ & Interamni, nec non Comitatu S. Flaviani, quæ tamen, Aquaviva cum Rege reconciliato, priori Domino facilè reddidit, eorumque loco Comitatum *Palenæ*, ob Caudolæ defectionem in fiscum redactum, à Rege accepit. Extremam vitæ suæ partem defensione impigra Hidruntinæ provinciæ adversus Turcas nobilitavit, quo in bello & nepotem ex filio Bartholomæo, *Fabritium* amisit, & ipse mortem obiit.

Bartholomæo prole sua, ceu modo dictum est, orbato, successit frater, JULIUS CÆSAR, ita ut hic *Comes Palenæ tertius* fuerit, fide erga Fridericum Regem spectatus, atque an. 1501. cum Galli Capuam intercepissent unà cum Fabritio Columna, Ugone Cardona aliisque ducibus captus, & paulò post Neapoli morbo extinctus. Filiorum ejus natu maximus JO. FRANCISCUS *Comes Palenæ quartus* multa morum elegantia, animo ingenuo & Regi suo fido, ingenioque illustri præditus fuisse Admirato prædicatur; ANTONIO & FRIDERICO ejus fratribus ad bellicam grassantibus gloriam; Prior cum sub Piscario in Lombardia militaret apud Sancti Angeli oppidum è medio virtutis cursu properante fato raptus est, sicut *Jovius* in vita Ferdin. Davali Piscarii retulit hisce verbis: *de prima vigilia vimineæ caveæ proferuntur, Piscarius situ oppidi diligenter explorato, tormenta constituit contra quadratam turrim, eamque inalbescente statim cœlo à fronte & à lateribus quà muro committitur, quassari jubet. In his rebus administrandis Antonius à Capua Vir nobilis & Piscario carus tormento est interfectus.* (f)

JULIO CÆSARI, Jo. Francisci filio, Comiti Palenæ quinto, Philippus II. Rex Hisp. *Principis Conchæ & Magnatis Hispaniæ* honores amplissimo diplomate contulit; idem ab uxore *Lucretia Philomarina* Casarini & Minorbini dominiis auctus est. MATTHÆUS ejus gnatus *Archithalassi* regni Neapolitani munus obtinuit, quo etiam filius ejus ac nepos eminuerunt. Huic prole mascula destituto JOANNES BAPTISTA patruus successit, qui etiam *Princeps de Caspoli* audiit, nec non *Marchio de Campolattaro*, hicque uxorio fortassis nomine; ad eum genus suum haud dubiè refert *Dominicus de Papua, octavus Princeps de Conca, de Caspoli & Marchio de Campolattaro*, quem multarum in regno provinciarum Præsidem nostra ætate fuisse *Blas. Aldimari* in *Memoriis Historicis de fam. Nob. Neap.* p. 267. memoravit.

AD

(d) Collenut. Hist. Neapol. Libro V. (e) Hist. Libro I. (f) Libro V.

AD TAB. II.

LUDOVICI & FRANCISCI, Comitum de Altavilla quinti & septimi memoriam sequentibus epitaphiis Bartholomæus Comes, posterioris F. prioris N. servavit:

LOISIO De CAPUA *Comiti Alt. Andreæ & Constantiæ unigenito. Hic à puero pacè ac bello ita ea ætate se prudenter gessit, ut omnem ditionem ac res suas incolumes in tantis belli fluctibus servaverit; duxit autem uxorem, quæ secum hic jacet, Altabellam Pannoniam, quæ forma ac pudicitia nulli priscarum matronarum secunda fuit, ex qua V. filios & unam fœminam suscepit, & sic familia reparata XXV. an. agens decessit. Bartholomæus III. Comes Alt. ne in avi officio deesset, hoc monumentum accuratissimè posuit* M. D.

FRANCISCUS DE CAPUA *& Elisabeta de Comitibus Altavillæ Comites hic jacemus: sat opibus & liberis fortunati alter divum Ferdinandum primum spectata fide & contubernio L. prope annis coluit, altera divum Ferdinandum II. pari fide & fluctuante regno sequuta, ambos mors immatura rapuit Neapoli, sed Bartholomæi secundi filii pietas huc nos transferri curavit, ut quà vivi semper concordia viximus, ea quoque mortui unà conquiesceremus, hoc monumento clausit* M. D.

Duodecim liberorum patrem Elisabetha de Comitibus Franciscum, Comitem de Altavilla septimum fecit; septem omninò filiorum: ex his primogenitus LUDOVICUS in ditionem paternam successit, quam cum turbidis temporibus aliquot annorum spatio rexisset, & morte uxoris in viduitatem & orbitatem conjectus fuisset, umbram & otium petiit atque in fratrem ætate proximum BARTHOLOMÆUM tanquam perspectæ virtutis & solertiæ virum curam regimenque rei familiaris transtulit. Hunc Fridericus Rex Capitanatæ Proregis dignatione præfecit, & Ferdinandus Catholicus in eodem munere confirmavit. Idem laudabili erga majores suos pietate memoriam eorum inscriptionibus sepulchralibus, ab oblivione vindicavit, & posteritati commendavit, quas quoniam recensuimus, postremam, quam sibi uxorique secundæ posuit, silentio præterire non est consilium, ita verò ea se habet:

BARTHOLOMÆUS III. *de Capua Comes Alt. instaurato auctoque templo contumulatisque majoribus suo cuique monumento extructo sibi & Aureliæ Ursinæ uxori dulcissimæque: he heu immatura morte decessit superstitibus duobus parvulis liberis Joanne Francisco & Justiniana, quod vivus viventi commune destinarat sepulcrum B. M. locandum curavit. Vixit an. XVIII. puella formæ pudicitiæ fideique rarissimæ, dimidium ipsius animæ secum perpetuò retinens.* M. D.

Joanne Francisco, modò dicto, in flore ætatis, & primis conjugii sui annis, mortuo, ad tertia genitor ejus vota transiit, jam grandis natu, atque ex *Lucretia Zurla*; quam à mira formæ venustate Admiratus laudat, LUDOVICUM MARTINUM suscepit, qui familiam Comitum Altavillæ propagavit, novo in Fabritio, illius nepote, titulo auctam, is enim *Principis Ricciæ* dignatione à Philippo II. Rege mactus est, quam posteris transmissam, nunc ornat JOANNES BAPTISTA de Capua, is *quintus Princeps Ricciæ & XVI. Comes de Altavilla* audit, atque hac tempestate malis, quæ ob favorem erga causam Austriacam patitur indignis, illustratus est.

Inter cœteros Francisci, Comitis septimi de Altavilla, gnatos JOANNES inprimis nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ maximo pietatis erga Ferdinandum I. Regem Neapolit. documento, quod in pugna contra Gallos apud Seminariam edidit, & de quo ita Guicciardinus: *Ferdinandus supra cæteros duces ita rem gerebat, ut ejus persona virtuteque erat dignum: cumque ejus esset equus interfectus, ibi occisus procul dubio aut captus fuisset, nisi* Johannes Capuanus, *Termini ducis frater, qui à puero ipsi ministraverat, atque ab eo in ipso ætatis flore vehementer amatus, è suo equo exiliens, in eum regem insilire fecisset; memorabilique eximiæ fidei atque amoris exemplo vitam suam, ut domini vitam conservaret sui, impendit: nam illicò fuit interfectus.* (g) Termini dux, cujus mentio hoc loco injecta fuit, ANDREÆ nomen habuit, & Joan-

(g) Hist. Lib. II.

ne major natu, fed titulo illo tunc nondum infignitus fuit, quippe quem poftea demum in prœmium fraterni facti glorioſiſſimi ei collatum eſſe Admiratus refert; in eodem quippe prœlio ſtrenuè egit, & quod *Jovius* memoriæ prodidit, in numero ducum fuit, qui Gonſalvum Cordubam, Magni Capitanei encomio poſtea inclytum, ad pugnam illam ineundam inflamarunt, (h) aliis quoque deinde eventis & periculis immixtus eam virtutis bellicæ famam nactus eſt, ut à Julio II. Pontifice Rom. ſuprema copiarum ſuarum præfectura, *Capitanei Generalis* titulo, honeſtaretur, quam provinciam ſuſcepturus dum ad exercitium proficiſcitur, peſte correptus & extinctus eſt. Ei uxor, regio Aragonico ſanguine creta, hoc monumentum condidit:

Huic ſpectata virtus domi foriſque immortalem gloriam comparavit ANDREÆ cognomento DE CAPUA TERMULANORUM DUCI, *Regum Aragoniorum gratiam ſumma fide & integritate adepto ſacroque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ exercitus Imperatori eximio, Maria Ayerba, conjux munus amoris Ann. Sal.* MDXXXI.

Eadem gnato quoque unico, FERDINANDO, immaturo fato rapto, exequias fecit, epitaphiumque ſequens poſuit:

Hic æquis paſſibus patrem ſecutus æquè enituiſſet, ni mors immatura tantam gloriæ expectationem intercepiſſet,

Quæ mihi debebas ſuprema munera vitæ
infelix ſolvo nunc tibi nate prior;
Fortuna inconſtans lex & variabilis ævi;
debueras cineri jam ſupereſſe meo.
Hæc dat matris amor rapti ſolamina nati,
invida cui Lacheſis tam breve nexit opus,
Nate jace, vivo contra mea vota ſuperſtes,
vox gemitus poſthac, lux mihi erunt tenebræ.
Maria Ayerba Ferdinando Termulano Duci
Filio dulciſſimo
perpetuo mœrens poſuit An. Salut. Humanæ MDXXXI.

Ferdinando ad Termulanum ducatum Molfettenſis principatus acceſſit, ſed ſoboles maſcula defuit: filiarum duarum tantum patri; ex quibus natu majorem ISABELLAM conſervandis in familia feudis dictis deſponſam fuiſſe VINCENTIO de Capua, patrueli ſuo, ſed à Ferdinando Gonzaga, qui tunc Caroli Imperatoris vices in regno Neapolitano obibat, dotis luculentæ, qua prædita erat, cupidine tacto, in gratiis illius in matrimonium ductam eſſe, Admiratus literis prodidit; ut verò Vincentio aliqua ſaltem ex parte ſatisfieret, ſoror Iſabellæ MARIA ei cum dote Termulani ducatus nuptui locata fuit; cœterum Iſabellam *Troiano Caracciolo*, Johannis Melphitani Principis filio, etiam deſponſam fuiſſe in genealogia familiæ Caracciolanæ, proximè recenſenda, dicetur, ſed patris filiique ad Gallos defectione ſponſalia iſta diſſoluta fuiſſe videntur. A Vincentio de Capua itaque ſtirps Ducum Termulanorum propagata fuit, hodieque vigens, quemadmodum ab ipſius fratre JOANNE THOMA ramus conditus eſt Marchionum *della Torre Francoliſe*, nec non Principum *de Rocca Romana*, quorum titulorum priorem ipſe Jo. Thomas, alterum ejus nepos homonymus an. 1601. obtinuit; ſed poſterorum tum ejus tum Ducum Termulanorum ſuperius dictorum, ſeriem habemus incompertam.


(h) Jov. Hiſtor. Libr. III.

XVII.

CARACCIOLENSIS FAMILIÆ

Tum RUBEORM Tum PISQUITIORUM

Honoribus, titulisque & opibus In Regno Neapolitano affluentium
GENEALOGIA.





Cuto *aureo*; *fasciis tribus diagonalibus rubeis*, *cephaloque cæruleo distincto*; Caraccioli, qui *Rubei* cognominantur, uti consueverunt; alterum itidem *auro* tinctum, & *leonem cæruleum* continens, Caracciolis *Pisquitiis* familiare est, quibus etiam propterea Caracciolorum *de Leone* cognomen dari solet.

TABU-

TABU

CARACCIOLI ROSSI

1. PETRUS CARACCIOLUS, cogn. inclytus, Landolphi F.

2. Gregorius Carracciolus, ux. *Sichelgaita.*

3. Johannes Caracciolus. — Marinus Caracciolus. Ux. *Roccarda*, *Johannis C. Sessola & Acerra f.*

4. Riccardus Comes Montis Marani per uxorem suam secundam *Marottam*, sub an. 1132. — Petrus Caracciolus.

5. Johannes Caracciolus, Contestabilis & Judex civitatis an. 1163. — Philippus Caracciolus.

6. Landolphus Carracciolus. — Gregorius Caracciolus. — Riccardus Caracciolus, dictus *Cannella.* — Perrona.

7. Johannes Caracciolus, cogn. *Rossus.* — Rugierus Caracciolus, cogn. *Cassanus.* — Gregorius Caracciolus. *Maria Pignatelli.* — Berardus Caracciolus, *Justitiarius* Bariensis. — Franciscus Caracciolus.

8. Ligorius Carac. *Rossus.* — Berardinus Carracciolus. *Rossus, Archiepisc. Neapolit.* 1252. † 12 2. — Landolphus Caracciolus, dictus *Fasolo.*

9. Landolphus Caracciolus Comes de Monte Marano. *Cubitosa de Aquino.* — Johannes Caracciolus.

10. Philippus Caracciolus, † Florentiæ 20. Aug. 1326.

11. Johannes Caracciolus dictus *Viola* Præfectus maris. *Antizia Tomacelli.* — Verdella uxor *Johannis Tomacelli*, & mater Papæ Bonifacii IX.

12. Henricus dictus Viola COMES de GIERACE, M. Camerarius regni cr. 1348. *Sinfredina de Tufo.* — Gualterius dictus *Viola*, Prorex Aprutii, † 1377. *Regalis Barrile.* — PHILIPPUS dictus *Ugot. Vid. Tab. IV.* — Ludovicus *Marescallus* Ecclesiæ.

13. Antonius C. de Gerace. Cubicularius reginæ Johannæ primæ. — JOANNES cogn. *Viola* Dn. de Maida. *Vid. Tab. seq. II.* — MARINUS Caracciolorum Blancorum autor. *Vid. Tab. III* — Johannella ux. *Petrilli Coscia Dn. de Procida.* — Magdalena nup. *Boffillo Manzella.*

14. Johannes C. de Hierace, ἄπ. — Jo Baptista Comes de Hierace. 1. *Johanna Ruffa.* 2. *Isabella Ruffa.* — Leonora, nup. 1. *Guilelmo Sanframundo C. Cerreti.* 2. *Henrico Sanseverino C. Terranova.* — Georgius Dn. de Plaisano. *Polyxena Foscola.*

15. Thomas MARCHIO de Gierace & Comes Terrænovæ, bonis exutus an. 1457. *Margarita de Viterbo C. de Belcastro.* — Alphonsus Caracciolus *Hadriana Ruffa.* — Isabella, ux. *Johannis de Vetere.* (*Vecchia.*) — Maria, ux. *Francisci de Vecchia.* — Maria, ux. *Francisci Caraccioli Dom. Pisciotta.* — Catharina, nup. *Ludovico Caracciolo C. Nicastri.*

16. Bernardinus. — Gisotta. — Elisabetha. — Simonetta.

L A I.

COMITES DE GERACE.

Uxor, *Cleogia, N. Comitis Græcorum filia.* 1.

Landolphus Caracciolus. 2.

Philippus Caracciolus. 3.

Landolphus Caracciolus. 4.

Petrus Caracciolus, *Conteſtabilis* civitatis an. 1170. 5.

Maria, uxor *Sergii Capece, Conteſtabilis urbis.* — Marinus Caracciolus *Conteſtabilis* civitatis an. 1207. 6.

Albertus Caracciolus, M. *Magiſter Templariorum.* — Ligorius Caracciolus. 7.

Bartholomæus Caracciolus. — Alogaſa ux. *Sergii Capicio.* — LANDOLPHUS CARACCIOLUS *Vid. Tab. VII* 8.

Philippus Caracciolus Dn. Ripæ longæ, à quo CARAFEORUM familiam deſcendiſſe ferunt. 9.

Gualdegrina nupta *Johanni Origlia.* 10.

Margarita nup. *Nicolao Capicio.* — Iſabella ux. *Petri Latri.* — Nicolaus Caracciolus. 11.

Nicolaus dict. *Meſchino, ex Generali Ord. Dominic. Archiepiſcopus Meſſan.* dein *Presb. Card.* 1378. † 29. Aug. 1389. — Robertus Caracciolus. — Philippus Maria Caracciolus, *Vicarius temporalis in monte Caſino.* 12.

Antizia ux. *Fuſci de Azzis.* — Antonella nup. *Jacobo Minutulo.* — Cantelma ux. *Ludovici Minutuli Dn. Montus S. Angeli.* — Conradus Caracciolus *Presb. Cardinalis* cr. 1405. † 15. Febr. 1411. — Rinaldus Caracciolus, cogn. *Ugot.* — Nicolaus Caracciolus, cogn. *Ugot. Magdalena Ruffa.* — Lucia, ux. *Ludovici Gargano.* 13.

Lucretia ux. *Guilielmi Ruffo C. de Sinopoli.* — Ludovicus Caracciolus. — Ludovicus Caracciolus, *Luiſello. Margarita Filomarina.* — Helena Dom. de S. Lupo ux. *Marini Caraccioli de Beccarino.* 14.

Polydorus Caracciolus. *Æmilia de Arena.* — Troilus Caracciolus. — Henricus. — Rinaldus. — Conradus, *Abbas.* — Galeatius. *Diſtata de Raò.* — Orlandus. *Abbas.* 15.

Ludovicus Caracc. *Antonella Ruffa.* — Salvator. — Thomas. — Troilus. — Franciſca, ux. *Viti Serſale.* — Marcella, ux. *Hectoris Piſcicelli.* — Angelus. — Simeon. — Orlandus. 16.

Jo. Franciſcus. *Agata Scaglione.* — Lucretia ux. *Jo. Baptiſtæ Dambenauro.* — Portia nup. *Ludovico Dentice.* 17.

Petrus Jacobus Caracciolus. Ux. *Iſabella de Catanea.* 18.

Julius Cæſar Caraeciolus, Ux. . . . . . *Ruffa.* 19.

TABU

COMITES DE NICASTRO ET STATO, PRINCI

13. JOHANNES CARACCIOLUS, Henrici cogn. *Marella Jarra.*

14. Gurrellus Dn. de Maida, † improlis. | Riccardus Dn. de Maida. *Cantelma de Riccardis.*

15. Johannes Dn. de Maida. *Beatrix Boccapianola.* | Angelus. *Beatrix Ursina.* | Antonius *Abbas S. Stephani del Bosco.* | Franciscus ἄπ. *Paula Coscia.*

16. Ludovicus, Comes II de Nicastro, ex hæreditate propatrui. *1. Catharina Caracciola Georgii Dom. de Plaisano f. 2. Alvina Centella, Esavi Ruffo Dn. Nicotera vidua.* | Antonius Comes de Massarata & Stato in Lombardia, *Bartolomea Angosciola, Comitis Onuphrii f.* | Comes, ἄπαι. *1 Diana Ruffa. 2. Victoria Centella.* | Isabella. | Cantelma. | Lucretia, ux. *Jacobi Pignatelli.*

17. Alphonsus, Comes III de Nicastro, † bonis multatus à R. Ferdinando II. | Johannes Ludovicus Com. de Stato. *Margarita Scotta.* | Camilla, ux. *Balthasaris Com. Angosciolæ.* | Lucretia, nup *Nicolao C. Anguisciolæ.* | Laura, ux. *Octavii March Pallavicini.*

18. Octavianus C. Stato. *Constantia Lauda.* | Antonius Caracciolus. *Sara Lauda.* a. | Hercules Caracciolus. *Eleonora Canossa.* b. | Jo. Franciscus. *1. Barbara Scotta. 2. Gabriela Sforza.* c. | Beatrix ux. *Cæsaris Januarii (de Genaro.)* | Isabella, ux. *Joh. Francisci de Alois.*

19. Julius Caracciolus Com. de Stato. *Eleonora Cicata.* | Hercules Caracciolus. | Ubertinus Caracciolus. *Barbara Scotti.* | Petrus Caracciolus. | Jo. Ludovicus Caracciolus. | Cæsar Caracciolus. | Ludovicus, *monachus.* | Christophorus Caracciolus.

20. Johannes Ludovicus C. de Stato, *Laura Castelli.* | Octavianus Caracciolus. | Jacobus Caracciolus. | Franciscus Caracciolus. | Ascanius Caracciolus. | Jacobus Caracciolus.

21. Octavius Caracciolus Princeps III de Forino. *Mantia Carafa, Eligii D. de Zelzi f. Johannes de Cardines vidua.*

22. Franciscus Caracciolus Princeps IV de Forino. *1. Diana Caracciola, Jacobi M. de Brienza f. 2. Laudomia de Somma,* | Portia, nup. *Felici Albertino, Pr. de San Severina.*

23. 2. Octavius Princeps V de Forino. *Beatrix de Somma.* | Nicolaus Maria Caracciolus. | Eligius Caracciolus, ex Theatino, *Archiepisc. Cusentinus* 1694. † sub finem an. 1700. | Maria, nup. *Dominico Jesualdo, M. S. Stephani.*

24. Maria. | Johanna.

PES DE FORINO, DUCES DE BELCASTRO.

Viola, Com. de Gerace F. DN. de MAIDA. 13.

Ottinus COMES de NICASTRO M. Cancellarius & Gubernator regni ... *Catharina Ruffa, Guilielmi C. de Sinopolif.* — Ludovicus. *Lucretia Caracciola.* 14.

Franciscellus. ☾ — Palamedes. — Troilus. — Conradus *Episc. de Patti.* — Matella nup. 1. *Berlingerio Caldera C. d'arce. 2. Nicolao C. Arena.* 15.

Ramundus *Suriana Gajetana.* — Ottinus. *Julia de Condottis.* ⊙ — Violanta nup. *Jacobo de Tufo.* — Carolus. — Jo. Dominicus. — Ottinus *Beatrix de Tufo.* — Violanta ux. *Pauli de Tufo.* 16.

Johannes Thomas. *1. Catharina Umboriana. 2. Laura Egydia.* — Jo. Dominicus. — Aloisia nup. *Petro Miraballo.* — Cæsar, *Johanna de Forma.* 17.

Fabius Caracciolus. *Atriana Egydia.* d — Marcellus Caracciolus. *Capitaneus.* — Raimundus. — Scipio Caracciolus, † f. p. *Barbara Ravaschiera.* — Hannibal *Episc. Insulæ.* — Carolus Caracciolus. 18.

Marinus Caracciolus. — Claudius Caracciolus. — b Robertus Caracciolus. — c Octavius Caraccioli. *Barbara Scotti.* — d OctaviusCaracciolus PRINCEPS de FORINO, *1. Portia Galeota, 2. Diana Carafa.* 19.

Fabius Princeps II de Forino. *Aurelia Caracciola Jo. Baptistæ M. de S. Eramof.* — Felice ux. *Alphonsi Piscicelli Dom. de Lucito.* — Franciscus Caracciolus. 20.

Josephus Caracciolus. — Hannibal Caracciolus. — Johannes Thomas Caracciolus. *1. Victoria Serfale. 2. Maria Caracciola.* 21.

Fabius Caraccioli DUX de BELCASTRO. *Portia Caracciola Caroli D. de Monteneros.* — Octavius Caracciolus. — Dominicus Caracciolus. — Cajetanus. Caracciolus, *Archiepisc. Compsanus.* — Jo. Baptista Caracciolus. ...... de *Sangro.* — Josephus. 22.

Carolus Caracciolus. — Thomas *Abbas.* — Nicolaus. — Victoria nup. *Carolo de Sangro D. de Vietri.* — Aurelia nup. *Thomæ Caracciolo Pr. Turris novæ.* 23.

MARCHIONES DE MOSURACA

13. MARINUS CARACCIOLUS, Henrici cogn. Senescallus sub Johanna I

14. Petrillus Caracciolus, cogn. *Farina.*

15. Marinus Caracciolus, cogn. *Beccarinus.*
1. Helena Caracciola Dom. de S Lupo, Nicolai f.
2. Johanna de Constanzo Dom. de S. Angelo de Scala.

16.	Johannes Caracciolus Dn. de S. Lupo † improl. *Magdalena Sanfremonda.*	Hector Caracciolus. *Isabella Lopes.*	Maria nup. *Diomedi Carafæ, I. Com. de Magdaloni.*	Francisca, ux. *Roberti de Alagna.*

17.	Johannes Andreas MARCHIO de MISURACA. *Johanna Cajetana.*	Maria nup. *Gerardo Gambacurtæ.*	Johannella, ux. *Jacobi de Tocco.*	Isabella, nup. *Diomedi Carafæ.*

18.	Paulus M. de Misuraca, ἄπ. *Victoria Aquaviva.*	Isabella, fratris hæres, nup. *Ferdinando Spinello D. de Castrovillaro.*	Portia nup. *1. Ferdinando Piscicello, 2. Ferdinando Caracciolo.*	Julia, ux. *Vincentii Carafæ.*	Beatrix nup. *Nicolao Prilano.*	Antonia, ux. *Diegi de Castro.*	Aurelia, ux. *Francisci de Guevara.*	Johañes Franciscus Dn. de Banderano. *Faustina Lanara.*

19.	Ascanius Dn. de Banderano. *Prospera Ricca.*	Jo. Antonius.	Horatius.	Fabius.	Mutius.	Decius.	Antonia, nup. *Sejo de Renaldo.*

20.	Johannes Franciscus Dn. de Banderano. *Adriana Caracciola, Julii Cæsaris M. de Castelguidone f.*	Faustina, nup. *1. Julio Carafæ. 2. Fabritio Lanaro.*	Paulus.	Hector.

21.	Ascanius Caracciolus, Dn. de Banderano. *N. Vich.*	Josephus Caracciolus. *1. Eleonora Caracciola. 2. N. Columna.*

22.	Hector.	Benedictus.	Johanna.	Portia.

LA III.

DOMINI DE BANDERANO.

Violæ Com. de Geraci F. Magnus regni *Clara de Morra.* 13.

Ux. *Blanca Caracciola.* 14.

Francifcus Caracciolus. *Rita Bocapiano.* △	Johannes Caracciolus.	15.

Catharina nup. *Francifco Pifcinello.*	Johannella ux. *Balthafaris Lopes.*	Marinus Caracciolus. *Antonella de Alagna.*	Violanta nup. 1. *Nicolao de Arena, Com. Arena, 2. Henrico Brancaccio.*	16.

Joh. Antonius DN. de BANDERANO. *1. Maria de Leoneffa. 2. Lucretia Campitelli.*	Joh. Francifcus Caracciolus. *Francifca Malaticeca.*	Johannes *Thomas Caracciolus.* ⊙	Joh. Jacobus Caracciolus. *1. Pafia de Morra. 2. Camilla Capazozza.* ☾	Jo. Baptifta.	17.

Hector Caracciolus.	Fabius dict. *Jo. Baptifta. Aloifia Coma.* ☽	Hieronymus Caracciolus. *Francifca Ricca.*	Julius Cæfar	Jo. Thomas. *Hippolyta Campitella.*	Jo. Dominicus.	Jo. Ludovicus	Jo. Cæfar.	Jo. Andreas.		18.

Johannes Baptifta. *Lucretia Lucifera.*	Julius Cæfar.	Carolus.	Fabritius. *Dianora. Pifciotta.*	Jo. Antonius.	Trojanus.	Jo. Vincentius. *Camilla. Capicia.*	Hector.	19.

Joh. Francifcus.	Jo. Andreas.	Hieronymus.	Hyacinthus.	20.

TABU

MARCHIONES DE VICO ET TORRECUSO, COMITES

12. PHILIPPUS CARACCIOLUS, cogn. *Ugott*, *Marella Brancaccia.*

13. Nicolaus cogn. *Ugot.* † 1390. *Isabella Siginulfa.* — Beatrix, nup. *Guilielmo Baucio.* — Elisabetha ux. *Galeotti Carafa.*

14. Gualtierius cogn. *Viola*, † 1447. *Martuscella Piscicella.* — Jacobus cogn. *Viola*, sator ex quorundam sententia stirpis *Ludovisiana* in Bononia. — Johannes Caracciolus. — CIARLETTA cogn. *Viola.* *Vid. Tab. seq. V.*

15. Nicolaus Antonius Caracciolus cogn. *Lo Sfresato*, † sub. an. 1483. *1. Aloisia Aldemorisca.* *2. Maria Caracciola.* — Maria, nup. *Trojano Spinello.* — Verdella, ux. *Ludovici Minutulo.* — Francisca, nup. *Antonio Latro.*

16. (1) Joh. Franciscus *Carmosina de Rao.* — Johannella, ux. *Francisci Arcella.* — Maria, nup. *Francisco Caracciolo.* — Victoria, ux. *Fabii Leonessa.* — Johannes Dn. de Falcone † ἄπ. *Nicolea de Somma.*

17. Camillus. *Victoria Rumba.* — Hadriana ux. *Johannis Sanfelice.* — Petrus Antonius. — Fusca, nup. *Francisco Antonio Palagano.* — Hippolyta ux. *Ludovici d'Alois.* — Aloisia, ux. *Jo. Vincentii Sirleti.* — Nicolaus Antonius, MARCHIO de VICO. *Julia Leonessa Ludovici Dom. de Telese f.*

18. Petrus Antonius. — Lucretia, ux. *Fabii Galluccio.* — Johannes Franciscus. — Galeatius Caracciolus, nat. m. Jan. 1517. † Genevæ 7. Maji. 1586. 1. *Victoria Carafa ex Duc. Nuceriæ.* 2. *Anna Framery ducta Genevæ 1560.* — Beatrix, nup. 1. *Ferdinando de Soma*, 2. *Carolo Caracciolo.* — Diana, nup. 1. *Nicolao Maria Caracc. M. de Castellaneta*, 2. *Thomæ Filomarino Dom. de Rocca.*

19. Nicolaus Antonius, M. II de Vico, † 1577. *Maria Jesualda, Ludovici Pr. Venus. f.* — Carolus *Abbas.* — Lucius. — Julia, nup. *Marco Antonio Caracciolo de Rossis M. Brientiæ.* — Dianora, ux. *Julii Cæsaris Loffredi.* — Lelius, MARCHIO de TORRECUSO & Bonatis. *Silvia Caracciola, Trojani ex Dom. Casa d'Albero f.* — Lucretia, nup. 1. *Jo. Francisco Suardo.* 2. *Algiosio de Tocco, Dom. de Montemileto.*

20. Philippus M. de Vico III *Antonia de Cardines, Ferdinandi, IV M. Laini f. Jo. Franc. Carafæ C. Montiscalvi vid.* — Ludovicus, *Archiepisc. copus, Compsa.* — Isabella, ux. *Fabritii Spinelli D. Aquaria.* — Carolus Andreas M. de Torrecuso & Bonatis *Grandis Hisp.* nat. 1583. † 5. Aug. 1646. *Victoria Ravaschiera*, — Lucius DUX S. VITO. *Alexandrina Gonsalez.* — Trojanus. *Equit. Mag.* — Isabella.

21. Nicolaus Antonius, M. IV de Vico, † *sine prole.* — Maria, fratris hæres, nup. *Trojano Spinello I Duci Aquaræ.* — Isabella, ux. *Josephi Caraccioli.* — Carolus Maria DUX S. GEORGII, † ante patrem in obsid. Barcelonæ 1641. æt. 28. — Hieronymus M. de Torrecuso. *Catharina Aquaviva, Jo. Hieronymi C. de Conversano f.* — Silvia ux. *Caroli Cavaniglia Duc. S. Johannis.* — Philippus, *Eq. Melit.*

22. Carolus Andreas M. de Torrecuso, PRINCEPS de CAMPANNA, Dux S. Georgii. † 1695. *Portia Caracciola, Joh Baptista M. de S. Eramo & Cervinar. f.* — Victoria nup. *Johanni de Guevara D. de Bovino.*

23. Nicolaus Antonius, Marchio IV de Torrrecuso, *Grandis Hisp.* — Josephus Lelius. — Franciscus Xaverius. — Nicolaus Antonius. — Anna Francisca ux. *Cæsaris Bologna Duc. Castelli Palma.*

LA IV.

DE BICCARI, DUCES DE AIROLA & S. VITO.

nis cogn. Viola F. Dn. de Campella. 12.

Catharina, nup. *Ludovico Galluccio Dom. de Tora.* — Johannes Caracciolus. — Terina ux. *Principalli Minutulo.* — Ludovicus, cogn. *Ugot.* 13.

Gualtierius. — Henricus. — Robertus. — Jacobus. 14.

Carolus Caracciolus. 15.

(2) Galeatius Dn. de Vico. *Camilla Leonessa.* — Petrus Antonius. — Martuscella, nup. *Johanni Filomarino.* — Julia, ux. *Algiaci de Tocco.* — Catharina, ux. *Troilli d' Abenavolo.* 16.

Ferdinandus. *Beatrix de Somma.* — Baptista ux. *Prosperi Suardi Dom. de Castelmezzano.* — Carolus. *Beatrix Caracciola.* — Marcellus COMES de BICCARI †1556. *1. Laura Caracciola. 2. Emilia Carafa Rinaldi Dom. Clusani f.* — Lelius, *Abbas.* — Fabius, *Abbas.* — Fabritius *Abbas.* — Lucretia. 17.

Lucretia, ux. *Antonii Grisonii.* — (1) Victoria, n. *Julio Cæsari Caracciolo, ex Duc. Martinæ.* — Lucretia, ux. *Scipionis Tomacelli.* — (1) Ferdinandus Com. de Biccari DUX de AIROLA. *1 Camilla Loffreda Ferdinandi M. de Trivico f. 2 Camilla Carafa Alfonsi III D. Nucer f.* — Octavianus. — Catharina, nup. *1 Fabritio Cantelmo 2. Johanni de Tuffo, M. de Lavello.* 18.

Æmylius Com. III de Biccari [illegible]. *Victoria de Silva Cæsaris fil, quæ ante consummatum matrimonium velum sumsit.* — Marcellus C IV de Biccari. — Franciscus Dux de Airola, II. Com. de Biccari V *Isabella Guevara, Innici Duc. II de Bovino f.* — Victoria ux. *2 Caroli de Cardenas V M. de Laino.* — Fulvia, nup. *Berardino de Cardenas* dein *monialis.* 19.

Ferdinandus I. Ferrante Dux III Airolæ, C. VI de Biccari. *Hippolyta Carafa, Antonii III Duc. Andriæ f.* — Innicus Caracciolus, nat. 1607. *Presb. Cardinalis & Archiep. Neapol.* cr. 1666. † 30. Jan. 1685. — Beatrix, ux. 2. *Francisci Caraccioli D. Martinæ f.* — Johannes, *Eq. S. Johan. f. Melit.* 20.

Lelius, Dux II de S. Vito. *Faustina Piscicelli.* — Nicolaus Antonius. — Maria, ux. *Dominici Castromediano D. Morciani.* — Victoria, nup. 1. *Antonio Castigliar M. de Grumo, 2. Antonio Caracciolo.* — Joh. Baptista. — Franciscus. *Theatini.* — Alexander. *Sacerdos.* — Franciscus Dux IV Airolæ C. VII Biccari. † 1679. *Antonia Caracciola, Marini III P. Avellini f.* 21.

Lucius Dux III de S. Vito. *Victoria Castigliara, f. Ducis de Grumo.* — Nicolaus. *Eques Melit.* — Ferdinandus Dux V Airolæ, C. VIII de Bicc. † m. Jan. 1689. *Maria Spinelli, Caroli, III Pr. Tarsiæ F.* — Isabella, n. p. *Marino Caracciolo Pr. Torellæ,* † 1679. 22.

Lucretia. — Isabella. — Alexandra. — Theresia. — Clara. — Eleonora. — Carolus Dux VI Airolæ, C. IX Biccar. *Eugenia Catanea fil. Prin. de S. Nicandro.* — Innicus *Abbas.* — Antonia, ux. Jo. *Baptist. de Capua, Pr. V Ricciæ.* 23.

BARONES DE SALVIA,

14. CIARLETTA CARACCIOLUS dictus *Viola*, *Margarita Carbone*.

15. Domitius Dn. de Ruo. *Martuscella Caracciola.* | Rinierius. | Berlingerius. *Lucretia Piscicelli.*

16. JOHANNES BAPTISTA cogn. *Ingrillo.* *Vid. Tab. seq. VI.* | Marinus, *ex Protonot. Apost. Episc. Catan.* 1524. dein *Cardinalis Diac.* 1535. Produx Mediol. 1536. COMES GALERATI, † 28. Jan. 1538. | Antonius Baro Salviæ per uxorem *Johannam Jesualdam, Matthiæ Dom. Salviæ fil.* | Scipio, *Episc. Catanæ.*

17. Julius Cæsar Baro Salviæ. *Hippolyta Filomarina.* | Johannes Franciscus *Abbas S. Angeli.* | Balthasar. | Octavianus.

18. Marcus Antonius, MARCHIO de BRIENZA. *1. Julia Caracciola. 2. Diana Caracciola, Domitii Duc. Atripald. f.* | Fabius, *Abbas. S. Angeli* | Faustina, ux. *Cæsaris Loffredi.* | Laudomia, nup. *Camillo de Tuffo.* | Ciarletta II *Philosophus.* *Hippolyta Cicinella.* | Scipio *Laura de Afflictis.*

19. Joh. Baptista, M. de Brienza & Princeps de Atene. *Diana Caracciola, Jacobi Dom. Siciniani f.* | Hippolyta nup. 1. *Alphonso Carafæ C. de Montorio.* 2. *Ferdinando Cavaniglia. M. S. Marci.* | Julius, *Eques Melit.* | Isabella, nup. *Ludovico de Capua.* | Fabius *Episc. Tropejens.*

20. Marcus Antonius M. de Brienza. | Jacobus M. de Brienza, *Maria Jesualdo, Cæsaris Dom. S. Stephani f.* | Josephus V. M. de Brienza, Pr. d'Atene. | Faustina, nup. 1. *Carolo Gambacorta Pr. de Macchia*, 2. . . . *Cavaniglia.*

21. Diana condicta primò *Cæsari Jesualdo*, hocque præmaturè defuncto, *Francisco Caracciolo Pr. de Forino*, sed ante nuptias mortua. | Joh. Baptista. | (1) Anna Gambacurta, hæres Marchionatus Brientiæ, nup. *Dominico Caracciolo Duci Montisnigri.*

MARCHIONES DE BRIENZA.

Nicolai cog. Viola de Ugot F. 14.

Lucretia nup. *Alphonso Coscia.* | Ludovicus Antonius. *Magdalena Tomacella.* 15.

Potita, ux. *Cecci Loffredi.* | Isabella, ux. *Francisci Origlia.* | Detius. | Hannibal. | Godefridus. *N. Ursinia.* | Ciarletta. *Hippolyta de Bastasiis.* | Hieronymus. *Antonia Tomacelli.* | Gabriel. *Dianora Mortanella.* | Antonius. | Paulus. 16.

Marius. *Portia Pignatella.* | Maria, nup. *Trojano Acciapaccia.* | Joh. Berardinus. *Aurelia de Jordano.* | Antonius. | Paulus. | Hieronymus. | Lucretia. 17.

Jo. Ludovicus, *Eq. Hierof.* | Hippolyta, nup. *1. Johanni Pignatello. 2. Francisco Loffredo.* | Isabella, ux. *Scipionis Pignatelli.* | Ludovicus. *Victoria Castalda.* | Fabius. | Octavius. | Gabriel. | Lucretia. | Dianora. | Isabella. 18.

Antonia, ux. *Nicolai de Somma.* | Marinus. *Hippolyta Papacoda.* | Franciscus. | Johannes Berardinus. | Johannes Baptista. *Johanna Rama.* 19.

Josephus, *nothus Praedicator Dominicanus celebris.* | Franciscus. *Hadriana Palavicina.* | Ludovicus. *Victoria Sforza.* 20.


Josephus. | Octavia nup *Januario de Filippo, M. de Milano.* | Nicolaus. | Ludovicus. 21.

PRINCIPES DE AVELLINO ET TORELLA, DUCES DE ATRIPALDA

16. JOHANNES BAPTISTA CARACCIOLUS, cogn. *In*
Beatrix Gambacorta.

17.
- Domitius DUX de ATRIPALDA, Comes de Torella, † 1577. *Lucretia Arcella.*
- Ludovicus *Episc. Catanea.*
- Nicolaus Maria *Episcopus Catanea.*

18.
- Marinus Dux. de Atripalda, Com. de Torell. PRINCEPS de AVELLINO. *Chrysostoma Carafa, Fabritii C. de Ruvo f.*
- Diana, nup. *Marco Antonio Caracciolo M. Brientia.*
- Catharina, ux. *Scipionis de Soma M. de Circelle.*
- Scipio †*juv.*
- Victoria, ux. *Francisci Leonessa B. S. Martini.*



19.
- Camillus, II Pr. Avellin, Eq. Aur. Vell. M. Cancellarius regni. 1. *Roberta Carafa Martii D. de Madaloni f.* 2. *Dorothea Aquaviva Alberti Duc. XI. de Atri f.*
- Fabritius. Com. de Torella.
- Diana, nup. 1. *Jo. Jo. Bapt. Loffredo, M. Trivic.* 2. *Mario Pignatelli.*
- Portia, ux. *Jo. Bapt. de Toc co, D. Montismilet.*
- Johanna, nup. 1. *Jo. Vincent. Caracciolo M. Casa d'Albero,* 2. *Bernardino de Medicis, Pr. Ottavian.* 3. ..... *Spinelli, Pr. Tarsia,* 4. *Vincent. Ludovico de Capua Pr. Riccia.*
- Cornelia, ux. *Bernabovis Caraccioli D. Siciniani.*
- Antonius DUX de BOJANO per ux. *Juliam de Lannoy.*
- Lucretia, ux. *Jo. Bapt. Tolfa, C. Serin.*
- Marinus.
- Domitius C. Torell.

20.
- Marinus III Pr. Avellin. M. Cancellar. regni. 1. *Lucretia Aldobrandina, Jo. Francisci f.* 2. *Francisca d'Avalos, Inici M. Piscar.*
- Domitius Marchio Bellæ. *Catharina Aquaviva.*
- Mutius *Episc. Ciren Archiepisc. Tarent.* † 1637.
- Josephus PRINCEPS Torell. M. Bellæ. *Constantia de Capua, Jo. Thomæ I. Pr. de Rocca Romana f.*
- Marinus Dux. de Bojano. *Diana Caracc. Marini II Pr. de S. Bono f.*
- Chrysostoma nup. *Jacobo Coppola Pr. de Gallicchio.*

21.
- (2) Franciscus Marinus, IV Pr. Avellin. *Hieronyma Pignatella, Hectoris M. de Vaglio & C. Borrelli f.*
- Antonia, nup. 1. *Francisco IV Caracciolo, D. Airola,* 2. *Diomedi Carafa D. de Madaloni*
- Marinus Pr. Torellæ, † 1696. *Isabella Caracciola. Francisci IV D. Airola, f.*
- Nicolaus.
- Dominicus, *Eq. Melit.*

22.
- Marinus Franciscus Pr. Avellin. V Dux de Atripald. M. Cancell. regni. *Antonia Spinola Pauli M. de los Balbasos f.*
- Francisca, ux. *Josephi Caraccioli D. Lavelli.*
- Johanna, nup. *Nicolao. d'Avalos Pr. de. Montesarchio.*
- Josephus Dux de Lavello, Pr. Torellæ. *Francisca Caracciola, Francisci Marini IV Pr. Avellin. f.* 1682.
- Inicus.
- Ferdinandus.
- Scipio, Eq. Melit.

23.
- Franciscus Marinus Dux Atripaldæ nat. m. Majo 1688.
- Johanna.
- Antonia.
- Marinus Dux de Lavello.
- Domitius.
- Dominicus.
- Marianna.
- Isabella.

BOJANO ET MONTENIGRO, MARCH. DE S. ERAMO ET BRIENZA.

grillo, II COMES GALARATÆ. 16.

Aſcanius, cogn. *Ingrillo Aurelia Caracciola, Jo. Antonii M. de Bucchianico. f.*	Antonia, ux. *Johannis de Somma.*	Carolus cogn. Longus, Prorex Apuliæ. *Beatrix Caracciola, Nicolai M. Vici f.*	17.

Ioh. Baptiſta MARCH. de S. ERAMO. *Portia Carafa, Jo. Thomæ M. de S. Eramo f.*	Julius Cæſar *Archiep. Tranens.* 1593.	Detius, *Archiep. Barens,* 1606. † 27. Maji 1613.	Veſpaſianus.	Dianora, ux. *Felicis Marræ B. de Cellamari.*	Beatrix, nup. *Hieronymo Marræ.*	Achilles, *Julia Filomarina.*	Horatius.	18.

Aurelia, nup. 1. . . . *Seripando, 2. Fabio Caracciolo, Pr. Forini.*	Marinus M. de S. Eramo. *Adriana Pignatella, Fabritii, 1. Pr. Nojæ f.*	Iſabella, nup. *1. Fabritio de Sangro D. Caſæ Calendæ, 2. Berardino Ramires M. S. Juliani.*	Carolus DUX de MONTENIGRO. *Cornelia Caracciola Franciſci Duc. Celentiæ f. Marini Caraccioli D. Siciniani vid.*	Aſcanius.	Scipio.	Joh. Thomas.	Beatrix, ux. *Jo. Baptiſtæ Caraccioli M. Vulturariæ.*	19.

Portia March. de S. Eramo, nupta. *Franciſco Caracciolo, M. Vulturar.*	Dominicus D. Montisnigri. *Anna Gambacurta, M. Brientiæ, Caroli Pr. de Macchiæ f.*	Marinus.	Franciſcus.	Jo. Baptiſta, *Theatinus.*	Portia nup. *Fabio Caracciolo D. de Belcaſtro.*	20.

Franciſca, ux. *Joſiæ Aquavivæ Duc. Hadriæ.*	Johanna, nup. *Marino Caracciolo Pr. de S. Bono.*	Antonius Maria Dux de Bojano † *in pueritia.*	Joſephus VII March. Brientiæ & III Dux Montisnigri, Pr. Atenæ. *Thereſia de Pinto & Mendoza.*	N. nupta *Horatio Tutavilla Duci de Calabrito.*	21.

Ciarletta.	Dominicus.	Johanna ux. *Jo. Baptiſtæ Spinelli D. Seminariæ.*	Conſtantia.	Euſtachius.	Hieronymus.	Dominicus.	Nicolaus.	Emanuela.	Chriſtina.	Diana.	22.

TABU

CARACCIOLORUM DE LEONE stirpem ET PA

8. LANDOLPHUS CARACCIOLUS, Ligorii F. *Justitiarius*

9. Ligorius vel Gregorius, cogn. *Suizza* Dn. de PIS-CIOTTA, per uxorem *Johannam de Alifio.* | Berardus, *Protonotarius Papalis*, primus *Prior Barensis.*

10. Gualtierius, cogn. de *Pisquitio*, Dn. Pisciottæ. *1. Blanca Latra. 2. Mila d'Aquino.* | Matthæus, *Protonot. Apostol.* | Henricus, *miles.* | Thomasa, ux. *Stephanetti, filii Oderisii Dom. d'Agnone.*

11. Berardus Dn. Pisciottæ. ux. 1. *Adelisia Spinella. 2. Margarita de Alemania.* | Thomasa, ux. *Nicolai de Molina, Dom. de Giostra Castagnara.*

12. Franciscus cogn. *Githino*, Dn. Pisciottæ. *Delphina Barratia.* | Jacobus Dn. *de Valle.* | Stephanus. | Gualtierius. *Philippa de Tufo.*

13. Johannes Dn. Pisciottæ. Ux. *Mira Caracciola dicta Carafa.*

14. Leonettus Dn. de Pisciotta, Molpa, Castelluccio &c. Cubicularius R. Caroli III. Ux. 1. *Margaritta Caracciola, cogn. Carafa. 2. Catharina Filingiera.*

15. Franciscus Dn. Pisciottæ. *Maria Caracciola, Georgii Dom. de Plaisano f.* | Elisabetha nup. *1. Francisco Sanseverino D. Scaleæ, 2. Galeoto Carafa.* | Mila, nup. *Vicislao Sanseverino C. Lauriæ.* | Delphina nup. *Johanni Zurlo, C. Guardiæ.*

16. Johannes Dn. Pisciottæ. Ux. *Julia Brancaccia.*

17. Alphonsus Dn. Pisciottæ. *Maria Villavera.* | N. uxor. *Joh. Pauli de Abenavolo* | Johannella, ux. *Princivalli Januarii Dom. Nicoteræ.*

18. Balthasar Dn. Pisciottæ. *Eleonora de Aragonia Caroli M. de Geraci fil.* | Johannes Nicolaus. | Diana, ux. *Ferdinandi Plisbal C. de Briatico.* | Giuda nup. *Johanni Tomacello.* | Polyxena, ux. *Joh. Baptista Jesualdi.*

19. Antonius Dn. Pisciottæ. *&c.* *Vincentia Spinella.* | Carolus Dn. Pisciottæ. *Violanta de Faraona.* | Margarita Dom. Pisciottæ, nup. *Bernabovi Caracciolo Duci Sicinani.* | Bona, ux. *Berardini Pandone.* | Julia, nup. *Marcello Januario.* | Beatrix, *monialis.*

20. Bartholomæus Caracciolus de Aragonia, XIII Dominus Pisciottæ, obiit cælebs.

LA VII.

inchoans in DOMINIS DE PISCIOTTA. RETTE.

Scholasticorum 1269. Ux. *Fulla Capece.* 8.

BARTHOLOMEUS. *Vid. Tab. seq. VIII.* — FRANCISCUS. *Vid. Tab. XIV.* — MATTHÆUS. *Vid. Tab. XVII.* — Philippus. 9.

Franciscus *Canonicus Rothomagensis & M. Cancellarius Parisiensis.* — Thomasetta ux. *Frazonis de Aversana.* — Regalis nup. *Paulo de Tuso.* — Beritola s. Blanca flora, ux. *Henrici Capece, Proregis Sicil.* — Landolphus. 10.

Trudela, nup. *Johanni Vulcano.* — Johannes Dn. *de Parete*, f. pr. *Johanna Sinigalla.* — Berardus. *Francisca Fragigena.* 11.

Nicolina nup. *Johanni de Arbusto.* — Johannes cogn. Cafaro Dn. *de Parete. Cechella Volcana.* — Gualtierius Dn. Arnessani. *Milena Leonessa.* 12.

Jacobus cogn. *Cuballo.* Ux. *Vandella Caracciola Domina de Valle.* — Nicolaus. — Matthæus. 13.

Berardus Dn. de Parete. ☜ — Anellus *Isabella Spina.* — Rosella Dom. Arnessani. 14.

Catharina, ux. *Marini Zurlo.* — Aloisia, nup. *Berardo Zurlo.* — ☞ Turzillus Dn. de Parete. *Catharina Caracciola.* 15.

Jacobus Dn. de Parete. *Fredina Caracciola.* — Berardus Dn. de Valle. *Catharina Caracciola.* 16.

Johannes Antonius Dn. de Parete. *Cizzola Minutula.* — Ludovicus Dn. de Valle, improlis. 1. *Magdalena Toralda*, 2. *Margarita de Sangro.* 17.

Petrus Antonius. *Abbas ad. S. Eliæ & Filareti* — Berardus Dn. de Parete. *Henrichetta Ascara Dom. de Oppido.* ☾ — Johannes. *Tuzzula Minutula.* — Maria, ux. *Cæsaris de Marra.* — Jacobus. *Antonia Spinelli.* 18.

Zenobia, ux. *Francisci de Somma.* — Constantia, nup. *Alphonso d'Avalos Dom. de Ceppaluni.* — Isabella, ux. *Scipionis Sanseverini Dom. de S. Donato.* — ☽ Johannes Antonius COMES DE OPPIDO, † improlis. 1. *Lucretia Spinella.* 2. *Maria Caracciola.* 19.

TABU

DOMINI DE ORTA, COMITES DE

9. BARTHOLOMEUS CARACCIOLUS, cogn. *Pisquitius* Landolphi F.

10. Sinibalda, nup. 1. *Onuphrio de Rimbursa.* 2. *Guilielmo de Agnovo.* — Thomasella, ux. *Henrici de Tufo.* — Berardellus Caracciolus,

11. Johannes Ca

12. Berardus cogn. *Mazzandrone.*

13. Petraco, M. Senescallus sub reg. Johanna I. *Johanna Caracciola.* — Catharina, nup. *Philippo Loffredo.*

14. Berardus † ante patrem, *1. Aurelia Caracciola.* *2. Antonella Zurla, Dom. Burgentiæ.* — Andreas Franciscus Dn. Montis Mileti. *Johannella Caracciola.*

15. PETRACO COMES BURGENTIÆ. *Vid. Tab. X.* — MARINUS cogn. *Scapuccinus.* *Vid. Tab. XII.* — Tristanus, Visitator regius. *Antonia Caracciolo.* △

16. JOHANNES. *Vid. Tab. seq. IX.* — Godofredus DN. de ORTA, per uxorem *Catharinam de Offiuto.* — Florimontius, obiit in flore ætatis & virtutis. *Cicella Pignatella.*

17. Petrus Dn. Ortæ. *Isabella Brancaccia.* — Hannibal. — Marinus.

18. Godofredus Dn. Ortæ. *Antonia de Duce.* — Fabius, *Abbas.* — Marinus. — Marcus Antonius † *ante patrem.* — Johannes Baptista Comes de Nicastro, † *cælebs*

19. Marcellus Dn. Ortæ. *Maria Caracciola.* — Beatrix, ux. *Nicolai Milani.* — Detius. — Julia, nup. 1. *Jo. Vincentio Coscia Dn. de Vairano*; 2. *Jacobo Grisone.* — Mutius. — Fabius.

20. Detius Dn. Ortæ, *Laura de Luce.* — Jo. Vincentius. — Virginia, ux. *Jo Vincentii Spinelli M. de Cirò.* — Jo. Franciscus. — Claudius. — Marcellus.

21. Franciscus Dn. Ortæ. † *improlis.* — Maria, fratris hæres, uxor *Francisci Caraccioli March. de Giojosa.*

NICASTRO, DUCES DE FEROLETO.

Ux. Theodora *Capece dicta de Gaudio.* 9.

Ux. *Maria de Aversana.* — Lætitia nup. *Francisco de Evoli.* — Catharina, *ux. Jacobi de Alagno.* 10.

racciolus. 11.

Ux. *Catharina Gallaccia.* 12.

Franciscus cogn. *Siccus.* — Marinus dictus *Simon* Marescallus regni sub Carolo III *Maciella.* *Caracciola dicta Canella.* 13.

Mattone. *Beatrix Caracciola dicta Canella.* — Cubella, ux. *Marini Filomarini.* — Josias. *Terina Minutula.* — Florimontius. *Cicella Denticia.* 14.

Ludovicus. — Onuphrius. *1. Catharina Galluccia. 2. Polyxena Pignatella.* — Franciscus, à quo aliqua posteritas, jam extincta, *Maria Caracciola.* 15.

Johannes Baptista. *Angelica Caracciola.* — Marcus Antonius COMES DE NICASTRO. *1. Lucretia Siscara. 2. Johanna Piccolomini.* 16.

Alphonsus. *Faustina Caracciola Marci Antonii C. de Nicastro fil. & hær.* — Cæsar, improl. *1. Lucretia Palmiera, 2. Victoria Siscara.* — Faustina, hæres nup. *Alphonso patrueli.* — Eleonora, ux. *Francisci Toraldo Dn. Baldolati.* — Maria, ux. *Cæsaris de Marra.* — Polyxena, nup. *1. Petro Siscara, 2. Antonio Marra.* 17.

Ferdinandus Comes de Nicastro, & DUX de FEROLETO. *Isabella Spinella, C. de Castrovillari.* — Portia, nup. *Marco Antonio Loffredo.* — Lucretia ux. *Marini Caraccioli IV. M. de Buchianico.* 18.

Alphonsus Dux de Feroleto, Com. de Nicastro & oppido. *1. Laura Carafa, Joh. Baptistæ III C. de Policastro f. 2. Johanna de Evoli.* — Jacobus, *Prælatus & Referendarius Romæ.* — Dianora, nup. *Hostilio Ursino.* 19.

Ferdinandus, III Dux de Feroleto, Com. Nicastro & Oppido, † f. pr. *1. Camilla Costia. 2. Felicia Caracciola, Caroli VI Duc. Martinæ f.* — Isabella, hæres fratris, nup. *Marino Caracciolo, Pr. de S. Bono.* — Diandra ux. *Marci Antonii Loffredi Pr. Maidæ.* 20.

TABU

MARCHIONES DE GIOIOSA, DUCES DE ROCCA

16. JOHANNES CARACCIOLUS, Triftani f.

17. Triftanus, *Philofophus.* *1. Cicia Pifcicelli.* *2. Catharina Criſpana.* — Maria, nup. *Bernardo Sanfelice.* — Ifabella, uxor. *Jo. Baptiſta Carafa.*

18. Michael cogn. *Claudus Laudomia Caracciola.* — Julius. — Portia, nup. *Vincentio Mariconde.* — Joh. Berardinus.

19. Januarius. *Lucretia de Somma.* — Jofias. — Pyrrhus. — Cornelia, ux. *Jo. Berardini Carbonis M. Padulæ.* — Ifabella, ux. *Scipionis Pignatelli M. de Lauro.* — Antonius. *1. Paduana de Somma. 2. Lucretia Caracciola.* — Victoria, ux. *Lucii Maſtrilli.* — Jo. Francifcus Dn. de Mont'aquilo. *Vincentia de Marra.*

20. Michael, I MARCHIO DE GIOJOSA. *Julia Filomarina.* — Cornelia, ux. *Caroli de Guevara.* — Hippolyta nup. *Jo. Vincentio Milano.* — Januarius. *Magdalene Rolleda.* — Alexander, *Sacerdos.* — Nicolaus Maria. — Paduana, ux. *Claudii Milani.* — Laudomia, ux. *Jo. Antonii de Duce.* — Jofephus *&c.* — Hieronyma, ux. *Pauli de Sangro Pr. de S. Severo.* — Victoria, nup. *1 Vincentio Tuttavillæ C. Sarni. 2. Andr. Gattinaræ. C. Caſtri.* — Laudomia, ux. *1. Horat. Thomacelli. 2. Mutii de Gatta.*

21. Francifcus, II Marchio de Giojofa. *Maria Caracciola Dom. de Orta, Detiif.* — Johannes Baptifta. *Beatrix Filomarina.* — Lucretia, ux. *Caroli Filomarini Dom. Atellæ.* — Laudomia, nup. *Ferdinando de Capua D. de Termoli.* — Januarius. *Hieronyma Albertina.*

22. Julia, hæres patris nup. *Nicolao Mariæ Caracciolo, patrueli.* — Nicolaus Maria DUX ATELLÆ. *Julia Caracciola, Francifci, II M. de Giojofa fil. & hær.* — Lucretia, ux. *Scipionis Filomarini Pr. de Rocca.* — Vincentius. *N. Caſtramediana.*

23. Francifcus Dux II Atellæ, Marchio IV de Giojofa, & DUX de GIRIFALCO per uxorem *Cillam Mariam Caracciolam. Fabritii Duc. Girifalci fil. & hær.* — Joh. Baptifta, *Equitum Magiſter.*

24. Nicolaus Maria Dux de Girifalco. *Margarita Caracciola, Alphonſi D. de Celenza f.* — Thomas, *Eq. Melit.* — Hieronymus DUX de SOTIRO. . . . . *Minutula.* — Ignatius, *Abbas.* — . . . . nup. *Hieronymo Cavaniglia D. S. Johannis.*

LA IX.

RAINOLA, ATELLA ET GIRIFALCO.

Uxor, *Silvia Minutula.* 16.

Bernardinus Dn. de *Castelfranco.*	Antonia, ux. *Felicis de Marra.*	Ludovicus Matthæus, *Episc. Resinensis.*	17.

Joh. Franciscus.	Lucretia, ux. *Bernardini de Sangro.*	Livia, nup. *Joh. Baptistæ Spinello Com. de Cariati.*	Nicolaus Maria. *Margarita Capece.*	18.

Tristanus. *Cornelia d'Azzia.* ⊙	Hieronymus.	Vincentius.	Beatrix, nup *Michaeli Riccio.*	Catharina, nup. *Jo. Antonio Spinello.*	Carmosina, ux. *Ascanii Capicii.*	Marius. *Isabella de Marra.* ☾	Thomas, *Laura Crispano.*	Isabella, nup. *Ferdinando Accrocciamuro* 2. *Hannibali Pigatello.*	Franciscus.	19.

Hector Dn. de Mont'aquilo. *Felice Cantelma.*	Catharina, nup. 1. *Francisco Caracciolo,* 2. *Paulo de Tufo, M. de Gensano.*	Victoria, ux. *Ascanii Cuomi.*	Catharina, nup. *Joh. Anton. Spinello.*	Thomas, DUX de ROCCA Rainola, *Aurelia Brancia.*	Vincentius.	Julius.	Bartholomæus *Lucretia Ursina.*	Antonia nup. *Joh. Ludovico Mormili.*	Isabella, nup. 1. *Pompejo de Alexandro,* 2. *Jo. Baptistæ d'Azzia.*	Felicia, ux. *Innici Capani.*	20.

Franciscus. *Hieronyma Brancia.*	Hieronymus.	Michael, *Monach. Benedict.*	Jacobus II Dux de Rocca Rainola, † improl. *Maria Caracciola. Jo. Bapt. ex Duc. Sicinian. fil.*	Maria, nup. 1. *Cæsari Firrao Pr. de S. Agatha,* 2. *Josepho Francisco Caracciolo, M. Cervinariæ.*	Carolus Tristanus *Eq Magister.*	21.

Alexander, *Sacerdos.*	Nicolaus Maria *Jesuita.*	Michael. *Anna Brancia.*	N. nupta *Alexandro Guindoza.*	Josias, *Canon. Neapol.*	22.

TABU

DUCES DE MARTINA, MARCHIONES

15. PETRACO CARACCIOLUS, II hujus nominis, Berardi F. COMES de Burgenza, M. Marescallus regni.

16. Johannes Jacobus Comes II de Burgenza, DUX I de Caggiano & Comes de Buccino. *Lucretia de Balzo.* | Lucretia, nup. *Johanni Capicio Latro.*

17. Petraco III Dux de Caggiano II C. de Burgenza, & Buccino, M. Cancellarius regni. *Isabella Diaz Carlon.* | Alphonsus Comes de Burgenza. *Penelope Mansella.* | Ciancia nup *Eligio de Marra C. de Aliano.*

18. Joh. Baptista, III Dux de Caggiano, sive MARTINA, M. Cancell. *Jacobina Ursina, Raimundi, II Duc. Gravinæ f.* | Franciscus. | Lucia nup. *Hectori Pignatello Dn. Ortæ.* | Aurelia, ux. *Fabii Galluccii.* | Joh. Antonius, *Lucretia Abenavola.*

19. Petraco IV Dux Martinæ IV C. Burgent. & Buccini. *Richesenza Com. de Bocino.* | Franciscus *Prior Barensis.* | Justiniana, nup. *1. Sigismundo Carafæ C. Montiscalvi, 2. Jacobo Caracciolo C. S. Angeli.* | Pasqualis DN. de MACCHIA GODENA. *Portia Tomacella.* | Aurelia, nup. *1. Jo. Francisco Pignatello Dom. Saracinæ 2. Maximo Montalto Dom. Arientiæ.*

20. Ferdinandus, V Dux Martinæ. *1. Penelope Caracciola, Jo. Serii M. Castellanettæ f. & hær. 2. Maria Castriotta.* | Alphonsus. | Johannella, nup. *Ferdinando Diaz Carlon, C. de Alife.* | Franciscus Dn. de Macchia godena. *Diana Caracciola, Bernabovis Dom. de Sicignano f.* | Joh. Baptista. *Johanna Caracciola.* ☾ | Beatrix, nup. 1. *Herculi Sanseverino, 2. Detio Carafæ 3. Julio Torello.* | Olimpia, ux. *Casaris Mirabelli.*

21. Carolus VI Dux Martinæ, *Diana Loffreda.* | Alphonsus. | Leonora, ux *Octavii Carafæ M. de S. Eramo.* | Pasqualis MARCHIO de Macchia godena. *Francisca Serisalis.* | Fabius COMES de PICERNO. *Cantelma Sorgente.* | Andreas *Archiep. Manfredoniæ.* | Johannes Baptista. *Maria de Bolzo.*

22. Ferdinandus VII Dux Martinæ. *1. Isabella Aquaviva, Julii Antonii, I. Pr. Casertæ f. 2. Maria Spinella.* | Felice nup. *1. Ferdinando Caracciolo D. Ferolitii 2 Francisco Concublet M. Arenæ.* | Franciscus C. de Picerno, M. de Macchiagodena. improlis. *Maria Ursina Latini D. de Selci f. Francisci Barile D. de Caivano vid.* | Josephus Com. Serræ Mezzanolæ, *improlis.* | Andreas. *1 Anna Strambona, 2. N. Filomarina.* | Lucretia, nup. *1 Francisco de Rossis D de Serre, 2. Francisco Muscetolæ Pr Leporani, 3. Hadriano Carafæ de Spina.* | Julius. | Diana, nup. *1. Camillo Galeotta D. Reginæ. 2. Carolo Capece Latro D. Sejani.*

23. Carolus VIII Dux Martinæ, † improl. *Claricia de Capua, Vincentii Pr. Ricciæ f.* | Franciscus, IX Dux Martinæ. *1. Margarita Columna, Martii D. Zagarolæ f. 2. Beatrix Caracciola, Francisci D. Airolæ f.* | Fabricius. | Antonius. | N. nupta N. *Spinello, Pr. Scaleæ.*

24. Petraco V. Dux Martinæ X. *Aurelia Imperiale Michaelis Pr. de Francavillæ f.* | Innicus, ex Prælato Rom. & Inquisit. Melit. *Episcopus Aversæ. 1697.* | Johannes Baptista.

25. Franciscus C. de Bucino & Burgenza. *Eleonora Cajetana, Francisci D. Sermonettæ & Pr. Casertæ f. 1699.* | Jacobus.

DE MACCHIA GODENA ET CASTELLANETA.

Uxor, *Catharina Jesualda.* 15.

Franciscus Dn. de Sicignano. *Antonia Mazurla.* 16.
Aurelia, ux. *Maximi Montalti.*
Catharina. nup. *Nicolao de Somma.*

Victoria, ux. *Bernardi Sanfelicis.* 17.
Nicolaus Maria MARCHIO CASTELLANETÆ. *1. Magdalena Caracciola, Nicolai f. 2. Diana Caracciola, Nicolai Antonii M. de Vico f.*
BERNABOS Dn. de *Sicignano.* *Vid. Tab. seq. XI.*
Franciscus.
Ferdinandus.

Johannes Serius March. Castellanetæ. *Jacobina de Montibus.* 18
Petrus Antonius. *Cornelia de Marulla.*
Johannes Jocobus.

Ramundus Dn. de *Conturso.* 19
Jacobus.
Fabritius.
Julius Cæsar. *Victoria Caracciola, Marcelli C. de Biccari f.*
Penelope March. Castellanetæ, nup. *Ferdinando Caracciolo, V Duci Martinæ.*

Faustina, nup. *Jo. Hieron. Albertino.* 20.
Fulvius. *1. Felix de Palma. 2. Hieronyma de Palma.*
Virgilius.
Prosper.
Laura, ux. *Fabritii de Sangro D. de Vietri.*
Justina, nup. *Petro Antonio Comiti.*
Horatius *Laisa Caracciola, Johannis Dom. Marsici f.*
Portia, nup. *Hectori Caracciolo Dom. de Marsico Vetere.*

Portia, nup. 1. *Diomedi Carafæ D. Cerciæ, 2. Balthasari Aquavivæ, 3. Francisco Carafæ March. de Anzi.* 21.
Josephus. *1. Constantia de Stephano. 2. N. de Franco.*
Onuphrius.
Laura, ux. *Jo. Baptistæ Turbati M. de Pieschici.*
Fabius dictus *Pilatus. Hippolyta de Rinaldo.*
Victoria, nup. *Gentili Albertino.*

Fulvius. ..... *de Judice.* 22.
Thomas, *Episc. Gerac.*
Felice.
Januarius.
Laura.
Isabella.
Antonius. *Beatrix Mascambruna.*
Therefia nup. *1. Francisco Vargas, Pr. Casalis majoris; 2. Joh. Mascambruno, 3. Januario Brancaccio.*
Victoria.
Justiniana.

DOMINI ET DUCES DE SICIGNANO.

17. BERNABOS CARACCIOLUS, Joh. Jacobi II Com. Burgentiæ & I Duc. Caggiani f. DN. de SICIGNANO.

18. Jacobus Dn. Siciniani. *Portia Guindazzo.* — Lucretia, ux. *Thomæ Filomarini.* — Laura, nup. 1. *Hieronymo Gargano,* 2. *Jo. Ant. Palmerio.* — Philomena, ux. *Herculis Zurlo Dn. Solofræ.*

19. Bernabos Dom. Siciniani. *Margarita Caracciola, Balthasaris Dom. Pisciottæ f.* — Diana, ux. *Detii Crispani.* — Faustina.

20. Jacobus Dn. Siciniani. *Hippolyta Caracciola, Marini IV. M. de Bucchianico f.* — Franciscus. — Julius, *Eq. S. Joh. Hieros. f. Melit.* — Diana, ux. *Francisci Caraccioli C. de Macchiagodena.* — Balthasar MARCHIO BINETTI. *Hippolyta Carafa, Jo Thomæ M. de S. Eramo f.* — Scipio. — Portia nup. *Rinaldo Carafæ M. de Montenero.* — Alphonsus. *Isabella Capece.*

21. Bernabos DUX Siciniani. 1. *Cornelia Caracciola, Marini Pr. Abellini f.* 2. *Victoria de Sangro.* — Diana, nup. *Joh. Baptistæ Caracciolo M. Brientiæ.* — Lælius. — Jacobus. ⊙ 1. *Catharina Caracciola,* 2. *Victoria Minutula.* — *Faustina Leffredo.* Joh. Baptista, M. de Binetto. — Maria nup. *Julio Cæsari Capece M. de Alvignano.* — Alphonsus. — Joh. Baptista. *Lucretia de Leyva Alarco & Luna.* — Alphonsus. *Theatinus.* — Scipio.

22. *Beatrix Carafa, Johannis Duc. Nojæ f.* Jacobus Dux Siciniani. ἄπ. — Marinus Dux Siciniani. *Cornelia Caracciola, Francisci D. de Celenza.* — Fabritius. — Bernabos. — Scipio. — Carolus, *Theatinus.* — Hippolyta, hæres Siciniani, nup. *Carolo de Tocco Pr. Montismileti.* — Chrysostoma. — Laura. — Anna Maria. — ⊙ Catharina, ux. *Jo. Baptistæ Ravaschiero, Pr. de Belmonte.* — Faustina, nup. *Alphonso Sanches.* — Balthasar, M. Binetti. — Beatrix, ux. *Francisci Carafa, Pr. Sopini.* — Lucretia, ux *Francisci Caraccioli D. Celent.*

23. Bernabos Dux Siciniani † improlis.

LA XI.

MARCHIONES DE BINETTO.

Uxor, *Diana Ferrella.* 17.

18.

- Violanta, ux. *Pauli de Tufo.*
- Cornelius. *Hadriana de Tufo.*
- Antonius. *Lucretia Caracciola, Dom. Aviliani, Hieronymi f.*
- Cæsar, *Prior Barens.*
- Alphonsus.

19.

- Jo. Baptista DN. AVILIANI. *Zenobia Scaglione.*
- Diana, nup. *Jo. Andreæ Pisanello.*
- Cæsar.
- Antonius.
- Jo. Hieronymus.
- Penelope, ux. *Pompilii Caraccioli.*

20.

- Diana nup. 1. *Pardo Papacoda, 2. Francisco Carafæ M. Bitetti.*
- Franciscus Antonius Dn. Aviliani. *Laura Minutula.*
- Penelope, nup. *Thomæ Carafa.*
- Cornelius, *Laura Caracciola.*
- Lucretia, ux. *Scipionis Minutuli.*
- Johanna, nup. *Antonio Salazar C. de Vaglio.*
- Josephus Antonius. *Camilla de Afflicto.*
- Achilles, *Episc. Potentiæ.*

21.

- Cornelia nup. 1. *Franco Sclatighezz, 2. Petro Pignatello.*
- Jo. Baptista, *Theatinus.*
- Placidus *Theatinus.*
- Zenobia, ux. *Horatii de Afflicto*
- Hieronymus,
- Josephus Maria, *Theatinus.*
- Magdalena, nup. *Cæsari Sanfelice.*
- Horatius, DN. de PETTORARELLO. *Isabella Pruna.*
- Ambrosius, *Theatinus.*
- Zenobia, ux. *Francisci Caraccioli.*
- Beatrix, nup. 1. *Fabritio Carafa, 2. Carolo Gattæ Pr. de Monsterace.*
- Faustina, ux. *Hectoris Caracciolo M. Barrisciani.*
- Jo. Baptista. *1. Olympia Guindazza, 2. Livia Pisanella.*
- Octavius.
- *Francisca Bonfante.*
- Zenobia, nup. *Octavio Brancaccio.*
- Lucretia, ux. *Hippolyti Revertera.*
- Julia, ux. *Jo Bapt. Minutuli, Dom. de Valentino.*
- Maria, nup. 1. *Jo Bapt. Bassido 2. Fabio Sorgente.*

22.

- Zenobia, ux. *Octavii Torelli.*
- Eustachius, *Canon Neapol.*
- Magdalena.
- Camilla.
- Lucretia, ux. *Josephi Brancie D. Casalis majoris.*
- Josephus Dn. de Pettorarello. *N. . . . . . de Januario.*
- N. Uxor *Caroli Capece, Dom. de Ruodi.*
- Laura, nup. 1. *N. de Castellet, M. de Monvorio, 2. Fabio Sanfelice.*
- Maria, ux. *Dominici Antinori, Duc. de Brindisi.*
- Maria, nup. 1. *Jacobo Caracciolo D. de Rocca, 2. Cæsari Vignatello, Luci de Rocca Mannolfa.*

MARCHIONES DE BUCCHIANICO, PRINCIPES

15\. MARINUS CARACCIOLUS, dictus *Scapuccinus*, Prorex Barensis, Berardi F. (Vid. Tab. VIII)

16\. Tiberius DN. de S. BONO & Monferrante. — Catharina, nup. *Petro Tomacello.*

17\. Marinus MARCHIO de BUCCHIANICO, Dn. S. Bono. *1. Isabella Caracciola Dom. Ortæ, Rinaldi f. 2. Johanna de Montibus.* — Alphonsus. *Vincentia Schiacca.*

18\. (1) Catharina Dom. Ortæ, ux. *Vincentii Carafa Dom. de Montesalcone.* — Tiberius, M. de Bucchianico, improl. *Julia Poderico.* — Jo. Antonius M. de Bucchianico. *Maria Mormile.* — Portia ux. *Francisci Spina.* — Johanna, nup. 1. *Antonio Ratta 2. Camillo Pandone.* — Hippolyta, ux. *Petri Pignone.* — Jo. Franciscus. — Cornelia, ux. *Gurrelli Caraccioli.*

19\. Marinus, IV. Marchio de Bucchianico, Prorex Calabriæ, *Lucretia Caracciola, Alphonsi & Faustina Com. Nicastri f.* — Aurelia, nup. *Ascanio Caracciolo,* cogn. *Ingrillo.* — Vincentius. *Portia Pappacoda.*

20\. Jo. Antonius M. V. de Bucchianico, PRINCEPS de S. Bono. *Diana Spinella Pauli f.* — Hippolyta, ux. *Jacobi Caraccioli D. Siciniani.* — Cornelia nup. *Jo. Bapt. Caracciolo D. Celentia.* — Hannibal improl. *Vincentia Theodora.* — Vincentius. — Maria, ux. *Lucii Loffredi.* — Aurelia, ux. *Julii Caraccioli Dom. Villa.*

21\. Marinus PRINCEPS II de S. Bono, M. VI. de Bucchianico. *1. Constantia Frangipana de Tolfa, hæres Comitatus Serinensis. 2. Isabella Caracciola Duc. de Ferolito C. de Nicastro, Ferdinandi III. Duc. Ferol. soror & hær.*

22\. (1) Jo. Antonius March. VII de Bucchian. C. de Serino † *juv.* — (2) Alphonsus Pr. III de Ferolito, C. de Nicastro & Oppido, M. de Bucchianico & Serino † *calebs,* — Paulus. † *calebs.* — Ferdinandus Dux de CASTELSANGRO, M. de Bucchianico. *Clara Loffreda, Marci Antonii I Pr. Maida f.* — Joh. Baptista, *Eques Melit. Prior Messin.* — Diana, nup. 1. *Marino Caracciolo D. de Bojano. 2. Octaviano de Medicis, Pr. d'Ottajano.*

23\. Marinus IV Princeps de S. Bono, Dux de Castel de Sangro M. de Bucchianiaco, C. de Nicastro, *Grandis Hisp.* † 1694. *Johanna Caracciola, Josephi Pr. Torella f.* — Diana, ux. *Caroli Ruffi D. de Bagnara.* — Franciscus, † ante patr. *Clara Loffreda.*

24\. Carmineus Nicolaus Princeps V de S. Bono, IX Dux de Castel de Sangro, XII M. de Bucchianico, XIII Comes de Schiavi, VII de Capracotta & VIII de S. Vito, *Grandis Hispan. Constantia Ruffa, Francisci IV Ducis de Bagnara f.* — Lucretia, *monialis.*

25\. Marinus VI hujus nom. X Dux de Castel de Sangro, nat. 22. Febr. 1696. — Ferdinandus. — Riccardus, *Eq. Melit.* — Johanna.

LA XII.

DE S. BONO ET VILLA SANCTA DUCES DE CELENZA.

Uxor 1. *Maria de Sangro*, *Dom. de S. Bono.*
2. *Cubella Minutula.* 15.

Johannes dictus Sergiannus, DN. de CELENZA. *Agnesella Cajetana.* | 2. HECTOR *Vid. Tab. seq.* | Maria, ux. *Achillis de Tocco.* 16.

Julius Cæsar, Dn. Celentiæ. *Lucretia Carafa.* | Hannibal, abavus Ludovici, qui *Marianam de Tufo Marchionissam S. Cypriani* uxorem habuit. | Andreas. | Diana desponsa *Jacobo Gargano.* 17.

Johannes, Dn. Celentiæ. *Portia Pappacoda.* | Victoria, ux. *N. Scaglione.* | Francisca, nup. *Julio Cæsari Coppola.* | Beatrix, ux. *Vespasiani Maricondæ.* | Ferdinandus Dn. Villæ Sanctæ. *Isabella Baratuccia.* | Alphonsus. | Antonius. 18.

Julius Cæsar Dn. Celentiæ. *Victoria Pignatella.* | Hector. | Olympia, ux. *Sebastiani Guindazzi.* | Julius Dn. Villæ Sanctæ. *Aurelia Caracciola, Vincentii ex M. Bucchian. f.* | Ascanius dictus dein *Franciscus auctor Minoritorum.* | Antonius *Teatinus.* 19.

Johannes Baptista, DUX Celentiæ. *Cornelia Caracciola, Marini, I V M. de Bucchianico f.* | Cassandra, ux. *Cæsaris Vitelli.* | Ferdinandus, Dn. Villæ. *Lucretia de Franco.* △ | Ascanius, *Generalis Minoritorum.* | Vincentius. | Philippus. *Teatini.* | Julius, *posthumus.* 20.

Julius Cæsar Dux Celentiæ II † f. pr. *1. Lucretia Pignatella. 2. Isabella Pignatella.* | Franciscus Dux Celentiæ III, *Lucretia Caracciola, Jo. Baptistæ ex March. Binetti f.* | Victoria, ux. *Marci Antonii Sanfelice.* | Marinus. | Julius Dn. Villæ. *Cornelia Caracciola.* | Josephus. 21.

Jo. Baptista Dux Celentiæ IV. *Lucretia d'Avalos, Johannis Pr. de Montesarchio f.* | Carolus. | Cornelia, nup. 1. *Julio Cæsari Caracciolo, 2. Marino Caracciolo Duci Siciniani, 3. Carolo Caracciolo Duci Montisnigri.* | Philippus, V Dn. & I PRINCEPS Villæ Sanctæ. *Zenobia de Judice, Nicolai Pr. de Cellamare f.* 22.

Alphonsus Dux Celent. V. *1. Beatrix de Angelis, 2. Hadriana Pinella.* | Josephus. | Nicolaus. | Julius. *Episc. Melfit.* | Antoninus. | Dominicus. | Joh. Baptista. | Diegus. | Ferdinandus II Pr. Villæ Sanctæ, I DUX GESSI. *Theresia Grimalda, N. P. Gerac.* | Nicolaus *Archiep. Thessal. Nuntius Florent. 1700. Archiep. Capuan. 1701.* | Vincentius. 23.

Johannes Dux Celentiæ VI † 1700. *Portia Caracciola, Jo. Bapt. M. S. Erami f. Caroli Andreæ Caraccioli M. de Torrecuso vid. 1695.* | Margarita, ux. *Nicolai Mariæ Caraccioli Duc. Girifalci.* | Franciscus. | Philippus Dux II Gessi. | Maria Cathatina. | Maria Lelia. | Portia. 24.

Cosma Beatrix, hæres unica. 25.

DOMINI ET PRINCIPES DE MARSICO VETERE, DUCES DE

16\. HECTOR CARACCIOLUS, Marini cogn. Capuccini F.
Isabella Dentice.

17\. Johannes Dn. de Marsico Vetere. *Hadriana Carafa.*
Maria, nup. Jo. *Thoma Brancaccio.*
Antonius.
Marinus. *Dianora Ginella.*

18\. Hector Dn. de Marsico Vetere. *Aloisia de Sangro.*
Scipio.
Lucretia nup. *Jo. Baptistæ de Tranfo.*
Martuscellus. *Hippolyta Caracciola.*
Julius Cæsar.

19\. Johannes Dn. de Mars. Vet. *Beatrix de Sangro.*
Polita, ux. *Francisci Eugenii.*
Cornelia, nup. *Paulo Filomarino.*
Fabritius. *Silvia Pappacoda.*
Petrus Antonius. *Lucretia villana.*
Metellus.
Hector. *Hieronyma Concubleta.*
Aloisia, ux. *Cæsaris Capece Latro.*

20\. Hector Dn. de Marsico Vetere. *Portia Caracciola, Julii f.*
Camillus *Eq. Melit.*
Augustinus *Minorita.*
Aloisina nup. *Horatio Caracciolo.*
Fabius. *Julia Caracciola.*
Fulvius. *1. Maria Caracciola 2. Lucretia de Montibus.*
Julius Cæsar. *Cornelia Ursina.*
Hippolyta, nup. *Francisci Brancia Dn. de Castellogano.*
Metellus *Josuita.*

21\. Horatius Dn. de Marsico Vet. *Francisca de Palma.*
Justiniana, ux. *Gonsalvi de Palma.*
Johannes Baptista. *Felicia Caracciola.*
Victoria, nup. 1. *J. Bapt. Rinaldo,* 2. *Lucio Mastrillo.*
Violanta, nup. *Francisco Sarriano.*
Faustina, ux. *Fabritii Carafa.*
Catharina, nup. *Francisco Sanseverino Dom. Calvera.*
Hannibal. *Virgina Ravaschiera.*
Paulus, *Themtinus.*
Fabritius, *Episc. Catanzar* 1619. *Oppid.* 1630. † 1631.
Marius.
Petrus Antonius. *1. Antinora Ciccinella. 2. Francisca Siscara.*
Hector MARCH. BARISCIANI. *Faustina Caracciola, Cornelii f.*
Hippolyta, nup. *1. Francisco Sasso. 2. Carolo de Somma, 3. Francisco Caracciolo.*

22\. Salvator PRINCEPS de Marsico Vetere. *Violanta Pignatella, Jacobi D. de Belriguardo f.*
Fabritius DUX de GIRIFALCO. *Victoria Ravaschiera.*
Fabius.
Fulvius. *Beatrix Catalana.*
Clara, ux. *Caroli Caraccioli.*
Fabius, *Presbyter.*
Cornelia, ux. *Caroli Filingieri.*

23\. Johan. Baptista Princeps Marsici Veteris. . . . . . *San. felice.*
. . . . . . nupta *Johanni Januario.*
Cilla Maria Duc. Girifalci, nup. *Francisco Caracciolo. M. de Giojosa.*
Johan. Baptista, *nothus.*
Josephus DUX de MONTESARDO. *Faustina Galeotta.*

GIRIFALCO ET MONTESARDO, MARCH. DE BARISCIANO.

DN. de MARSICO VETERE. 16.

Lucretia nup. *Johanni Latro.*	Octavianus, *Epiſc. Marſic 1494. † 1535.*	Jacobus.	Camillus.	Tiberius DN. GUARDIÆ, *Beatrix Riſanella.*	17.

Johañes Antonius Dn. Guardiæ. *Lucretia Comite.*	Pompilius *Penelope Caracciola, Antonii f.*	Virginia, ux. *Matthæi Comite.*	Octavius. *Beatrix Carmignanaſ.*	Laura, ux. *Sigismundi Roſſi.*	Jo. Franciſcus dictus *MonSignore Laura Caracciola.*	18.

Æmilius. *Catharina Filomarina.*	Mutius, *Cornelia Capece Latro.*	Catharina, ux. *Camilli Marcheſe M. Camarotta.*	Laura, nup. *Cornelio Caracciolo.*	Fulvia. ux. *Octaviani Carafa.*	Claudia. ux. *Antonii Carafa.*	Antonius. *Dianora Seripanda.*	Zenobia, nup. *Carolo Carafa Pr. Colobrari.*	Detius. *Roberta Caracciola.*	19.

Antonius MARCHIO. S. SEBASTIANI. *1. Hippolyta Roſcia. 2. Julia Brancaccia.*	Æmylius, *Canon. Regul.*	Cæſar Dn. Ripaltæ improl. *1. Felice Piſcicella. 2. Portia Galluccia, 3. Victoria Ajerba,*	Tiberius Dn. Eriſæ & Ripaltæ. *Beatrix Caſtealluccia.*	Aloiſia nup. *Horatio Januario.*	Jo. Franciſcus. *Zenobia Caracciola.*	Cornelia, ux. *Franciſci Guindazzi.*	Carolus. *Anna Maria Loffreda.*	Tiberius *Iſabella Dentice.*	20.

21.

Antonius.
N. nupta N. *Macedonio Duci Grotaliarum.*
N. uxor, *Jo. Baptiſtæ Piſcicell.*
N. nup. *Januario de Mendoza.*
Dominicus.
1. Antonia Carafa, 2. Guindazza.
Diana, ux. *Julii Caraccioli.*
Laura, nup. *Alphonſo de Doce, Duci Coruſani.*
Andreas.
Cornelius.
Thereſia, ux. *Andreæ Strambonei Pr. Vulturaræ.*
Antonius.
N. *Brancaccia.*
Mutius, *Sommaſcus.*
Cæſar Dn. Ripaldæ.
Franciſcus Dn. Ripaldæ.
N. . . . . nupta N. *Capece Duci de Ruodi.*

Julius Cæſar, March. Bariſciani. *Laura Carafa.*	Octavius, *Jeſuita.*	Laura, ux. *Jacobi Galeoti Duc. S. Angeli.*	Cornelia, nup. *Franciſco Brancaccio.*	Jo. Franciſcus. *Magdalen Sanfelice.*	N. nup. *N. Firalingiero,*	N. uxor. *N. Muſcetola Pr. Leporani.*	N. nup. *Antonio Carmignano.*	22.

Iſabella, nup. *Dominico Pignatello Pr. de Strongoli.*	Angelus Hector. *Catharina Spinella.*	Conceptia ux. *Dominici de Evoli Duc. de Caſtropignano.*	Anna Maria.	23.

DUCES ET PRINCIPES DE MELFI

9. FRANCISCUS CARACCIOLUS, Landolphi de Leone F. (*Vid. Tab. VII*)

10. Berardus Caracciolus. *Angela Filangiera.* — Landolphus, † f. pr. *Beatrix de Aquino.* — GUALTERELLUS dictus TIRELLUS. *Vid. Tab. XVI.*

11. Johannes Caracciolus. *Sigleaita Siginolfa.*

12. Marinus Caracciolus. *Martuscella Galeota.* — Ciecla nup. *Rubino Galeoto.*

13. Carolus Caracciolus, cogn. *il. Torto.* Equitum Magister.

14. Franciscus. *Covella Sarda,* — Sigleaita, ux *Gualtieri Galeotæ.* — Tirellus *Archiep. Cusentinus.* † 1412. — Lisolo.

15. Johannes, dictus *Sergianus* COMES AVELLINI, Pr. Capuæ Dux Venus. Senescall. & Comestab. regni. occ. 17. Aug. 1432. *Catharina Filangera Com. Avellini.* — Isabella, nup. *Raimundo Ursino Com. Nolæ.* — Marietta ux. *Salvatoris Zurli C. S. Angeli.* — Urbanus. *Timola Caracciola.* — MARINUS *Vid. Tab. seq. XV.* — Bernardus *Archiepiscop. Surrent.* 1432. — Lucretia, ux. *Guilielmi Ruffi.*

16. Trojanus DUX de MELFI Com. Avell. *Maria Caldora, Jacobi f.* † 1481. — Johannetta, ux. *Gabrielis Baucii Ursini D. Venus.* — Isabella, nup. *Antonio Caldoræ.* — Antonietta, ux. *Balthasaris Cajetani D. Trajecti.* — Margarita, nup. *Berardo Zurlo C. de Montorio.* — Julia, ux. *Garsiæ Cavaniglia C. Troja.*

17. Johannes, II Dux de Melfi. *Sueva Sanseverina, C. de Marsico f.* — Catharina, nup. *Alphonso Leonessa Dom. de Montesarchio.* — Jacobus Comes Avellini. *improlis.* — Franciscus. *Catharina Moramalda.*

18. Trojanus, III Dux & I Princeps de Melfi, Dux de Ascoli, M. Atellæ. *Hippolyta Sanseverina, Guilielmi C. de Capaccio f.* — Beatrix, ux. *Guilielmi Baucii D. Nola.* — Lucretia, nup. *Guilielmo Ruffo.* — Salvator. *Beatrix Maldana.* — Jacobus, *Lucretia Caracciola.*

19. Johannes, II Princeps de Melfi, Marescallus Galliæ, † Aug. 1550. *Johanna Aquaviva de Arag. filia Ducis d' Atri.* — Sueva, nup. *Fabritio Gesualdo C. de Consa.* — Antonius. *Catharina Gesualda.*

20. Trojanus Pr. de Melfi & Molfetta, occ. 15. Apr. 1544. *Isabella de Capua Pr. Molfettæ.* — Julius Cæsar, March. Atellæ, *improl.* — Antonius *Episc. Tricaff.* in Gallia, 1551. ex autoratus obiit. 1569. — Isabella, ux. *Antonii de Aquino, M. Quaratæ.* — Camilla, nup. *Joh Francisco Aquaviva Duc. de Atri.* — Maria, ux. *Jo. Vincentii de Capua.* — Oliverius. *Laura de Tufo.*

21. Hector. *1. Hippolyta Tomacella. 2. Dianora Loffreda.* — Salvator.

22. Ferdinandus MARCH. GROTTOLÆ, Dn. de Lamonito. — Josephus March. Grottolæ. *Laura Capece Minutula.* — Franciscus.

23. Johannes Baptista III M. de Grottola. — Nicolaus, *Abbas.* — Eleonora, nup. *Jacobo Marchese Pr. S. Viti.*

LA XIV.

MARCHIONES DE GROTTOLA.

Ux. *Johanna Tomacella.* 9.

Johanna, nup. 1. *Bentramo Zurlo* 2. *Philippo de Tufo.* — Lætitia, nup. 1. *Philippo Caracciolo, dicto Carafa,* 2. *Hectori Valcano.* 10.

11.

Berardus Caracciolus. — Timola, ux. *Jacobi Accinpaccia Dom. de Cerchiara.* 12.

Franciscus cogn. *Poeta, Marietta Seripanda.* 13.

Antonietta nup. *Berardo Zurlo C. de Montorio.* — Christianus Dn. de S. Clerico. 1. *Buzia de S. Angelo.* 2. *Silia Saladini.* 14.

N. nupta *Antonio de S. Angelo C. Sarni.* — Leonarda, ux. *Roberti Sanseverini C. Terræ novæ.* — Gualtierus dictus *Tirellus.* — Diomedes Dn. Aviliani. *Antonia Caracciola.* — Aloisia, ux. *Berardi Zurli.* — Silvia, nup. *Marino Zurlo.* 15.

Tobias. *Seraphina Seripanda.* — Johannes dictus *Simon.* *Catharina Catanea.* — Berardinus Dn. Aviliani. *Antonietta Zurla.* — Franciscus. 16.

Ludovicus. — Gurellus. *Faustina Caracciola.* — Hieronymus Dn. Aviliani. *Antonietta Zurla.* — Franciscus. 17.

Johannes. *Cassandra Piscicelli.* — Thomas *Episc. Triventin. Archiepisc. Capuan.* — Januarius. *Luisia Caracciola.* — Cornelius, *improlis.* — Lucretia Dom. Aviliani, nup. 1. *Antonio Caracciolo,* 2. *Felici Scalaleone.* 18.

Berardinus. 1. *Dorothea Piscicella,* 2. *Dianora Loffreda.* — Jo. Thomas. — Prosper. — Gurrellus. *Cornelia Caracciola, Marini March. I. de Bucchianico.* 19.

Joh. Baptista. *Faustina Minutula Dn. de Lamonito.* — Beatrix, ux. *Pompeji Philomarini.* — Salvator, *Archiep. Cusent.* — Franciscus, 1. *Dorothea Piscicella,* 2. *Victoria de Afflicto.* — Jacobus. — Jo. Hieronymus. *Cornelia Caracciola.* — Ludovicus. 20.

Antonius. — Catharina, nup. *Joh. Caracciolo* cogn. *Bellezza.* — Marius. *Isabella Caracciola.* 21.

Faustina, nup. *Mario Loffredo M. Montisfortis.* — Aloisia, nup. *Andreæ Franco M. Ottaviani.* — Theodora, ux. *Jo. Francisci de Rossis, Duc. Serrarum.* 22.

Caracciolo - conte

COMITES DE S. ANGELO

15\. MARINUS CARACCIOLUS, Francisci
S. ANGELO.

16\. Sergiannus, II Comes S. Angeli. *Catharina Baucia.* — Petrus *Archiepisc. Cusentin.* 1452. † 1480. — Camillus. *Johanna Tomacella.*

17\. Leonardus, III Comes S. Angeli. Uxor, *Diana Maria Cantelma, Petri Johannis Ducis Soræ II & C. de Popoli V fil.*

18\. Johannes Jacobus, IV Comes S. Angeli. *Catharina Ursina, Francisci Ducis III de Gravina f.* — Sidonia, nup. *Alphonso de Cardines M. de Laino.* — Constantia, ux. *Jo. Bapt. Piccolomini M. Iliceti.*

19\. Leonardus, V Comes S. Angeli. *Constantia Jesualda.* — Diana, ux *Ludovici. Poderici.* — Johanna nup. *Joh. Francisco de Tocco.* — Aloisia, nup. *Antonio de Bologna.* — Laudomia, ux. *Camilli de Tufo.*

20\. Johannes Jacobus, VI Comes S. Angeli. *Justiniana Caracciola, Joh. Baptistæ Duc. Martinæ f. Sigismundi Carafæ C. Montiscalvi vidua.* — Fabritius. — Trojanus. *Vincentia Tolfa, Jacobi, I M. Lavelli f.*

21\. Carolus, VII Comes de S. Angelo. *Anna de Mendoza Lalii Carafæ M. d'Arienzo vid.* — Victoria. — Constantia, nupta *Marcello Caracciolo, M. de Casa d'Albero.*

22\. Catharina, hæres Comitatus S. Angeli. nup. *Hectori Pignatello Duci de Monteleone.* ... 1622 — Isabella, uxor *Andreæ Matthiæ Aquavivæ Pr. Caserta.*

Geronima Pignatelli
... Caracciola
... Duchesse de Monteleon
C. de S. Angelo

Fabricius Pignatelli
... M Cerchiara ... Naples
... de la Toison ... 1664

Anna Aquaviva d'Aragon
3 Princesse de Caserta
M de Bellante
Francesco Caetano IX D Sermoneta
Philip ...

ET CARACCIOLI DE SOLE.

F. Sergianni M. Senescalli frater, COMES DE 15.
Ux. *Clara Attendula.*

Rinaldus. *1. Antonia de Guevara. 2. Catharina Piscicella.*	Covella, nup. *Nicolao da Marra.*	Jacobus Dn. Quaratæ. *Isabella Origlia.*	16.

Antonius. *Portia Tomacella.*	Isabella Dom. Ortæ, nup. *Marino Caracciolo M. de Bucchianico.*	Camillus, occ. 1560. *Margarita de Sangro.*	Dianora.	Hippolyta.	17.

Rinaldus. *Julia de Afflicto.*	18.

Trojanus, *Vincentia de Tufo.*	Maria, ux. *Petri Coscia Dom. Procida.*	Alphonsus.	Carolus.	Franciscus. *Antonia de Tufo.*	19.

Antonius. *Dianora Brancaccia.*	Portia, nup. *Jo. Ludovico Carmignano.*	Catharina, ux. *N. Tomasini.*	Lucretia, nup. *1. Lucio Sorgente, 2. Jo. Baptista de Aquino, 3. Mutio Rosso.*	20.

Franciscus Ceracciolus. *Lucretia Capana.*	21.

Carolus. *Lucretia Caracciola.*	Beatrix, ux. *Francisci M de Valva.*	Eleonora, nup. *Camillo Sanfelice.*	Victoria, ux. *Jo. Pisanelli M. de Bonito.*	22.

Franciscus, *Constantia Moles.*	Jo. Baptista. *Somm ascus.*	Johannes, *Eques S. Joh. f. Melit.*	Carolus, *Sacerdos.*	23.

TABU

DOMINI DE VILLAMAINO, MARCH. DUCES DE

10. GUALTERELLUS dictus TIRELLUS CARACCIOLUS.

11. Berardinus Caracciolus. *Ceccarella Pandore.* — Theodora, nup. *Francisco Brancaccio.*

12. Guranus Caracciolus. Uxor *Baptista Brancaccia.*

13. Matthæus DN. de VILLAMAINO. Ux. *Agnes Aversana.*

14. Guranus Dn de Villamaino. *Ursula Guindazza.* — Simonellus Dn. de Villamaino. *Constantia Grillia.*

15. Robertus Dn. de Villamaino, improlis. *Catharina Scondita.* — Scipio, *mentis impos.* — Hadriana, uxor. *Ludovici Dentice.* — Margaritone Dn. de Villamaino. *Johanna Saracina.*

16. Matthæus Dn. de Villamaino. *Gratimola Scondita.* — Trojanus, *Abbas.*

17. Margaritone Dn. de Villamaino, improlis. *Maria de Evoli.* — Hannibal Dn. de Villamaino. *Hippolyta Capece.* — Johanna nup. *Scipioni Capece.*

18. Vincentius Dn. de Villamaino. *Isabella Carafa.* — Franciscus. *Julia Scoppa.*

19. Cæsar Dn. de Villamaino. *Victoria Minutula.* — Tiberius dictus dein *Hippolytus* Lateranensis. — Victoria, ux. *Petri de Sans.* — Antonia, nup. *Johanni Aurifici.* — Julius Cæsar, *Hippolyta Riccia Dom. de Loratino S. Stephani.* — Victoria, nup. *Petro Palogano.*

20. Vincentius MARCHIO de Capriglia. *Hippolyta Serfale.* — Cæsar. *Francisca Galluccia.* — Camilla, nup. *Jo. Donato de Rogiere.* — Franciscus. *Catharina Caracciola.* — Hadriana, nup. 1. *Jo. Frans. Caracciolo Dom. Banderani, 2. Marcello de Judice, 3. Marino de Judice.*

21. Cæsar, † ante patrem. — Vincentius March. de Capriglia, *Francisca Caracciola, Jo. Baptistæ fil. & hær.* — Fabritius. *Eques S. Joh.* — Franciscus DUX MIRANDÆ. *N. Crispana.* — Vincentius. *Vincentia de Morra.*

22. Dominicus, III Marchio de Capriglia & XIII Dn. de Villamaina. *N. Venata.* — Philippus. — Julius Cæsar Dux Mirandæ.

23. Vincentius.

LA XVI.

DE CAPRIGLIA ET CASTELGUIDONE MIRANDA.

Ux. *1. Philippa de Tufo*, *2. Catharina Sanfremonda.* 10.

Imperatrix, uxor *Antonii Serſale.* 11.

Iſabella, nupta *Franciſco Serſale.* 12.

Cecca, uxor *Franciſci Brancaccii.* 13.

Jacobus Caracciolus. *Epiſcopus Triventinus.* — Franciſcus, *Prior Capuæ.* 14.

Chriſtophorus. *Antonia Gazulla.* — Murella, ux. *Caroli Maſtro Judice.* — Anaſtaſia, ux. *Emerigi Latro.* 15.

Franciſcus, *Eques. S. Johannis.* — Albericus. *Leonarda Bartolina.* 16.

Dianora, ux. *Franciſci Caraccioli.* — Balthaſaa. *Julia Minadois.* — Julia, nup. *Friderico Minadois.* — Fabius. 17.

Albericus. *Brianna d'Alois.* — Iſabella, nup. *Jacobo Spinello ex Com. Gioja.* — Fabius. — Carolus. — Polita, nup. *Ludovico d'Alois.* 18.

Marcellus MARCHIO de CASTELGUIDONE. *Virginia Bozzavotra.* — Caſſandra ux. *Scipionis Piſani.* — Jo. Baptiſta. *Dorothea Sandra.* 19.

Alexander March. II de Caſtelguidone, *N. Marotta.* — Albericus. — Ferdinandus. — Carolus. f. pr. *1. Chriſtina de Aquino. 2. Magdalena Caracciola.* — Franciſca ux. *Vincentii Caraccioli M. Capriglie.* 20.

JuliusCæſar Dom. de Loratino. *Dianora Caracciola.* 21.

MARCHIONES DE CASA D'ALBERO, VULTURARA, CER

9. MATTHEUS CARACCIOLUS, Landolphi de *Capuana Tomacella.*

10. Bartholomæus Dn.

11. Lisolus Dn. de Mon-

12. Philippus Dn. de

13. Pippus M. regni Marescallus. ux. 1. *Antonia Caracciola,* 2. *Jo*

14. Berardus Dn. de Montefalcone. Ux. 1. *Johanna Bonito.* 2. *Angelica Caracciola.* — Johannes Dn. de Montefalcone. *Eleonora Carafa de Spinella.*

15. Antonia nup. 1. *Joh. Antonio de Ratta,* 2. *Ludovico Minutulo.* — Pippus Dn. de Montefalcone. 1. *Julia Deutice.* 2. *Lucretia Cajetana.* — Bartholomæus DN. de CASA d'ALBERO. *Roberta de Doce.*

16. Johannes Marinus, † calebs. — Beatrix Dom. de Montefalcone. nup *Ceco Loffredo.* — Camilla, ux. *Joh. Thomæ Manzella.* — Popa, ux. *Antonii Guindazzi.* — Marcellus Dn. de Casa d'Albero. *Laura de Aquino.* — Antonia, nup. *Francisco Minutulo.* — Trojanus, *Antonia Carafa de Spina.* — Polita, ux. *Petri Pignone.* — Magdalena, ux. *Jo. Martini Filingieri.* — Roberta, ux. *Finizii Dn. de Fontana Rosa.*

17. Vincentius MARCHIO de Casa d'Albero. *Lucretia Pignatella;* — Isabella, nup. *Jo. Thomæ Carafæ.* — Johannes Baptista. — Jo. Franciscus. — Bartholomæus, MARCHIO VULTURARÆ. *Aloisia Filomarina.* — Flaminius. *Laudomia Ruffa Marcelli f. Jacobi de Tufo vid.* — Silvia ux *Lelii Caraccioli Rossi M. de Bonatu.* — Livius.

18. Marcellus II M. Casæ d'Alberto *Constantia Caracciola, Jo. Jacobi C. S. S. Angeli f.* — Laura, ux. *Julii Gesualdi. Dom. de Poli.* — Horatius. *Hippolyta Filomarina.* — Jo. Baptista II M. Vulturar. *Beatrix Caracciola Rossa Achillis f.* — Feliciana, nup. *Jo. Bapt. Leonessa D. S. Martini.* — Cornelia, ux. *Marci Antonii Filomarini D. Perdifumi.* — Marcus Antonius Marchio Motolæ impr. *Beatrix Tomacella.* — Trojanus PR. TURRIS NOVÆ cr. 1637. † 8. Jul. 1644. l. pr. *Catharina de Medicis Alexandri D. Octaviani f.* — Guiomara, nup. 1. *Joh. Thomæ Coscia D. S. Agatha,* 2. *Antonio de Tufo, M. S. Johannis.*

19. Joh. Vincentius III M. Casæ d'Albero. *Johanna Caracciola, Marini I Pr. Abellini f.* — Carolus, IV M. Casæ d'Albero, dein *Theatinus.* *Isabella Caracciola.* — Franciscus V Marchio Casæ d'Albero. *Portia Montalta.* — Justiniana, nup. *Fabritio Montalto D. Fragniti.* — Vincentius. *Portia Montalta.*

20. Chrysostoma March. Casæ de Albero, nup 1. *Carolo Loffredo, M. Trivici.* 2. *Vincentio Spinello Pr. Tarsia.* — Marcellus Marchio Casæ de Albero & Princeps Turris novæ. *Cornelia Coscia, Jo. Thomæ D. S. Agatha, & Guiomara Caracciola f.* — Franciscus.

21. Marcellus, VII March, Casæ de Albero, & III Princ. Turris novæ, † improlis. *Catharina de Aquino, Cæsaris Pr. de Pietra Pulcina f.* — Thomas VIII M. Casæ d'Albero, IV Pr. Turris novæ. *Aurelia Caracciola, Fabii D. de Belcastro f.* — Isabella, nup. *Petro Firrao Pr. S. Agatha.* — Guiomara.

VINARA ET S. ERAMO, PRINCIPES DE TORRENOVA.

Leone F. DN. MONTEFALCONE. 9.

de Montefalcone. 10.

tefalcone. 11.

Montefalcone. 12.

hannetta Caracciola. — Polyxena, ux. *Antonii Capece.* 13.

Nicolaus. 1. *Teruccia Tomacella.* 2. *Terella Caracciola.* — Carbo Dn. de Firoli. *Violanta Minutula.* 14.

- Magdalena, ux. *Nicolai Mariæ Caraccioli M. Castellanetæ.*
- Maria, nup. 1. *Ludovico Tortæ Dn. de Tocco. 2. Antonio Errico Dn. S. Nicandri.*
- Jo. Baptista. *Catharina de Capua.* ☽
- Camillus, *Lucretia Torta, Dom. de Tocco.*
- Hieronymus.
- Jo. Thomas.
- Johanna, ux. *Jo. Francisci de Tocco.* 15.

- Hannibal. *Morgana de Sangro.*
- Leonora, nup. *Thomæ Carafæ Com. Cerretti.*
- Fabius Dn. de Tocco. *1. Isabella de Tocco, 2 Isabella Caracciola.*
- Victoria, nup. *Jo. Baptistæ Valignano.*
- Violanta, ux. *Pauli de Tufo.*
- Jo. Baptista *Episc. Venafri* 1548. † 1557.
- Jo. Thomas. *Julia, Carafa.*
- Jo. Franciscus. *Sara de Loffredo.*
- Ludovicus. *Julia Castelli.* 16.

- Godefridus. Dn. Tocci. *Diana Lambertina.*
- Beatrix, ux. *Hectoris Galeotti.*
- Lucretia, nup. *Petro Guevaræ.*
- Julia, ux. *Jo Baptistæ Minutuli.*
- Victoria. nup. *Andreæ Loffredo.*
- Hieronymus. *Faustina Caracciola.*
- Marius. *Lucretia Loffreda*
- Johanna ux. *Scipionis de Somma.*
- Horatius. *Episc. Venafr.* 1573. † 1581. 17.

- Silvia, ux. *1. Januar. de Soma, 2. Fabritii de Somma, M. Circelli.*
- Isabella, Dom. Tocci nup. *Hadriano Aquavivæ C. Conversani.*
- Aurelia, ux. *Lucii Palagani*
- Violanta, nup. *Jo. Bapt. d'Azia M. Tertiæ. Dn. S. Vici.*
- Portia. ux. *Cæsaris Gambacortæ.*
- Camilla, ux. *Ferdinandi Loffredi.*
- Hieronymus Posthumus *Camilla de Bologna.*
- Jo Baptista. *Abbas.*
- Anna, ux. *Lelii Capece.*
- Maria, nup. *Octavio de Franco.* 18.

- Josephus Franciscus, III March. Vulturar. & Motolæ sive Cervinaræ. *1. Portia Caracciola Rossa Marini M de S Eramo f. & hær. 2. Margarita d'Avalos, Johannis Pr. de Montesarchio soror, 3. Maria Caracciola, Thomæ Duc. de Rocca. f. Cæsaris Firrai Pr. S. Agathæ vid.*
- Aloisia, ux. *Marini Montalti D. Fragniti.*
- Julia, nup. *Francisco Pignatello, Dn. de Marsico novo.*
- Fabius *Theatinus* dictus *Jo. Baptista.*
- Antonius.
- Faustina, nup. *1. Cæsari Carafæ, 2. Mario Pignatello Dom. Reginæ.* 19.

- Johannes Baptista, March. S. Erami, Vulturar. & Cervinar. *Victoria Cavaniglia.*
- Andreana, nup. *Francisco Davalos Pr. Trojæ.*
- Marcia, nup. *Thomæ Caracciolo.*
- Marinus. 20.

- Marinus M. S. Erami. *Sanctia Ajerbo de Aragon Josephi Pr. de Cassano f.*
- Josephus.
- Carolus.
- Portia, nup. 1. *Carolo Andreæ Caracciolo M. de Torrecuso, 2 Johanni Caracciolo, Duci V Celentiæ, 1695.* 21.



EXEGESIS HISTORICA.



CARACCIOLORUM illuſtriſſima in regno Neapolitano familia, ſicuti vetuſto ſplendore nulli ſecunda, ita clarorum fortiumque virorum abundantia facilè prima eſt. Genealogiam ejus, ſuperioribus exhibitam tabulis, & quicquid ferè de illa in medium adhuc afferre licebit, ſummæ benignitati Eccmi Domini CARMINEI NICOLAI CARACCIOLI, PRINCIPIS DE S. BONO, elegantis liberalium ſtudiorum, omnisque doctrinæ & autoris & admiratoris, in acceptis me referre grata profiteor mente. Is enim cùm ex literis à Viro Celeb. Anton. Magliabechio ad Rev. & eruditiſſimum Patrem Hieronymum Mariam de S. Anna Neapoli Carmelitanorum Diſcalceatorum familiæ adſcriptum, datis cognoviſſet, ad ſcribendam hiſtoriam excellentium in Italia familiarum animum me adjunxiſſe, communicare mecum ſtatuit, quæ, ſicut de cunctarum regni Neapolitani illuſtrium familiarum, ita etiam de generis ſui ortu & incrementis in gratiam amici nobiliſſimi Hiſpani in chartam Hiſpanico idiomate conjecerat, quæque Caput trigeſimum primum Commentariorum ſuorum conſtituunt, haud gravatus Italicè illa reddere & in libelli formam redigere, cui epiſtolam præmiſit, ad prælaudatum venerabilem Patrem ſcriptam, ejus præcipuè argumenti, cupere ſe impensè, ut quæ de familia ſua commentatus ſit, mihi transmittantur, quò certa mihi de illa conſtent, nec vanis & falſis aliorum ſcriptorum de ejusdem origine opinionibus circumducar. Libello illi MSto comitem dein addidit arborem genealogicam, in vaſta deſcriptam charta, literis quoque elegantiſſimis & humaniſſimis benevolentiam nobis ſuam prolixè declaravit. Arborem dictam in XVII. tabulas haud nullo negotio redactam poſtquam exhibuimus, præcipua jam libelli capita recenſebimus; nec tamen alia, quæ apud Hiſtoricos fide dignos de Caracciolis lecta nobis & notata ſunt, prætermiſſuri.

Recenſitis & refutatis diverſis diverſorum autorum de origine ſtirpis Caracciolanæ ſententiis, videlicet *Scannaſoricis* cujusdam, qui nomen familiæ huic inde natum eſſe commentus eſt, quod cum Neapoli regnante Wilhelmo Bono ſeditio plebis adverſus nobiles ob raptam ab horum aliquibus formoſam mulierem, orta eſſet, Rex dictus hiſce tumultuantes repreſſerit verbis: *laſciate l' armi contra i Gentilhuomini perche CARI HAGGIOLI*, dein *Franciſci Ælii Marcheſii*, qui Caracciolos *Piſquitios* dictos, ab illis, qui Rubei (*Roſſi*) cognominari ſolent, diverſæ eſſe originis, & priores ex Helvetia, poſteriores verò ex Piſana urbe Neapolin veniſſe tradidit, à Carolo Borello, Vindice nobilitatis Neapolitanæ, etiam caſtigatus, porrò *Joh. Baptiſtæ Fulgoſii*, qui libro VI. Cap. II. dictorum & factorum memorabilium, de Sergianno Caracciolo, magno regni Seneſcallo, verba faciens, non uno ſe implicavit errore, ita fatus: *non minori apud Johannam II, quàm Philippa Catanenſis apud primam, gratia valuit Joanninus Carazolus*

zolus Roseus, ignobili genere ortus, nam qui nobiles putantur, non Roseorum, sed Chirzorum cognomentum ferunt; horum inquam, aliorumque qui à vero aberrarunt, tradita postquam solidis revicisset argumentis Illustrissimus scriptor, ad genuina familiæ suæ incunabula explicanda progressus est, eaque in Græcia quærenda esse asseruit, hoc primario nisus fundamento, quod res esset nota & confessa, in ecclesiis Neapolitanæ urbis usque ad an. 1215. ritus Græcos pariter ac Latinos usu receptos fuisse, inque illis, ubi Græca vigebat liturgia, ædem Georgio sacram primas tenuisse, cui æque ac cœteris quinque non alii quàm Græci sacerdotes præfecti fuerint; ex veteribus verò constare chartis habuisse illam olim Abbates & rectores ex familia *Caraccolorum*, (ita quippe gentem suam antiquitus appellatam fuisse affirmat) videlicet Petros duos, quorum posterior Landolfi Caraccoli filius dicitur, & Johannem Philippi *Contestabilis* civitatis gnatum; hos in Ecclesia Græca summis mactos dignitatibus genere Græcos fuisse cum maximè consentaneum & consequens sit, impulsos esse Græcarum peritos literarum, ut scriptores de rebus Græcis evolverent pervestigarentque & repertum esse Joh. Sosomeni, Veneti, industria in *Sergii Confessoris Historiarum libro tertio* insignem locum, fidem dictis adstruentem, & originem Caracciolæ stirpis Græcam extra dubitationis aleam collocantem, quem ille statim & quidem sub finem anni 1627. cum Marino II. Principe Abellini communicaverit, ita à se Latinè redditum: Irene Imperatrix à Siculis quibusdam admonita Elpidium utriusque Siciliæ Prætorem Cæsaribus studere, “ verita ne hujusmodi studium ulteriùs progressum motus in Italia pareret, per Legatos “ Siciliam missos adduci Bizantium Elpidium jubet, cujus tamen mandato cùm minimè obedirent Siculi, quo quàm primum nascentem seditionem comprimeret, vali- “ dum exercitum illuc misit, cui præfecit fidum maximè ex suis Anastasium Caracco- “ lum, virum imprimis strenuum, & prudentia insignem, cujus opera, & aliàs sæpius “ usa est Irene, occasione bellorum contra Bulgaros, & in reliqua administratione Im- “ perii, & libentissimè etiam Leo, & alii Iconomachi usi fuissent, si illorum dogmati- “ bus de tollendis imaginibus assensum præbuisset. His itaque copiis in Siciliam tra- “ ductis facilè, & Ducis virtute, popularis ille Siculorum motus compressus est, neque “ parum ad hanc rem adjumenti attulit, quod is duceret exercitum, qui communia “ cum Italis haberet jura sanguinis, quandoquidem usque ad hanc etiam diem in Nea- “ politano regno plures sint ex hoc eodem stipite Principes viri nobilitate, & opibus “ clarissimi (& post pauca, quæ temporis vetustas ita corripuit, ut minimè legi possint, “ sequitur idem) Ego dum Italiæ oram lustrarem cognovi nonnullos Neapoli muni- “ ficentissimos, & generosos imprimis viros, qui apud illos parva facta additione uni- “ us I, Caraccioli pro Caracciolis dicuntur, quod credo factum ad emoliendam vo- “ cem, ut videmus etiam usu non raro receptum in aliis vocibus. Illud certò constat “ hos nostros Carraccolos eosdem omnino esse, & ex eodem stemmate cum Carac- “ ciolis originem trahere. His itaque, hoc pacto in Siciliam sedatis motibus, quibus “ sanè tollendis, ut diximus, non parum etiam adjunxit magna Carracciolorum auto- “ ritas, Elpidius rebus suis consulens in Aphricam fugam arripuit. “

Hoc itaque probato & stabilito, quod Caraccioli ex Græcia originem traxerint suam, tempus, quo natali solo relicto Neapolim larem transtulerint, in medio tanquam haud satis compertum equidem relinquit Vir princeps initio laudatus; de specialiore verò gentis suæ ortu ex Agatarchidis Historiæ Asiaticæ Libro IX. sequentem affert pericopen: *Caracilorum prosapia antiqua nobilitate illustris varia variis temporibus obtinuit nomina. Prisca etiam ætate Æacidas utpote ab Eaco originem trahentes dictos scimus, tum deinde Caracilos eosdem appellatos à clarissimo Eroe, quem ob insignem de Bulgaris partam victoriam Caraceum dictum legimus, quæ postmodum solet esse in corrumpendis sæpè nominibus vulgi licentia paulatim ex Caracilis Caracoli, tandem Carazcoli facti sunt, quod nomen hac tempestate apud gentiles invaluit.*

Recensum post illa agit virorum aliquot sub Imperatoribus Græcis virtute & dignatione clarorum, quorum mentio apud Scriptores Historiæ Byzantinæ occurrit, refertque adeò ad gentem suam *Ambustum Caraccolum*, Colonæa minoris Armeniæ oppido oriundum, qui Messanam adversus Saracenos egregiè tutatus est sub annum Chr. MXLII, quique posteà Antiochiæ Dux & ab Isaacio Comneno Imperatore *Curopalata*

dictus fuit; tum *Nicephorum*, Constantini Forbeni *Caractolonis* filium, quem Alexius Comnenus Imperator *Sebastocratoris* dignitate donavit, & Mariæ filiæ suæ sponsum dedit, præterea *Leonem*, Excubiarum Præfectum, Photii Patriarchæ Constantinopolitani cognatum, aliosque; nec tamen pro candore suo dissimulat, diversimodè illos á scriptoribus enuntiari, & Catacalones frequenter dici; qua appellatione Carolus Fresneus Cangeus Historiæ suæ Byzantinæ Parte priori *de famil. Augustis Byzant.* pag. 177. & 178. perpetuò usus est.

Neapoli porrò, antequam Anastasius Caraccolus in Italiam venit, ex ea prognatos familia habitasse, quoniam ex recensitis supra verbis Sergii colligere licet, alicujus illorum, qui rebus illius studebant, gnatum dicere Petrum, jam superius nominatum, Abbatem & Rectorem ædis S. Georgii, patitur ratio temporis, quo vixit, vixit autem sub an. 844, Domini titulo, qui antiquitus magis ac recentiore ævo in honore fuit, virilemque arguit ætatem, jam tum honestatus. Clara post illum viget memoria *Landolphi* & *Theodori* fratrum, quorum prior pater fuit *Mariæ*, alter *Theodonandæ*, religiosarum mulierum; namque illa multis prædiis monasterium S. Severini Sossiensis ditavit, hæc cœnobio S. Sergii, quod nunc S. Sebastiani dicitur, partem Campi nominati *de Caracciolis* dono dedit: Landolfo natus est PETRUS, *Incliti* encomio in tabulis vetustis mactus, á quo Caraccioli omnes, non superstites solùm, sed etiam multi, quorum propagines emarcuerunt, genus ducere haud nullâ ratione creduntur. Tori consortem Petrus habuit *Cleogiam*, gnatam viri, cujus nomen, in veteri charta Archivii S. Ligorii scriptum, jam exsculpi nequit, literis, quibus id expressum erat, carie deletis, post quas tamen hæc legere licet verba *Comes de Greci*, ex quibus vocabulis Præfectum sive Judicem, quales olim Comites appellatos fuisse constat, Græcæ nationis patrem Cleogiæ fuisse, haud absurdè colligitur. Ex illa Petrus *Gregorium* & *Landolphum* suscepit, satores stirpium duarum, in quas Caracciola familia principaliter distingui solet, videlicet Caracciolorum *Rubeorum* & *Leoninorum* sive *Pisquitiorum*, (*dei Caraccioli Rossi e di Leone ô sia Pisquitii.*) Utris ex his primogenituræ dignitas competat, dubium inexplicabileque esse, & neutris deficere argumenta probabilia noster refert; *Leonini* enim sive Pisquitii ad insignia provocant sua, in quibus *leo* conspicitur, quo Petrum Caracciolum Rectorem S. Georgii, Landolphum & Theodorum, aliosque ab omni memoria usos esse in confesso sit; *Rubei* econtra antiquitate cognominis sui nituntur, quod non tantum ante Pisquitianum invaluisse, sed etiam à nonnullis ex Pisquitiorum stirpe prognatis adscitum fuisse non minus liquidò constet. Cum verò Princeps noster, nunquam sine laude dicendus, in erudito de familia sua Discursu ad nos transmisso ea usus sit modestia, ut posteriorem stirpi suæ locum relinquere, quàm priorem arrogare maluerit, vestigiis ejus insistere, & Caracciolorum Rubeorum recensione defungi constituimus, antequam de Pisquitiis, quorum amplior est numerus, verba facimus. In plures equidem familias Caraccioli divisi fuerunt: & referuntur à Car. Borello (a) cognomina plus minus centum, quibus antiquitus internosci consueverint, insignium quoque diversitate discriminari usque adeò ait collibitum ipsis fuisse, *ut supra quadraginta numerentur Caracciolæ gentis tesseræ gentilitiæ;* verum obliteratis cæteris omnibus cognomentis tria duntaxat persistere, *Russorum, Pisquitiorum* & *Carafarum.*

JOHANNES Caracciolus cognomine Rossus, Gregorii F. alter quasi stirpis suæ sator est dicendus; primus enim Borello referente, fuit qui *Rossi* cognomento indigitari cœptus est; de ejus fide ac virtute præclarum ab eodem commemoratur testimonium Friderici II. Cæsaris in diplomate, quo is Ligorium, Johannis filium, multa feudorum ditione locupletavit; sic enim ille: *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Hierusalem & Siciliæ. Augustalis excellentiæ tunc extollitur solium, tunc sui nominis titulos ampliat; cùm dignis meritorum præmiis subjectorum compensat obsequia: illorum præcipuè, quos sincera fides, & pura devotio reddit expertos. Inde est, quod nos attendentes fidem puram, & grata servitia, præsenti digna relatu & futura memoria; quæ quondam Joannes Caracciolus Russus de Neapoli, pater Ligorii Caraccioli, fidelis nostri Majestati nostræ semper exhibuit: & specialiter quod, dum pro servitiis*

(a) Vind. Neapolit. Nobilit. p. 35. & seqq.

vitiis nostris, & imperii deputatus ad custodiam castri Iscla, à nostris rebellibus impugnatus maluit in una turrium munitionis ipsius, cum se amplius non posset defendere, igne cremari, quàm se sponte inimicorum tradere potestati. Considerantes etiam quod Ligorius præfatus, paternæ fidei constantiam imitando, grata nobis obsequia exhibere poterit in futurum, de benignitatis nostræ gratia, qua consuevimus benemeritis providere, ad aliorum quoque fidelium nostrorum imitationem exempli; damus & concedimus nominato Ligorio fideli nostro & heredibus in perpetuum feudum, quod fuit Gerardi de Ripa, quod tenuit Robertus de Concha in Caleno, & pertinentiis ejus, & nunc ipsum Curia nostra tenet, &c. (b)

BERARDINUS Caracciolus, Ligorii frater, studia literarum & religionis secutus ad Archiepiscopatum Neapolitanum provehi meruit, legationesque in Hungaria & Bohemia obiisse Vghello memoratur; sepulcro ejus hæc inscripta leguntur: *Hic jacet corpus Venerab. in Christo Patris D. & Domini nostri Berardini Caraccioli Rubei de Neapoli, Dei gratia Archiepiscopi de Neapolis, & utriusque Juris Doctoris, ac medicinæ scientiæ periti. Qui obiit an. Dom. MCCLXII. tertio nonas Octobris Joannes Caracciolus Rubeus nepos fieri fecit.*

PHILIPPUS Caracciolus vir manu strenuus & equestris dignationis Carolo Calabriæ Duci Florentiam eunti comitem se præbuit, ibidemque morte interceptus funere magnifico elatus, sepultusque est in æde S. Crucis; avus idem fuit maternus Bonifacii IX. Papæ, paternus verò nec non proavus duorum Cardinalium, videlicet NICOLAI & CONRADI Caracciolorum; prior *Musquinus*, aliàs *Missinus*, seu *Moschinus* cognominatus, ab ineunte ætate sacrum Prædicatorum ordinem professus, deindeque ætate auctus *Inquisitor Generalis* regni Neapolitani renunciatus est. Messanensem Archiepiscopatum postea obtinuit, & S. Catharina Senensi postulante ab Urbano VI. Presbyteris Cardinalibus titulo S. Cyriaci in thermis adscriptus an. 1378. d. XIV. Kal. Octob. multas legationes gessit, Perusianam scilicet, Venetam, & cum Cardinalibus Reatino & Veneto Neapolitanam; in Flaminia & Æmylia Vicarius fuit Pontificius cum Agapito Columna. Urbano VI. peregrinanti contra Clementem æmulum semper adhæsit, & denique Romæ è vita excessit, & sepultus in æde Prædicatorum S. Mariæ super Minervam, vir morum sanctitate præditus, beatus post mortem à nonnullis nuncupatus fuit. (c) CONRADUS cum Romanam curiam sub dicto Pontifice Romano frequentasset, ab ejus successore Bonifacio IX. Ecclesiæ S. Stephani propè Aquilejam præpositus, Subdiaconi Apostolici & Procamerarii munere functus, deindeque an. 1402. Archiepiscopus Nicosiensis in Insula Cypri, posteà Melitensis Episcopus cum ejusdem Archiepiscopatus commendatione renunciatus est. Tandem Innocentius VII. cujus Procamerarius fuerat, S. R. E. Camerarium & Presbyterum Cardinalem titulo S. Chrysogoni an. 1405. pr. Id. Jun. dixit. Cum successore illius Gregorio Senas profectus, paulò post eo deserto Pisas ad concilium accessit, & cum cœteris Cardinalibus Alexandri X. electioni interfuit, à quo legatus in Galliam Cisalpinam missus est, ut aliquot oppida nutantia in Ecclesiæ Romanæ fide confirmaret; cumque à Gregorio Melitensi aliisque Sacerdotiis spoliatus esset, ab altero Urbevetanæ Ecclesiæ perpetuus Administrator adscitus est. Supremum diem Bononiæ explevit, & in Cathedrali sepultus est cum hac inscriptione: *Conrado Caracciolo Neapolitano, Tituli S. Chrysogoni Presb. Card. S. R. E. Camerario, Bononiæ legato, supremam vitalis stadii metam emenso, XV. Kal. Mart. MCCCCXI.* (d)

HENRICUS Caracciolus cogn. *Viola* Johannis præfecti maris filius, primus Comes Geraci, animo & corpore magno pulchraque forma, à regina Johanna I. amatus ejusdempue supremus OEconomus & Magnus regni Camerarius fuit; omnibus denique bonis à Rege Ludovico exutus & fato suo functus ANTONIUM post se reliquit, cui dicta regina Geracensem Comitatum, à Nicolao Acciajolo sibi renunciatum, reddidit, eundemque aliis feudis & Camerarii sui munere auxit. Amissum ille deinde Comitatum sub Carolo III. Rege ab Alberico Barbiano ære reluit, cui JOHANNES ejus filius Roccettam in Calabria, à Rege sibi donatam, adjunxit. Huic BAPTISTA frater successit, qui Ludovico III. operam navavit atque ab eo Terrænovæ Comes creatus,

(b) pag. 43. (c) Ciaccon. Hist. Pontif. & Cardin. T. II. p. 641. (d) Ciacc. Op. cit. p. 718.

tus] est. Magnificam idem instruxit aulam, virosque armorum & literarum studiis claros aluit, omniumque Baronum splendidissimus fuit, sicut *Tristanus Caracciolus* in libro suo inedito *de varietate fortunæ* refert; at gnatus ejus THOMAS ex Comite Marchio creatus documentum dedit quàm instabilis sit fortuna; delatus enim rebellionis apud Alphonsum Regem feudis multatus & carceri mancipatus est. (e)

In numero fratrum Johannis Caraccioli, quem primum Rossi cognomen assumsisse dictum est, Gregorium in tabula recensuimus, patrem Landolphi & BARTHOLOMÆI. Hoc genitum fuisse ajunt *Philippum* Ripæ longæ dominum, Carafeorum stirpis satorem, quippe cujus posteri longo temporis spatio appellati sunt *Caraczoli dicti Carafæ*, id quod ipsa Carafeorum familia diffiteri nequit, sed ob matrimonium Bartholomæi Carafæ, Philippi filii, cum Delitia Caracciola id factum esse perhibet, quemadmodum in Genealogia Carafeorum videre erit. Matrimonii econtra istius probationem Caraccioli desiderant, negatque Noster exhiberi illam posse, sibi verò in proclivi esse argumentis omni luce clarioribus evincere. Carafeos à Caracciolis originem trahere; atque ita *Borellus* etiam sensit, qui constare ait non modò è scripturarum propè innumerabilium, sed è multorum etiam marmorum monumentis, quæ in æde S. Dominici jam diu extiterunt & extant, Carafeorum familiam non esse diversam à Caracciolorum familia, sed planè eandem. (f)

AD TAB. II.

OTTINUS Caracciolus, Johannis Maidæ toparchæ, qui tabulam inchoat secundam, filius, vir fuit strenuus & charus Regi Ladislao, cui fidem probavit suam, atque in improspera pugna, qua is cum Ludovico Andino congressus est, captivitatem subiit. Ladislao vivis exempto Johannam reginam ab imperio Jacobi Borbonii Marchiæ Comitis, cui nupta erat, fortiter vindicavit. Ad Magni Aancellarii officium provectus, nec ea dignatione contentus, sed invidiæ stimulis agitatus erga Sergiannum Caracciolum, quo regina plurimum utebatur, diffidere cum illa cœpit, & clandestina cum Sfortia, reginæ itidem succensente, consilia coquere, at ista dono Neocastrensis Comitatus illum demulsit; autor posteà conjurationis adversus Sergiannum fuisse creditur, mortuaque regina Renati Andini partes secutus est, verùm ab Alphonso Aragonio victore magna bonorum parte multatus præter Neocastrum & Ferolitum nihil LUDOVICO, pronepoti suo ex fratre, quem hæredem nuncupavit quod filios ipse non genuisset, reliquit. Huic posteà Ferdinandus I. Rex non illa tantùm castra, sed Maidam quoque & alia ademit, quæ ALPHONSUS, illius filius recuperavit quidem, sed iterum amisit, donata à Ferdinando II. *Marco Antonio* ex Caracciolis *Pisquitiis*. (g)

Ab *Angelo* Caracciolo, qui Ludovici, secundi Comitis Neocastrensis patruus, Ottini nepos ex fratre fuit, sanguinem ducunt OCTAVIUS Princeps Forinensis quartus, & FABIUS Dux Bellicastrensis primus, in familiæ suæ gloriam viventes, nec non ELIGIUS & CAJETANUS, sacris conspicui dignitatibus; hic enim frater posterioris, Compsæ Archiepiscopus est; ille, prioris germanus, Clericorum Regularium religionem amplexus ob eximias, quibus pollebat animi ingeniique dotes, ab Archiepiscopo Neapolitano, & Cardinali Antonio Pignatello, Theologi sui, Consultoris S. Officii, Examinatoris Synodalis & Censoris librorum muneribus mactus, & postquàm ille ad Summum evectus esset Pontificatum, Romæ *Qualificator* S. Officii, & Consultor S. Congregationis rituum creatus, tandemque ad Archiepiscopatum Cusentinum assumtus est, cum dignatione Episcopi *ad Solium assistentis*, & Prælati Papæ *domestici*; nec diu benefactori suo superstes mansit; eodem enim anno, quo ille mortalitatem explevit, ad finem declinante, ipse quoque vivendi finem fecit.

(e) Sansov. orig. fam. illustr. Ital. p. 122.
(f) Lib. cit. p. 129. (g) Sansov. op. cit.

AD

AD TAB. III. ET IV.

De Caracciolis, qui Tabula recensentur tertia, atque à MARINO, Magni Senescalli munere, sub regno Johannæ primæ, functo, orti, & *Blanci* cognominati, Nobilibusque *Nidi Sedilis* in civitate Neapolitana annumerati sunt, quorumque aliqui *Misuracum* Marchionum dignatione tenuerunt, in Spinellorum familiam deinde ab *Isabella* illorum hærede transportatum, aliqui *Banderani Toparchæ* hodieque salutantur, narrandi argumento destituti ad quartam progredimur tabulam. Hanc PHILIPPUS *Ugo* vel *Hungot* dictus orditur, qui Johannæ I. reginæ à cubiculo fuit & audaci inclaruit facinore: namque in præsentia Ludovici Regis Magno Senescallo Acciaiolo rixa concitata lethale infligere vulnus sustinuit. Ab eodem ingens clarorum & fortium virorum agmen provenit: primigenii fuere Marchiones *Vici*, quod oppidum est maritimum & Episcopale provinciæ Capitanatæ, NICOLAUS ANTONIUS primus isto mactus est titulo, à Carolo V. Imperatore, de quo in bello contra Gallos, & præcipuè cùm Neapolis acri à Lautreccio obsidione premeretur egregiè meritus erat. E *Julia Leonessa*, Pauli IV. Pontificis è sorore nepte, quam rapuisse Sansovino dicitur, GALEATIUM genuit, qui solum vertit, & Genevæ Allobrogum decessit; causam & summa vitæ ejus, Gallicis Italicisque & novissimè Germanicis quoque literis posteritati traditæ, capita *Thuani*, gravissimi scriptoris verbis enarrabimus, sic autem ille Historiarum Libro LXXXIV: *Galeaccius Caracciolus, Vici Marchio, hoc anno, 1586. debitum naturæ procul à patria persolvit. Is Nicolaum Antonium, bellis sub Arausionensi Principe in Italia celebrem, patrem habuit, matrem Petri Antonii Carafæ, qui Paulus IV. post adeptum Pontificatum dictus est, sororem,* (non sororem, sed è sorore ejus natam, fuisse jam innuimus) *Victoriam, Ducis Nucerini F. in uxorem duxerat, ex qua numerosam sobolem sustulit. Sed cùm sub id Petrus Martyr Vermilius Neapolim venisset & jam tum disseminatam per Helvetios & in Germania doctrinam fidis in arcano instillaret, in iis sectatores habuit Johannem Valdesium Hispanum, & Jo. Franciscum Casertam, Galeacio affinitate conjunctum, & ipsum Galeacium, qui jam arctam cum M. Antonio Flaminio, Victoriæ Columnæ Ferdinandi Piscarii Marchionis viduæ, perfamiliari, ob pietatis studia amicitiam colebat, non quòd Flaminius doctrinæ in cæteris illi addictus esset, sed quòd quædam ad justificationem pertinentia, & multa, quæ prava consuetudine in Ecclesiam irrepsisse videbantur, emendari consultum doceret. Tandem à Valdesio & Vermilio persuasus, & cùm officii causâ in Germaniam, ut Carolo V. Cæsari inserviret, venisset, Argentinæ convento eodem Vermilio, qui interim in Germaniam discesserat, magis confirmatus, Genevam, patre ac conjuge & liberis relictis, concessit; cum aliquoties cum patre primùm in Italia, & posteà cum patre & conjuge simul collocutus, nec illius reverentiâ, nec amore hujus aut liberorum, collo paterno hærentium, blanditiis ac lacrymis adduci posset, ut propositum mutaret. Postremo Genevam reversus, quasi uxor prima secum divortium fecisset, aliam duxit anno 1560. primùm consultis Pastoribus, sicuti scribunt qui res eas prodidére, Annam Fremeieram nomine, jam quadragenariam. quæ viro priore defuncto,* Rotomago, *unde nata erat, ob religionis causam paulò antè migraverat, cum eaque in summa tenuitate, quippe omnibus bonis dejectus, ad annum 68. ætatis conjunctissimè vixit.* Natu maximus filiorum Galeatii NICOLAUS ANTONIUS avo in Vici Marchionatum successit, & cum multis adversitatibus ob Perifani de Ribera Proregis Neapolitani invidiam odiumque conflictatus, nec successores ejus sibi faventiores expertus est, ita ut abesse aliquandiù à patria & Venetiis, ubi Patritiorum albo inscriptus fuit, exulare mallet, quàm domi inter infestos agere; Panormi in Sicilia tandem fatis eum concessisse autor vitæ Galeatii, patris, refert. In nepote ejusdem Vici Marchionum linea defecit, transeunte Marchionatu cum sorore ultimi ad Spinellos, Principes Oliveti.

LELIUS *Bonati & Torrecusi Marchio* in numero filiorum Galeatii Caraccioli quoque fuit, pater cùm aliorum natorum, tum præcipuè *Caroli Andreæ* & *Lucii*, quorum posterior Ducis *S. Viti* titulo auctus est, nec inglorius militiæ fuit, in qua gradum

Campi

Campi Magistri tenuit; at CAROLUS ANDREAS, qui in paternos successit Marchionatus, longè omnes suæ ætatis belli gloria & virtute superavit; vix ex ephebis egressus, in Africa tyrocinium armorum fecit, indeque reversus cum classe, quæ tum in Brasiliam copias transportabat, eò profectus & peditum cohorti præpositus est atque ad majores pedetentim gradus se extulit. Posteà Cardinalem Infantem in Belgium Germaniamque comitatus est, cumque in celebri apud Nordlingam prœlio strenuè fecisset, rei machinariæ in Alsatia præfici meruit; sequenti verò anno 1635. in Italiam ire jussus Valentiæ à Gallis obsessæ auxiliares copias intulit, & servatæ urbis decus retulit. Deinde in Burgundiæ etiam Comitatu documentis fortitudinis suæ editis in Navarram, indeque in Biscajam accitus est, ubi an. 1638. Fontarabiam liberavit, & Salsulas, à Gallis interceptas, recuperavit. An. 1641. in obsidione Barcelonæ filium natu maximum *Carolum Mariam, S. Georgii Ducem* appellatum, jamque Generalis Equitatus Castellensis præfecturam meritum, amisit; quem mœrorem levavit Rex Hispaniarum non tantum consolando, id quod literis propria manu scriptis præstitit, sed etiam supremum militiæ suæ in Catalonia Lusitaniaque & regno Neapolitano regimen ei conferendo. Itaque an. 1646. ad penates suos rediit, quietisque portum se tenere ratus, excitus denuò, & Orbitello, à Gallis acri obsidione presso, suppetias ferre jussus est, nec invitus eam suscepit provinciam, quâ felicissimè media æstate defunctus febrim ex flagrantissimo æstu contraxit, ejusque vi confectus è vita discessit, maximo sui desiderio, ob raras, quibus præditus erat, virtutes, relicto. (h)

Haud minore felicitate ac virtute floruit progenies MARCELLI Caraccioli; fuit is frater primi Marchionis Vici, *Marcellone* vulgò appellatus, & magnæ existimationis apud Regem Ferdinandum Catholicum, à quo primus ex popularibus suis in spectatissimum S. Jacobi Ordinem cooptatus est, nec non apud Carolum V. Imperat. qui eum Comitem *Biccarensem* creavit. Filium post se reliquit FERDINANDUM, impigrum militiæ virum, enituit ejus virtus atque opera cum an. 1566. II M. peditibus stipatus oræ maritimæ in Capitanata, à Turcis incursatæ, suppetias ferret. Barlettæ deinde cum præsidio impositus, ita se gessit, ut à civitate catena aurea donaretur cum numismate regio, cujus aversæ parti hæc inscripta erant verba: *Ferdinando Caracciolo & prudentiam & benignitatem in tuenda bis urbe S. P. Q. Barolitanus.* (i) Multis etiam patrimonium suum amplificavit feudis, quæ inter *Airola* numerabatur, Ducatus titulo in ipsius gratiam ornata, quo atnepos ejus CAROLUS jam eminet, magis verò naturali ingenii ad omnia dexteritate, quà pollere prædicatur. Frater illi est INNICUS, qui Ecclesiastico vitæ generi se dedidit, & orbitam premit *abpatrui* sui *cognominis*, Francisco, secundo Airolæ Duce, nati; hic cum sua virtute, tum favore Pontificum Rom. Urbani VIII, Innocentii X. & Alexandri VII. ad amplissimas pervenit dignitates; namque à primo Præsulari indutus veste Protonotariis Apostolicis de numero *participantium* adscriptus & *utriusque Signaturæ Referendarius*, moxque *Cameræ Apostolicæ Clericus* renunciatus est; secundus Judicem in Signatura Gratiæ, & telonio-rum annonæque Præsidem constituit, quo officio ita, ut virum bonum & liberalem decet, functus esse celebratur; tertius *Auditorem* Cameræ Apostolicæ, moxque d. XV. Febr. an. 1666. *Presbyterum Cardinalem* creavit, sed die VII. Mart. demum vulgavit, eodemque die Archiepiscopum Neapolitanum dixit; à Clemente IX. deinde, cujus comitiis eodem anno interfuit, *S. Clementis* titulum obtinuit. Post biennium iterum Romam ad nova venit comitia, iisque electione Clementis X. finitis ad Ecclesiæ suæ regimen Neapolin rediit, (k) cui dum in extrema etiam senecta graviter invigilat, & die quodam in domesticum descendit sacellum, missam celebraturus, apoplexia correptus, spiritusque protinus ei interclusus est.

(h) Galeat. Guald. Scena degli huom. illustri.
(i) Sansov. lib. cit. p. 124.
(k) Ciaccon. Hist. Pont. & Card. T. IV. p. 763.

AD

AD TAB. V.

CIARLETTA Caracciolus, à quo quinta primordium capit tabula, splendidissimæ & clarissimæ propaginis sator fuit; ipse illa tempestate, qua Renati Andini partes in regno Neapolitano potiores erant, autoritate pollebat, & aliquot castella oppidaque fidei suæ demandata tenebat; sed Renato de gradu depulso & regno ejecto, ille quoque fortunarum suarum jacturam fecit, tandem verò in gratiam apud Alphonsum Regem positus, ejusque Consiliarius factus est. (l) A gnato ejus minori ortus est CIARLETTA, tertius hujus nominis, virtutis ac sapientiæ studio nobilitatus, cujus publicum orbi literario post se reliquit monumentum; tractatum nempe moralem *de Felicitate humana*, in decem divisum libros, & Neapoli an. 1574. typis exscriptum. DOMITIUS, primogenitus Ciarlettæ I. filius, egregia abundavit sobole, è natu minoribus erat ANTONIUS, cui uxor *Johanna Gesualda* Salviam attulit, cujus Baronem gnatus ejus JULIUS CÆSAR se dixit, genuitque MARCUM ANTONIUM; is Marchionis Brientiæ titulo auctus est, cui JOH. BAPTISTA, eo satus, Principis Atenensis axioma adjunxit; sed defecit in hujus filiis virilis illorum stirps, quorum tres Marchiones Brientiæ successivè audierunt, & denique avitam ditionem nepti suæ è sorore Annæ Gambacurtæ reliquerunt, quæ illam in Caracciolam reduxit familiam, nuptui locata Dominico Duci Montisnigri, à Johanne Baptista Caracciolo, cogn. Ingrillo, Domitii filio primogenito, oriundo.

AD TAB. VI.

MARINUS Caracciolus, Domitii filius secundogenitus, non suæ modò familiæ lumen ac decus, sed foris etiam clarissimus, & in magna dignatione apud Pontifices Maximos & Carolum V. Cæsarem fuit. Aulicam à prima juventa sectatus vitam Ascanio Sfortiæ Cardinali inservit, dein in Romana versatus Curia à Leone X. Protonotarius Apostolicus dictus, & legatione ad Carolum, ad Imperiale fastigium provectum, an 1518. ornatus est; atque huic dexteritatem in rebus agendis suam ita probavit, ut in ipsius ministerium adscitus gravissimis ab eo negotiis adhiberetur, & pacis sanciendæ ergò ad Venetos Regemque Angliæ Legatus mitteretur. Post hæc Cæsaris Orator apud Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani fuit, quem ita sibi devinxit, ut ab eo Vespolati ac Galerati Comitatu, aliisque oppidis donaretur. Carolus hanc donationem probavit, & in diplomate *Marini viri amplissimi ex pernobili familia dignitatem non sibi tantùm, sed omnibus ferè Christianis Principibus, cognitam esse* dixit, & ad Catanensem Episcopatum, sæpius pastore orbatum, eos delegit, quos deligi voluit Marinus; huncque Episcopatum ipse etiam an. 1524. regendum suscepit, sed paulò post Scipioni fratri suo cessit. A Paulo III. Papa denique in gratiam Imperatoris creatus est *Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Aquiro* d. 20. Mart. 1535, sed reservatus tunc in pectore, & demum die 31. Maji publicatus. Ab eodem ad ipsum Cæsarem pro pace inter eum & Franciscum Galliæ Regem componenda missus, cùm eodem temporis tractu Franciscus Sfortia decessisset, & Mediolanensis Ducatus in Cæsaris ditionem concessisset, ab eo urbi & provinciæ primi Præsidis sive *Producis* dignatione præfectus, eoque in munere, quod egregia obiit fama, mortuus est, propè septuagenarius. (m)

JOHANNES BAPTISTA Caracciolus, cui cognomen *Ingrillo* fuit, ex fratris Marini Cardinalis hæreditate Comitatum Galeratensem in Insubria accepit, eundemque ad filium suum natu maximum DOMITIUM transmisit, qui illo vendito *Torellam* in regno Neapolitano, & paulò post *Atripaldam* quoque sibi comparavit, & super illa Comitis, super hac verò Marchionis primùm dein Ducis titulum à Philippo Rege obtinuit. MARINUS, Domitii F. paterno avitoque splendori gloriam ex memorabili

Oo pugna

(l) Sansov. loc. cit. (m) Sansov. & Ciaccon. op. cit.

pugna navali Naupactensi, cui interfuit, relatam, decusque *Principis Abellini*, quo mactus est, addidit. Abellinum, antiquum Hirpinorum oppidum, civitas est ulterioris principatus in loco editiore ad Sabatum fl. apud montis Virginis radices posita. (n) CAMILLUS, Marini F. secundus Abellini Princeps tum suopte ingenio bellicosus, tum conditione temporum ad arma stimulante, omnem ferè ætatem in castris contrivit, atque ad supremam usque præfecturam equestris militiæ pertigit, in qua ita se gessit, ut laborum ac fidei decoramenta multa tulerit, videlicet torquem *Aurei Velleris*, officiaque insignia *Magni Cancellarii regni* Neapolitani, & regii Consiliarii in Consilio sanctiori Neapolitano ac Belgico. Uxorem quoque habuit se dignam, *Robertam Carafam*, quam Julius Cæsar Capaccius in Elogiis illustrium fœminarum sequentibus laudavit verbis: *Et Carafæ & Caracciolæ familiarum luminibus coruscans, inter eximias Matronas, Principesque nitet Roberta. En vides quàm splendidè utrarumque gloriam in augustissimo plenissimoque dignitatis vultu repræsentet &c.* Subjungit paulo post: *Quid Roberta fœliciùs? in qua pulchritudo cum castitate, venustas cum modestia, eloquentia cum verecundia certarunt? Quæ florentem juventutem laboribus erudivit, cum, absente conjuge (qui ex bellica laude & disciplina profusis sanguine & fortunis, ad Regum gratiam aspirabat) ab insolenti rerum domesticarum fastidio nunquam abhorruit, rem familiarem splendidè auxit, rexitque tanta prudentia subditos, ut togata pariter, atque armata, jus redderet, injurias propulsaret? Quàm doctè scripsit? Quàm opportunè loquuta est? Quàm suspenso & sollicito animo rimabatur, quæ non veluti Temistocles Militadis trophæis, sed veluti Roberta, cui nullam parem judico, conjugis, liberorum, status amore è somno suscitabatur. Sanctè vixit, sanctissimè decessit, quæ Sylvestro Franciscano Capuccino sui ipsius mortem prænunciavit.*

Filios Camillus Abellini Princeps ex Roberta Carafa suscepit quatuor, sacris secularibusque titulis illustres, namque MUTIUS, qui Ugello in Italia Sacra *Thomas* audit, ex Episcopo Cyrinensi Archiepiscopus Tarentinus creari meruit, DOMITIUS, *Bellæ Marchio* dictus, nomen suum præclara morte, quam in Belgio militans, & pro SilvæDucis mœnibus fortissimè pugnans, septendecim vulneribus prostratus oppetiit, perpetuæ commendavit memoriæ; JOSEPHUS Torellæ Principis titulum accepit, atque ad posteros ex se natos transmisit, sicut MARINUS, frater ejus natu maximus in Abellinensi Principatu nec non munere M. Cancellarii filium nepotemque successores habuit; quorum prior, nempè FRANCISCUS, quartus Abellini Princeps, doctrina insignis & armis, solemni etiam & splendida legatione illustratus est, qua InnocentioX. Pontifici Maximo equulum candidum, censumque, quem Rex Catholicus sedi Romanæ annuatim pendere solebat, exhibuit, posterior MARINUS hujus nominis III, & quintus Abellini Princeps, supremum regni Cancellariatum jure hæreditario nactus, nuperque inter Equites Ordinis Aurei Velleris cooptatus Principis omnibus rebus ornatissimi famam tuetur.

Sed nec ab *Ascanio* Caracciolo, cui æque ac genitori suo Johanni Baptistæ, cognomentum *Ingrillo* fuit, ingloria orta est propago; nam et illa Archiepiscopos, Marchionesque & Duces tulit. Natu maximum inter ejus filios JOH. BAPTISTUM, uxor *Portia Carafa* Marchionatu S. *Erami* auxit, postquam ea Octavii fratris sui fine prole mortui, hæres facta esset. Defunctæ memoriam maritus eleganti coluit monumento in æde S. Johannis Carbonariensis fratrum Eremitarum S. Augustini condito, cui hæc inscripta sunt: D. O. M. *Portiæ Carafæ Marchioni S. Erami Conjugi unicæ & incomparabili, cum qua unanimus vixit annis XLIV, & vivens tumulari concupivit Joannes Baptista Caracciolus, regii Equitii Præfectus & Consiliarius, Altare, Amoris & honoris ergo cum lacrymis posuit, & post mortem dilecto cineri omnino se uniri mandavit. Vixit annos XLIV. mens. III. dies IIX, obiit Anno Salutis CLXICIIXX. V. Kal. Maji.*

Ex liberis Johannis Baptistæ Caraccioli & Portiæ Carafæ Marchionum S. Erami, MARINUS natu maximus in hunc successit titulum, CAROLUS verò minor natu *Dux de Monte nigro* creari meruit, quod decus in præsentia JOSEPHUS, ejus è filio Dominico nepos, qui etiam Brientiæ Marchio jure audit materno, sustentat, suaque it auctum virtute.

AD

(n) Ughellus Ital. sacr. Tomo VIII.

AD TAB. VII.

HActenus de Caracciolis Roffis five Rubeis dictum fuit, nunc ad illos, qui *de Leone* vel *Pisquitii* cognominantur, tabula feptima deducimur: fator eorum *Landolphus* fuit, fpectatæ vir virtutis, quem Carolus I. Rex, cum gymnafium Neapolitanum novis ornaffet privilegiis, doctoribusque, Officialem in eo anno 1269. conftituit, cujus partes effent providere, ut ftudiofis res ad victum pertinentes æquo veneant pretio, & fine fraudatione; quare Juftitiarius Scholafticorum (*Giuftitiere degli Scolari*) appellatus, & falario viginti unciarum auri mactus eft, ficut Summontius Libro III. Hiftoriæ Neapolitanæ refert. (o) Egregia idem floruit prole, mares ad minimùm fex fuiffe conftat, quos inter BERARDUS fi non natura, at dignatione, primas tenuit; is in Curia Romana Protonotarii nec non Cancellarii Sedis Apoftolicæ fpartam ornavit, á Rege Carolo I. autem inprimis amatus, multoque in honore habitus, & fuaviffimis appellationibus *Compatris ac Venerabilis Magiftri* in literis frequenter honeftatus fuit. Fratres ejusdem in Tabula recenfiti, quo nati fint ordine, quisque major inter ipfos fit, quis minor, haud fatis liquet. LIGORIO, quem alii *Gregorium* nominant, cuique primum, nullius in fraudem, dedimus locum, *Suizza* cognomen fuit, à quo Suizzerorum appellatio, omni ejus pofteritati familiaris orta effe videtur; ifta in eam nonnullos induxit opinionem, ut Helvetios natione fuiffe ftatuerent, illosque eo vocabulo, cum Latino uterentur fermone, appellarent. Idem Ligorius Pifciottæ Dominus fuit, cum jure uxorio, tum beneficio Regis Caroli I, qui id, à Friderico II. Imperatore Bartholomæo de Alicio, Ligorii focero, ademtum, ei uxorique reftituit, quemadmodum ex veteri charta Borellus refert. Id ad filium Ligorii GUALTIERIUM, qui *Pisquitii* cognomine, incertæ originis ac fignificationis, ad patruorum exemplum ufus eft, tranfit, atque in ejus ftirpe primogenita permanfit, donec ea deficeret in BARTHOLOMÆO præclaro viro, & multiplici doctrina, inprimis verò eleganti antiquitatis fcientia, præditò. Nec minus ornamento huic fuerunt ftirpi FRANCISCUS, Gualtierii frater, Canonicus Rothomagenfis in Gallia, & Cancellarius Parifienfis, BERARDUS, tertius Pifciottæ Dominus, Prorex Capitanatæ & Vicarius Magni Camerarii, regiusque Confiliarius, cui ab uxore fecunda obvenere *Manfredonia*, *Mons S Angeli*, *Sipontum*, *Lefina* aliaque loca, BALTHASAR decimus Pifciottæ Dominus, matrimonio proneptis regiæ infignis, JACOBUS, dictus *Cubballa*, fator Dominorum de *Valle & Parete*, & denique horum poftremus JOH. ANTONIUS, idemque primus Oppidi Comes vir ftrenuus ac religiofus, quam virtutem facris exercuit fundationibus; facellum quippe fplendidiffimum extruxit, in *Annunciata*, quod jam ad Principum S Boni, tanquam Ducum Feroleti, familiam pertinet, fundumque condidit, ex quo fœminæ gentis fuæ dotarentur, quotquot Caracciolorum utriusque ftirpis Leoninæ & Rubeæ infignia quadripertitim gerere voluerint; id quod eradicandæ opinioni, quam multi de diverfa illorum origine imbiberant, inftituiffe videtur.

AD TAB. VIII. ET IX.

BARTHOLOMÆUS Caracciolus, florentiffimi palmitis fator, *Pisquitii* cognomentum habuit, quo etiam BERARDELLUS ejus gnatus ufus eft, at JOHANNES nepos ufurpatione vocis abftinuit. Hoc ortus eft BERARDUS, cui cognomen *Mazzandrono* fuit, & magna in aula regia dignatio; filios idem tres fufcepit, qui finguli pofteros ex fe natos habuere; à MARINO, natu inter illos minimo, defcendit MARCUS ANTONIUS; is inde à pueris Ferdinandi II. Regis contubernalis, exilii etiam quod ille regno Neapolitano à Carolo VIII. Gallorum Rege occupato fubiit, confors effe voluit, relictis charitatibus & fortunis omnibus, cumque ille regnum recuperaffet, victoriarum ejus magna pars fuit, & perpetuæ fidelitatis fuæ prœmium Co-

(o) pag. 320.

mitatum Neocastrensem aliaque decoramenta tulit; quoniam verò mascula carebat pro e, filiam suam primogenitam fratris sui Johannis Baptistæ gnato, ALPHONSO nuptui locavit cum dote dicti Comitatus, quo ex matrimonio natus FERDINANDUS Ducis Feroleti titulo auctus est, hujusque porro filius ALPHONSUS II. Oppidensem Comitatum possessionibus ex paterna hæreditate acceptis adjecit. Hoc editus FERDINANDUS II. cum improlis de seculo abiisset, ad sororem ipsius natu majorem, agnato Principi de S. Bono nuptam, tituli & fundi illi omnes devoluti sunt.

FRANCISCI, qui *Siccus* cognominatus, & Berardi Mazzandroni filius medius fuit, progenies in duas abiit lineas, à nepotibus ejus, *Tristano* & *Ludovico* conditas, sed ambæ defecerunt; à posteriore orti in privata se continuerunt conditione, nisi quod *Johannes Baptista* illius nepos Venetis militando rem ampliorem gloriamque multam, sibi peperit. A Tristani filiis duæ iterum lineæ provenerunt, quarum altera à GODOFREDO edita Ortæ Toparchas habuit, exstinctos in Francisco ejus atnepote; cujus soror Ortam in Marchionum de Gioiosa familiam transtulit.

Hi à JOHANNE, Tristani filio natu majore, sanguinem duxerunt; pater enim is fuit alterius TRISTANI, viri sua ætate in disciplina Philosophiæ moralis celebratissimi, cujus opera inedita multorum versantur manibus, illud inprimis, quod *de varietate fortunæ* scripsit, & exemplis Principum regni Neapolitani illustravit. Multos idem nepotes ex gnato *Michaele*, cognomine *Claudo*, habuit; in minorum natu numero TRISTANUS III. erat, progenitor Ducum *de Rocca Rainola*, quorum primus THOMAS gloria militari, multis fortibus factis, & inprimis auxilio, quod Genuensibus tulit, parta illustris fuit, secundus improlis, nec tamen inglorius, vivis excessit. JANUARII, qui primogenitus Michaelis filius fuit, progenies, insignibus aucta titulis, viget hodieque in FRANCISCO Marchione quarto de *Gioiosa* & Duce *Atellæ*, filiisque ejus, quos inter primas tenet NICOLAUS MARIA Dux *Girifalci*, jure materno dictus, & HIERONYMUS *Soriti* Ducis dignatione mactus.

AD TAB. X. ET XI.

A Berardi Mazzandroni filio natu maximo *Petracone*, Magno Johannæ I. reginæ Senescallo, ortus est PETRACO II, à quo initium tabulæ ducitur decimæ. Hic regnante Johanna II. virtute & existimatione floruit, & post alia insignia officia munere Magni Marescalli regni, tituloque *Comitis Burgentiæ* decoratus est; filius ejus JOHANNES JACOBUS ad ampliores provehi meruit dignitates, in societatem Equitum Ordinis *Velleris muris Pontici* à Ferdinando Rege allectus, Magnus regni Cancellarius & *Dux Caggiani* creatus; egregia idem auctus est sobole; à maribus natu minoribus descenderunt Marchiones Castellanetæ, quorum familia mox in colum, ut ajunt, delapsa est, nec non *Duces Siciniani & Marchiones Binetti*, qui Tabula XI. enumerantur, quorumque stirps emarcuit, succedente *Bernabovi*, ultimo Siciniani Duci, amita ejus, Carolo de Tocco Principi Montis Miletti nupta. At primogenitus primi Ducis Caggiani filius, PETRACO hujus nominis tertius perpetua floruit propagine; hoc natus JOH. BAPTISTA Ducalem titulum à Caggiano in Martinam transtulit, *Martinæ Dux* exinde dictus; à Pasquali filio ejus natu minore Marchiones *de Macchiagodena* & Comites *Picerni* provenerunt, quos titulos jam gerit FRANCISCUS, is quoniam æque ac frater ipsius JOSEPHUS Serræ Comes, prole destituitur, hic interarescit palmes. PETRACO, filius Johannis Baptistæ natu major, Ducum Martinæ stirpem propagavit, abavusque fuit FRANCISCI, noni Ducis Martinæ, cujus illa tempestate, qua domestica Neapolitani regni quies seditionis popularis fluctibus agitabatur, fides ac fortitudo enituit; namque commissa sibi provinciarum quarundam tutela ita functus est, ut tumultuantibus in Tarentino oppido agroque repressis, & Hydruntinis, qui nutabant, in officio obsequioque Regis retentis, spes rebellium everteret, qui iram adversus illum suam distrinxerunt, caput ipsius licitando, sicut Brusonius memoriæ prodidit; (p) hoc etiam referens, propè ab illo aliquando abfuisse infortunium Buccini,

(p) Hist. Ital. Lib. XVI.

Buccini, suæ ditionis oppido; proditum enim à suismet subditis, quibus occultum cum rebellibus commercium erat, vix fuga se & charitates suas exitio subduxisse, supellectilis verò omnis, L. M. scutatis taxatæ, jacturam fecisse, filiolumque quoque, fugæ & acris incommodis in morbum lethalem conjectum, amisisse. Trigam tamen gnatorum egregiam post se reliquit; eorum natu maximus PETRACO V. avitos jam ornat titulos, INNICUS, fratrum suorum ætatibus medius interjectus, inter Prælatos Curiæ Romanæ eminet, JOHANNES BAPTISTA natu minimus bello strenuus Cæsari equitum ductor meret.

AD TAB. XII.

MARINUS Caracciolus, cognomine *Scapuccinus*, Johannæ II. Reginæ cubicularius & consiliarius, ejusdemque Vicarius in Barensi provincia fuit, dein Alphonsi Aragonii gratia quoque floruit, cùm is rerum in regno Neapolitano potitus esset, eò quod insignem ei operam gravissimis occasionibus navasset. Possessionibus prætereà auctus, ita eas inter tres gnatos, quos è diverso sustulit matrimonio, dispertiit, ut natu minimo *Hectori* Marsicum Vetus, secundogenito *Sergianno*, Celentiam, Canenchium, Fanum Angeli & Silvestri, Torremque Brunam assignaret, natu maximo TIBERIO autem San Bonanam & Monferrantensem ditionem, quæque alia ex materna ad ipsum devoluta erant hæreditate, relinqueret. Hoc satus MARINUS à Rege Ferdinando Catholico *Marchionatu* auctus est *Bucianicensi*, quo honore cùm ipse gestiebat, tùm effert sese etiam nunc posteritas ejus jure meritoque, quoniam tertius demum in regno fuit, qui honorifico Marchionis titulo meruit mactari. TIBERIUS, filius illius natu major, improlis mortuus, ditionem paternam ad fratrem JOHANNEM ANTONIUM transmisit, quem ad bellicam adspirantem gloriam in vigore ætatis mors abstulit. Hoc natus MARINUS, quartus Marchio, insignem Carolo V. Imperatori operam præstitit in expeditione Senensi & Ostiensi, nec non in bello, quod illi à Pontifice & Gallis in regno Neapolitano illatum est; Calabriæ deinde per triennium Proregis dignatione præfuit, cumque ad summa quæque eniteretur, immatura morte interceptus est. Defunctum Horatius Blancus laudavit oratione funebri, quam ejus gnato JOHANNI ANTONIO inscripsit. Hic Aprutii adversus Turcas, regionem illam facta exscensione populantes, strenuè cum globo mille militum ex suismet subditis collecto defensi prœmium tulit *Principis de S. Bono* titulum, amplissimo privilegio à Rege Philippo II. sibi collatum. MARINUS, secundus S. Boni Princeps, illius filius, Hymenæo propitio usus, uxores duas, domuum suarum hæredes, accepit, novisque ab iis possessionibus auctus est, videlicet à prima Serinensi Comitatu, ab altera Neocastrensi & Oppidensi nec non Ducatu Feroletensi; torque prætereà aurei Velleris decorandus erat, nisi mors virum occupasset invida. Hæc filio quoque ejus, è priore suscepto toro, & Serinensis Comitatu hæredi, iniqua, vix dum annos pueritiæ egressum rapuit; itaque ad ALFONSUM, è secundo matrimonio primogenitum hæreditas omnis paterna, maternaque & fraterna delapsa est, qui, cœlibatum conjugio præferens, fratri suo PAULO familiæ propagationem commendavit, & Feroleti Ducatum, qui titulus in castellum *Sangri* dein transscriptus est, eidem cessit, sed cùm huic eodem pœnè temporis tractu fatis concedendum fuisset, ad FERDINANDUM res uxoria rediit, cui Alphonsus præter Ducatum modò dictum, Marchionatum etiam Bucianicensem tradidit, fratre illorum natu minimo, JOH. BAPTISTA Melitensem militiam intereà amplexo, in qua ad Messinensem Prioratum provectus, denique verò á Rege Catholico Consiliariis status in regno Neapolitano adscriptus est. Sed Ferdinandum ab uxore charitatibusque suis mox divulsit fides & officium, quod Regi suo debebat, & majorum exemplo privatis antiquius habebat rationibus commodisque; cum enim ex populari tumultu Neapoli orto gravis per universum regnum seditio exarsisset, sagum protinus induit, & tribuni militaris partibus alacriter susceptis, Nolæ aliorumque Campaniæ locorum defensioni invigilavit, verum in medio gloriæ cursu concidit, pila trajectus & extinctus. Incremento domus suæ ita studuit, ut multis

eam augeret possessionibus, & Chietium etiam, Aprutii metropolim, quæ ante CCCC. prope annos in ditione Caracciolorum fuerat, ære à Rege redemtam, ad eam reduceret; molestissimè id ferentibus urbis civibus, & indignatis, quod ista non tantum primatum provinciæ, quo gavisa erat, amisisset, sed ipsi quoque ex subditis Regi immediatè subjectis, in vasallos privati magnatis transmutati essent, quæ indignatio usque adeò eos incendit, ut seditioni supra memoratæ nomen manusque inter primos darent, quemadmodum Brusonius in Historia Italiæ literis prodidit. (q)

MARINUS hujus nominis ex hac linea quintus, Ferdinandi F. adhuc in cunis vagiebat cùm patre orbatus fuit; is cum Ducatu Castelli Sangrensis, Marchionatu Bucianici, dominio Chietensi aliisque à patre acceptis possessionibus Principatum San Bonensem, & Comitatus Neocastri oppidi & Serini, ex patrui Alphonsi hæreditate ad ipsum devolutos, con junxit, sed Comitatuum trium, postremo loco memoratorum, titulis in alia loca, salva antiquitatis prærogativa, translatis, nempè Neocastrensi in *Schiavium*, Oppidensi in *Capracottam*, Serinensi in *Fanum Viti*. Ad hæc fortunæ bona, cum ille aucta ætate multa virtutis & civilis prudentiæ decora addidisset, dignus habitus est, cui splendidum Regii Legati extraordinarii munus apud Innocentium XI. Pontificem Maximum demandaretur, & *Grandis Hispaniæ* eximia conferretur dignitas; ne verò, si quid humanitus sibi accidisset, respublica, cujus commodis & saluti serviebat, detrimentum morte sua pateretur, gnatum eduxit, sui similem, tantorum in præsentia possessorem titulorum, CARMINEUM NICOLAUM, principem jam aliquoties nobis laudatum, atque in tantum laudandum, in quantum intelligi doctrina, virtus & humanitas possunt.

JOHANNIS & HECTORIS, filiorum Marini primi natu minorum, posteri illustrium honore titulorum non minus eminent, atque illi, de quibus modò dictum est, à fratre illorum primogenito orti; à primo enim genus ducunt Duces Celentiæ, Principes Villæ Sanctæ iidemque Duces Gessi. Celentia in Ducatum erecta est in gratiam JOHANNIS BAPTISTÆ, qui Johannis in linea primogenita abnepos fuit, paterque JULII CÆSARIS & FRANCISCI, qui ambo Duces Celentiæ audierunt, posteriore priori, sine prole defuncto, succedente. Francisco natus JO. BAPTISTA II. Dux Celentiæ IV, filii natu maximi *Francisci* funus, turbato mortalitatis ordine extulit, hinc gnata ab isto relicta in avitum successura erat Ducatum; sed ea seculi curarum pertæsa, velum in monasterio D. Reginæ sumsit, & avi hæreditatem patruo ALPHONSO cernendam reliquit; quo satus est JOHANNES Dux Celentiæ sextus, quem & optima indoles & summa patrui, JULII, Archiepiscopi Iconiensis clarissimi Concionatoris, virtus ad omnia armavit acuitque, sed mors fato propera ætate florentem, unicæque gnatæ patrem abstulit. Principis Villæ Sanctæ axiomate primus decorari meruit PHILIPPVS à propatruo primi Celentiæ Ducis oriundus, quem uxor *Zenobia de Judice* prudentissima fœmina, patrem fecit FERDINANDI, viventis Principis Villæ Sanctæ & Ducis Gessi, nec non NICOLAI, qui Ecclesiastico vitæ genere deditus, & Nuncii Apostolici spartam ornans, ad Archiepiscopatum Capuanum, provehi meruit, nec non *Vincentii*.

Eadem stirpe satus erat *Ludovicus Caracciolus*, cui *Mariana de Tufò, Marchionissa S. Cypriani* nupta fuit, ortus ab HANNIBALE, Johannis primi Celentiæ domini filio natu minore, cujus propaginem tabulæ angustia exclusit. *Johannes Angelus*, Hannibalis & Victoriæ Palmeriæ filius, pater è *Victoria de Castellis* factus est trium natorum *Fulvii, Horatii* & *Lelii*: singuli liberos post se reliquerunt, Horatio è *Beatrice Turbola* natus est *Franciscus*, qui ex *Johanna de Loffredis* suscepit *Annam*, Thomæ Launaro Marchioni *de Pimonte* nuptam & *Ludovicum*, initio dictum, qui post Marchionissæ S. *Cypriani* obitum bis matrimonium repetiit, ducta secundis nuptiis *Silva Castelleta*, tertiisque *Anna Francona*. E prima conjuge nullam sustulisse videtur proiem, an è secunda tertiave pater factus fuerit, incompertum habemus.

(q) Libro XVI, p. 185.

AD

AD TAB. XIII.

HECTORIS Domini Marfici Veteris, quem Marinus I. cogn. *Scapuccinus* ex posteriore fuscepit toro, propago in tres ftatim abiit ramos, à totidem ejus filiis, *Johanne*, *Marino* & *Tiberio* conditos. In poftremo eminuit ANTONIVS Marchio S. Sebaftiani, *Regentis Cancellariæ* munere functus, cujus facundia clara pollensque, probitas verò ita perfpecta fuit, ut cùm an. 1647. inter Proregem & populum rebellem de compofitione ageretur, hicque nova circa officiales civitatis ftatuta præfiniret, quibus Barones & Nobiles ab officiis excludi debebant, *Caracciolus Marchio S. Sebaftiani & Rector Cancellariæ*, unà cum *Thoma Caravita Judice civili Vicariatus* exceptus fuerit, eò quod populos eos optimos integerrimosque cognoverit, ficut Brufonius memoriæ prodidit. (r) Marini palmes Ducem Montis Sardi & Marchiones Barifciani tulit; hunc jam ornat titulum JVLIVS CÆSAR, cùm virtutibus, tum etiam fortuna & ampliffimo ornatus munere *Regentis Vicariæ* ut vulgari utar vocabulo. Ex Johannis, quem natu maximum Hectoris filium fuiffe diximus, progenie Principes Marfici Veteris nec non Duces Girfalci provenerunt, fed pofterior titulus mox cum primi Ducis gnata unica in aliam Caracciolæ familiæ domum tranfiit, ceu ex tabula patet.

AD TAB. XIV.

AD Duces Principesque Melphitanos ventum jam eft, quorum aliorumque illuftribus titulis confpicuorum virorum progenitor fuit, FRANCISCVS Caracciolus, ex numero filiorum Landolphi *Juftitiarii Scholafticorum*; à Berardo filio Francifci natu majore defcendit JOHANNES Caracciolus, vir omnium gentis fuæ longè clariffimus, & ob fummam, qua pollebat, autoritatem *Dominus* per quantam excellentiam dictus, *Sergianni* fcilicet vulgari vocabulo, indeque etiam latinè quibusdam *Sergiannus* appellatus. De eo ita Facius Hift. Libro I. *Johannes Caracciolus genere clarus, virtute & forma corporis clarior, omnium longè Princeps apud Johannem erat*, reginam nempè, fecundam hujus nominis, quæ ejus amore (ficut Collenutius Libro V. literis prodidit) cùm effet capta & fingulari ac ridiculo modo, quem ex Bzovio Chr. Befoldus (s) enarravit, potita, *magnum regni Senefcallum* eum creaverat. Erat hic *vir*, Facii jam iterum verbis utor, ex Libro II. Hift. *ingentis fpiritus, nec ei confilium in omnia vel pacis vel belli munera deerat, nec ferre æquo animo poterat, quenquam fibi apud Joannam auctoritate & gratia præferri. Ipfe enim cunctis regni regulis non anteire modò dignitate, verùm etjam imperare confueverat: eratque omnibus maximè formidolofus;* itaque Sfortiæ auxilio Marinum Boffam Jurisconfultum, cui regina res urbanas, fuorumque redituum adminiftrationem demandaverat, brevi tempore à fuo munere removendum pellendumque ab aula curavit, deindeque auctus potentia Sfortiæ quoque tantam effe apud reginam virtutis nomine autoritatem, graviter ferebat, ac de illo etiam removendo tollendoque è medio cogitabat, fed difpari fucceffu. Poftea Alphonfo Aragonum Rege à Johanna accito & adoptato, cœpit inter eos fufpiciones & inimicitiarum caufas ferere, (t) fed fibimet malum metere, ab Alphonfo enim commoda occafione detentus & in cuftodia aliquandiu habitus fuit, donec à regina redemtus eft, quæ tacta defiderio viri, cujus confilio atque opera forti & fideli in rebus fummis minimisque utebatur, pro eo duodecim Catalanos nobiliffimos, à Sfortia captos, Aragonio reddidit. (u) Sed ille tandem è medio inimicorum confpiratione noctu fœdè fublatus eft, cujus cœdis circumftantias Collenutius pofteritati tradidit hunc in modum: *Anno Servatoris noftri MCCCCXXXII. Sinifchalcho, qui regnum prope folus eò usque gubernaverat, & rex quafi fuerat, celebratisque nuptiis filii fui, cum Jacobi Caldoræ filia, fummumtum felicitatis faftigium confcenderat; veniunt ante conclavis fui portam in Capuana arce, nocte intempefta, ad XV. Calendas Septembris, ficarii quidem, à Regina aliisque magnatibus miffi:*

(r) Hift. Ital. Libro XV. p. 460. (s) de Reg. Sic. & Neapol. p. 943. & feq.
(t) Facius Libro II. (u) Ibid. & ap. Collenut. l. c.

missi: & ostium pulsantes jubent, ut subitò surgat, & ad reginam, quæ certa [illegible] in vitæ periculo versetur, accurrat. Itaque ille statim assurgens, puero manda[illegible] ostium aperi[illegible]t, atque illi armati irruentes, eum, sicuti convenerat, necarunt, nudumque & non dum altera caliga indutum, tanquam vilissimum hominem, extra arcem exportarunt: quæ res magnum argumentum varietatis fortunæ omnibus esse potest, & iis præsertim qui spem suam in in fœminis ponunt, apud quas gratia se pollere arbitrantur. Neque enim quicquam de illius morte quæsitum fuit: sed cùm autor & causa ejus palam non essent, fuere omnia cum summo silentio oblivioni tradita. Principem conspirationis auctorem Cobellam Rufam, Antonii Suessæ Ducis conjugem, fuisse, quæ præcipuum gratiæ & auctoritatis locum apud reginam nacta erat, eoque implacabili odio in Caracciolum ferebatur, Mariana & Summontius literis consignarunt. (x) Terræ sine ullo funeris sollemni mandato à quatuor monachis S. Johannis Carbonariensis, in sacello quod ille magnificentissimè à tergo sepulchri Regis Ladislai exstruxerat, Trojanus ejus filius monumentum posuit, cui sequentes versus, à Laur. Valla compositi, inscripti sunt:

Nil mihi ni titulus summo de culmine derat,
regina morbis invalida & senio.
Fœcunda populos proceresq; in pace tuebar,
pro Dominæ imperio nullius arma timens.
Sed me idem livor, qui te, fortissime Cæsar,
sopitum extinxit, nocte juvante dolos.
Non me, sed totum lacerat manus impia regnum,
Parthenopemq; suum perdidit alma decus.
Sir Janni Caracciolo Avellini Comiti, Venusii
Duci, ac Regni Magno Senescallo, & moderatori,
Trojanus filius Melphiæ Dux parenti de se
deque patria optimè merito erigendum cur.
MCCCCXXXII.

Lubet etiam huc transcribere, quæ de vita illius, opibusque partis & ad posteros transmissis *Fr. Ælius Marchesius* in Libro de Neapolitanis familiis, quem cum animadversionibus suis edidit Borellus, jamsæpe nobis citatus, tradidit: *Sergiannes*, inquit, *pubertatis annos egressus, militiæ se addixit Ladislai Regis fortissimi auspiciis, brevique tempore morum integritate, animi præstantia, militarique virtute effecit, ut Regi admodum carus & cunctis aulæ regiæ proceribus maximè amabilis esset & videretur. Nato mox inter Ladislaum & Florentinos bello, equitum turmæ præfecturam summa cum laude gessit: hinc fama & dignitate & Regis sua gratia auctus Neapolim reversus, Catharinam Filingeriam, Avellinensis Comitis filiam, uxorem duxit, quæ posteà, defunctis fratribus, Avellinensem Comitatum in Caracciolam familiam transtulit. Ex quo videri potest, prima dignitatis suæ fundamenta fuisse Ladislai Regis tempore sua virtute jacta & non Reginæ Joannæ gratia, ut vulgò prædicant. Mortuò deinde Ladislao, Sergiannes Reginæ usque ad infamiam carus, sibi Venusiæ Ducatum, Marino fratri Sancti Angeli Comitatum peperit; ceteris gentilibus innumera oppida, atque castella, nobilissimas cognationes, amplissimos magistratus procuravit. Hinc in Marrucinis ac Ferentanis tot castella à Marino Caracciolo adhuc possessa, hinc Marsici Veteris & Avigliani Domini, hinc Burgentiæ Comites initium habuere. Ipse verò, licet Capuam pluribus annis possederit, modestia usus nunquam passus est, se Principem appellari. Verùm moriens Trajano filio Venusiæ Ducatum & Avellini Comitatum reliquit. Trajanus verò Venusiæ loco, quam Gabrieli Ursino cedere coactus fuit, ab Alphonso Rege Melphiam sub eodem titulo habuit. Hic Johannem & Jacobum genuit: Joanni Melphiam, Jacobo Avellinum reliquit. Joannes Trajanum II. genuit, virum, quem videmus, omni virtutum*

(x) Mar. de reb. Hisp. Lib. XXI., Cap. 5. Summont. Hist. Neap. Lib. IV.

tum genere illustrem, qui paterno avitoque titulo non contentus, à Ferdinando Rege Principatus titulum assumpsit, & bodie miro splendore atque magnificentia egregiè ipsum tuetur

JOHANNIS Caraccioli, Trojani F. Melphiæ Ducis secundi mentio aliquoties occurrit in Jo. Jov. Pontani Historia rerum suo tempore gestarum: narratur primò fuisse illum, unà cum Jacobo fratre, Comite Avellinensi, in numero Baronum Neapolitanorum, qui partes Johannis Andegavensis adversus Ferdinandum Aragonium secuti sunt, dein quod cùm *Masio Barresa*, quem Ferdinandus Venusiæ cum præsidio præfecerat, collatis sæpius signis conflixerit, iisque in certaminibus non minus sæpè victor evaserit, quàm victus. Comparationem eo loco Pontanus inter utrumque instituit, *duo hi*, scribens, *præstantes animis ac bellicis laudibus duces, nunquam manus conseruere, quin utrinque summis conatibus, ingentibus animis, haud minore sua quàm militum virtute, imperatoriisque artibus ac muneribus decertaverint, Joannes tamen Melphiæ Dux suam ubique majorumq; suorum nobilitatem prætulit, Masius, ut erat natura ferus, ac parum urbanis moribus, vix ab ingenio unquam discessit.* Postremò hoc Pontanus memorat, *Ferdinandus Rex Asculo recepto ad Aufidum proficiscitur eo consilio, uti Joannem Carracciolum debellaret. Is, quod Andegavensis factionis fractas res cerneret, nullumque superesse Tarentino exercitum, quo tutari oppida remque suam posset, se cum arcibus atque oppidis in regis fidem permisit; quem ad se venientem rex benigneque appellatum monuit, ut fidei memor quieta honestaque consilia perversis ac parum quietis anteponeret; postque aliquantum temporis mutuis ac gratis extractum sermonibus, juratum illum in verba, eadem die Melphiam remisit; id oppidum montosis in Apuliæ locis positum gerendis bellis maximè opportunum est.* (y) Subjungere lubet inscriptionem monumenti, quod ea in urbe matri suæ ille condidit.

Ex genere Caudalorum orta Illustris Melfiæ Ducissa Maria, celeberrimi armorum Cœlestis Herois Jacobi Caudali gnata, Illustris Ducis Comitisque Troiani Caraccioli consors, ex hac luce decedens Anno Salutis MCCCCLXXXI. hoc condita sepulcro est, nam duo sibi superstites filii præstantissimi, Dominus Joannes Caracciolus Illustris Melphiæ Dux, & Jacobus Caracciolus excellens Avellini Comes, cum ei marmoreum & dignum tanta genitrice monumentum erigi statuissent, illa spretis mundi pompis corpus reddi terræ, ut expeditius anima adiret ad superos, prudenter excogitavit.

TROIANVS Caracciolus, Johannis de quo modò dictum est, F. insigni Principis titulo auctus fuit, eumque ad JOHANNEM gnatum suum transmisit, hic cùm Carolus VIII. Rex Galliæ victricia in regnum Neapolitanum arma intulisset, tempori cessit, & Gallicis se applicuit partibus, pro quibus etiam sub vexillis Ludovici XII. in Ravennatensi prœlio pugnavit. Facta deinde in dicto regno rerum mutatione, fortunam speculatus Caroli V. Cæsaris partes suscepit; sed à Gallicis Melfiæ obsessus, & acriter oppugnatus, extremam necessitatem spontanea deditione prævenit die XXIII. Martii an. 1528, cumque Cæsareani exiguam de ipso liberando rationem habuissent, Gallica iterum secutus est signa, & opportunissimum se illis præbuit. (z) Franciscus I. Rex Gallorum, ut perspectæ fortitudinis virum sibi obstringeret, honoribus opibusque eum cumulavit, namque Equitem Ordinis sui, Vicariumque generalem copiarum suarum creavit, & sarciendæ, quam in Italia fecerat, possessionum jacturæ Romorantino, Nogentio, Briaque Comitis Roberti, Castro novo & aliis terris donavit, tandem verò præclaris in Provincia Belgioque facinoribus illustratum scipione Marescalli Franciæ decoravit anno 1544, & anno secuto Vicarium generalem in Subalpina regione constituit, quo munere cum summa cum laude quinquennii propè spatio functus esset, instaurata iis in locis militari disciplina, & cöercita Gallorum temerè rixantium petulantia, senio effetus Susæ decessit. (a)

Pp TRO-

(y) Libro I, II. & IV.
(z) Guicciard. Hist. Libro XVIII. & XIX.
(a) Thuan. Hist. Libro VI.

TROIANUS, Johannis Melfiæ Principis filiorum natu maximus, ad quem jure uxorio Molfettæ Principatus in regno Neapolitano ſpectabat, fatum patris antevertit, in pugna apud Cerifolam in Subalpinis dum inter confertiſſimos ſtrenuè dimicat, occiſus, nulla poſt ſe relicta prole. JOHANNES ANTONIUS illius frater, naturali facundia, linguarumque peritia & literis non mediocriter ornatus, Eccleſiaſtico vitæ generi ſe dedidit, & magno applauſu de ſuggeſtu populum docuit. Abbatiæ S. Victoris præfectus librum evulgavit, quem *Speculum Veræ religionis* inſcripſit. Poſteà cum Ludovicus Lotharingus Cardinalis Epiſcopatum Tricaſſeorum ei reſignaſſet, favorem occultum, quo Proteſtantium religioni addictos complectebatur, exſeruit, effecitque, ut iſti liberè citra ullam moleſtiam cœtus haberent. Ei ſcrupulus, referente *Thuano*, injectus eſt de vocatione ſua, quod non Eccleſiæ neque populi ſuffragiis electus eſſet; itaque Proteſtantium Eccleſiæ Seniores evocat, ut piè ac prudenter deſpicerent, an eum eligere vellent, ac pro Epiſcopo habere; neque quidquam gratiæ darent; nam ſi minus idoneum exiſtimarent, ſe libenter loco ceſſurum: ita re inter eos deliberata, omnium conſenſu electus & denuò ordinatus loco Epiſcopi ſedit, in concionibus publicè ad populum, quibus eorum doctrinam ſequebatur, aſſiduus, donec præſules exemplum veriti, apud regem pervicerunt, ut dignitate moveretur. (α) Depoſito itaque epiſcopatu reliquum ætatis in Caſtronovo ad Ligerim, (*Chateauneuf ſur Loire*) quod patri ipſius Franciſcus Rex donaverat, exegit.

AD TAB. XV.

INter poſteros MARINI Caraccioli, qui Sergianni M. Seneſcalli frater, & primus Comes *S. Angeli*, Johannæ II reginæ beneficio, fuit, militari celebratus eſt fama CAMILLUS, ejus è filio Jacobo nepos; is adhuc juvenis in obſequio Regis Ferdinandi I ſingulari fide & conſtantia permanſit, & ſumma quæque pro eo diſcrimina obeundo excelſi animi & invicti roboris non unum ſpecimen dedit, donec in acerſima Calvenſis oppidi, quod *Caletem* veterum fuiſſe putant, oppugnatione ex majori machina in capite percuſſus occumberet, Regi, cui chariſſimus erat, magno ſui deſiderio relicto; obitum ejus Antonius de Bolonia, *Panormitanus* vulgò dictus, ſequenti proſecutus eſt epigrammate:

Magnanimi juvenis lapis hic tegit oſſa Camilli
Patria Parthenopes, præclara Carazcula proles,
dum ſubit ille ingens animis hoſtilia primus
menia, dumque ſuo pro Rege pericula temnit;
occubuit, heu quantum conſtabis ſanguine Cales.
Comprime Rex lacrymas, armis ulciscere manes
militis, ille etenim generoſa morte perennis
vivet, & unanimis narrabit Regis amorem. (β)

In ſequiore quoque ſexu habuit Marini Comitis S. Angeli propago, qua ſe jactet, nempè SIDONIAM, illius proneptem, Leonardi, III Comitis S. Angeli filiam, Laini Marchioniſſam; hæc cùm illa tempeſtate, qua regnum bello ardebat,

(α) Thuan. Libro XXVIII.
(β) Summont. Hiſt. Neap. Lib. V.

ardebat, Cæsareis Gallisque de eo decertantibus, in viduitatem conjecta esset, & Cæsaris partes sequeretur, à Simone Romano, copiarum Gallicarum ductore, mense Julio an. 1528. Laini obsessa est; at illa nihil trepidare, in sua & suorum virtute fidere, animum supra sexum periculumque habere, omnesque strenui & providi ducis partes implere; Simon magno conatu obsidionem urgens cùm nihil ob impigram præsidiariorum defensionem proficeret, alia Marchionissam via aggredi statuit, ostensoque ejus filio natu maximo, quem antequam Lainum obsidione cinxisset, ceperat, minatus est, nisi oppidum dederetur, sub oculis interfecturum se. Motis flexisque aliis, illa nec hilum, & alta voce respondit, & quod si istum vita privaverit, quatuor alios sibi reliquos esse, paratos sanguinem vitamque pro Rege suo profundere. Perspecta itaque invicta mulieris constantia Simon de expugnatione oppidi desperans, obsidionem solvit, quemadmodum *Carolus de Lellis Parte I de Famil. Neapol.* retulit. (y)

Caracciolis à Trojano, Joh. Jacobi, quarti Comitis S. Angeli, qui Sidoniæ frater fuit, filio natu minore prognatis cognomen *de Sole* inditum est à symbolo solari, quod à Sergianno M. Senescallo assumptum, & Marino quoque ejus fratri, ipsorum progenitori usu receptum; retinuerunt; ramus eorundem hodieque viget, cum alter defloruerit, Comitatu S. Angeli ad colum delapso, & in Pignatellam domum translato.

AD TAB. XVI. ET XVII.

AD Francisci Caraccioli, Landolphi F. progeniem; qua *Sergiannus* sæpè jam dictus ortus est, pertinent etiam Domini *de Villa Maina*, Marchionum de *Capriglia* titulo aucti; nec non Loratini Domini, ex quibus Mirandæ Duces prodierunt, sicuti Tabula XVI videre est; priorum familiam jam sustinet DOMINICUS, tertius *Caprilia Marchio*, posteriorum JULIVS CÆSAR *Dux Mirandæ* secundus.

Postrema denique Caracciolanæ genealogia tabula MATTHÆI cogn. *Pisquitii* stirpem recenset, cui etiam *Landolphus*, à quô Caraccioli *de Leone* omnes genus ducunt, pater fuit; illius ramus primogenitus Dominos de *Montefalcone* tulit, quibus extinctis, & dominio isto ad Loffredos à Beatrice Caracciola, Pippi filia, & Marini fratris sui hærede, translato, successere Domini *de Casa dalbero*, Marchionum dignatione dein macti, quique in præsentia Principes Turris novæ etiam salutantur, postquam MARCELLVS, Marchio Casæ dalberanæ sextus connubio sibi junxisset *Corneliam Cossam*, cui TROJANVS Caracciolus, eadem satus stirpe, Princeps Turris novæ an. 1637. creatus, & sine prole mortuus, avunculus fuerat. Vulturaræ denique, Cervinaræ & S. Erasmi Marchiones etiam in progenie Matthæi numerantur: namque BARTHOLOMÆVS Caracciolus, Vincentii primi Marchionis de Casadalbero frater, *Vulturaræ Marchio* creatus est, in quo titulo cum filium primogenitum JOH. BABPTISTAM hæredem haberet, MARCVS ANTONIVS minor natu Marchionis *Motolæ* axioma obtinuit; quod sine prole defunctus ad nepotem ex dicto fratre suo transmisit, JOSEPHVM FRANCISCVM, qui Mottolæ Marchionatum in Cervinaram transtulit, & ducta in uxorem primis nuptiis Portia Caracciola ex Rubeis, Marchionatus S. Erami hærede, tres gnato suo JOHANNI BABTISTÆ reliquit Marchionatus, videlicet *Vulturatiensem, Cervinariensem & Sanct Eramensem*.

Liquet ex hactenus dictis, quanta Caracciolæ familiæ ab omni memoria fuerit dignitas, quantus splendor, quanta fuerint sintque etiam nunc ejusdem decora, quæ

(y) pag. 154.

ra, quæ ut colophonis instar summatim repetamus, effulsit illa in Ecclesia Cardinalibus quinque, Patriarcha uno, Archiepiscopis XVII, Episcopis XXIV. Abbatibus & Prælatis benè multis, in seculo, Vicariis regnorum XI. Legatis ad Viros principes XVII, Magnatibus Hispaniæ V, supremis exercituum imperatoribus IX, M. Marescallis in regno Neapol. VI. in Gallia uno, M. Comestabili & M. Protonotario regni uno, M. Camerariis VI. M. Cancellariis VIII, Equitibus Aurei Velleris IV, Ordinis S. Michaelis II, aliorumque ordinum haud paucis: Inter titulos denique, quibus cumulati sunt, numerantur Principatus XII, Ducatus XXVII, Marchionatus XXVI & Comitatus duplo plures, quibus immensa aliorum feudorum dominiorumque accedit copia.



XVIII. CARA-


❋ ❋ ❋

XVIII.

CARAFENSIS STIRPS

tum illa, quæ DE SPINA, tum altera, quæ DE STATERA cognominari ſolet.

Principum, Ducum, Marchionum, Comitumque multitudine in REGNO NEAPOLITANO redundans,





ARAFÆ ſcuto *rubeo, faſciis tribus argenteis diſtincto*, inſignium loco ab omni memoria uſi ſunt, cum verò in duas, quas ſupra innuimus, lineas dividantur, appellationibus *de Spina & de Statera* diſtinctas, è priore orti *ſpinam viridem* dextro diagonali ſitu ſcutis ſuis induxerunt; ex altera autem prognati ſtateram, quam Joannes Thomas Carafa, Comes Magdalonenſis ſecundus, ſymboli loco, cum lemmate, *Hoc fac & vives*, adſcivit, qualemque ſculptor ſuperius expreſſit, *extra ſcutum* locarunt, nempe vel unam ſitu recto ſub cuſpide ejus, vel duas tergo clypei decuſſatim ſubjectas; plures tamen ex eadem linea ſcuto gentilitio ſimplici malunt uti.

TABU

CARAFÆ DE SPINA

1. PHILIPPUS CARAFA, cogn. de SPINA, Dn. de Ripalon Johannis IV Ducis N. Sergii V Ducis Pron. Riccardi Abn. & Atnepos. Obiit an. 1220. Uxor ei fuit

2. Bartholomæus Carafa, Baro de Ripa longa.

3. Philippus II Caracciolus Carafa, Baro de Ripa

4. Bartholomæus II Caracciolus Carafa. † 1362. *Mobilia de Montefalcione.* — Matthæus Caracciolus Carafa, † 4. Nov. 1315. Uxor 1. *Catharina de Anversa de Sangris.* 2. *Alegoria Piscicella.*

5. Andreas Carafa. DN. de FORLI, vixit 1384. *Maria de Cornai, Petri f.* — Nicolaus Dn. de Dipressi. — Bartholomæus, *Archiepisc. Bariens.* 1347. † 16. Mart. 1367. — Petrus. *Roberta Dintsiaco, Gazzi C. de Tertizzi f.*

6. JACOBUS DN. de ROCCA. *Vid. Tab. seq. II.* — Galeottus Dn. de Pascarola. † 1415. Ux. 1. *Covella Brancaccio.* 2. *Trusia Minutola.* — CAROLUS Dn. de FORLI. *Vid. Tab. V.* — Bartholomæus, *Eques S. Joh. Prior & Senator Roman. Ordinis Promagister* cr. 1395. † 25. Apr. 1405. — Petrus Carafa.

7. (1) Andreas Dn. de Pascarola. *Veritas.* . . . . — Georgius. — (2) Ursillus Dn. de Pascarola.

8. Galeottus. — Galeottus Dn. de Pascarola. *Rosata de Pietramala, Florimontii f.*

9. Nicolaus Dn. Pascarolæ. *Maria de Guevara, Petri M. Senescalli f.* — Ludovicus Dn. de S. Lucido. *Eques Hierosol.* — Andreas COMES DE S. SEVERINA cr. 1496. Protex Neapol. 1525. † 15. vel 16. Oct. 1526. ἄπ. *Maria de Balzo Raimundi Duc. de Nardo f.* — Jacobus. Ux. 1. *Laura Carafa,* 2. *Hippolyta Caracciola.*

10. Galeottus Comes de S. Severina ex patrui hæreditate. Ux. 1. *Johanna Carafa, Johannis Dom. de Rosito f.* 2. *Eleonora de Aquino. Ladislai M. de Quarata f.* — Jo. Carolus † *ante patr.* — Rosata ux. *Friderici Carafa, Dom. de Rosito.* — Polyxena. — Aurelia.

11. Andreas Felix Com. de S. Severina. *Hieronyma Carafa, Tiberii Duc. Nocera fil.* 1538. — Jo. Ludovicus. — Prosper. *Hippolyta Campitelli, Jo. Bapt. B. de Melissa f.* — Feliciana, ux. *Salvatoris Spinelli M. de Fuscaldo.* — Isabella, nup. *Cæsari della Marra, Dn. de Cellamare.* — Nicolaus.

12. Vespasianus Comes ultimus de S. Severina. — Fabritius ἄπαις. — Andreas improl. — Marius ἄπ. — Virginia, ux. *Scipionis. Campofacco.* — Maria, nup. *Ferdinando Pisani B. de Pascarola.*

13.

14. Marcellus. — Vitus. — Petrus Paulus.

COMITES DE SEVERINA.

ga, Sergii, Ducis reipubl. Neapolitanæ, ſexti hujus nominis, & ultimi F. 1.
& Stephani, Sardiniæ Regum, ex Sigismundis Piſanis ortorum.
Laura Capece.

Uxor, *Delitia Caracciola.* 2.

longa. Ux. *Latitia Caracciola.* 3.

Thomas Caracciolus Carafa. †28. Dec. 1332. | Guilielmus Caracciolus Carafa. 4.

Ligorius, Gubernator. Aquilæ 1342. | THOMAS, conditor lineæ de STATERA. *Vid. Tab. VI.* | Jacobus. | (2) Philippus Carafa, *Episc. Bononiens. Presbyter Cardinalis* cr. 1378. † 22. Maji 1389. 5.

Andriella nupta *Nobili ex domo Evoli.* | Veritella, ux. *Francisci Guindazzo.* | Nicolaus, milit. ductor ſub R. Ladislao. ux *incomperta.* | Laurentius. | Catharina, † *innupta* 10. Jun. 1383. | Nicolaus. ux. 1. *Catharina de Somma*, 2. *Maria Julia.* 6.

Scipio Dn. de Paſcarola. Uxor *incomperta.* | Andreas. Uxor *incomperta.* | Covella uxor *Ludovici Antonii Carafæ.* 7.

Rinierius. | Troilus. | Nicolaus. *Fetuccia f. Terusia Galluccio.* | Bartholomeus. | Paulus, *Eliſabetha Frangipane de Tolfa.* 8.

Johannes. | Gubella, ux. *Jo. Baptiſtæ Cajetani B. de Solispace.* | Andreas, Dn. de Roccacienta & Pieſcolanciano. *Camilla Sanſeverina.* | Johanna nup. *Rinaldo Carafæ de Statera Dom. de Cuſano.* | Vincentius Dn. de Montefalcone. *Catharina Caracciola, Marini M. de Bucchianico f.* | Jo. Bernardinus. 9.

Nicolaus occ. à Tiberio fratre *Hippolyta Carafa.* ⊙ | Scipio occ. à Cæſare Tolfa | Trojanus, *Hippolyta de Diano.* | Camillus. | Claudius. | Tiberius. | Eleonora, nup. *Carolo Seripando.* | Antonia, nup. 1. *Hieronymo Carafæ*, 2. *Hieronymo de Tufo II M. de Lavello.* 10.

Franciſcus Ux. 1. *Laura Carafa, Ferdinandi Duc. Nocera, f.* 2. *Victoria Sanſeverina.* | Julia, ux. *Jo. Camilli Saraceni.* | Laura, ux. *Jo. Maria Campitelli B. de Meliſſa.* | Maria, nup. *Nicolao Franciſco de Coſtanzo.* | Andreas. *Lucretia Pignatello.* | Zizzotta, ux. *Jo. Antonii de Tranzo.* 11.

Petrus Carafa, larem transtulit Drepanum in Siciliam, ibidemque duxit *Vincentiam.* . . . | Andriana, nup. 1. *Antonio Carafæ Duci Andriæ*, 2. *Jo. Franciſco de Sangro, Duci de Torremaggiore, Pr. de S. Severo.* 12.

Franciſcus, Ux. *Clementia Proventzale Marcelli f.* 13.

Johanna, ux. *Vincentii de Sieri.* | N. uxor *Joſephi de Caro B. de Arcudati.* | N. uxor N. *Sanſirotti.* 14.

COMITES DE GROTTERIA , DUCES DE CASTELVETERE

6. JACOBUS CARAFA, Andreæ Domini de Forli F. Dom. *Cantelma, Jacobi, VI Dom. de Popoli filia.*

7. Onuphrius, Dn. de Rocca de Cinquemiglia. *Catharina Carafa.*

8. Jacobus DN, de CASTELVETERE ET ROCELLA, obiit mense Junio 1488. *Antonella de Molisi.*

9. Vincentius COMES DELLA GROTTERIA cr. 1489. *Berardina Siscara, Pauli Com. de Ajello f.* — Francisca, uxor *Joh. Baptista Frangipani de Tolfa.* — JOHANNES DN. & COMES DE POLICASTRO. *Vid. Tab. IV.*

10. Johannes Baptista MARCHIO de Castelvetere cr. 1530, Comes della Grotteria. *Lucretia Borgia de Aragonia, Godefridi Pr. de Squillace f.* — Julia, nup. 1. *Hieronymo Gesualdo.* 1545. 2. *Cæsari Carafa ex Com. de Madaloni.* — Francisca, ux. *Francisci delli Monti, M. de Corigliano.*

11. Hieronymus, M. de Castelvetere, C. della Grotteria. *Livia Spinella, Ferdinandi D. de Castrovillari f.*

12. Fabritius PRINCEPS de Roccella, cr. 1594. Eques Aur. Vell. 1622. *Julia Tagliavia de Aragonia, Caroli Pr. de Castelvetrano f.*

13. Hieronymus II Princeps de Roccella, & S. Rom. Imp. *Diana Vittori, Horatii & Margaritæ Borgesiæ, sororis Pauli V. Papæ filia.* — Carolus Carafa *Episcopus Aversanus* † 1644. — Simon Carafa *ex Cler. regul Theat. Archiepisc. Acerenzæ & Materæ 1638. dein Messan.* 1647. † 25. Mart. 1675. æt. 80.

14. Fabritius Pr. de Roccella. & S. Rom. Imp. † 24. Febr 1671, *Agatha Branciforte. Johannis Com. de Mazarino f.* — Carolus, *Episc. Aversf.* 1644. *Presb. Cardinalis* 1664. † 21. Oct. 1680. — Gregorius, *Eques Melit, Prior. Roccell. M. Ordinis Magister el.* 29. Apr. 1680. † 21. Jul. 1690. — Jacobus, *Archiepisc. Rossan.* cr. 1646. † 1664. æt. 47. — Scipio, *Cler. Reg. Theat.* dictus *Paulus* dein *Episc. Aversf.* 1665. †. 7. Mart. 1686.

15. Hieronymus, † *ante patrem.* — Carolus Maria Carafa, Branciforte Barresi & Santapau, Princeps BUTERÆ, inter dynastas titulis claros in regno Siciliæ dignitate primus, atque in regno Castellæ è Magnatibus primi Ordinis, Roccellæ ac Sacri Imperii Princeps, Licodiæ Castri Veteris, Militelli & Barrafranci Marchio, Magnus Comes Cryptæ aureæ, Grasuliati, Mazzareni Condianis item Comes, natus d. 22. Febr. 1651. † improlis Jun. 1695. *Isabella d'Avalos, Diegi Marchionis de Vasto fil.* — Hilarius † infans. — Simon, † inf.

PRINCIPES DE ROCCELLA ET BOTERO.

de Rocca de Cinquemiglia. Uxor, *Francisca dicta Ceccu*

Petrus, Justitiarius in Aprutio. *Clarice de Sangro.* 7.

Robertus, Dn. de Rodio, ἄπαις. | Jacobus Dn. de Rodio. *Aloisia Spina.* 8.

Mercurius Dn. de Rodio. | Petrus. | Angelus. 9.

Petrus Dn. de Rodio. | Christianus Carafa. | Antonius Carafa. | Galeottus Dn. de Torraca. *Elisabetha Caracciola.* 10.

Ferdinandus Carafa. *Diana Ruffo*, f. pr. | Portia, ux. *Vincentii Marullo, C. de Condejanni* 1548. | Franciscus Dn. de Torraca. *Johannella Dentice.* 11.

Isabella nup. *Ferdinando Cavaniglia M. de S. Marco.* | Lucretia, nup. 1. *Hippolyto Sanseverino D. de S. Donato, Fulvio de Costanzo, M. de Corleto.* 12.

VINCENTIUS Dux de BRUZZANO. *Vid. Tab. seq. III.* | Jacobus, † cæl. | Joh. Baptista, † cæl. | Petrus *Eques Melit.* | Franciscus *Eques Melit. & prior primus Rocell.* † 22. Aug. 1632. | Æmilia, nup. *Fabritio Carafa, Duci Andria.* 13.

Franciscus *Eques & Commendat. Melit.* † 19. Sept. 1679. æt. 51. | Franciscus Maria, *Cler. Regul. Theatin.* 1637. † 1671. | Fortunatus, *Rom. Eccl. Cardinalis*, cr. 1686. *Episcopus Aversf.* 1687. † m. Januar. 1697. | Margarita ux. *Scipionis Spinelli Pr. de Cariati.* | Maria Felix, *monialis.* | Francisca, nup. *Diego d'Avalos, Pr. Isernia, M. de Vasto.* 14.

Margarita, *monialis*, dicta *soror Angelica.* | Diana, *monialis*, dicta *soror Agatha Maria.* | Francisca *monialis*, dicta *Soror Agnes* | Julia Principissa de Roccella & Butero, ex hæreditate fratris nup. *Friderico Carafa ex Duc. de Bruzzano*, nunc vidua. 15.

DUCES DE

13\. VINCENTIUS CARAFA, Fabritii, primi Principis de Roccella filius natu minor, DUX de Rapolla, dein de BRUZZANO, cr. 1641.

14\. Josephus, Dux II de Bruzzano † 11. April. 1678. Ux. 1. *Hippolyta Requesens de Aragonia, Antonii Pr. della Pantellaria f.* 2. *Antonia de Sangro, Pauli Pr. de S Severo f* 3. *Maria Ruffo, ex Princip de Palazzuolo, Dominici Concublet de Arena, March. & Com. Arenæ vidua.*

Fridericus † improl. *Julia Carafa, Caroli Mariæ Pr. de Roscella & Botero soror ac hæres.*

Franciscus *Archiepisc. Lanciani* 1674. *Catanæ in Sicil.* 1687.

15\. (1) Hippolyta nup. 1. *Andreæ Concublet de Arena, March. & Com. de Arena & Stilo,* 2. *Julio Spinelli, Pr. de S Georgio.*

(2) Vincentius, Dux III de Bruzzano. *Hippolyta Cantelma, Josephi Ducis de Popoli f.*

LA III.

BRUZZANO.

Uxor 1. *Livia de Somma, ex Princip. de Colle.* 13
2. Hippolyta Staiti de Aragonia, Diegi March. de Brancaleone & Dom. *de Bruzzano ſoror.*

Carolus *Eques Melit.*	Catharina, *monialis* dicta *ſoror Maria Catharina.*	Paula, *monialis.*	Æmilia, *monialis* dict. *Soror Hippolyta Maria.*	Cicilia *monial* dicta *ſoror Maria Celeſte.*	Diana, *monial.* dicta ſoror *Joſepha Maria.*	Anna, *monial.* dicta *Sor Maria Fortuna.*	14.

Paulus Comes Carafa. *Magiſter Equit. in milit. Cæſar.*	Julia, uxor *Andreæ Cicinelli, filii Princ. de Curſi.*	Catharina *monialis* dicta *ſoror Joſepha.*	15.

TABU

COMITES DE

9. JOHANNES CARAFA, Jacobi Dom. de Cas LICASTRO, cr. 1510. Uxor, *Johannella Sanz,*

10. Petrus Antonius, Comes de Policaſtro, occ 1531. Ux. 1, *Laura Tolomei, Senenſis Binni f.* 2. *Æmylia Carafa. Rinaldi D. de Andria f.*
Fridericus † *calebs militans Caſari in Lombardia.*

11. (1) Johannes Baptiſta, III Comes de Policaſtro. *Julia Carafa, Fabritii Com. de Ruvo ſoror.*

12. Petrus Antonius IV Comes de Policaſtro, † improlis. *Sueva Geſualdo, Ludovici Pr. de Venoſa f.*
Fridericus, V Comes de Policaſtro. *Julia Ruffo, Pauli Com. de Sinopoli f.*

13. Lælius Carafa. VI Comes de Policaſtro. *Victoria de Loria, Alphonſi Dom. de Maira f.*
Petrus Antonius Carafa, *Eques Melit.*
Octavius Carafa, † *calebs.*

14. Julia nupta *Fabritio Carafa patruo ſuo.*
Maria, uxor *Jacobi Campolongo.*

14. (1) Johannes Carafa † *juvenis.*
Franciſcus, VIII Comes de Policaſtro. *Lucretia Carafa, Joh. Antonii Ducis I de Forli fil. Andreani II Ducis ſoror ac hæres.*

15. Fabritius, IX Comes de Policaſtro, nat. 13. Maji 1636. † m. Febr. 1688. *Beatrix Capece Minutola, Pr. de Ruodi ſoror, Hectoris fil.*
Julia, *monialis,* dicta *Soror Maria Gabrielis.*

16. Franciſcus, Dux de Forli, *obiit ante patrem.*
Hector, X Comes de Policaſtro. *Thereſia Firrao, Petri Pr. S. Agathæ f.*
Johannes Carafa.
Anna Maria uxor *Franciſci Pignatelli M. de S. Marco.*
Antonius, *nothus.*

17. Beatrix. Iſabella.

POLICASTRO.

telvetere & Roccella F. DN. dein COMES DE PO- 9.
Arnaldi filia.

Portia, ux. *Casparis Toraldi, primi March. de Polignano.* — Lucretia, *monialis.* — Francisca, nup. *Carolo Mormile Dom. de Cagnano.* — Laura, uxor *Jo. Francisci de Arena, March. Arenæ.* 10.

(2) Portia nupta *Fabritio Carafæ Comiti de Ruvo.* 11.

Julius Carafa, *Eques Melitens.* — Laura nup. 1. *Hieronymo Pignatelli,* 2 *viro incomperto,* 3. *Alphonso Caracciolo Com. de Nicastro.* — Chrysostoma, nup. *Octavio Carafæ M. de Auzi.* 12.

Fabritius, VII Comes de Policastro. Ux. 1. *Julia Carafa, Lælii VI C. de Policastro fil. ac hæres.* 2. *Francisca Cochi, Jo. Baptistæ f.* 3. *Eleonora de Sancta Cruce, Michaelis Gentilis vidua.* — Catharina, nupta, *Camillo de Curtis* † 1645. — *N. monialis* dicta *soror Tomasa,* † 1653. 13.

Josephus, *Eques Melit.* — Laura, *monialis* dicta *soror Angelica Catharina* priora monast. Sapientiæ 1668. — (2) Fridericus Carafa. — Æmilia, uxor *Flaminii de Angelis M. de Ceglie Pr. de Biteto.* 14.

Januarius Carafa. 15.
Ux. 1. *Beatrix Capece, Hieronymi fil. Marchionis de Rofrano soror.*
2. *Anna Maria de Taffis, Caroli fil. Ducis de Montenegro Buco filia.*

(1) Carolus *Sacerdos.* 16.

TABU

DOMINI ET DU

6. CAROLUS CARAFA DN. DE FORLI, Uxor *1. Emma Aquaviva, 2. Mariella*

7. Carolus Dn. de Forli, † f. pr. *Margarita Riccardo.* — Bartholomæus Dn. de Forli. Ux. 1. *Rosata Pannone.*

8. Nicolaus Dn. de Forli † ἄπαις. — Carolus Dn. de Forli. — Bartholomæus *Thomasina d' Af*

9. Johannes Dn. de Castelluccio. — Donatus. — Andrianus Dn. de Forli. Ux. *1. Antonia de Tufo 2. Catharina de Marra.*

10. (1) Bartholomæus Dn. de Gricignano abdicata paterna hæreditate, *Johanna d'Evoli, Andreæ Dom. de Castropignano f.* — Portia, ux. *Joh. Angeli Pisanello.* — Violanta, ux. *Polydori.*

11. Johannes Hieronymus Carafa, † 1600. *Lucretia Cicinella, Fabii f.* — Jo. Vincentius Carafa. — Jo. Thomas Carafa. — Julius Cæsar Carafa. (*improles.*) — Antonia nup. 1. *Trojano Caracciolo, 2. Jo. Hieronymo d' Azzia.* — Lucretia, *monialis.*

12. Marcus Antonius Carafa, † ante patr. *Lucretia Cimino.* — Zenobia nup. *Francisco Antonio de Lagni B. de Rovagnano.* — Andrianus Dux II de Forli † 5. Apr. 1643. — Lucretia, fratris hæres, nup. *Francisco Carafæ, VIII Com. de Policastro.*

13. Carolus. *Lucretia de Francis. Vincentii Doct. f.* — Victoria. Uxor *Jo Baptistæ Ristaldo.* — Carolus Carafa, *Sacerdos.* — Fridericus Carafa, *Clericus Regul.* dictus *Thomas Maria.* — Adrianus *Cler. Reg.* dictus *Jo. Petrus.*

14. Marcus Antonius, *Clericus & Abbas* initio, dein maritus *Maria Carafa, Joh. Antonii Ducis de Forli fil.* — Vincentius Carafa, *Abbas.* — Antonia nup. *Carolo de Somma.*

15. Carolus *Abbas & Rector S. Mariæ de Nive.* — Adrianus Carafa, improlis. *Lucretia Caracciola, Fabii Com. de Picerno f. Franc. Mufcettolæ Pr. Leporani vid.* — Antonius Comes Carafa, S. Cæs. Majest. Generalis Commiss. bellicus & Dux legion. Eques Aur. Velleris, cr. 1687. † 6 Mart. 1693. f. pr. *Catharina de Cardona, filia Marchionis de Castelnuovo.*

LA V.

CES DE FORLI.

Andreæ Dom. de Forli (*Vid. Tab. I*) F. 6.
Carbone.

obiit improlis. 7.
2. Dorisia de Molisi.

Andreanus Dn. de Forli.
Lucretia Tomacella.

Dn. de Forli. 8.
flitto, Thomæ, II C. de Trivento f.

Altobellus Carafa.

Joh. Thomas. *Vincen-tia de Lignora.* 9.

Lucretia, ux. *Julii Caraccioli.*

Laura, nup. *Alfonso de Rao.*

Valerius.

Vincentius *Clericus.*

(2) Franciscus † 11. Oct. 1571. improl. 10.
Julia Brancaccio.

Ferrantes Dn. de Forli per emtionem.
Lucretia de Rubeis, (de Rossi.)

Johannes Antonius, Dn. dein DUX de Forli, cr. 1610. † 3. Sept. 1631. 11.
Diana Capece Minutula Alphonsi fil.

Andrianus.

Franciscus.

Carolus. *Victoria de Lagni Alphonsi Bar. de Romagnano f. Jo. Baptista Rota vid.*

Diandra, ux. *Ferdinandi Carafa IV Duc. de Laurino.* 12.

Victoria, nup. *Francisco de Somma.*

Maria, ux. *Marci Antonii Carafæ de Spina.*

Alphonsus Dn. de Rionigro & Dux de MONTENEGRO per Ux. *Beatricem Buccam de Aragon. Ranieri fratris sui heredem.*

Ferdinandus Carafa. *Johanna Carafa, Hieronymi C. de Molisi fil. Matthæi de Aquino D. de Casarano vid.*

Mutius Carafa, s. pr.

Johannes Baptista, DUX de Montenegro, B. de Rio nigro. 13.

Antonius Carafa, *Clericus.*

Victoria, ux. *Julii Cæsaris Bonito III. Pr. de Casapesella.*

Johanna, nup. *1. Andreæ Capece Piscicello, D. de Capracotta, 2. Carolo Carafa D. de Campolieto.*

Anna, nup. *Johanni Cicinello Pr. de Cursi.*

14.

Antonia, nup. *Dominico Caracciolo.* 15.

Eleonora, uxor *Thomæ Filingieri, B. de Japigio.*

Lucretia, *monialis.*

TABU

qua linea CARAFARUM

5. THOMAS CARAFA Bartholomæi

6. Johannellus Carafa.

7. Thomas, dictus Malitia, Carafa. *Sancia de Aquino.* | N. nupta *Iserio Guindazzo.* | N. uxor *Jacobi Caudola (Calaora)* | Nicolaus Carafa, *N. Brancaccio.*

8. Johannes Antonius, Consiliar. regius † 25. Dec. 1486. | Johannes *improlis.* | Bertholdus Dn Flumaræ de Muro & Calandræ ex donat. R. Alphonsi. *Catharina de Guevara ex Comit. Potentia.*

9. Dominicus Carafa. *Lucretia Saracena. Johannis Dn. de Torella f.* | Johannes. | Jo. Vincentius. *Eq. Melit.* | Sancia, ux. *Sanframondi ex Com. de Cerreto.* | Ursina, nup *Matthæo de Afflictis.* | Johannes Cæsar Dn. Flumaræ de Muro & Calandræ. *Johanna Spatafora Sicula.*

10. Vincentius. *Hippolyta Riccia.* | Alfonsina, nup. *Cæsari Carafæ fratri March. d'Auzi.* | Diana, hæres Baronatus Flumar. & Calandr. ux. *Augustini Bar. de Rocca Romana.* | Anna, nup. *Sancio Benavides de Alarcone.*

11. Bernardus † ante patrem. | Fridericus Dn. de Rosito, Sessola & S. Arpino. Ux. 1. *Rosata Carafa, Jacobi fil. 2. Francisca de Januario, Cæsaris f.* | Gurrellus. | Antonius. | Johannes Berardinus. *Brionna Capece Galiota.*

12. (1) Johannes. † *improl.* | Joh. Jacobus, Dn. de Ros. Sess. & S. Arp. *Camilla de Capua Jo. Baptista M. de Campolattaro f.* | Horatius, Dn. de Roccascalegna. † *ãm.* *Lucretia de Rogiere.* | Marcellus. | Jo. Hieronymus. *Beatrix Brancaccio* s. pr.

13. Torquatus Dn. Rosito, † 1592 *Lucretia Braida, Hectoris M. de Rapolla f.* | Fabritius, cogn. Poëta. Ux. 1. *Cornelia Braida, Lucretiæ soror. 2. Olympia Carafa Martii f.* | Hercules, *Magister Equitum.* | Johannes Baptista *Eques Melit.*

14. (2) Anna Maria nupta *Fabritio Bonito fratri Principis de Casapella.*

LA VI.

DE STATERA inchoatur.

II Caraccioli Carafæ F. 5.

Uxor, *Mariella Mariſcalca.* 6.

N. uxor *Marino di Norcia.*	N. uxor *Petri Lamberti.*	Gurrellus Caracciolus Carafa, regni Mareſcallus, † 11. Nov. 1402. *Gizzola de Alferiis.*	ANTONIUS Malitia. *Vid. Tab ſeq. VII.*	N. uxor *Rinaldi Sicardo.*	7.

Ludovicus Antonius Dn. Seſſolæ, ἄπαις. *Cubella Carafa de Spina, Nicolai f.*	Philippus, *improlis.*	Carafellus Carafa, Dn. Seſſolæ poſt fratr.	Johannes Caracciolus Carafa Dn. de Roſito. *N de Acerra.*	8.

Hannibal.	Alexander.	Sigismundus. *Eques Melit.*	Jo. Baptiſta.	Jo. Vincentius.	Bernardus Dn. de Seſſola & S. Arpino, † 1477. *Maria Marramaldo.*	9.

Johannes cogn. il Galante, Dn. de Roſito. *Dianora Tomacella.* D	Carafellus II. *Hippolyta Cajetana, Berardini f.*	Vincentius.	10.

Fabritius, *occ. à latronibus.*	Hector, f. Jo. Baptiſta. *Hippolyta Maria de Rubeis, Jacobi, nobilis Piſtorienſis f. Onuphrii Curialis vid.*	Jo. Antonius.	Jo. Vincentius.	Joh. Ludovicus. Ux. *1. Sulpitia de Fondi. 2. Iſabella de Marra.*	Diana, ux. *Jo. Thoma Miſſanello, VI Dn. de Ieana*	11.

Fabritius. *Johanna de S. Marco.*	Mutius. *Hippolyta Palmiero.*	Martius. *Fauſtina, de S. Marco.*	Octavius.	Cornelia, ux. *Trojani Gattola.*	Hippolyta, nup. *Horatio Capano.*	12.

Jo. Thomas *Eq. Melit.*	Clarice, ux. *Julii Caſaris Origlia,*	Octavius.	Marcellus, *Clericus Regul.* dictus *Gregorius. 1606. Prapos Generalis fuit Ordinis 1644, Epiſc. Caſſan.* dein *Archiepiſc. Salernit.* † 23. Febr. 1675. æt. 87.	Olympia, uxor II *Fabritii Carafæ, dicti Poëta.*	13.

TABU

COMITES DE AIROLA ET RUVO, DUCES DE

7\. ANTONIUS cogn. Malitia CARAFA
Catharina Farafalla.

8\. Franciscus, Dn. della Torre del Greco, & de Vico di Pantano, † æt. 83. Ux. 1. *Maria Origlia, Jo. Ludovici Dom. de Vico di Pantano fil. primog.* 2. *Violanta de Comitibus (de Conti.)* | THOMAS. *Vid. Tab. seq. VIII.* | ANTONIUS *Vid. Tab. X.* | GORRELLUS. *Vid. Tab. XIV.*

9\. (1) Carolus Dn. de Vico di Pantano & Circello, COMES de AIROLA. Ux. 1. *Maria Carbone Francisci & Wilhelmi Cardinalium soror.* 2. *Eleonora de Leonessa, Alphonsi C. de Montesarchio, Dom. Airolæ & Cervinaræ fil. fratrum suorum hæres.* | Oliverius *Archiepisc. Neapolit. cr. 1458. Presb. Cardinalis 1467. † Decanus S. Collegii 20. Jan. 1511.*

10\. Johannes Baptista † ante patr. *Francisca Ursina, Roberti C. Albæ f. Franc. Anton de Aquino M. Piscar. vidua.* | Johan. Vincentius March. de Montesarchio, † evolutus bonis omnibus. *Covella de Guevara,* Petri M. Vasti f. | Maria, nup. *Carolo d'Evoli. Dom. de Castro-pignano.* | Julia, uxor *Pauli Siscara C. de Ajello.*

11\. Carolus, C. Airolæ, † improl. *Portia Cantelma, Johannis C. de Popoli f.* | Ferdinandus. | Isabella s. Beatrix, nup. *Alberico Carafæ Duci Ariani 1516.* | Julia, uxor 2. *Ladislai de Aquino* M. de Corato. | Virginia, nup. *Francisco Baucio, C. Ungenti.* | Fabritius Com de Ruvo, & primus DOM. ANDRIÆ, nat. 1 r. febr. 1 1 1 5. † *Portia Carafa, Petri Antonii C. Policastri f.*

12\. Antonius DUX primus Andriæ cr. 1555. Comes de Ruvo. † æt. 22. *Adriana Carafa de Spina, Andreæ fil.* | Vincentius Carafa, *Eques Melit. Prior Hungar.* dein *Capuæ* Com. de Giurlano † 7. Jan. 1611. relicto *notho, de quo in Exegesi.* | Franciscus MARCH. de BITETTO 1607. Ux. 1. *Dianora Caracciola, Bernabovis Com. de Sicignano f. Par di Pappacodæ vid.* 2. *Hieronyma de Cardines, Berardini de Sangro vid.* | Horatius. † juv. | Chrysostoma, nup. *Marino Caracciolo, I. Pr. Avellini.*

13\. Fabritius, II Dux Andriæ, Com. de Ruvo, occ. in flagr. adulterio. 17. Oct. 1590. *Maria Carafa, Ludovici Pr. de Stigliano f.* | Portia, nup. *Indico de Guevara, Duci de Bovino.* | (2) Antonius II Marchio de Bitetto. Ux. 1. *Victoria s. Vincentia Aquaviva de Arag. Antonii Dom. de Casamassima f.* 2. *Isabella Salazar, Andreæ C. de Vaglio f.* | Vincentius, *Magister Equitum.*

14\. Antonius, III Dux Andriæ, Comes de Ruvo. *Francisca de la Noja (Lannoy) Caroli Duc. de Bojano fil. primog.* | Scipio, ob. *improlis.* | *Ludovicus monachus Bened.* | Portia, ux. *Francisci Pignatelli Pr. de Minor vino.*

15\. Fabritius, IV Dux Andriæ, Comes de Ruvo. *Æmylia Carafa, Fabritii Pr. de Roccella f.* | Vincentius Carafa, ἄπ. | Scipio Carafa, ἄπ.

Antonius V Dux Andriæ, C. de Ruvo. † in flore ætatis. | Carolus, VI Dux Andriæ, Comes de Ruvo occ. 23. Oct. 1655. *Constantia Ursina, Petri Duc. Gravinæ f.*

16\. Fabritius, VII Dux Andriæ, Com. de Ruvo. *Margarita Carafa, Diomedis D. de Madaloni f.* | Æmylia, uxor *Martii Carafæ. Duc. de Madaloni.*

17\. Carolus Carafa, VIII Dux Andriæ, Comes XIII de Ruvo, † in adolescentia. | Nicolaus *nothus*, jam mortuus.

LA VII.

ANDRIA, MARCH. DE S. ERAMO ET BITETTO.

Johannelli F. † 10. Oct. 1438. 7.

Johannes Baptista, *Eques S. Johannis Hieros. & Prior Neapolit.*	DIOMEDES *Vid. Tab. XVI.*	Catharina, nupta *Johanni Gesualdo. Dom. de Pescopagano.*	8.

Alexander Carafa, *Archiepisc. Neapol. per fratris cessionem 1464.* † 31. Jul. 1505.	Hector COMES DE RUVO, † 1517. *caelebs*, sed pater *nothi Troili* Carafae.	(2) Fabritius Dn. della Torre del Greco. *Aurelia Tolomei, Dom. de S. Eramo & Valenzano Salvatoris f.*	Jacobus. Carafa.	9.

Antonius II Comes de Ruvo, nat. 12. febr. 1471. † 1525. *Chrysostoma de Aquino Ladislai M. de Corato soror.*	Vincentius *Episc. Arian.* dein *Archiep. Neapolit. 1505. Presb. Cardinalis* 1527. † m. Sept. 1540.	Feliciana ux. *Ladislai de Aquino, F. de Grotta Minarda M. de Corato.*	Jacobus [illegible] de S. [illegible] Valenzano, [illegible] Aug. 1482, *caelebs* 1542.	10.

Franciscus Carafa, *Archiepisc. Neapol.* 1540. † 30. Jul. 1544.	Aurelia, ux. *Vincentii de Evoli Dn. de Castropignano.*	Joh. Thomas MARCHIO de S. Eramo, cr. 1569. Ux. 1. *Theresia de Guevara,* 2. *Isabella Caracciola.*	Oliverius Carafa, *Archiep. Neapolit.* post fratrem 1544. † eod. anno.	Beatrix, ux. *Placidi de Sangro.*	Julia, ux. *Jo Baptistae Carafa C. Policastr.*	Fabritius, *nothus*, à quo Domini *de Marilianella. Vid. Exeges.*	11.

(2) Octavius, M. de S. Eramo. Ux. 1. *Leonora Caracciola, Ferranti Duc. de Martina f.* 2. *Camilla Carafa, Ferdinandi D. de Nocera f.*	Carolus Carafa *in bello. Lusitan.*	Portia M. de S. Eramo, nup. *Jo. Bapt. Caracciolo Rubeo.*	Hippolyta, ux. *Balthasaris Caraccioli, M. de Binetto.*	Camilla, ux. *Octavii Pignatelli Bar. de Regina.*	Silvia.	Martia. *moniales.*	12.

Ferdinandus *improlis.*	Fabritius Carafa, *Episc. Bitontinus.* 1622. † 9. Mart. 1651.	Carolus Carafa Eq. Alcant. † improlis. *Aloisia Carafa, Diomedis f.*	Horatius. † *juv.*	Catharina, nup. *Octavio Carafae Pr. de Belvedere.*	Anna, uxor *Ludovici de Sanseverino Duc. de S. Donato.*	13.

Vincentius Carafa, nat. 9. Maji 1585. *Jesuita* 1604. hujusque religionis *Generalis* 1646. † 8. Jun. 1649.	Fabritius Carafa, *posthumus.*	(2) Franciscus. † infans	Johanna, uxor *Dominici de Evoli. D. de Castropignano.*	14.

Carolus Carafa, *ἄπ.*	Hippolyta nup. 1. *Ferdinando Caracciolo Duci Airolae,* 2. *Alphonso Cajetano de Aragonia Duci de Lorenzano.*	15.

Hector, IX Dux Andriae & XIV Comes de Ruvo † 1686. *Margarita de Sangro, Jo. Francisci Pr. de S. Severo f.*	Hieronymus. *ἄπ.*	Vincentius. *ἄπ.*	16.

Fabritius, X Dux Andriae, XV. Com. de Ruvo. *Aurelia imperiale, Andreae, Pr. de Francavilla, M. d'Oria f.*	Franciscus, Abbas.	Antonius.	Carolus Eques Melit.	17.

Margarita. 18.

MARCHIONES DE MONTENEGRO

8. THOMAS CARAFA Antonii cogn. Malitia fil. II dog. obiit circa an. 1449.

9.
- (1) Vannella, nup. *Thoma Filomarino.*
- (2) Malitia Carafa. Ux. *Mariella Piscicella*, al. *Laura Pignatello.*

10.
- Thomas, ux. *Hippolyta Carafa.*
- Rinaldus Dn. de Chiusano, † 1562. *1. Catharina de Loffredo. 2. Johanna Carafa de Spina, Pauli Dn. de Montefalc. f.*
- Troillus *Episc. Rapoll.* dein *Geraci* 1497.

11.
- Johannes Malitia *Violanta de Afflictis, Michaelis C. Trivent. f.*
- Joh. Antonius *Episc. Venafr.* 1557. † 1558.
- Joh. Berardinus, ux. *Lucretia Pignatella.*
- Hieronymus Dn. de Chiusano. *Antonia Carafa, Vincentii Dom. de Montefalc. f.*
- Æmilia, ux. *Marcelli Caraccioli, C. de Biccari.*
- Joh. Vincentius Dn. de Morrone. Ux. 1. *Cornelia Galluccio* 2. *Luisa Brancaccio.*

12.
- Thomas Carafa. *Maria de Evoli.*
- Jo. Baptista. *Camilla Capece Galcotta.*
- Fabritius. *Camilla Villana.* a
- Jo. Andreas. *Margarita, Chigi, Scarra Columnæ vid.* b
- Rinaldus MARCHIO de MONTENEGRO. *Portia Caracciola, Bernab. Dn. de Sicignano f.* c
- Johanna, nup. *Marcelli de Tufo, ex March. de Lavello.*
- Ferdinandus, impr. *Beatrix Milano, Balthasaris Dn. de S. Georgio f.*

13.
- Carolus. *Lucretia Caracciola Pisquitia.*
- Violanta, nup. *Joh. Baptistæ Filomarino C. de Rocca.*
- Alphonsus. *Portia Caracciola.*
- Julius Cæsar *Episc. Ostun.* † 1603.
- Marcellus. *Æmylia Ceva Grimaldo Christophori Dom. Telesæ f.*
- Lucretia ux. *Johannis de Luna.*
- Octavius. *Fulvia Caracciola.* d
- (b) Philippus. *Livia de Bologna.*
- Octavius. *Luisa Galluccio Horatii Dom. Tora f.* e
- (a) Tiberius. Dn. de Reino *Lucretia Capece Bozzuto. f.*

14.
- Eleonora.
- Franciscus. *Hippolyta Capece.*
- Joh. Baptista. *Isabella Gambacorta, Jo. Andreæ D. de Limatola f.*
- Franciscus Dn. de Molinara. *Maria Macedonio.*
- Thomas *Episc. Volturar.* 1623. † 1668. æt. 77.
- Antonius *Beatrix Pignatella.* ☾
- Marius.
- Claudia, ux. *Cæsaris de Bologna.*

15.
- Fabritius. *Beatrix Caracciola.*
- Dianora. Lucretia. *moniales.*
- Franciscus, *Theatinus*, dict. Placidus, dein *Episc. Acerr.*
- Marcellus. *Violanta Macedonio.*
- Andreana, ux. *Bartolomæi Grimaldo. Duc. Telesæ.*
- Vincentia, ux. *Mauritii de Asti Dn. d'Acerno.*
- (☽) Anna, nup. *Carolo Castriota M. de Bitruguo.*

16.
- Franciscus. *Zenobia Carafa.*
- Lavora, ux. *Fabritii Pignatello Duc de Belrisguardo.*
- Popa, ux. *Josephi Filingiero, B. de Pia.*
- Dianora *monialis.*
- Thomas. *Theresia Carafa, Jo. Antonii f.*
- Jo. Baptista *Sacerdos.*
- Helena. Anna. *moniales.*
- Dominicus.

LA VIII.

PRINCIPES DE CHIUSANO.

Ux. *1. Antonia, s. Lætitia de Diano, 2. Dianora Carafa.* 8.

Baordus, DN. de RODI. *Veritas Burgarella.*	ALBERICUS DUX DE ARIANO. *Vid. Tab. seq. IX.*	9.

Johannes Ludovicus COMES de TROJA. *1. Victoria de Capua, 2. Anna Sanseverino, Barnabæ C. de Lauria f.*	10.

Januarius improlis. *Beatrix Capece Galeota.*	Antonius nat. 25. Mart. 1538. *Cardinalis* 1568. † 14. Jan. 1591.	(2) Franciscus Dn. de Rodi *Isabella Carafa, Friderici M. de S. Lucido f.* ☽	Alphonsus, *Antonia Caldora.* ☉	Baordus COMES de MOLISE. *Johannella Carafa, Hieronymi f.*	11.

☾ Horatius, *Consumto patrimonio Venetias secessit.*	☉ Jo. Ludovicus. *Margarita Reca Jacobi f.*	Hieronymus. *Laura de Afflictis.* Δ	Scipio. *Isabella de Valva.*	Victoria, ux. *Alphonsi Marchese Dn. de Castelpagno.*	Marcellus.	Marius.	Jo. Antonius. *Catharina Spinelli de Giovenazzo.*	12.

C Hieronymus M. de Monte negro, n. 1564. † m. Apr. 1633. impr. *Hippolyta de Lannoy.*	Alphonsus, miles † 1642.	Laura, ux. *Ascanii Carafæ.*	Antonia, nup. *Friderico de Capua, Dom. de Formello.*	Δ Jo Franciscus. *Eleonora Blanch. Friderici Dom. de Oliveto f.* g.	Marius ἄπ. *Catharina Vespolo, Scipionis Dom de Bitetto f.*	Baordus, spr. *Victoria Falangola.*	Franciscus Antonius. *1. N. Borrello, 2. N. Daniele, 3. Finitia d'Appuzo.*	13.

d Jo. Antonius. *1. N. Brancaccio, 2. Fulvia d'Afflitto.*	Jo. Baptista ἄπ. *Lucretia Capece Bozzuto, Julii Cæsaris de Rossivid.*	Beatrix, ux. *Julii de Rubeis C. de Cajazzo D. delle Serre.*	e Margarita, ux. *Ludovici Gattola, C. de Montella.*	f Fabritius. *Catharina Gesualdo, Cæsaris M. S. Stephani f.*	Camilla, ux. *Scipionis Carafæ.*	g Hieronymus, Dn. de Portichio. 1. N. *Carafa. Franc. Antonii f. 2. Maria Aldano, Petri f.*	Isabella, ux. *Oliverii de Evoli, Dom. de Roccacicuta.*	N. nupta *Hieronymo Carafa.*	14.

(1) Zenobia ux *Francisci Carafæ.*	(2) Horatius. *Hippolyta de Tufo, Marii M. de S. Cipriano f.*	Antonia, ux. *Francisci Dentice.*	Theresia, nup. *Thomæ Carafæ.*	Tiberius, PR. CLUSANI. cr. 1637. *Christina Carafa, Francisci I. Pr. de Sopino f.*	Camilla, ux. *Scipionis Carafæ.*	(1) Franciscus. *improl.*	Johanna nup. 1. *Matthæo de Aquino, D. Casarani 2 Ferdinando Carafæ de Spina.*	(2) Petrus. J.V.D.	15.

Anna, ux. *Hectoris Capece, Latro, D. de Siano.*	Fulvia.	Antonia. Theresia. *moniales.*		Fabritius, II. Princ. Clusani. *Beatrix de Leonessa, Vincentii Duc. de Ceppaluni f.*	Cæsar, *Eques Melit.*	Malitia.	Josephus, *monachus. Benedict.*	Maria, ux. *Fabritii de Sangro D. de Casacalenda.*	Julia, *monialis.* 16.

Christina, nup. *Hieronymo Strambone Pr. de Volturara.*	Catharina.	Tiberius.	Vincentius.	Carolus.	Petrus.	Fabius. *Eq. Mel.*	17.

DUCES DE ARIANO, CERCIE ET CAMPOLIE

9. ALBERICUS CARAFA, Thomæ ex Dianora Ca mes de Marigliano.

10.
- Joh Franciſcus D.x II Ariani, C. Mariliani. *Franciſca Urſina*, *Raimundi D. Gravinæ f.* † 1563. *æt. 94.*
- Sigismundus, COMES DE MONTECALVO. *Franciſca Urſina.* ☉
- Hieronymus Dn. de Baſelice. *Victoria de Capua.* ♁
- Joh. Berardinus, *Archiepiſc. Neapol.* 1505. † eod. an.

11.
- Albericus III Dux Ariani, † ex torris. *Iſabella*, f. *Beatrix Carafa, Jo. Vincentii M. de Monteſarchio f.*
- Joh. Vincentius Dn. de Baſelice, per ux. *Portiam Carafam patruelem.*
- Diomedes, *Epiſc. Arian.* 1511. *Presb. Cardinalis*, 1555. † 1560.
- Fridericus, *occ. in bello Neapol.* 1529.
- Jo. Franciſcus VII C. de Montecalvo. *Lucretia Carafa, Berlingieri f.* ☾
- Jo. Hieronymus. *Eques Melit.*
- Jo. Antonius, *Abbas.*

12.
- Fauſtina, ux. *Johannis Mariæ de Conſtanzo.*
- Hieronymus, Dn. de Cercia majore. *Lucretia Carafa, ex M. Anzii.*
- Cæſar, *impr.*
- Alphonſus, *Abbas.*
- Fabius Dn. de Baſelice. *Iſabella Villano.*
- Fridericus ſ. pr.
- Victoria, nup. *Alphonſo M. de Caſtelpagano.* ☉

13.
- Diomedes DUX CERCIÆ cr. 16 o. *1. Laura de Conſtanzo. 2. Portia Caracciola Jo. Baptiſtæ f.*
- Oliverius, *Abbas.*
- Albericus, *Julia de Bernando Gonſalvi Dom de Monteſcaggioſo f.*
- Juſtiniana, ux. *Hieronymi Bucca de Aragon.*
- Octavius. *Maria Tavilla Horatii f.* ☽
- Franciſcus, V Comes de Montecalvo. *Antonia de Cardines Ferdinandi III M. de Laino f.*

14.
- (2, Hieronymus Dux Cerciæ, † ſ. prole. *Iſabella Carafa. Octavii f.*
- Iſabella, uxor *Hieronymi Duc. Cerciæ, patruelis ſui.* ☾
- Jo. Baptiſta VI C. de Montecalvo. *Dianora Carafa, Jo. Baptiſtæ Pr. de Colobraro f.*
- Antonius. *Claudia Caracciola.*
- Sigismundus. *1. Cornelia Seripando, 2. Johanna de Vecchia*
- Michael *Lucretia Marcheſe.*

15.
- F[illegible]ncius, † infans.
- Ferdinandus, † ante patr. *Lucretia Caracciola.*
- Antonia, ux. *Lucii Capece.*
- Claudia, nup. *Fabio Carafæ, Duci II de Campolicto.*
- Carolus Carafa, *improl. Hippolyta Carmagnano, Fulvii de Tufo vid.*
- Octavius. *Eleonora Bongiovanni.*
- Iſabella, ux. *Franciſci Caputo, M. de Petrella.*

16.
- Joh. Baptiſta. *Violanta de Afflitto ex Com. Triventi.*
- Eleonora, nup. *Fabio Maſſanello, M. de Teana.*
- Laura, ux. *Januarii Muſcettolæ D. de Mileto.*
- Michel Carafa. *Portia Barone.* ☾

17.
- Ferdinandus *Johanna Recco.*
- Lucretia, ux. *Joſephi Recco Duc. Accadiæ.*
- Johanna, nup. *1. Joſepho Staibano, 2. Fabritio, prioris fratri.*
- Livia, ux. *Ludovici de Aloito.*
- Antonia, ux. *Franciſci Salutii.*
- Thereſia, *monialis.*

LA IX.

TO, COMITES DE MONTECALVO, PR. DE SOPINO.

rafa, F. (Vid. Tab. VIII) DUX DE ARIANO cr. 1496. Co- Uxor, *Johanna de Molisi.* 9.

Alphonsus. *Episc. S. Agathæ* 1505. *Luceræ* 1512. † 1534. | Paulus. *Lucretia Scaglione, Jo. Ludovici Dom. de Crisiglianof.* B | Ferdinandus 1. *Antonia de Loffredo.* 2. *Lucretia Carafa.* C | Jo. Baptista, *Prior Ord. S Joh. Hieros.* | Brisa nup. 1. *Bartholomæo de Capua C Palenæ.* 2. *Francisco Caucio C. de astro.* 10.

A — B — C

Nicolaus. | Jo. Ludovicus. *Abbas.* | Ursina, ux. *Jacobi Seripando Dom. de Casapuzzano.* | Portia, Dom. de Balelice, nup. *Jo. Vincentio Carafæ patrueli.* | Johanella, ux. *Baordi Carafa C. de Molise.* | Feliciana, ux. *Raimundi Ursini C. Pacentri.* | Faustina, ux. II *Raimundi Ursini C. Pac.* | Hippolyta nup. *Julio Carafæ.* | Victoria, ux. *Julii de Tolfa C. S. Valentii.* | Johanna, ux. *Hannibalis Gambacurta.* 11.

Sigismundus, III Comes de Montecalvo † improl. *Justiniana, Caracciola Jo. Bapt. D. Martinæ f.* | Carolus *Episc. Guardiæ* 1567. *Bojani* 1572. ob. 1608. | Joh. Baptista IV Com. de Montecalvo ⊙ *Hieronyma de Ajerbo & Aragon Michaelis II C. de Simari f.* | Fabius. *Violanta Sanfelice.* | Marcus Antonius *Abbas.* | Fabritius *Abbas.* | Marius. 12.

Lucretia. ux. *Camilli Pignatello.* | Hieronymus Dn. Sopini. *Delitia Gesualdo s. Caracciolo, Fabii Dom. Ariani f.* | Franciscus DUX de CAMPOLIETO, cr. 1608. Ux. 1. *Zenobia de Bologna.* 2. *Hieronyma Tuttavilla.* △ | Vincentius. | Jo. Baptista *Victoria Alderisio, Francisci Dom. Tortorellæ f.* | Victoria, nup. *Fabritio Sanfelice ex Duc. Bacioli.* 13.

△

Franciscus PRINCEPS SOPINI. cr. 1625. 1. *Lucretia Caracciola,* 2 *Beatrix Caracciola M Binetti, Jo. Baptistæ f.* | Jo Baptista, *impr.* | Maria, ux. *Francisci Stambone.* | Eleonora, ux. *Caroli d'Evoli B de Castropignano.* | (2) Fabius Dux de Campoleto. *Claudia Carafa, Joh. Bapt. VI C. de Montecalvo f.* | Franciscus Dn. Tortarellæ. *Antonia Riccardo Josephi B Corsani f.* | Isabella, ux. *Joh. Andreæ Riccardo Antoniæ fratri.* 14.

Delitia, ux. *Caroli Leonessa D. S. Martini.* | Christina, nup. *Tiberio Carafa, Pr. Clusani,* | Antonia, ux *Joh. Bapt. Sorgente.* | Josephus Dux III de Campolieto, †celebs. | Carolus Dux IV de Campolieto, † impr. *Johanna Carafa Andreæ Capece D. de Caprocotto vid.* | Beatrix, ux *Scipionis de Sangro D. de Casacalenda.* | Vincentia ux. *Andreæ Stramboni Duc. de Salza.* | Cæsar Dn. de Tortarella impr. *Isabella Capece.* | Antonius Dn Tortarellæ. *Roberta Recco Josephi D. Accadiæ sor.* | Beatrix, nup. *Johanni Cavalcante.* 15.

Aurelia nup. 1. *Josepho Teodoro.* 2. N. *Curriali Sorrentino.* | Victoria, nup. *Jacobo de Ponte Duci de Casa maxima.* 16.

D

Horatius Carafa, *Anna Mirella.* | Carolus Carafa, *Margarita de Rosa.* | Cajetanus Carafa, *miles.* 17.

⊙ — ⊙

Fortunatus. | Michael | Franciscus. | Antonius. | Anna. | Portia. | Theresia.

TABU

MARCHIONES DE S. LUCIDO,

8. ANTONIUS CARAFA, Antonii cogn. Malitia
Uxor, *Mandella s. Vannella Stendarda, Stendarda, Dom. Arienzæ filia.*

9. Ludovicus Dn, de Mondragone, 1467.
Isabella della Marra, Guilhelmi Com. Aliani, & Dom. de Stigliano f.

10.	ANTONIUS COMES DE MONDRAGONE. *Vid. Tab seq. XI.*	Johannes Franciscus Carafa. *Abbas.*	Fridericus MARCHIO DE S. LUCIDO, Com. d'Archi. *Johanna Galerana, Mediolanensis.*	Camilla, nup. *Petro Coscia.*	
11.	Ferdinandus, March. II de S. Lucido, & Comes d'Archi. *1. Beatrix Loffredo, Marii f.* †1558. *2. Beatrix de Marra, ex Com. Serini. 3. Julia Concublet de Arena, Joh. Francisci Com. de Arena f. 4. Faustina Capece Latro.*	Hippolyta, ux. *Johannis Cavaniglia, C. Montella & Troja.*	Joh. Franciscus, *Eleonora de Afflitto, Ferdinandi IV Com. de Trivento f.*	Marius Carafa, *Archiep. Neapol.* 1565. † 1576. 11. Sept.	Jo. Ludovicus. †*infans.*
12.	*(2)* Fridericus † ante patrem. *Maria d'Avalos ex Princ. de Montesarchio, Alphonsi Gioeni M. de Giuliana vidua.*	Johonna M. de S. Lucido, nup. 1. *Jo. Baptistæ Frangipane de Tolfa, C. Serini, 2. Francisco Carafa, II M. de Anzi.*	Ascanius, *Laura Carafa, Rinaldi, I M. de Montenegro f.*		
13.	Ferdinandus † in juv.	Beatrix, nup. *Marco Antonio Carafa, Dom. de Minorbine,* † ex vena rupta in primo coitu.	Johannes Baptista II Dux de Jelzi. *Cornelia de Tufo, Francisci Dom. de Vallate f. Jacobi Milano, M. de S. Georgio vidua.*		
14.		Detius Carafa, † *cælebs.*	Marius, III Dux de Jelzi, & Dn. de Campobasso. *Antonia de Aquino, Pr. de Pietra Pulcina, Cæsaris fil. primog.*		

LA X.

DUCES DE JELZI.

fil. tertiogenitus, 8.
Marini Boffæ M. Cancellarii ex Johannetta.

Hieronymus, f. Johannes Carafa, *improlis.*	Anna Galeota.	Fridericus Carafa, *&c.*	9.

Hippolyta ux *Sigismundi Saraceni Dom. de Torrella.*	Isabella vel Julia, nup. *Jo. Berardino Zurlo, C. de Montuoro.*	Johannes Vincentius Carafa. *Julia Grisone, Antonii C. Avellini f.*	Silvia, ux *Jo. Hieronymi Mormile Dom. Teverola.*	10.

Carolus. *Monach. Cassinensis.*	Hieronymus *Abbas S. Angeli.*	Isabella, ux. *Joh. Petri Caraccioli Dom. de Rodi.*	Cornelia. ux *Fabii de Afflitto, C. de Trivento.*	Octavianus, Dn. de Cerze parva. *Martia Mormile, Henrici f.*	Ferdinandus *Abbas.*	Eligius †*calebs.*	11.

Camillus, *Abbas.*	Decius, *Archiepisc. Durat. 1608. Neapolit 1613. Presb Cardinalis* 1611. † 24. Jan. 1626.	Eligius Carafa DUX DE JELZI, *Hieronyma de Capua, ex Dom. Fornelli, Friderici f.*	Julia, ux. *Octavii Brancia, Dn. de Castelpagano.*	12.

Hieronymus, *Episc. Cotron.*	Marius *Colonellus.*	Thomas, † *in Flandria.*	Octavianus, *Archiep. Patraff.*	Camillus, † *calebs.*	Martia, nup. 1. *Johanni de Cardines. 2. Octavio Caracciolo, Pr. de Forino.*	13.

Francifcus Carafa, *Prælatus.* 14.

TABU

PRINCIPES DE STIGLIANO, DUCES DE MON

10. ANTONIUS CARAFA, Ludovici Dom. de Mondragone F. DE STIGLIANO 1522. Comes de Aliano, † 1531.

11. Ludovicus Princeps II de Stigliano, Dux de Mondragone, Com. de Aliano, Magnas Hispaniæ. *1. Clarice Ursina, Joh. Jordani Duc. de Bracciano f. 2. Lucretia de Tufo, Jo. Hieronymi M. de Lavello f.*

HIERONYMUS *Vid. Tab. seq. XII.*

Julius, Ux. 1. *Julia Carafa, Pauli ex Duc. Ariani f.* 2. *Brianda Cantelma, Onufrii C. de Popoli f. Francisci Torelli vid.*

12. (1) Antonius, Pr. III de Stigliano, D. de Mondrag. Gr. Hisp. *1. Hippolyta Gonzaga, Ferdinandi Pr. Molfettæ f. Fabritii Columnæ vid.* 1563. *2. Johanna Columna, Marci Antonii D. Palliani f.*

(2) Carolus Carafa, *impr.*

Maria, nup. *Fabritio Carafæ Duci Andriæ*; post cujus mortem *monialis* 1608. † 29. Dec. 1615.

(2) Johannes Franciscus MARCH. de POLIGNANO per ux. *Annam Toraldo, Caspari III Marchionis de Polignano fil.*

Hippolyta, nup. *Francisco de Curtis.*

13. (1) Anna Clarice, nup. 1. *Ferdinando Carafæ D. Nuceriæ*, 2. *Paulo de Sangro Pr. de S. Severo.*

(2) Ludovicus, IV Pr. de Stigliano, Pr. S. R. Imp. Eques Aur. Vell. † 1630. *Isabella Gonzaga Vespasiani Duc. Sabionetæ & Trajecti f.* † 1637.

Marcus Antonius, Dn. de Minorbino, † f. pr. *Beatrix Carafa, Friderici M. de S. Lucido f. & hær.*

Antonius. *Eleonora Marchese, Fabii JCti f.*

Maria.

Brianda. ux. *Jo. Baptistæ Siscaræ ex Com. Ajelli.*

Johanna, ux. *Michaelis Blanch.*

Hippolyta, nup. *Mario Bucca de Aragonia.*

Caspar.

14. Antonius Dux de Mondragone, obiit ante patrem. *Helena Aldobrandina, Jo. Francisci fil.* † 2. Jan. 1663.

Lucretia nup. *Carolo Belprato ex Com. Anversæ.*

N. uxor *Antonii Jordani.*

15. Josephus, Dux de Mondragone & Sabioneta. † juvenis.

Onuphrius Comes de Fundi. † juv.

Anna Pr. de Stigliano Duc. Sabionetæ. uxor II *Philippi Ramirez de Guzman Duc. de Medina de las Torres*, ducta 1637. † m. Oct. 1644.

Nicholas Maria de Guzman
2 Duc de Medina de las Torres
P de Stigliano Duc de Mondragon
... Chev de la Toison

DRAGONE, COMITES DE MORCONE.

COMES dein DUX DE MONDRAGONE, cr. 1519. PRINCEPS 10.
Hippolyta de Capua, Bartholomæi IX Com. de Altavilla f.

FABIUS Dn. de S. Mauro. *Vid. Tab. XIII.*	Scipio, COMES DE MORCONE *1. Isabella Cajetana de Aragon.* Jacobi Mariæ *C. de Morcone f. 2 Diana de Tufo, Jo. Vincentii M. de Censano f.*	Bernardina, ux. *Ferdinandi de Cardines, M. de Laino.*	Roberta, nup. *Diomedi Carafa Duci I de Madaloni.*	11.

Vespasianus *Brianda Toraldo. Anna soror.*	Horatius *1. Brianda Spatafora. 2 Lucretia de Curtis.*	Jo. Vincentius *Laura vel Julia Datio Terracina.*	Cæsar.	(1) Johan. Antonius Com. de Morcone, † 1622. f. pr. *Beatrix de Ruth. M. de Corato.*	Hector.	Cæsar.	Constantia nup *Johanni de Capua XI . de Altavilla.*	12.

Jo. Baptista Carafa.	Antonius *Eq. S. Jac.*	Constantia, nup. *Tiberio de Pezzo.*	Julius *Justina Caracciola.*	Franciscus.	Marcus Antonius. *Helena Daniele.*	Vespasianus.	Carolus.	Artemisia, nup. *Antonio Suarez de Messia, M. de Vico.*	Isabella, ux. *Petri de Martino Dom. de Faicchio.*	13.

Vincentius Carafa, ex Canonico Regulari. *Episcopus Calvensis* † 22. Jun. 1679.	Carolus. *Hadriana Gentilcore, Detii Bar. de Ciceral e f.*	Johannes. *Johanna Batio Terracina, Horatii f.*	14.

Josephus, *monachus Dominic.*	Antonius. *mon. Dominic.*	Anna, nup. *1. Petro de Acunna Eq S. Jac. 2. Philippo de Pezzo D. Cajanelli.*	Vincentius. *Isabella de Afflitto ex Pr. de Scanno, Bernardini de Roggiere vid.*	Paulus Maria, *Theatinus.*	Januccius, *Theatinus.*	Josepha Magdalena, nup. *Carolo Merella, M. de Cautri.*	15.

Johannes † infans.	Catharina.	Hadriana.	16.

DUCES DE LAURINO.

11\. HIERONYMUS CARAFA, Antonii Ducis de Mondragone, Pr. de Stigliano fil. II

12\. Johannes Antonius, DUX de LAURINO, 1591.
Victoria Cajetana de Aragonia, Ferdinandi Dom. de Piedimonte f.

13\. Hieronymus Dux II de Laurino. *Victoria Pignatelli, Jacobi Dom. de Castellaneta f.*
Ferdinandus.
Lucretia, ux. *Jacobi de Tufo, ex March. Lavelli.*
Johanna, *monialis.*

14\. Johannes, Dux III de Laurino. *† improlis.*
Ferdinandus Dux IV de Laurino. *1. Anna Maria de Palma. Gonsalvi, Bar. de Villamarina f. 2. Dianora Carafa de Spina, Jo. Antonii Duc. de Forli f.*
Franciscus. Jacobus. Jo. Antonius. *Clerici Regulares Theatini.*
Cassandra, *monialis.*

15\. (1) Joh. Baptista, Dux V de Laurino, † *1686.* sine prole. *Margarita Carafa, Fabritii Pr. de Colobraro f.*
(2) Victoria, fratris hæres, uxor *Josephi Spinelli filii Principis Oliveti,*
Diana, nup. 1. *Ludovico Capece Minutulo, Pr. de Ruoti, 2. Francisco Maria Capece Minut. Duci de Valentino.*

16\. Dominicus *† juv.*
Franciscus, † *juv.*
Ursula. Hieronyma. Cathárina. *obiere in juventa.*

LA XII.

PRINCIPES S. LAURENTII.

Uxor, *Henrichetta Sanſeverina*, *Alphonſi Ducis de Somma filia.*	11.

Silvia, uxor *Galeatii Cicinelli. Dom. de Carpenone.*	Hippolyta, nup. *Tiberio de Tarſia, Bar. de Belmonte,*	12.

Caſſandra, nup. *Thomæ Gargano. Dom. de Caſal.*	Ludovicus, Dn. de Filitti & S. Lorenzo. *Aurelia Galeotta, Marii Dom. de Moneſtarace f.*	Aurelia ſ. Henrichetta, ux. *Hieronymi de Roggiero Dom. de Lancuſis.*	13.

Hieronymus, PRINCEPS S. LAURENT. cr. 1654. *Julia Coppola.*	Carolus. *Eleonora Galeota, Joſephi Pr. de Monaſterece* fil. hær.	Franciſcus. *Teatinus.*	Veſpaſianus. *Epiſc. Ogentin.*	Victoria, ux. *Antonii Carmignano.*	Fulvia. ux. *Antonii de Quadra Dom. Carpenonis.*	Eleonora, nup. *Thomæ Filingiero.*	14.

Ludovicus Princeps S. Laurentii. *Lucretia Beltrana Ferdinandi C. de Miſagna f.*	Jo. Baptiſta.	Joſephus.	Antonia.	Beatrix. *monial.*	Aurelia, nup. 1. *Franciſco Gargano Pr. Durazzani, 2. Hectori Caracciolo, M. de Bariſciano.*	15.

Hieronymus.	Carolus.	Dominicus.	Julia.	Anna Johanna.	Barbara.	Eleonora.	Fortunata.	16.

TABU

DUCES DE MADALONI

11. **FABIUS CARAFA**, Antonii, primi Princ. de Stigliano filius tertius, Dn. de S. Mauro.

12. Lelius March. de Arienzo, obiit improlis. *Anna Mendoza d' Alarcone, Petri Gonfalez, M. de Valle Siciliana f.*

Martius, DUX de MADALONI ex hæreditate avunculi, Dn. de S. Mauro, † 1607. *Victoria Spinelo, Pauli f.*

13. Diomedes, IV Dux de Madaloni, Comes de Cerretto, March. de Arienzo. *Margarita Aquaviva de Aragonia, Alberti Ducis X de Atri f.*

14. Martius V Dux de Madaloni. † 1628 *Maria de Capua Pacheco,* Matthæi II *Pr. de Conca fil.*

15. Diomedes, VI Dux de Madaloni, sub annum 1660. *Antonia Caracciola, Marini III Pr. Avellini fil. Francisci Duc. Airolæ vid.*

Josephus, † 10. Jul. 1647. *Leonora Carafa, Fabii & Hieronymæ Principum de Colobraro fil.*

16. Martius, VII Dux de Madaloni Eques Aur Vell *Æmilia Carafa, Caroli Duc. Andriæ f.*

Marinus.

Johannes, † juv.

Margarita, nup. *Fabritio Carafa Duc. Andriæ.*

Anna. *monialis*, dicta *Anna Felix.*

Francisca, *monialis* dicta *Maria Josepha.*

17. Diomedes M. de Arienzo, † cælebs m. Jun. 1696.

Carolus Pr. della Guardia. *Theresia Charlotta Columna Philippi Pr. de Sonnino f.* 1699.

Lælius, *Abbas.*

Antonia, *monial. d. Angela.*

Constantia, *monial.* dicta *Maria Dominica.*

Anna.

Catharina, nup. *Dominico Carafæ Pr. Colubrar.*

Francisca.

Isabella.

PRINCIPES DE COLOBRARO.

Uxor, *Hieronyma Carafa, Diomedis Ducis de Madaloni soror.* 11.

Cornelia, nupta *Ludovico Cajetano de Aragonia, Duci Trajecti.* — Faustina, uxor *Herculis de Rossis Com. de Cajazzo.* 12.

Roberta, nupta *Camillo Caracciolo, II Pr. de Avellino.* 13.

Fabius Dn. de Formicola, PRINCEPS de COLOBRARO per uxorem *Hieronymam Carafam, Johannis Baptistæ filiam.* 14.

Franciscus Pr. de Colobraro. *Maria Villana Fabritii ex March. Pollæ f.* ☾ — Leonora, nup. *Josepho Carafæ patrueli suo.* — Faustina, nup. 1. *Francisco Loffredi Pr. de Maida,* 2. *Ferdinando de Cardines M. Laini.* — Margarita, ux. *Joh. Baptistæ Carafæ D. Laurini.* 15.

Maria. — ☉ Dominicus Dn. de Morcone, & Princeps de Colobraro per uxorem *Eleonoram de Cardines Ferdinandi & Faustinæ Carafæ fil.* ea sine prole mortua duxit *Catharinam Carafam, Martii Ducis de Madaloni fil.* — ☽ Fabritius, IV. Pr. de Colobraro, occ. in duello à Jo. Baptista de Capua Duce de Mignano, succedente ei *Faustina* amita. 16.

Regina. — Theresia. 17.

TABU

DUCES DE NOCERA, DE

8. GURRELLUS CARAFA, Antonii Malitiæ fil. IV
Lucretia Pignatella, Caroli filia.

9. Galeottus. Comes de Terranova.
Victoria Cantelma, Joh. Pauli Com. de Popoli f.

10. Gurrellus, ἄπαις. — Tiberius Comes Soriani & DUX NUCERIÆ. *Hieronyma Borgia, Petri Wilhelmi Lenzolii fil.* 1507. — Petrus Ludovicus, *M Mag. Ord. S. Maur. & Laz.* — DIOMEDES. *Vid. Tab. seq. XV.* — Isabella, nup. *Andreæ Coscia.* — Lucretia, ux. *Hannibalis Alois.* — Camilla, ux. *Marcelli Januarii.* — Catharina, nup. *Francisco Carafa, Dom. de Rodi.*

11. Ferdinandus, II DUX Nuceriæ, II Com. Soriani. *Eleonora Concublet de Arena, Jo. Francisci Com. Arenæ f.* — Cæsar Carafa. — Hieronyma, nup. *Andreæ Felici Carafæ C. de S. Severina.* — Tiberius. Johannes. Franciscus. *mortui ante patrem.*

12. Alfonsus III Dux Nuceriæ & III Com. Soriani March. S. Angeli, per ux. *Johannam Castriotam, Ferdinandi M. S. Angeli fil. Johannis Castriotæ vid.* — Hieronymus Carafa. ἄπ. — Carolus, Carafa, *J. pr.* — Franciscus Carafa, *Abbas.* — Tiberius Carafa. *Episc. Potentiæ* 1556. *Cassani* 1579. † 1588.

13. Ferdinandus, IV Dux Nucer. & Com. Soriani, March. S. Angeli † 1593. *Anna Clarice Carafa, Antonii Pr. de Stigliano f.* — Camilla, nup. *Ferdinando Caracciolo Duc. Airolæ.*

14. Franciscus Maria, V Dux Nucer. & C. Sor. M. S. Ang. Eques Aur. Vell. Prorex Aragon. & Nav. † m. Jul. 1642. *1. Anna Pignatelli, Hectoris IV D. Montisleon. f. 2. Johanna Ruffo, Pr. de Scilla, Vincentii Ruffo, M. Lacodiæ vid.* — Antonius † Præses Barensis provinciæ. — Johanna nup. *Ludovico Vincentio de Capua, Pr. Ricciæ.* — Johannes Dux. de Noja. *Julia de Lannoy Duc. de Bojano Antonii Caraccioli vidua.*

15. (1) Franciscus Maria Dominicus, VI Dux Nuceriæ, † 1648. improlis. *Maria Ruffo, novercæ filia.* — Emanuel *nothus* Dn. Vallis longæ, † post an. 1661. — Gurrellus *nothus* occ. in obsid. Portolong. 1650. — Leonellus *nothus* in Sicilia uxorem duxit — Carolus Dux Nojæ & Bojani. *Lucretia Aquaviva, Rudolphi fil.* — Antonius.

16. Johannes, IV Dux Nojæ & Bojani. *Theresia de Judice, Nicolai Pr. de Cellamare f.* — Rudolphus Carafa, *Eq. Melit.* dein Maritus *Dorothea Aquaviva ex Com. Conversan.* — Franciscus Maria.

17. Carolus V Dux Nojæ & Bojani. *Beatrix Spinella ex Principibus Tarsiæ.* — Nicolaus. — Pompejus.

LA XIV.

NOJA ET DE CANCELLARA.

Dn. de Veriolo, Cemigliano &c. 8.

		9.
Berlingerius, Dn. Vallis Novi. *Camilla Saracina, Michaelis Martino, Dom Torellæ f.*	Julius Carafa.	

								10.
Beatrix ux, *Antonii Mormile Dom. de Frignano.*	Octavianus. *Dianora Coscia, Johannis f.*	Fridericus S. Albericus. Dn. de Loco ritondo. *Justina Indella.*	Jonañes Paulus *improlis.*	Ferdinandus. *Isabella Carafa.*	Julia, nup. *Camillo Pignatelli.*	N. uxor *Petri Antonii d'Azzia.*	Lucretia, nup *Francisco Carafæ, Dom. Montiscalvi.*	

					11.
Bartholomæus. *obiere ante patrem.*	Jacobus.	Victoria nup. *Johanni Mariæ Affatati Dom. Binetti.*	Alexander Carafa, † sine prole. *Laura Aquaviva Belisarii Duc. de Nardo fil.*	Laura.	

					12.
Hugo Carafa.	Fridericus Carafa.	Camilla, ux, *Octavii Carafæ M. de S. Eramo.*	Laura, nup 1. *Marcello Januario, 2. Francisco Carafæ ex Com. S. Severinæ.*	Angela, ux. *Brunonis de Arena, Dom. S. Catharinæ.*	

			13.
Pompejus DUX de NOJA, cr. 1600. *Isabella Pappacoda, Jo. Laurentii M. de Capurso f.*	Antonius. *Hippolyta Pappacoda, Isabellæ soror.*	Alphonsus Carafa.	

					14.
Tiberiu Carafa *Capucinus.*	Fridericus DUX de CANCELLARA. 1625. † improl. *1. Julia de Argentio Detii f. 2. Maria Brancaccio, Cæsaris f.*	Cæsar, *Eques Melit.*	Thomas *Eques Melit.*	Alphonsus II Dux Cancellaræ. † 4. Nov. 1673. *1. Constantia Gambacorta, Scipionis Pr. de Frasso soror 2. Hippoly- Brancaccio.*	

										15.
Alphonsus.	Ferdinandus. *Eques Melit.*	Tiberius.	Beatrix nup. *Jacobo Caracciolo D. Sicignani, 2. Carolo Carafæ M. d'Anzi, 3. Julio Pignatelli Pr. Nojæ.*	(1) Thomas † ante patr.	Hippolyta, Duc. Cancellaræ, ux *Johannis Ursini.*	Johanna, nup. *Julio Sanchez de Luna, II M de Gagliato.*	(2) Antonius, † antepatr.	Catharina, nup. *Josepho de Sangro.*	Cecilia ux. *Joh. Baptista de Ponte D. de Flumari.*	

Julia. Isabella. Victoria. 16

Lucretia. Zenobia. Hippolyta. Clara. 17.

MARCHIONES DE ANZI

10. DIOMEDES DE CARAFA, Galeotti Comitis

11.
- Cæsar. *Alphonsina Carafa Cæsaris Bar. Flumara de Murof.*
- Franciscus M. Admiralis regni Neapolit. † post an. 1594.
- Octavius MARCHIO de ANZI, cr. 1576. *Chrysostoma* vel *Constantia Carafa, Jo. Baptistæ C. Policastri f.*

12.
- Franciscus, II Marchio de Anzi. *1. Johannella Carafa March. de Lucido, Jo Francisci f. Jo. Baptistæ Frangipane C. Serini vid. 2. Æmylia Brancia, Pr. de Casalmajore, Antonii Dom. de Larino f. 3. Portia Caracciola Jo. Baptistæ f. Diomedis Carafa Ducis Cerciæ &* Balthasaris Aquaviva de Arag. vid.
- Diomedes *Episcopus Tricaricensis* 1605. † 1609.
- Lucretia, ux. *Alphonsi Piccolomini de Aragonia Com. Celani.*

13.
- (1) Octavius M. de Anzi & S Lucido, PR. de BELVEDERE. *1. Cathárina Carafa. Francisci M. Bitetti f. 2. Portia Sanseverina Duc. S. Donati, Hippolyti Sanseverini vid.*
- Chrysostoma. nup. *Philippo Branciæ, Pr. Casalis majoris*
- (2) Johannes Baptista, † improlis. *Andriana de Franchis Jacobi I M. Taviani f.*

14.
- (1) Carolus, M. de Anzi, † ante patrem. *Beatrix Carafa, Johannis Duc. Nojæ f. Jacobi Caraccioli D. Sciciniani vid.*
- Franciscus † 1689. *f.* Dec. *Maria de Ponte, Trifonis Dom. Flumarii f.*
- Josephus.
- Cæsar.
- Antonius.
- (2) Carolus *Canon. Regul. Lateran.*

15.
- Franciscus Maria, III Princeps de Belvedere, V March. de Anzi, Eques Aur. Vell. cr. 1685. *1 Silla de Somma, Francisci fil. & hær. 2. Johanna Grimalda, Jo Francisci Pr. de Gerace f.*
- Julia monialis.
- Octavius. *Theresia Sorbellone, Legardi Comitis vid.*

16.
- (1) Beatrix, nup. *Antonio Spinelli, Pr. Scaleæ.*
- (2) Carolus M. de Anzi. *Elisabetha Vandeneinden, Ferdinandi M. de Castelnuovo fil.*
- Julia.
- Petrus Ludovicus.
- Tiberius, *Eques Melit.*

PRINCIPES DE BELVEDERE.

Terræ novæ F. Uxor, *Hieronyma Villant.* 10.

Carolus *Abbas.*	Ferdinandus. † 1593.	Fabius.	Lucretia, nup. *Hieronymo Carafa.*	11.

Tiberius PRINCEPS DE BISIGNANO, SCILLA & BELVEDERE, Magnas Hisp. Eques Aur. Vell. n. 22. Apr. 1580. † 5. Oct. 1647. *1. Julia Ursina, Antonii Duc. Gravinæ f. Jo. Baptistæ Spinelli M. Fuscaldi vid. 2, Maria Ruffo Pr. Scillæ, Fabritii f.*	Petrus Ludov. nat. 18. Jul. 1581. *Episc. Tricaric.* 1624. *Presb. Cardinalis* 1645. † 15. febr. 1655.	Carolus, dictus dein *Thomas, mon. Dominicanus.*	Lucretia, nup. *Julio Carafæ Dom. Cerciæ.*	12.

Diomedes. *Cornelia Muscettola Sergii Pr. Leporani f.*	Tiberius. obiit in Hispan.	Antonius dictus posteà Petrus Ludovicus, *ex Cler. Reg. Episc. Tricaric.* 1646.	Cæsar, ἄγαμος. *Faustina Caracciola.*	Petrus. *Anna Pistacchio Castelli, Jo. Francisci f.*	13.

Franciscus Dn. Larini, occ. à subditis suis 1679.	Cornelia.	Hieronyma, nup. *Leonardo de Tocco, Pr. Achaiæ.*	14.

Petrus Ludovicus.	Carolus.	Josephus.	Johannes.	Catharina, *monialis.*	Anna, *monialis.*	15.

COMITES DE MADALONI ET

8. DIOMEDES CARAFA, Antonii, cogn. Malitia & de Cerretto 1480. Uxor 1. *Maria vel Isabel*

9. Johannes Thomas, II COMES de Magdaloni & Cerretto, † circa an. 1525. *Julia Sanseverina, Roberti Com. de Cajazzo f.*

JOHANNES ANTONIUS C. DE MONTORIO. *Vid. Tab. seq. XVII.*

10. Diomedes, III Comes de Madaloni & Cerretto. *1. Gezzolina Sanseverina, 2. Catharina de Capua, 3. Portia Cajetana de Arag. Honorati D. Trajecti f.*

Isabella, uxor *Prosperi Columnæ Ducis Trajecti.*

11. (1) Johannes Thomas Com. de Cerretto occ. in duello, vivo patre. *Johanna Caracciola, Jo. Baptistæ Dn. de Pietra Polcina f. & hær.*

(2) Franciscus occ. in duello sub. fin. anni 1555.

(3) Johanna, nup. *N. Ram. Com. S. Agatha.*

Cæsar *1. Julia Carafa de Spina, Vincentii I. C Grotteriæ f. 2. Hieronyma Griffa.*

12. Diomedes, IV Comes dein DUX de Madaloni, † 11. Jul. 1561. s. pr. *Roberta Carafa Antonii, I Pr. de Stigliano f.*

Vincentius.

Hieronyma, ux. *Fabritii Carafæ Princip. de Stigliano.*

Cornelia, ux. *Diomedis Carafæ C. de Montorio.*

(2) Diomedes. *Victoria Mormile.*

Roberta, nup. *Diego Lopez Suarez, D. S. Petri de Scafato.*

13. Scipio, MARCHIO de BARANELLO per ux. *Antoniam Carafam. Flaminii M. Baranelli fil.* qua sine prole mortua duxit *Victoriam Gesualdam Antonii Filingiero viduam,* † ille an. 1683.

Franciscus †*improlis.*

Cæsar, *Magister Equitum.*

Josephus M. de Baranello per uxorem *Franciscam Carafam, Antoniæ sororem & hæredem.*

Maria.

Laura.

Hieronyma.

14. (2) Diomedes. *Isabella Laurito Monforte, Jo. Baptistæ D. de Laurito f.*

Victoria, *monialis.*

Diomedes Marchio de Baranello. *Francisca Chiroga, Diegi March. de S. Dana fil. Diegi de Ulloa vid.*

Franciscus, nat. m. Febr. 1689.

CERRETTO, MARCH. DE BARANELLO.

filius natu minimus, COMES DE MADALONI, cr. 1465. 8
la Caracciola Rossa. 2. Sueva Sanseverina.

Isabella uxor *Guilielmi Sanseverini Com. de Capaccio.* 9

Robertus Dn. de Sesto & Rocca Piperozza, † 1551.
Beatrix Sanseverina, filia Comitis Saponaræ.

Johanna, uxor *Jo. Francisci Pico Com. Mirandulæ* 10

Joh. Baptista, *Lucretia Pettenata.*

Joh. Thomas. *Lucretia Carafa de Spina.*

Ferdinandus. *Claudia Cicinelli.*

Lucretia, ux. *Jo. Ferdinandi d'Avalos ex Dom. de Ceppaluni.*

Cornelia, nup. *Jo. Vincentio de Tufo, M. Gensani.* 11

Ascanius Dn. Sesti. *Faustina Cicinelli.*

Horatius.

Detius.

Pompejus.

Robertus.

Scipio, improl. *Camilla* Carafa.

Andreas.

Lelius.

Thomas.

Robertus.

Beatrix, ux. *Scipionis Filingieri.*

Hippolyta. 12

Johannes Baptista Dn. de Sesto & Colobraro.
Eleonora Cicinelli, Scipionis Dn. de Colobraro f.

Carolus PRINCEPS de COLOBRARO cr. 1617.
Zenobia, vel Lucretia Caracciola. 13

Ascanius. *obierunt impr.*

Scipio. *obierunt impr.*

Lucretia, ux. *Vincentii Capece.*

Eleonora, nup. *Jo. Baptistæ Carafæ, VI Com. de Montecalvo.*

Hieronyma, Pr. de Colobraro, ux. *Fabii Carafæ ex Ducibus de Madaloni.*

Angela, nup. *1. Matthæo de Capua, Pr. de Conca, 2. Nicolao Antonio Spinelli, Pr. Oliveti.* 14

TABU

COMITES DE

9. JOHANNES ANTONIUS CARAFA, Dio
Victoria Camponesca, *Petri Lalli Cam*

10. Johannes Alphonsus, II Com. de Montorio, † 18. febr. 1548. *Catharina Cantelma.*

Johannes Petrus, nat. 29. Jun. 1466 *Episc. Chiet.* 1505. autor sodalitatis Cleric. Regul. Theatin. 1524. *Presb. Cardinalis* 22. Dec. 1536. *Archiep. Neapol.* 1549. *Pontifex Rom.* 22. Apr. 1555. dictus PAULUS IV, † 1. Sept. 1559.

Elisabetha, nup. *Ludovico de Tolfa.*

11. Ferdinandus, III Comes de Montorio. *Hieronyma Spinella, Ferdinandi Duc. de Castrovillari f.*

Johannes, IV Comes de Montorio, DUX de PALLIANO 1556. † 6. Mart. 1561. *Violanta Diascarlona, Antonii Com. de Alifi f.*

Antonius MARCHIO de MONTEBELLO & de BAGNO. *1. Brianna Beltrana. 2. Laura Brancaccia.*

12. Catharina. *monialis in Sapientia*, † m Aug. 1594.

Diomedes, V Com. de Montorio, MARCH. de CAVE. *Cornelia Carafa, Joh. Thomae C. de Cerretto f.*

Maria, *monial in Sapient.* 1562. † m. febr. 1619.

Paula. *monial. in Sap.* 1574. † m. Jan. 1636.

(1) Alphonsus, *Cardinalis*, cr. 1557. *Archiepisc. Neapol.* † 19. Aug. 1565.

13. Alphonsus Carafa, VI Comes de Montorio, occisus anno aet. 21. improlis, m. Mart. 1584. *Victoria Caracciola.*

MONTORIO.

medis Com. de Madaloni F. COMES DE MONTORIO. 9.
ponesci Com. de Montorio filia & hares.

Johanna, ux. *Rostaini Cantelmo VII Com, de Popoli.* Beatrix, ux. *Ludovici Leonessæ Dom. de Telese.* Diana, nup. *Jacobo Carbone Dom. de Padulo.* Diana, ux. *Nicolai Mariæ de Tocco, Dom. Montismileti.* Maria, *fundatrix ædis Sapientiæ in urbe Neap. l.* † 4. Jan. 1552. Diomedes, *nothus* Castellanus S. Angeli. *Victoria de Castiglione.* 10.

Carolus, nat. 29. Mart. 1517. *Cardinalis* cr. 1555. † 6. Marc. 1561. Diomedes. Petrus. Franciscus. Brianna, ux. *Vincentii Toraldo, M. de Polignano.* Victoria, *monialis* d. *Petronella* † m. Jan 1558. Josephus, Eq. S. Jac. *Camilla Cajetana.* Jul , ux. *Gomesii de Figueroa.* 11.

Constantia, *monialis* † m. Aug. 1601. Agnes, *monialis.* Diomedes. *Maria Antonia Salernitana Pompeji. fil.* Petrus Dn. de Collepietro. *Isabella Grisone.* Antonius. Pompejus, † impr. l. *Beatrix de Venere.* Johanna, ux. *Francisci Laurato.* Victoria, nup. *Mutio Francisco Sterlich Bar de Scorano.* N. uxor *Thedoli Bar. de S. Vito.* 12.

?. Aloisia, nup. 1. *Carolo Carafæ ex March. de Bisceto, 2. Gerardo Gambacorta, 3 Josepho Mariconda.* Camilla, uxor *Alphonsi de Tufo.* Johannes Alphonsus Carafa, DUX de CASTELNOVO & Dn de Collepietro. † 165?. *Cæcilia Salva Josephi M. S. Angeli de Scala f.* Antonius *Eques Melit.* Carolus, *Clericus* initio tandem Dux de Castelnovo, † post an. 1659. 13.

Franciscus Carafa. improlis. N. nupta. . . . . *Castiglione.* 14.



EXEGESIS HISTORICA.



ARAFAS à Caracciolorum ſtirpe nonnullos derivare jam ſuprà in horum genealogia obiter indicavimus. Car. *Borrellus* ita eam imbibit opinionem, ut ejus intuitu ſcriberet in Vindice Nobilitatis Neapolitanæ, *familiarum nullam cognitionem habere æquè certam, & evidentem de ſui generis origine, atque habeat Carrafeorum familia.* Ratio præcipua, qua ille ipſiusque ſuffragatores nituntur ea eſt, quod ante annum 1300. ultimamque Caroli II Regis ætatem nullum appareat tam amplæ familiæ veſtigium, neque Carafæ reperiantur, ſimpliciter uſi hoc nomine & ſine Caracciolani adjunctione. Contrariam verò opinionem ivit adſertum Vir Conſultiſſimus, Blaſius *Aldimarius*, qui auguſto & vaſto XXX annorum opere hiſtoriam genealogicam Carafæ gentis proſecutus eſt, erutis ex Archivio *Zeccæ*, uti vocat, Neapolitanæ aliquot Carafis, quorum nomina inde ab anno MCXCVII vigebant, deductisque familiæ primodiis à STEPHANO, quem ait à matris *Caræ* nomine, Carafæ cognomen primum accepiſſe, & poſteris transmiſiſſe, cæterum è *Sigismundis* (gente Piſana nobiliſſima, ac poſtquàm mille fere annis floruerat ſeculo decimo ſexto exſtincta) ſanguinem duxiſſe, eoque felicitatis perveniſſe, ut Sardiniam inſulam, quam Piſani Saracenorum jugo exſolverant, regio titulo poſſederit ad annum usque 1040. quo vivis exceſſit regno prius in filium *Ricardum* translato. Hic Saracenis inſulam circa an. 1047. iterum incurſantibus impar Neapolim fugit unà cum ſorore *Stefania*, quæ ſumpto ibi velo poſteà monaſteriis S.S. Gregorii, Sebaſtiani Salvatoris & Pantaleonis Abbatiſſæ dignatione præfecta, ille verò à Duce reipublice Sergio IV *Thalaſſiarcha* creatus eſt. Riccardi pariter & Stephaniæ effigiem Aldimarius exhibuit, in moneta expreſſam antiqua, ubi in antica pectore tenus viſitur *Rex, galea coronata, lorica item ac paludamento conſpicuus*, cum epigraphe: RICARD. REX SARD. E. KARE FIL. In averſa extat *fœmina diademate redimita, pallaque veſtita*, cum lemmate STEFAN. SOROR. Ricardo natum eſſe perhibet idem nobiliſſimus autor *Sergium V Ducem Neapolitanum*, idque probat veteri charta Archivii Zeccani quo Carolus I Rex donationes aliquas, monaſterio S. Gregorii factas corroboravit, ubi inter donatores *Tomaſius Carafa* miles occurrit, isque eam feciſſe dicitur donationem *in remiſſionem ſuorum peccatorum, & Nicolai Carafæ ejus patris, militis, filii Sergii VI Ducis olim Reip. Neapol, & in memoriam Stefaniæ Amitæ Sergii V Ducis ſimiliter Reip. Neap. Abbatiſſæ olim dicti monaſterii, & ipſius Tomaſi Conſanguineæ.* (a) *Sergius* VI Dux Neap. quinti è gnato *Johanne* IV itidem Duce, nepos fuit, cumque in bello, quod Rogerius, Siciliæ Comitis filius, Innocentio II Pontifici Rom. ob Apuliæ dominium intulit, fidem Lothario Imperatori, qui Papæ aſſiſtebat, datam fregiſſet, & ad Rogerium deſciviſſet, acie exutus, fuga ſibi conſulere

(a) Hiſt. Geneal. della Fam. Caraf. Lib. I Cap. III.

consulere & Pisas se recipere coactus est; PHILIPPUS verò ejus filius, â quo genealogiam familiæ orditi sumus, Neapolim rediit, ibique à Rogerio, rerum interea potito, *annuam unciarum centum auri de carolenis argenti ponderis generalis elargitionem accepit*, ut habent verba diplomatis, quo eandem pensionem *Onuphrio* Carafæ Johanna II regina renovavit. Philippo natum esse tradit Aldimarius BARTHOLOMÆVM, quem alii Gregorii Caraccioli filium fuisse ferunt, ille verò uxorem ex Caracciola gente habuisse, ejusque respectu factum esse, quod aliqui illius posteri Caracciolum cognomen cum Carafensi conjunxerint, asserit, idque probat literis an. 1239. scriptis, & à Carolo *de Lellis* in commentario de hac familia inedito adductis, in quibus sequentia leguntur: *De Mandato Imperiali facto per Magnif. Rationalem de Camera, scripsit Justitiario Principatus Aprutii, ut annuos reditus super Terra Ripæ longæ spectantes ad Delitiam Caraczolam, uxorem Bartholomæi Carafa ejus vita durante deveniant, ad filios, nepotes, & pronepotes descendentes ex eadem Delitia, & præfato Bartholomæo, filio Philippi Carafa de Spina ex Consulibus Neapolitanis provenientibus ex Stephano de Sigismundis, olim Sardiniæ Judice, cum hoc, ut ipsi se denominent Caraczuli Carafa, sicut supplicavit humiliter dicta Delitia &c.* (γ) Verum literarum harum non avthentia modò sed ipsa existentia ab aliis, iisdemque gravissimis viris, in dubium vocatur, imò negatur.

PHILIPPVS Carafa, Matthæi, qui Bartholomæi e Philippo II, Barone Ripæ longæ, nepos fuit, F. primus è familia sua sacra decoratus est purpura, ab Urbano VI Presbyteris Cardinalibus tit. *S. Martini in montibus* adscriptus, cum Bononiensi præesset Ecclesiæ, ad quam urbem Pontifex galerum illi majoris honoris gratia misit; huncque Joh. Lignanus Jurisconsultus insignis, ac summæ tum temporis in ea autoritatis illi in æde S. Dominici, frequenti populo non minus plaudente, quàm spectante imposuit; atque ab eo tempore Cardinalis de Bononia salutari amavit. Legati etiam Apostolicæ sedis in Romandiola munus ab eodem accepit Pontifice, tandemque Bononiæ grassante pestilentia exstinctus, & in Cathedrali templo sepultus est, cum hac inscriptione: *Hic est Corpus Reverendi in Christo Patris & Domini D. Philippi de Carafis de Neapoli, Cardinalis Bononiensis.* (δ)

BARTHOLOMÆUS II. Philippi Cardinalis patruus, septem pater filiorum constituitur, ex quibus primus & sextus, ANDREAS nempè & THOMAS, stirpem Carafarum unam in duos quasi diduxerunt ramos, quorum uni à *Spina*, alteri à *Statera* cognomen impositum est. NICOLAUS, secundogenitus Dominus fuit *Dipressii & Pompani* in regione Hydruntina, & pater gnati unici *Maselli*, qui prole caruit. BARTHOLOMÆUS, tertius hujus nominis & secundi tertius natus, ex Juris civilis Doctore & Professore *Archiepiscopus Bariensis* evasit, & *Pascarolam* aliaque loca ære acquisivit. LIGORIVS, Aquilæ in Aprutio à Johanna I regina præfectus nullam æquè ac frater ejus minimus JACOBVS prolem post se reliquit. At PETRVS, quartogenitus NICOLAVM genuit, qui Ladislao Regi à consiliis fuit, & legationibus, gravissima ob negotia in Anglia Lusitaniaque obitis, inclaruit. Tres eidem fuere filii, in tabula præteriti & ex priore matrimonio suscepti, videlicet *Andreas, Petrus & Onuphrius*, quos inter *Petrus* tantum prolem sustulit ex *Maria Guiudaza*, quam Rex Ladislaus in amoribus habuit, gnatas nempe duas, *Andriellam* Ermingano Sabrano Comiti Ariani nuptam, & *Veritellam* Francisci Cantelmi Comitis de Popoli conjugem, filiumque unicum posthumum *Petrum* Depressii & Rodi dominum, qui pater è *Maria Brancaccia* factus est *Francisci* Carafæ; huic nuptiis primis *Verdella Spinella*, secundis *Anna Maramalda* ducta est, & ex hac nati sunt *Paulus & Petrus*, in quibus linea hæc defecit.

ANDREAS, Bartholomæi II filius natu maximus, Forulense dominium in Aprutio jure tenuit uxorio, multorumque pater fuit liberorum, mares septem fuere, & in his JACOBVS & CAROLVS, quorum ille *Rocellensem*, hic *Forulensem* lineam condidit. Horum ætatibus sine dubio medius interjectus fuit *Galeottus* Pascarolæ dominus; ex illis verò quis primogenitus fuerit controversia inter posteros eorundem

(β) ibid. Cap. VI. (γ) loco cit. Cap. VII.
(δ) Ciacc. Hist. Pont. & Card. T. II p.

dem orta eſt. Jacobo cum *Aldimarius* in opere ſæpe jam laudato primogenituram tribuiſſet, prodiit paulò poſt ſcriptor anonymus, qui Carolo illam vindicare annifus eſt edito libello, quem *Hyacinthus Falletus Arcadius, Patricius Rhegienſis*, ſine mora recudi curavit, ſtricturasque ei è regione perpetuas adjunxit, quibus Aldimarii ſententiam ſummo defendit ſtudio, judicioque, cujusſcripti cùm nobis quoque pro humanitate ſua, qua non minus atque eruditione pollet, fecerit, debitas ei gratias occaſione ita ferente publicè agimus.

Quartus inter Andreæ filios naſcendi ſorte fuit BARTHOLOMÆUS; is cùm Ordini Equeſtri St. Johannis nomen dediſſet, *Prior & Senator Romanus* à Papa Bonifacio IX. creatus, mortuoque Riccardo Caracciolo, quem Urbanus VI. orto in Eccleſia Schiſmate Magnum religionis Hieroſolymitanæ, cui in Rhodo inſula ſedes tunc erat, Magiſtrum creaverat, adverſus Jo. Ferdinandum Herediam, Clementis VII. Antipapæ Avenionenſis partes amplexum, ab equitibus fratribusque Romæ congregatis, & Bonifacio, Urbani Succeſſori, addictis, in illius locum ſuffectus eſt, non tamen Magiſtri, ſed *Locumtenentis* titulo; qui in epitaphio quoque legitur, quod Romæ vita defuncto & in æde Prioratus Romani in monte Aventino ſepulto conditum fuit, ita enim id ſe habet:

Hic jacet corpus Venerabilis Religioſi
Domini Fratris Bartholomæi Carafæ
Militis de Neapoli,
Prioris urbis, & Ungariæ,
Magiſtri Hoſpitii
Domini Innocentii Papæ ſeptimi,
nec non Sacræ Domus hoſpitalis
S. Joannis Hieroſolymitani
Magiſterii Locumtenentis.
Qui
etiam fuit Senator hujus almæ urbis
tempore Papæ Bonifacii noni,
Qui
Obiit Romæ de anno Dom. MCCCCV.
menſe Aprilis, in die Sancti Marci.
Frater Jacobus de Opicis Procurator Generalis
Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani
Executor Teſtamenti fecit fieri. (e)

A Galeotto Carafa, quem ſecundum Andreæ primi Forulorum Domini filium fuiſſe diximus, *Paſcarolæ toparchæ* deſcendunt, quos inter clarus inprimis factus eſt ANDREAS, ejus pronepos. Is poſtquam Regibus ex Aragonica domo ortis perpetua adhæſiſſet fide, poſtremoque eorum Friderico in Galliam usque comitem & ærumnarum ſocium ſe præbuiſſet, conclamatis ejus rebus ad penates rediit, qua tempeſtate Galli Hiſpanique de ſumma rerum in regno Neapolitano decertabant. Hiſpanicas amplexus partes ſtrenuam utilemque eis operam paſſim navavit, meritisque ſuis obtinuit, ut *Fanum Severinæ*, Calabriæ oppidum, aliaque loca, quæ anno 1496. emerat, quæque in publicum redacta fuerant, ſibi cum *Comitis* axiomate redderentur. Maximum verò documentum ſummæ exiſtimationis, quam apud Carolum V. Imperat. ſibi peperit, hoc fuit, quod ab eo toti regno Neapolitano *Proregis* dignatione præfectus eſt, ſub initium menſis Februarii an. 1525, in locum Caroli Lannoji, quem ad ſuſcipiendum ſupremum exercitus ſui imperium evocaverat; verum cùm XXI. menſium ſpatio tantùm ampliſſimo hoc munere functus eſſet, rebus humanis exemptus eſt, ſeptuagenario major. Extare numismata, effigie ejus ſignata, Aldimarius refert, unum Neapoli in *Franc. Antonii Picchiatti* Muſæo, quod averſa parte *prudentiæ ſaxo inſedentis quadrato* figuram, cum lemmate *Nil abeſt*, exhibet, alterum Mediolani in cimmeliarcho Septalienſi, in quo *inſignia Carafenſia, ſtatera ſtipata* viſuntur,

(e) Aldimar. op. cit. Lib. I. Cap. XI.

tur, cum epigraphe: *Veritas conteret contraria*, in antica facie utrumque *effigiem illius pectoretenus, galea tecti*, repræsentat cum inscriptione: *ANDREAS CARAFA S. SEVERINÆ COMES.* Statera quod nonnunquam usus est, hanc noster affert causam, ut ostenderet, Carafas de Spina & de Statera nullo sibi discrimine haberi, hinc etiam cum improlis esset, magnam facultatum suarum partem in *Fridericum* Carafam, ex ramo *de Statera* prognatum, Antonii primi Principis Stiliani fratrem, transferre non dubitavit, earum in numero fuêre duodecim in Aprutio castella & inprimis *Fanum Lucidi*, & oppidum *Vico.* Equidem GALEOTTUS Carafa, Andreæ ex fratre Nicolao nepos, & in Comitatu S. Severinæ Successor, illam impugnare occœpit dispositionem, & Friderico dicam impingere, sed lite & causa cecidit.

AD TAB. II.

ROccellam, à qua linea principalis Carafarum de Spina denominata est, JACOBUS Carafa, Onuphrii, qui civilis prudentiæ laude floruit, filius, Jacobi, lineæ hujus autoris, nepos acquisivit, illa nec non Castello veteri à Rege Ferdinando I. donatus, ob præclaram operam, quam ipsi ad redigendos in ordinem Barones rebelles navavit, maximè ob debellatum & captum in arce Vastensi Antonium Caudelam, illorum antesignanum. Pari fide ac fortitudine VINCENTIUS, Jacobi filius natu major, dicto inserviit Regi à teneris annis, nec vir factus indolem mutavit, mutata licet Aragoniorum fortuna, sed ab eorum partibus adversus Gallos strenuè & constanter perstitit, quorum meritorum ergò à Friderico Rege suprema domus suæ præfectura, locoque in secretiore Consilio nec non *Comitatu Grottariæ* auctus est, hujusque titulum quidem jam an. 1489. accepit, in rei verò, terræ nempe Grottariensis, possessionem anno demùm 1496, Aldimario referente, pervenit; sed in epitaphio, quo genitoris sui tumulum in æde Castelli veteris insignivit, jam an. 1488. illo usus esse legitur axiomate: ita enim id se habet: *Vincentius Carafa Agrotteriæ Comes, Castri Veteris & Roccellæ Dominus, pius filius, Jacobo Carafa patri, ductori exercitus præclarissimo ac fidei servantissimo posuit An. D. 1488, M. Junii.* (f)

JOH. BAPTISTA, Vincentii F. majorum suorum vestigiis insistens virtutis ac fidei à Carolo V. Imperatore hoc tulit prœmium, ut oppidum ejus *Castelli veteris* in *Marchionatum* erigeretur, ipseque & ejus hæredes ac successores dicti oppidi *Marchiones* crearentur, vigore diplomatis dati in Ynspruch die quinta mensis Junii an. 1530. Eo natus HIERONYMUS strenua Roccellæ defensione adversus Turcas, qui excensione in Calabria facta eam oppugnarunt, plagisque, quas eis inflixit, ita ut naves repeterent, magnam sibi peperit gloriam, cum applausu omnis populi, ipsiusque Imperatoris gratiarum actione conjunctam. Similem campum virtutis suæ exserendæ nactus est FABRITIUS, Hieronymi F. cum an. 1594. Cicala Turcarum Archithalassus in Calabriam invasisset, Rhegioque capto & exusto ferro ignique cuncta vastasset, & prædas latè agens ad Castellum vetus usque venisset, tunc enim ille pari, ac genitor Roccellæ fecerat, fortitudine periculum propulsavit, Turcasque gravi affectos clade in fugam conjecit, quo nomine Philippus II. Rex ei gratias laudesque egit. Deinde cùm fratris *Thomæ Campanellæ de Stilo* horrendæ cum Turcis conspirationi ita adversatus esset, ut autorem comprehensum in carcerem compegerit, à dicto Rege *Principis Roccellæ* titulum tantorum decoramentum meritorum accepit, cui Ferdinandus II. an. 1622. insignem *Principis S. Rom. Imperii* dignationem addidit, Philippus IV. Rex verò hunc imposuit cumulum, ut in splendidissimum Equitum *Aurei Velleris* Ordinem eum cooptaret.

CAROLUS Carafa, Fabritii primi Roccellæ Principis filius secundogenitus, studia literarum ac legum secutus, & à Paulo V. Papa *Episcopus Aversanus* an. 1616. creatus, legatione inclaruit, qua in Germania *Nuncii Apostolici* dignatione, cum potestate *Legati à latere* tandem sub Vrbano VIII. conjuncta, functus est; perpetuæ verò nomen suum commendavit memoriæ Commentario de *Germania restaurata*,

Uu 2 quem

(f) Zazzera della Nobiltà Italia.

quem scripsit ediditque. Vitæ munere in Episcopatu suo defuncti, & ibidem sepulti tumulo hæc inscripta leguntur verba: *OSSA CAROLI CARAFA MAXIMI PECCATORIS. SIMON*, illius frater, dubium fecit, claritudine studiorum, an morum innocentia illustrior sit dicendus, quorum commendatione è collegio Clericorum Regularium Teatinorum ad regimen Ecclesiarum *Acerentiæ & Materæ* in Lucania tunc unitarum ab Urbano VIII. evocatus, cumque id singulari animi moderatione, vitæ integritate, summoque Zelo novem annorum spatio obiisset, ad *Archiepiscopatum Messanensem* anno 1647. provectus est, cui XXVIII. annos præfuit, *in egenos largus & magnificus, templorum instaurator, morum suavitate & eleganti senecta venerabilis.*

HIERONYMUS Carafa, secundus Roccellæ Princeps, frater illorum, de quibus postremò dictum est natu maximus, viri consummatissimi, virtute Christiana & summa pietate ornatissimi elogio ab Aldimario mactus *Prioratus Roccellensis* fundationem, à genitore suo institutam, perfecit. Iste enim ex facultatibus suis XL. millia Ducatorum secreverat, eo consilio, ut iis *Bajulivatus sive Prioratus Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani Linguæ Italiæ*, uti loqui amant, in terra sua Roccellæ fundaretur & dotaretur, reservato tamen sibi suæque familiæ in perpetuum jure Patronatus & præsentandi seu nominandi ad eundem Bajulivatum, quotiescumque & quandocumque illum vacare contigisset, cum aliis pactis conditionibusque, de quibus inter illum & dictum Hospitale sive Linguam Italiæ conventum fuit, primum verò *Bajulivum* sive Priorem Roccellensem nuncupavit FRANCISCUM fratrem suum, Equitibus Hierosolymitanis jam adscriptum. Isti itaque fundationi cura studioque Hieronymi, tertii Roccellæ Principis, ultima, ceu diximus, manus accessit. Nec verò is erga genitorem tantùm, sed etiam erga Regem suum pietatis documenta edidit, huicque illa præcipuè tempestate, qua concitatore Thoma Anello popularis seditio exarsit, urbemque & provincias in partes diduxit, tunc enim Roccellensis Principis, filiorumque ejus fides ac fortitudo cum aliis officiis, tum Calabria in obsequio retenta, enituit. Egregiam verò ille & numerosam habuit prolem, octo omninò filios, qui ad virilem pervenerunt ætatem; quoniam verò non nisi natu maximus inter eos, ex ratione œconomica, magnatibus palmaria, uxorem familiæ sustentandæ duxit, factum est, ut mascula illius propago in nepote deficeret.

Inter filios Hieronymi, II. Roccellæ Principis, natu minores duo sacra effulserunt purpura, CAROLUS & FORTUNATUS; illi primus ad illam dignitatem gradus fuit officium *Protonotarii Apostolici de numero Participantium*, quod beneficio Urbani VIII. Pontificis accepit: mox *utriusque signaturæ Referendariis* adscriptus, Antonii Cardinalis Barberini in Legationibus Ferrariæ primum, deinde Bononiæ vices gessit, anno autem 1644. patruo in Episcopatu Aversano surrogatus est. Sub Innocentio X. & Alexandro VII. *Nuncii Apostolici* munia obiit in Helvetia an. 1653, tum Venetiis an. 1655. & denique an. 1658. in aula Cæsarea, ubi cum ageret *Presbyter Cardinalis Tit. S. Susannæ* d. 14. Jan. 1664. creatus est, galerumque, per expressum nobilem Cubicularium sibi transmissum, Ratisbonæ in frequentibus comitiis, manu Imperatoris accepit. Insequenti anno Bononiæ regimen, *Legati* titulo, capessivit, Episcopatum vero Aversanum abdicavit, quem Papa fratri ejus *Scipioni*, qui Clericorum Regularium Teatinorum familiam ingressus *Pauli* nomen assumserat, tradidit. Fato Carolus Cardinalis Romæ concessit, postquam duobus comitiis, in quibus Clementes IX. & X. ad Pontificatum evecti sunt, interfuisset. FORTUNATUS, ejus frater natu minimus, patruo Simoni, in administratione Archiepiscopatus Messanensis vicariam per aliquot annorum spatium navavit operam, hocque mortuo cum Neapolim rediisset, de eo ad seculum reducendo, & cum fratris sui natu maximi filia *Julia* connubio jungendo actum, atque à Pontifice Rom. Innocentio XI. dispensatio rogata fuit, eò quod Juliæ frater Carolus Roccellæ & Boteri Princeps sterili utebatur matrimonio; sed tantum abest, ut Pontifex locum illi daret rogationi, ut potius in magna illa XXVII. purpuratorum patrum creatione, d. 2. Sept. an. 1686. facta, Fortunatum *Presbyterum Cardinalem* renunciaret, cum titulo *S.S. Johannis & Pauli in monte Cœlio*, annique secuti mense Julio *Episcopum Aversanum* constitueret, quam spartam cum decennii prope spatio ornasset, ex apoplexia repentè vita caruit.

GRE-

GREGORIUS & FRANCISCUS, tertius & sextus ex Hieronymi Principis filiis, militiam Hierosolymitanam sectati sunt; prior, ne non militia vita ejus super terram esset, tertio jam ætatis suæ mense Ordini Equitum illorum adscriptus fuit & Francisci patrui in Prioratu Roccellensi successor factus, virtutisque via ad supremam Ordinis dignitatem grassatus est. Cum triremium Melitensium præfectura ei commissa esset illa tempestate, qua atrox bellum Turcæ Venetis intulerunt, conjunctis cum horum classe triremibus suis prospere apud Dardanellas, uti vocant, pugnæ qua naves Turcicæ vel exustæ vel demersæ vel disjectæ sunt, præcipuum instrumentum fuit, gloriaque & spoliis onustus Melitam rediit; cujus præclaræ actionis memoriam posteritati commendatura Italica Equitum Melitensium natio, monumentum illi condidit, cum hac inscriptione: *Deo Opt. Max. Divoque Johanni Hierosolymitanæ Militiæ Patrono, ob gloriosam à Venetis de Turcica classe, ad Dardanorum ora, reportatam victoriam, consilio, opera & fœlici ausu Fratris Gregorii Carafa Roccellæ Prioris, & septem Militentium Triremium Ducis, qui primus in hostes invectus, ità eos deterruit & profligavit, ut ipsam etiam Imperatoriam, nisi ejus ratis scopulo adexisset, in suam potestatem redegisset. Vicit tamen & captis ex adversariis præter tres majores, octo triremibus, aliis minoribus, innumerisque tormentis æneis, tum sexaginta supra trecentos Turcis in servitutem redactis, & ex Christianis bis mille ac sexcentis libertati donatis, ad suos, triumphantis in morem, reversus, vivit, vivetque Serenissimæ Reipublicæ, & Hierosolymitanæ Religionis bene merentissimus, ac suæ Familiæ decus immortale. In tantæ rei memoriam Venerabilis Lingua Italica, uno corde, multiplici nomine, Dic. Consec. Anno MDCLVI.* Verùm non conterraneorum tantùm suorum, sed universi Ordinis existimatione valebat, ita ut defuncto Nicolao Cottonero Supremo Ordinis Magistro in ejus locum electus fuerit. Eo in fastigio constitutus multa piè, prudenter & magnificè fecisse prædicatur; mortalitatis etiam suæ subinde memor vivus valensque sepulcrum sibi condidit, eidemque ossa Franciscorum patrui ac fratris, Equitum ac Priorum ejusdem Ordinis Roccellâ Melitam devecta, inferri curavit, erectis in eorum laudem epitaphiis, quæ, res ab illis gestas breviter complexa, huc transscribere non pigrabimur, à senioris Francisci monumento initio ducto: F. D. *Franciscus Carafa Aragonius, primus Roccellæ Prior, Principis Roccellæ Filius, hic situs est, Fati velut conscius sui breve ævum gestis extendit, ac titulis, Cannatelli Commendatarius, in expeditione ad Sanctamauram terrestrium copiarum Dux, Summus Hierosolymitanæ Classis Præfectus, ad Hungariæ Reginam sui Ordinis Orator, Melitam prædis auxit, ac nomine. Hinc Neapolitani equitatus in Catalaunia Magister, famæ, familiæ, Ordini, satis vixit, licet trigesimo tertio ætatis anno immaturè præreptus obiit 22. Augusti Anno 1632. Ejus Corpus è Catalaunia primum in Calabriam, postmodum à F. D. Gregorio Carafa Magno Hierosolymitani Ordinis Magistro nepote Melitam transvectum extremam hic expectat tubam.*

Junioris Francisci epitaphium ita se habet: F. D. *Francisci Carafæ, Principis Roccellæ filii, cineres hæc habet urna, nomen, ac decus fama. Reatis, Firmi, Mazariæ, Panormi Commendatarius, collatos sibi suo ab Ordine titulos gestis excessit. Navali in tirocynio geminæ ad Sextum, & Abidum pugnæ interfuit, ac Fr. D. Gregorii Carafæ Roccellæ Prioris Triremium Præfecti fratris victoriam, famam, spolia virtute auxit suas hinc ad præstandam Alexandro VII. Pont. Max. obedientiam sui Ordinis Orator. Demum summus Hierosolymitanæ classis Præfectus, virtutis, & gloriæ numeros explevit, una è tribus Algerianis navibus generoso suæ tantum triremis ausu ac impetu ad Cretam capta. Post tam præclarum facinus mors illum æternitati transscripsit. Obiit Roccellæ 19. Septembris Anno 1679. ætatis suæ 51. Mortalitatis spolium huc transvectum F. D. Gregorius Carafa, M. H. O. M. hoc tumulo condidit.*

Sequitur ipsius Gregoriis inscriptio sepulchralis:

FR. D. Gregorius Carafa è Principibus Roccellæ.
Magnus Hierosolymitani Ordinis Magister.
Cui vivere vita peracta in votis erat,
quia mortem primam, qui prævenit, secundam
evitat,

hoc sibi adhuc vivens
non Mausolæum, sed tumulum posuit,
resurrecturo satis,
Anno Domini 1688. Magisterii vero VIII.

JACOBUS, SCIPIO & FRANCISCUS MARIA, quartus, quintus, septimusque ex Hieronymi Principis gnatis, studia pacis ac religionis secuti sunt; primus *Archiepiscopatum Rossanensem* nactus est, eique XVIII. annorum spatio summa cura & vigilantia præfuisse celebratur; cæteri duo *Clericorum Regularium Ordinis Teatini* familiam in domo S. Pauli Neapolis ingressi sunt; Scipio tunc mutato nomine *Paulus* salutari voluit, deindeque monasticam etiam cum Episcopatu Aversano commutavit, sicut jam dictum fuit, alter verò in illa perstitit, oblatos deprecatus honores, & deniq; Romæ *Procuratoris Generalis sui Ordinis* munere fungens naturæ concessit.

FABRITIUS, frater illorum, de quibus modò dictum est, natu maximus, tertius Roccellæ Princeps morte genitoris factus, avitos titulos singulari erga DEUM pietate, erga egenos beneficentia, & erga omnes humanitate, aliisque se dignis virtutibus ornavit, naturali quoque prudentia, rerum usu aucta, polluit, ita ut Prorex Neapolitanus, Comes Pegnarandæ, non alius magis, quàm illius uteretur consiliis. Vitam ex adverso amisit casu, namque rheda vectus unà cum Francisco Maria Ruffo, Principe Scillæ, dum ex illa in currum descendit suum, pede labescente, crus ita læsit, ut non obstante curatione medicorum diligentissima gangræna accesserit & mortem illi attulerit. Ex uxore sua, illustri in Sicilia genere orta, filios quatuor, totidemque gnatos suscepit, sed ex illis tantum secundogenitus ad virilem pertigit ætatem, quanquam nec huic longa data fuit vita; at memoria benè redditæ vitæ sempiterna: erat enim CAROLUS MARIA Carafa Princeps studio linguarum, philosophiæ, oratoriæ, jurisprudentiæ, mathematumque ac exercitiorum equestrium peritia nemini secundus, qui eruditissimis atque ingeniosissimis scriptis, operibusque totum orbem literarium fama nominis sui implevit, cujus etiam magnificentiæ splendidissimam operis Aldimariani, sæpè jam citati, de familia Carafensi editionem literatorum respublica debet, sicuti grata me quoque fas est profiteri mente summam benevolentiam, qua nitidissimo ejusdem operis exemplari me donare ac beare dignatus est. Dubium verò fecit clarior ne vir esset & doctior, quàm melior, numque magis rerum gnarus civilium, quàm animo propositoque honestior, adeò omnibus adornatus erat virtutibus, quantas perfecta & natura & industria mortalis conditio recipit. Vigesimo tertio ætatis anno *Isabellam d' Avalos*, præstantissimam fœminarum læto sibi junxit matrimonio, cui sola fœcunditatis felicitas defuit. Ea tempestate vitam cum morte commutavit avunculus ejus *Josephus Branciforte Buteri Princeps*, nulla post se relicta prole; unde Principatus Buterensis aliæque ditiones in Sicilia, una cum dignatione *Magnatis Hispaniæ* nec non *primi Baronis Siciliæ* ad illum devolutæ sunt: atque hoc nomine an. 1681. & 1690. Parlamentum regni Siculi Panormum convocavit; intermedio autem tempore, anno nempe 1684. ab Hispaniarum Rege legatione extraordinaria ad offerendum Innocentio XI. Rom. P. equum album, qui ratione regni Neapolitani Papæ singulis mitti solet annis, honestatus, eoque munere maxima pompa functus est. Postquam ergò insigni illa hæreditate auctus fuisset, amplissimis titulis, qui in Tabula leguntur, uti cœpit, in quibus maternæ familiæ aliarumque isti cognatarum nomina cum suopte gentilitio cognomine conjunxit; namque ex *Barresia* gente avia matris ejus *Catharina* orta erat, quæ Buteri & Petræpercipæ Principatus ad Brancifortios detulit, Fabritio Brancifortio Comiti Mazzarini nupta; Barresiis verò dictus Buteræ principatus matrimonio Hieronymi Barresii Marchionis Petræperciæ cum *Antonio Santapau* obtigit, hujus enim frater Franciscus *Santapau* Princeps Buteri & Marchio Licodiæ improlis decessit; atque ex isto matrimonio nata est *Dorothea Barresia*, Johannis Brancifortii Comitis Mazzarini uxor, Fabritii mater. Supremum Carafa noster Buteræ & Roccellæ Princeps diem in Sicilia obiit, Falconaræ, suæ ditionis loco, octo à Mazzarino leucis distante, morte interceptus. Hæredem post se reliquit sororem suam JULIAM, quam conservandis in domo sua tantis possessionibus cum Fortunato

to Carafa, patruo, connubio sociare cupiebat, sed spe obtinendæ à Pontifice Romano dispensationis frustratus, proximo agnato *Friderico, ex Brutiani Ducibus* oriundo, nuptui locavit, verum iste haud diu affini suo superstes mansit, Juliamque prole destitutam in viduitatem conjecit, in qua ea etiam nunc ætatem agit, ut adeò successio ditionum Sicularum Brancifortios in Sicilia, quorum familiam Princeps Petræperciæ ducit, Neapolitanarum verò Vasti Marchionem ex Avalis, Juliæ amitinum maneat, quia major ejus amita, Cariati Principissa, sine liberis ex hac vita migravit.

AD TAB. III. ET IV.

VINCENTIUS Carafa, qui in numero filiorum natu minorum Fabritii, primi Roccelli Principis fuit, Brutiani Ducum lineam condidit; is enim cum anno 1621. Rapollam, Basilicatæ civitatem, ære sibi comparasset, Ducis super ea titulum à Philippo III. Hisp. Rege obtinuit, quem posteà, Rapolla Bartholomæo de Aquino Principi Caramanici vendita, in Brutianum, suæ ditionis in Calabria ulteriori terram, transtulit, fatoque functus filio natu maximo JOSEPHO transmisit. Is bello Messanensi anno 1674. famam non intermorituram consecutus duos post se reliquit gnatos, quorum major VINCENTIUS hujus nominis secundus & Dux Brutiani tertius familiæ sustentationi jam vacat, alter, cui nomen PAULO, sub Leopoldo Cæsare stipendia facit præclara fama, jamque superioris legati in legione Truchsessiana gradum tenet.

Policastrensium etiam Comitum ramus ex Roccellensi provenit stirpe, cujus sator JOHANNES Carafa fuit; is strenuam ac fidelem operam navavit Ferdinando II. Regi, ita ut hic regnum, quo à Carolo VIII. Galliæ Rege pulsus fuerat, illi magna ex parte receptum ferret, horumque meritorum intuitu civitate Policastrensi eum an. 1496. donaret, quam deinde Fridericus Rex in Comitatum erexit. Hoc ille decus filio suo PETRO ANTONIO transmisit, qui æquè ac FRIDERICUS frater Carolo V. Imperatori in bello Insubrico militavit, prælioque memorabili apud Ticinum interfuit, quo cum Franciscus Rex Galliæ captus & in Hispaniam deportatus esset, ille etiam eò trajecit, ibique ab Imperatore *Consiliarius Status* creatus est. Neapolim reversus in Pompeji Cardinalis Columnæ, qui tunc Proregis munere fungebatur, amicitiam intravit, apud quem aliquando cœnatus, cum multa nocte domum sine stipatoribus mulo vectus tenderet, ab aliquot nobilibus infestis impetitus armis atque ita vulneratus est, ut in ædes Baronis de Nicotera delatus paulò post spiritum effunderet; fœminæ alicujus causa isto mactum fuisse infortunio creditum est. (g)

JOHANNES BAPTISTA, Comes Policastrensis tertius, claudus & toto corpore deformis, præterea hebes & obtusi cordis fuit, ut raro in publicum prodiret; nihilo tamen minus uxore ducta liberos genuit corporis animique dotibus ornatissimos; gnatos forma adeò venusta fuisse ajunt, ut nihil suprà; PETRUS ANTONIUS filiorum natu maximus, magno animo suavissimisque moribus præditus, cum vix puber in Hispaniam profectus esset, Regi pariter & magnatibus se indolemque suam probavit; sed penatibus redditum, febris maligna in flore virtutis & ætatis abstulit, succedente ei in avito Comitatu fratre natu proximo FRIDERICO, quo natus LÆLIUS Comes Policastri sextus virili caruit prole. JULIUS, tertius, Jo. Baptistæ Comitis filius, Hierosolymitano Ordini adscriptus, inter milites subsidiarios fuit, quos Vincentius Carafa, Hungariæ Prior, Melitæ à Solimanno Turcarum Imperatore obsessæ intulit anno 1565. studiis quoque literarum & carminum deditus versus Etrusco idiomate pepigit haud inelegantes, sed nimia curiositate molestias carceresque sibi attraxit ut Cæcias nubes. (h)

FABRITIUS, Friderici Comitis filius minor natu, Lælii fratris filiam primogenitam, Pontifice Romano facultatem largiente, uxorem duxit, ne scilicet ea viro extraneo unà cum avitis possessionibus in manus conveniret, stirpemque cum ea propagavit, pater factus cùm aliorum liberorum, tum inprimis FRANCISCI Comitis Policastrensis octavi, quo natus FABRITIUS Comes nonus animum superbum pronum-

(g) Aldimar. op. cit. p. 233. (h) Ib. p. 237.

numque ad vindictam gerens multis conflictatus est adversitatibus, ita ut inquietam vitam crebris in carceribus exiliisque toleraret. Inde in rei quoque familiaris difficultates incidit, ita ut impedire nequierit, quin Forulensis vetus Carafarum de Spina fundus, qui materno ei obtigerat jure, sub hasta an. 1662. veniret, à Carolo Pannone, Doctore, emtus.

AD TAB. V.

FOrulensis linea à loco, cujus mentio modò facta est, ita dicta tabula quinta continetur, in qua occurrit ANDREANUS aliis Adrianus nominatus filiorum trium pater, quorum natu maximus BARTHOLOMÆUS jam attenuatis copiis familiaribus paterna cessit hæreditate; eam ea propter secundogenitus FRANCISCUS adiit, quo sine prole mortuo fratri ejus natu minimo FERDINANDO solius feudi *Rionegro* successio reliqui fuit. Eo nimirum res rediit, ut ad instantiam creditorum Bartholomæi Carafæ filiorumque ejus Forulense dominium venale proscriberetur, id Ferdinandus ut honori domus suæ consuleret, XXV. mille ducatis reluit, atque an. 1601. in JOHANNEM ANTONIUM filium suum natu maximum transtulit. Hic an. 1610. Ducis dignatione mactus novum decus ANDRIANO gnato suo transmisit, cui in cœlibatu defuncto LUCRETIA soror successit, Francisco Carafæ Comiti Policastrensi nupta; ea proinde Ducissæ Forulensis titulum assumsit, qui postea cum ejus gnatus rem, ceu jam dictum est, dilapidasset, expiravit. Aliud viceversa feudum cum Ducali axiomate conjunctum huic intulit familiæ *Beatrix Bucca de Aragonia*, uxor Alphonsi Carafæ, qui Joh. Antonii primi Ducis de *Forli* ex fratre Carolo nepos fuit. Ista enim Rainiero Buccæ de Aragonia Duci Montisnigri fratri suo sine prole mortuo, successit, quare non tantum ALPHONSUS Carafa Ducis Montisnigri titulum adscivit, sed filius quoque ejus JOHANNES BAPTISTA, cujus fratres natu majores Ecclesiasticum vitæ genus amplexi sunt, illo utitur.

Ex Bartholomæi Carafæ, quem paternæ hæreditati renunciasse diximus, posteris maxime illustratus est ANTONIUS, *Comes Carafa* communiter appellatus, Marci Antonii filius natu minor; is initio ordini equestri Hierosolymitano nomen dedit, cum vero anno 1665. in Aula Cæsarea proxeneta Carolo Carafa, Nuntii Apostolici partes illic obeunte, aditum nactus, & à Leopoldo Imperat. in numerum Cubiculariorum suorum cooptatus esset, insignia dicti ordinis reddidit, & in bello Hungarico prima militiæ rudimenta posuit, moxque alæ Equitum & non ita multò post cohorti, quam *regimentum* vocant, militum Germanicorum fixæ præfectus est. Secundo cum Turcis bello exorto, & Vienna ab eis obsessa, à Cæsare ad Regem Poloniæ missus est, ut auxilia rogaret urgeretque, quibus impetratis, & urbe liberata, plerisque Hungaricarum civitatum expugnationibus interfuit, & postquam expeditioni anni 1685. recuperatione urbis limitaneæ, Eperies nominatæ, finis impositus fuisset, ad gradum *Generalis vigiliarum præfecti* provectus est. Postea in Transylvania ad obsequium reducenda opera ejus enituit, Agriamque ultimo anni 1687. mense, primo autem insequentis Mongatsium Tekelii castrum ad deditionem adegit. Eodem temporis tractu *Commissarii generalis* copiarum Cæsarearum munere auctus, media æstate ad obsidionem Albæ Græcæ contendit, cumque ea in Christianorum potestatem redacta fuisset, Viennam rediit, atque insignia Ordinis *Aurei Velleris*, à Carolo II. Hispaniarum Rege sibi collata, manu Imperatoris solemni ritu accepit. Denique cum etiam in expeditionibus copiarum Cæsarearum adversus Gallos in Germania Italiaque muneris sui partes explevisset, & insigni *Consiliarii Cæsarei intimi* dignitate cumulatus fuisset, Viennæ fatis concessit, nulla sobole post se relicta, qua etiam frater ejus ANDREANUS s. *Andrianus* destituitur. Forulense avitum feudum, quod sub hasta venisse Carolo Pannoni diximus, ab ejus nepote Johanne Antonius Comes Carafa anno 1689. redemit, & in domum suam postliminiò reduxit.

AD

(i) Ibid. p. 242

AD TAB. VI.

CArafarum, qui de *Statera* cognominantur & sine spina gestant insignia, familiam sexta orditur tabula. Originem cognomenti hujus à Johannis Thomæ Carafæ Comitis de *Madalone* symbolo Aldimarius derivat, de quo inferius dicetur. Satorem rami hujus THOMAM CARAFAM, Bartholomæi & Mabiliæ de *Montefalcione* filium natu minorem fuisse, idem Nobilissimus autor adversus dissentientes evincit, memoratque illum à Philippo Principe Tarentino eodemq; Imperatore Constantinopolitano, cui egregiè charus fuerit, castrum Sessolæ, in Cerrano Comitatu situm, dono accepisse. Filium habuit *Johannellum*, patrem novem liberorum; ex maribus GURRELLUS adolescentiam egressus, *paternæ domus paupertatem*, ut habent *Fr. Ælii Marchesii* verba, *fastidiens in militiam profectus est; in qua dum strenuè se gerit, Ladislai Regis gratiam adeptus, ab eo castrorum præfectus, quem Gallico more Marescalcum appellant, creatus est, magistratus certè optimo cuique militum optabilis, cujus proventus ad quinquaginta auri uncias ascendit. Legitur quoque in regii Archivii libris Ladislai Regis privilegium, in quo Gurrello & ejus successoribus Rex muneris loco logiam Genuensium dono dedit: qua aucto patrimonio Gurrellus honorificè vixit & moriens in mediocri fortuna filios reliquit.* (k) Ab his longior manavit posteritas, atque illa fuit, quæ à fratribus ejus *Thoma* & *Nicolao* provenit, prior JOHANNIS ANTONII clarissimi Juris Consulti genitor fuit, cujus extat insignis tractatus *de Simonia*, Romæ an. 1556. excusus. Nicolao natus est BERTHOLDUS, qui ingressioni in urbem Neapolitanam per aquæductum factæ, quaque ea in Alphonsi Aragoniæ Regis potestatem devenit, pars magna fuit, hujusque eximiæ operæ præmium *Flumaram* & *Calandram*, Calabriæ ulterioris loca, tulit.

CAFARELLUS etiam & JOHANNES, Gurrelli Carafæ filii, fideli ac forti opera, Alphonso Regi navata, inclaruerunt, Bartholomæo Facio, qui res suo tempore in regno Neapolitano gestas literis mandavit, sæpè laudati. CAFARELLUS non militari tantum virtute, sed consilio etiam & naturali quadam ad res agendas dexteritate præditus erat, quare Alphonsus ejus opera in legationibus præcipuè usus est, nec alius magis quàm ipsius instinctu post Ludovici Andini æmuli & Johannæ reginæ excessum animum ad occupandum regnum Neapolitanum denuò appulit, cùm enim, referente *Facio*, appareret à Superis datum esse Alphonso, ut omnibus, qui obsistere poterant, è medio sublatis ipse unus absque controversia Neapolitano regno potiretur, confestim Cafarellum Carafam, cujus opera fideli ac forti multos jam annos usus fuerat, ad Raimundum Buillum, cui Neapolitanæ arcis & Italicarum rerum curam mandaverat, misit, qui quorsum inclinarent civium ac regulorum animi, quantùm tutò posset, scrutaretur, quemque potissimùm suspicerent, cuique regnum destinarent. Hoc negotio pulchrè functum atque ad se reversum cum in secretiore colloquio Rex percontatus esset, quidnam sentiret, *videri sibi*, inquit, *eam arripiendam esse fortunam, quæ sese ultrò offerret: nunquam posteà majorem illi opportunitatem adipiscendi regni, quod tantis laboribus & periculis quæsiisset, fortunam allaturam;* quibus verbis Rex haud mediocriter confirmatus, expeditionem suscepit, neque ea successu caruit. (l) Legatus deinde missus est ab Alphonso ad factionem Dyrrachinam, ad Jo. Antonium Ursinum, animum ac vultum quasi diarium gerentem, ad Genuenses pacis ergò, Romam ad Cardinalium collegium post Eugenii Pontificis mortem, & denique ad Mediolanenses Philippo Duce vivis exempto, quemadmodum apud citatum legere est scriptorem. (m) Invicti de cœtero roboris, quo pollebat, documentum dedit, cùm anno 1420 cum Leonello Sanseverino, bellatorum ævi sui nulli secundo, equestri certamine congressus, frontem ejus lancea ita percussisset, ut penetrante per cassidem cuspide ex eo vulnere animam efflaret. JOHANNIS, Cafarelli fratris, studium erga Alphonsum Regem tunc præcipuè enituit, cum ab illo ad Trarensis arcis obsidionem cum triremibus missus, munus sibi demandatum, uti virum fortem ac solertem

 decet,

(k) Fr. Ælius de Neap. fam. p. 127. (l) Lib. IV. (m) Lib. IV. VIII. & IX.

decet, explevisset; magno enim conatu obsidionem urgens, rerum ad vitam necessariarum ingentem penuriam brevi effecit, eoque præsidiarios adegit, ut extremam necessitatem spontanea deditione prævenirent. (n) Memoriam dictorum fratrum posteri servatum iverunt epitaphio, quod ad sepulchrum eorum in æde S. Dominici Neapolis legitur in hunc modum:

CARAFELLO ET JOHANNI
Gurrelli Caraccioli, dicti Carafa
Regni Marescalli filiis
suma fide,
militarique gloria clariss.
Alphonso primo Neap. Regi
adeò charis
ut semper eorum opera
secundis adversisq; rebus usus fuerit
Hæredes Magnis Viris
parvum munus.

AD TAB. VII.

ANTONIO Carafæ, Johannelli filio natu minimo, ab acumine ingenii versuto & solerti MALITIÆ nomen natum est; de eo ita Ælius Marchesius: *Malitia secundiori* (quam frater Gurrellus scilicet, de quo prius verba fecerat) *fortuna usus, cùm esset civilibus magis artibus, quam armis aptior, nactus occasionem illius temporis, quo Joanna II. Regina ob vitæ intemperantiam alienatis ab se Principum animis, Neapolitanorum auxilio indigebat, sessionem Nidi perpetuò in Reginæ fide atque obsequio continuit, tantum sibi modestia ac prudentia apud suos contribules authoritatis comparaverat. Qua de causa in Reginæ familiaritatem introductus, Martino Pontifici primùm, mox Alphonso Regi orator missus, adeò in utraque legatione profecit, ut Martinum Reginæ pacatiorem reddiderit, & Alphonsum Regem, omnibus ejus consiliariis invitis, ad ferendam Reginæ opem compulerit: quæ res Reginam impulit, ut Francisco ejus filio primogenito Mariam Auriliam, splendidissimi equitis filiam, Vici è Pantano dominam, in uxorem tradiderit, invitis ac frustra reclamantibus Auriliæ gentis principibus, qui ea tempestate sex Comitatus, & innumera pene castella possidebant; & in familia licet nobili claritatis novitatem indignabantur. Hæc, præter Vicum, dotis nomine marito tradidit domos plurimas Neapoli prope S. Severini cœnobium. Ex illo tempore Malitia vir prudens, cùm Alphonsum Regem potentissimum cerneret, & in controversia, quam de regno cum Ducibus Andegavensibus habebat, superiorem evasurum divinaret, moriens filios, quos sex & optimos habebat, ad Alphonsi partes capessendas hortatus est. Filii dicto audientes in summam amplitudinem feliciter pervenêre.* Hæc *Ælius*, quem *Borrellus* ob fictam inter Carafeorum & Auriliarum familias inæqualitatem castigavit, negans illam indignationem Auriliarum ob conjugium Mariæ Auriliæ cum Francisco Carafa ideò obortam esse, quod ambo non essent æquè illustres ac generosi, hancque è contrario veram irarum fuisse causam afferens, quia cum esset Maria adita quadam hæreditate maximè locuples, malebant ejus propinqui cognatione adeò opulentam lautamque dotem intra suæ familiæ fines retineri, quàm ad alienam gentem immigrare. Ad summam Franciscus senectam spiritum duxit, quippe qui anno demum ætatis suæ LXXXIII. naturæ debitum persolvit, *senii*, sicut in epitaphio ejus legitur, *nunquam questus*.

Sex Francisco fuere gnati, quos inter duo sacris præcelluere dignitatibus, Oliverius & Alexander: OLIVERIUS à pueritia literarum ac jurium inprimis studiis deditus, Canonicus primò fuit Neapolitanæ Ecclesiæ, deinde ejusdem *Archiepiscopus* à Pio II. Papa d. 18. Nov. an. 1458. à Paulo II. autem *Cardinalis* an. 1467. d. 18. Sept. creatus est. Sixtus IV. eundem ad Ferdinandum Regem Neap. Legatum *à latere* misit,

(n) Id. Lib. V.

ſit, cumque an. 1472. adverſus Turcas claſſe inſtructa XXIV. triremium, cum quibus Rex Neap. totidem, & Veneti L. conjunxerunt, expeditionem militarem ſuſcepiſſet, ei Oliverium S. R. E. Cardinalem Legatum & ducem præfecit. Poſt Smyrnam captam, impetumque in Sataliæ urbis Africæ portum factum, quo catena ferrea acquiſita, & ingentis trophæi inſtar ſuper valvas Baſilicæ Vaticanæ ſuſpenſa fuit, Romam reverſus, iterum an. 1476. Neapolim *à latere* Legatus miſſus eſt, ut Beatricem Aragoniam, Ferdinandi Regis filiam, Matthiæ Corvino Hungariæ Regi deſponſam, Hungariæ regni diademate coronaret. Anno 1482. cùm bellum inter Sixtum IV. & Ferdinandum ortum eſſet, atque Alphonſus Calabriæ Dux, Regis F. exercitum ad oppida Romanæ Eccleſiæ admoviſſet, Oliverius maxima animi dexteritate ſummisque laboribus armorum motus omnes compoſuit, pacisque autor & conciliator fuit. Archiepiſcopatu Neapolitano jam an. 1464. in Alexandrum fratrem tranſlato, Theatinam poſteà Eccleſiam, nec non Ariminenſem ac Terracinenſem adminiſtravit, provectusque ad Epiſoporum Cardinalium Ordinem, *Epiſcopus Albanenſis ac Sabinenſis*, & denique *Oſtienſis ac Veliternus*, *Sacrique Collegii Decanus* factus eſt. (o) Supremum diem Romæ octogenarius obiit, poſtquam virtute ac auctoritate, qua valebat, perfeciſſet, *ut* dicente Ælio, *quam plurimi Patriarchæ, Metropolitæ, Præſules ac ampliſſimis ſacerdotiis ornati in familia ſua recenſerentur.* ALEXANDER certè, quem fratrem gemellum Oliverii fuiſſe Aldimarius è Chiocarello refert, ei Archiepiſcopatum Neapolitanum, ceu jam dictum eſt, debuit, VINCENTIUS, ex fratre Hectore natus, Ariminenſem, poſteaque itidem Neapolitanum, quippe quem Oliverius morte fratris ad ſe reverſum iſti ceſſit. Eundem Clemens VII. Papa inter purpuratos Patres illa tempeſtate, qua in mole Hadriani à militibus Cæſareanis detinebatur, anno nempè 1527. d. XXI. Nov. cooptavit; hac in dignitate conſtitutus denique *Albanenſem* & *Præneſtinam* rexit Eccleſiam, præter Neapolitanam, cui uſque ad obitum præfuit, licet ab anno 1530. annuente Pontifice ſocium FRANCISCUM Caraſam, fratris filium, ſibi adſciviſſet. Hic cùm quarto à morte patrui Cardinalis anno Romam profectus curam Archiepiſcopatus Neapolitani fratri ſuo OLIVERIO tradidiſſet, in lethalem illic implicitus eſt morbum, quo iſte cognito ſubitò Romam advolavit, cùm maximè caleret, contractoque pariter morbo, ex flagrantiſſimo æſtu, animique perturbatione, paucos fratri ſupervixit dies.

CAROLO Carafæ, Franciſci filio & Oliverii Cardinalis fratri natu maximo Ferdinandus I. Rex Neapolit. ob fortem ac fidelem operam ſibi navatam *Airolam* aliaque loca, Alphonſo Leonenſſæ, qui Johannis Andini partes ſecutus erat, cujusque ille gnatam ſecundis poſteà duxit nuptiis, ademta, dono dedit, unde Airolæ Comitem ſe ſalutari paſſus eſt. Ex iſto matrimonio nati ſunt JOH. BAPTISTA & JOH. VINCENTIUS, quorum prior patris fatum prævertit; alter cum Ferdinando II. Rege inde à pueris educatus, ſingulari ei aſſiduitate inſerviiſſe prædicatur, cumque iſte venationibus, præcipuè illis, in quibus falconum valet uſus, oppidò delectaretur, ita ſe arti dedidit accipitrariæ, ut in ea excelleret, & de natura & qualitate falconum commentarium ſcriberet. *A* dicto Rege, cujus regnum breve & inquietum fuit, Friderico ſucceſſori de meliori nota commendatus, *Covellam Guevaram*, ampliſſimarum ditionum cohæredem, & reginæ ex ſorore neptem, uxorem accepit, & ut tanta dignior eſſet affinitate Marchionis de *Monteſarchio* (quod oppidum *Mons Herculis* Ælio Marcheſio audit) titulo auctus eſt. Multarum de cœtero rerum uſum habebat, multaque ejus & publicè & privatim vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acutè ferebantur, propterea que quaſi cognomen nactus eſt ſapientis; ſed exemplum præbuit proverbio, *prudentiſſimos quosque maximè in loco deſipere*: namque cùm Lautreccius Gallica arma in regno Neapolitano circumferret, & Cæſareani tempori & neceſſitati nonnihil cederent, rebus eorum diffidens ad Gallicas deſcivit partes, multosque inſipientiæ ſuæ imitatores habuit, qui ſicut à *Jovio* memoriæ proditum eſt, (p) *hujus viri judicium, quod exactæ militaris prudentiæ haberetur, temerè ſunt ſubſecuti, quod à tanto viro conſilium anceps, niſi gravi cum ratione, ſuſceptum* non

(o) Ciaccon. Hiſt. Pont. Card. & Tom. II. p. 1089. (p) Hiſtor. Lib. XXV.

non existimarent. Ex his fuère Caracciolus (rectius fortè Cajetanus, neque enim inter Caracciolos reperitur, qui Murconensem tenuit Comitatum) *Murconii Comes, Ferdinandus è Pandona familia Boviana regulus, Federicus Gaetanus, Franciscus Aquinas Quadratæ in Apulia regulus, qui demum finito bello aut securi percussi, aut bonis mulctati, malè sanæ & infidæ levitatis pœnas dederunt.* Carafam, cum omnibus evolutus bonis in egestate extremum vitæ tempus exigeret, non solum piguisse stultitiæ suæ referunt, sed etiam puduisse ita, ut sibi ipsi indignatus has crebrò ingeminaret voces: *Ah vecchio pazzo.*

HECTOR Carafa *Ruborum Comes* fuit, beneficio Oliverii Cardinalis, fratis sui, qui Comitatum illum ære an. 1510. acquisitum illi donavit; idem Alphonsi II. Neap. Regis cubiculo exercituique præfuit, cui perpetua cum fide obsequutus est, ceu legitur in monumento, quod vivens sibi fecit in æde S. Dominici. Uxorem non duxit, ex fœmina tamen incomperti nominis filium utcunque sustulit, cui sibi præmortuo in dicta æde hoc condidit epitaphium: *Hector Carafa Rubeorum Comes posuit Troilo Carafæ Canonico Neapolitano, filio pientiss. erepto morte iniqua, vixit an. XXII.* (q)

Hectori in Comitatu Rubensi successit ANTONIUS Carafa, ex fratre Fabritio illi nepos: huic frater erat natu minor JACOBUS ex materna hæreditate Dominus de S. *Eramo & Valenzano*, is filium ex concubina genitum, sed natalium jure donatum, & deinde vigore sententiæ, secundum ipsum in judicio contradictorio latæ, ad honores *Sedilis Nidi*, quibus agnati sui gaudebant, admissum, post se reliquit, FABRITIUM dictum, à quo propago orta est, hoc recensenda loco:

Fabritius Carafa, Jacobi Dom. de S. Eramo F. *naturalis legitimatus.* *Catharina de Sangro.*

Jacobus. Marcus Antonius. Hi duo in Hispaniam ad bellum Lusitanicum profecti mortem ibi oppetierunt.	Detius Dn. de *Mariglianella. Beatrix Caracciola, Julii ex Duc. Martinæ f.*	Carolus, Fundator Congregationis *piorum operariorum.* † 8. Sept. 1633. æt. 72.

Fabritius Dn. de *Mariglianella. Faustina Caracciola, Hectoris Dn. de Marsico Vetere f.*	Detius, *posthumus. Delia Carafa, Flaminii M. de Baranello soror.*

Jacobus Dn. *Marilianella, quam vendidit Francisco Sanseverino.* † cœlebs.	Hector, cum fœmina Marilianensi *Olympia Cucca*, libros genuit, per subsequens matrimonium legitimatos, sed consortio honorum, quibus Nobiles Sedilis Nidi fruuntur, exclusos, quapropter illi in litem, nondum quantum constat finitam, descenderunt.	Josephus, Magister Equitum in Flandr. † cœlebs.	Portia, ux. *Francisci Portæ March. Piscopiæ.*	Faustina, † infans.

Mortuus est *Hector* letho violento, à Vitaliano Barone Marianensi interfectus, unà cum filiis duobus, *Josepho* & *Francisco*; cæterorum nomina hæc sunt: *Dominicus, Vitus Antonius, Fabritius* & *Catharina.* (r)

JOHANNES THOMAS Carafa, Antonii Comitis *de Ruuo* filius natu minor, cum ex patrui hæreditate *Fanum Erasmi & Valenzanum* accepisset, *Marchionis* dignatione mactus est, sicut *Zazzera* tradidit; at *Admiratus* illam Octavio ejus filio demum à Philippo II. Rege collatam fuisse refert; hoc sine liberis mortuo ad *Portiam* ejus sororem, Jo. Baptistæ Caracciolo nuptam, Marchionatus delapsus est.

FABRITIVS quartus Rubeorum Comes, Antonii filius primogenitus, *Andriam* in Barensi regione à Ferdinando de Cordua Duce Sessæ CM. ducatis emit an. 1552. Ducatus titulo jam diu ornatam, quo tamen utendi facultatem gnatus demum ejus ANTONIUS an. 1556. consecutus est. Hic itaque Ducum Andriæ sator extitit, & pater FABRITII, secundi ex hac gente Ducis, quem Vir nobilissimus, cujus thalamum temeraverat, ἐπαυτοφώρῳ deprehensum, unà cum adultera morte truculenta è vita

(q) Aldimar. Lib. III. Cap. 3. (r) Aldimar. l. c.

vita sustulit. Eo nati sunt præter alios ANTONIUS & VINCENTIUS; hic cùm anno ætatis XIX. *Jesuitarum* societati se addixisset, ad supremum in ea dignitatis gradum pertigit, *Generalis* an. 1646. d. 7. Jan. electus, in locum Mutii Vitellesci, sed tres tantùm annos cum dimidio eam ornare potuit spartam, fato abreptus quinto & sexagesimo ætatis anno; vitam ejus P. *Daniel Bartoli* stylo suo posteritati commendavit. Antonius patri in Ducatu Andriæ successit, & jure uxoris suæ *Francisca Lanoja* in Bovianensem; sed hunc deinde Francisca Juliæ sorori suæ, Antonio Caracciolo ex Abellini Principibus primò dein Johanni Carafæ Duci Noiæ nuptæ, cessit, retentis ex paterna hæreditate Baronatu Capriatæ aliisque locis. Antonio genitus FABRITIUS, Dux Andriæ quartus, inter quinque gnatos tres habuit, qui avitum Ducatum successivè tenuerunt; ANTONIUM enim natu maximum in ætatis flore extinctum CAROLUS excepit, secundogenitus; is, postquàm in turbis, ex Thomæ Anielli seditione ortis, virtutis suæ fideique erga Regem egregia dedisset documenta, infelicem vitæ exitum sortitus est, ob contentionem, cum nepote Comitis de *Castriglio*, tunc Proregis Neapolitani, sibi natam, occisus. Equidem gnatum post se reliquit, qui in avitum successit Ducatum, FABRITIUM, hicque pater fuit CAROLI, Ducis Andriæ octavi; at iste immatura decessit ætate, superstite propatruo HECTORE, qui tertius Fabritii quarti Ducis filius fuit, & in lite, inter ipsum & Æmyliam Matalonensem Ducissam, defuncti amitam, de successione in Ducatum Comitatumque avitum orta, superior discessit, per sententiam judicialem, quæ d. 13. Nov. an. 1673. secundùm ipsum pronunciata est. Eidem hodiernus Andriæ Dux, isque decimus, felices debet natales.

Antonio, primo Duci Andriæ, fratres fuêre VINCENTIUS & FRANCISCUS. Hic *Bitetti Marchio* an. 1607. d. 10. Sept. creatus, propaginem habuit, cujus virilis stirps in gnato ipsius statim emarcuit. Ille Hierosolymitanæ se dedidit militiæ, maximisque floruit laudibus ac honoribus, quos recenset epitaphium, defuncto in æde S.S. Severini & Sosii Neapoli erectum, verbis sequentibus: *Viator, Vincentii Carafæ Fabritii Rubensium Comitis, atque Andriæ Ducis, Filii Ossa humata vides, hic ab exacta pueritia Hierosolymitanorum Equitum Ordini adscriptus, ac statim Hungariæ Prior creatus, Melitæ, Turcarum obsidione laboranti, opem tulit. Joannem de Austria in orientalibus & Tunetana expeditionibus impigrè est sequutus. In Italia, Burgundia, Hispania, gravissimis Christianæ Reipub. temporibus, adversus Dei, Regisque populos rebelles, trina, quaterna sena millia peditum duxit. In Belgio pluribus simul Equitum turmis imperavit. Suæ Religionis inter hæc exercitus, Triremiumque præfecturis obedientialisque legationis munere, ad Clementem VIII. & Paulum V. PP. Max. præclarè functus. Tot exantlatos labores, sua dignitates, suaque præmia sunt consequuta, Capuæ Prioratus, Præfectura Equitum, supremum in Consilium cooptatio Comitatus Ciurlanæ titulus. Tandem humanæ conditionis memor hic sibi sepulturæ locum delegit, ut qui vivus D. Benedicti Religionem enixè percoluit, ejus ædem mortuus incoleret. Vixit Ann. LXIX. M. VI. obiit Anno Domini MDCXI. die VII. Mens. Januar.* (s) Filium Vincentius habuit *naturalem*, cui nomen fuit *Julio*, & uxor è familia nobili Rubensi, *Menna* dicta, cum qua genuit *Flaminium Baranelli* in Comitatu Molisensi *Dominum*, & *Marchionis* titulo auctum, patremque ex sorore Francisci Cosciæ Ducis de S. Agata, natarum duarum, *Antoniæ*, & *Franciscæ*, quæ ambæ viris è familia Carafarum Comitum Matalonensium nupserunt, eòque Marchionatum Baranensem transtulerunt, quemadmodum Tabula XVI. videre est.

AD TAB. VIII.

THOMÆ CARAFÆ, filio Antonii, cui *Malitiæ* cognomen fuit, secundogenito, viro strenuo, Alphonsus Rex in diversis expeditionibus usus est; cum motis à Puteolis, quod oppidum frustra obsederat, castris ad Vesevum montem haud procul ab oppido Turri quem Octavi vocant, illa posuisset, misit ad eum, qui id oppi- dum

(s) Ib. Lib. III. Cap. 9.

dum præfectus obtinebat, *Thomam Carafam*, in id operam suam pollicitum, propter necessitudinem, quæ ei cum præfecto erat, sicut *Barthol. Facius Histor. Libro VII.* retulit. Posteà cùm invalescentibus Turcarum opibus, idem Rex Bernardinum Villamarinum virum acrem, rerumque maritimarum peritum, in Ægeum mare misisset cum triremibus, quas anteà adversus Venetos armaverat, unam adjecit, cujus ductor erat *Thomas Carafa, eques clarus*, ut habent autoris modo citati verba (t) *qui in ea expetitione febri correptus mortem obiit.* Numerosa ab illo manavit posteritas, viris, togæ ac sagi artibus titulisque illustribus ornatis, conspicua; inter illos ex progenie Malitiæ, Thomæ filii natu maximi, eminuit ANTONIUS, Rinaldi F. literis Græcis Latinisque juxta & doctissimè eruditus. Is sub Paulo IV. gentili suo primitias honorum in aula Romana adhuc adolescens degustavit, & post ejus obitum eadem, qua tota illa familia pœne conflagravit, invidia oppressus, etiam opimis sacerdotiis, quæ possidebat, spoliatus est. Qua adversitate in utilitatem suam ita conversa, ut virtutis bonarumque artium studio eò gnaviter incumberet, à Pio V. in Canonicatum Vaticanensem restitutus, ac paulò post annum agens trigesimum, seculi sexagesimo octavo, die IX. Kal. April. in sacrum Senatum *Diaconus Cardinalis S. Eusebii* lectus, deindeque sub Gregorio XIII. an. 1583. *Presbyter Cardinalis S.S. Johannis & Pauli*, & *Bibliothecarius Apostolicus* factus est. Ea indignitate constitutus, vir pietati & studiis devotus, juri Canonico emendando, Decretalibus epistolis colligendis & Bibliorum Græcorum ac Latinorum, quæ Sixti V auspiciis facta est, editioni præfuit, operâ & industriâ usus Petri Morini Presbyteri Parisiensis, Antonii Aquisi, Flaminii Nobilis Lucensis, Fulvii Ursini, aliorum; & post præceptorem Sirletum Bibliothecarius, etiam scholæ Maronitarum à Gregorio institutæ patrocinium suscepit; & cùm in Conciliis Græcis ac Latinis concinnandis laboraret morte præcipitata gloriam præceptam Friderico Borromæo Cardinali, suarum virtutum æmulatori, transscripsit. Mortuum laudaverunt certatim Thomas Bozius Eugubinus, Cæsar Baronius, nobilis Annalium Ecclesiasticorum scriptor, & luculentâ oratione Franciscus Bencjus. Corpus ad S. Sylvestri in monte Quirinali cum humili elogio, sicuti mandaverat, depositum fuit. (u)

Ex fratre Antonii Cardinalis *Hieronymo* natus est RINALDUS, quem Philippus II. Hisp. Rex *Marchionem Montisnigri* in Aprutio creavit. Hic pater fuit HIERONYMI, secundi Marchionis Montisnigri; is in re tenui à patre relictus, postquam ut incommodis suis utcunque mederetur uxorem, suasu propatrui Cardinalis duxisset, jamque quinque annorum spatio in conjugio vixisset, ad majoris fortunæ spem animum erexit, bellicæque laudis cupidine tactus, in Belgium, militaris disciplinæ tunc palæstram, profectus est, ibidemq; volo sub Alexandro Farnesio prima militiæ rudimenta fecit; post triennium turmæ equitum præfectus, mox strenui ac maximè pugnacis famam adeptus est, ita ut an. 1597. ab Alberto Archiduce in executione consilii de intercipienda Samarobriga Ambianorum capti secundæ illi à Ferdinando Portocarrero partes demandatæ fuerint, quas impigrè & feliciter explevit, nec deinde, cum Galli viceversa urbem oppugnarent, ipsique, Portocarrero occiso, summa imperii delata esset, ullum in se desiderari passus est fortis providique ducis officium, etiamsi tandem spe suppetiarum exclusa, necessitatem in virtutem verterit, urbemque Gallis pactione honorabili reddiderit. (x) Atque hac deditione adeò non incurrit indignationem Archiducis, quippe qui extremam, cum qua conflictatus erat necessitatem compertam habebat, ut ab eò Consiliarii bellici dignatione mactaretur, & Franc. Mendoza, Aragoniæ Archithalassus, cui in Hispaniam paulò post proficiscens summam rei militaris damandavit, juberetur, Marchionis Montisnigri præcipuè consilio ac manu in rebus gerendis uti; huncque, posteàquam in Belgium reversus esset, supremum suum Oeconomum in dicti Archithalassi locum constituit. In Hispaniam deinde abeundi facultate ab Archiduce accepta Montenegrius, à Rege Philippo III. benignè exceptus, & in Italiam missus est, ut Petro Toletano Produci Mediolanensi in bello Sabaudico operam navaret; profectus itaque eò unà cum Comite de Ognate,

(t) Histor. Lib. IX. (u) Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo III. p. 1035. & Thuan. Hist. Lib. C.
(x) Thuan. Hist. Lib CXVIII.

te, qui Orator Regis ad Imperatorem ibat, in ficarios, capiti suo insidiatos, in via incidit, contra quos, licet dum ex equo se dejiceret calcaria vestibus ita se irretissent, ut in genua subsidere cogeretur, animo intrepido & manu strenua se defendit, donec adventantibus suis illi præcipites sese fugæ mandarunt. Quatuor ipsi vulnera inflixerunt, ex quibus Monœci refectus Mediolanum pervenit, & Generalis Excubiarum Præfecti (*Mastro di Campo generale*) munia capessivit, eaque in obsidione Vercellensi, à dicto Produce an. 1617. suscepta, & felici eventu macta, egregia fama obiit. Posteà, anno 1621. ab Imperatore Ferdinando II. expetitus in locum Comitis Bucquojensis, ab Hungaris cæsi, jussu Philippi IV. Regis Hisp. eò se contulit, belloque Hungarico finito Mediolanum an. 1628. rediit, & spartam novam *Supremi Præfecti Equestris militiæ*, sibi à Rege delatam, ornavit, usque dum in Hispaniam revocaretur ad suscipiendum *Proregis & Capitanei Generalis* in regno Aragoniæ munus, quo perfunctus Ferdinando Infanti Hispaniæ, Regis fratri, in Belgium eunti, comes additus est, sed in itinere morbo correptus Genuæ mortis diem obiit, propè septuagenarius, nulla post se relicta prole, ita ut ipsius hæreditas ad *Joh. Baptistam Carafam, Jelciæ Ducem*, sororis ejus Antoniæ, Friderico Capuano nuptæ, è gnata nepotem, delaberetur. (y)

Inter posteros Thomæ Carafæ, qui Malitiæ filius natu maximus erat, inclaruit THOMAS, Marcelli F, Jurium Doctor, in Romana aula *utriusque signaturæ Referendarius*, intimus Gregorii XV. ac Urbani VIII. Cubicularius, *Vulturariensis*, deinde *Caputaquensis* Episcopus, & ob publica patriæ negotia ad Philippum IV. Regem ablegatus, unde redux dum Neapoli ad Episcopatum suum tendit, Salerni in ædibus Archiepiscopi, Gregorii Carafæ, morte interceptus, & in cathedrali templo sepultus est, *morum suavitate, prudentia & pietate dignitatum titulis præclarior*, ut habent verba epitaphii, in dicta æde illi erecti. Eadem ex linea Clusani Principes orti sunt, quorum primus fuit TIBERIUS, Fabritii F. à Philippo IV. Rege illo axiomate decoratus; vir ingenio amœno liberalibusque studiis præditus, & Academiæ *Otiosorum*, in urbe Neapolitana clarissimæ, Princeps. Ejus filio FABRITIO, secundo Clusani Principi, acerrima an. 1680. fuit lis coram sacro Regio Consilio Capuano cum HORATIO Carafa, Jo. Antonii filio, de ædibus extra Neapolim in loco, *Castigliola* dicto, sitis, & fidei commisso affectis, in qua ille inferior, Horatius superior discessit.

AD TAB. IX.

ALBERICUS Carafa, à quo nona initium ducit Tabula, à patruo Diomede adjutor in officio Rationarii regii (*Scrivano di ratione*) adscitus, solertiam suam Ferdinando Regi ita probavit, ut ab eo Consilarii sui & *Comitis Marilliani* dignatione mactaretur, cumque posteà *Arianum*, Guevaris ob rebellionem ademtum, à dicto Rege an. 1496. emisset, *Ducis* titulum super ea urbe obtinuit, primusque inter Carafas Ducali axiomate ornatus incessit. Gnatos octo habuit, quos omnes in conditionem se dignam collocatos vidit. Duo ex eis sacris fulserunt dignitatibus JOH. BERARDINUS & ALPHONSUS, hic Fano Agathæ & Luceriæ præfuit, ille Theatinam rexit Ecclesiam, uterque etiam *Patriarcha* audiit, posterior Antiochenus, prior Alexandrinus; hunc denique à Julio II. Papa Archiepiscopum Neapolitanum creatum fuisse in locum Oliverii Cardinalis Carafæ Ugellus tradit, sed antequam hanc capesseret provinciam fato cessit. JO. FRANCISCUS frater illorum natu maximus, *Mariliani Comes*, dum viveret genitor, dictus, post ejus excessum *Dux Ariani secundus* fuit, & utrumque titulum filio natu maximo ALBERICO transmisit, qui cùm soceri sui exemplo ad ficulneum Gallorum, eò quod fortuna eis arrideret, parietem se inclinasset, suarum fortunarum omnium jacturam fecit, & paternis laribus extorris decessit. JO. VINCENTIUS ejus frater, latifundiis in provincia Comitatus Molisensis ab uxore, eademque patrueli sua, auctus, Comitatum Marilianensem à Ferdinando Gonzaga, cui Rex illius ditionem in fiscum redactam donarat, redemit, pecunia mutuò

(y) Aldimar. Lib. II. p. 463. & seqq.

mutuò ſumpta; ſed fœnore ingraveſcente cum ſolvendo non eſſet, ex ægritudine inde contracta contabuit, filiis in re admodum tenui relictis, ita ut eorum natu maximus HIERONYMVS Marilianum iterum vendere coactus fuerit; hujus verò gnatus DIOMEDES, cum ducta nuptiis ſecundis *Portia Caracciola*, Officium Regii Generalis Theſaurarii in regno, quo pater Portiæ functus eſt, dotis loco, Rege annuente, obtinuiſſet, ad pinguiorem pervenit fortunam, tantasque congeſſit opes, ut ſubſtructiones magnificas facere, & Ducis ſumptus tolerare valeret: à Philippo III. Rege enim *Dux Cerciæ majoris* an. 1600. creatus fuit, qui tamen titulus cum filio ejus Hieronymo, ſine liberis defuncto, iterum expiravit. Habuit hic in conjugio Iſabellam Octavii Carafæ, ex propatruo ipſius nati, filiam unicam; ea vidua facta ſeculo valedixit, & monaſticam in monaſterio S. Mariæ de Sapientia profeſſa eſt, menſe ultimo anni 1617. aſſumto *ſororis Mariæ Magdalenæ* nomine, ſed quarto abhinc menſe inde egreſſa, novum fundavit monaſterium ſecundum regulam S. Dominici, quod *Bettelem* dictum eſt; ad inſtaurandam quoque S.S. Apoſtolorum ædem pecuniam legavit; quam munificentiam Clerici Regulares Eccleſiæ iſtius *numismate* celebrarunt, id ab una parte refert *ædis partem & fœminam, calicem vel lampadem dexta tenentem*, cum lemmate: *Optimam partem elegit ſibi Maria*, 1626; altera Carafenſibus ſignata eſt inſignibus cum epigraphe: *Iſabellæ Carafæ Ducißæ Certiæ majoris munif.*

DIOMEDEM Carafam, Jo. Franciſci Ariani Ducis ſecundi filium tertium, refert Ciacconius tum ob ſingulares egregiæ indolis dotes, tum ob civilium rerum cognitionem, cùm nihil eſſet in uſu Romanæ curiæ, quod ſcientiam ſuam effugeret, Epiſcopum primò Arianenſem, deinde *Presbyterum Cardinalem S.S. Sylveſtri & Martini* à Paulo IV. Papa, agnato ſuo, creatum fuiſſe. Vir eidem prædicatur ſumma animi moderatione, quam ut exprimeret, cùm vivens ſibi poneret ſepulcrum, gentilitio ſtemmati cum ſtatera hæc adſcripſit verba: *Moderata durant.* Deceſſit anno ætatis ſexageſimo & nono. (z) Fratrem habuit natu minorem FRIDERICUM, cui in parvo corpere magnus, *Zazzera* dicente, inerat animus, ejus in bello Forojulienſi, quo Venetis ſub Camillo Urſino & Bartholomæo Alviano, clariſſimis imperatoribus, militavit, deinde in bello Neapolitano, quo Gallorum partes ſecutus eſt, præclara edidit ſpecimina, donec cum Johanne Caracciolo Melfiæ Principe ad Molfetam opugnandam profectus, & ſtrenuè ibi inter primos pugnans, lapidis ictu fuit interfectus. (a)

SIGISMUNDO Carafæ, qui Alberici Ducis Ariani primi filius ſecundus fuit, pater *Montemcalvum*, in principatu Ulteriori ſitum, tradidit, & Ferdinandus Rex *Comitis* titulum adjecit, qui in linea ejus primogenita continuatus eſt; verùm ex natu minorum propagine etiam viri, titulis nobilitati, facti ſunt; namque FRANCISCUS, Hieronymi Domini de *Sopino, S. Juliano &* Saxinoro F. & Jo. Baptiſtæ Comitis de *Montecalvo* quarti N. an. 1625. d. 28. Oct. *Principis* dignatione mactus eaque Sopinenſi caſtello annexa eſt, cùm Fanum Juliani & Saxinorum alienaſſet; quoniam vero maſcula prole deſtituebatur, ſucceſſorem in Principatu nactus eſt generum in filia natu maxima *Carolum Leoneſſam*, qui Sopinum haſtæ ob debita à ſocero relicta ſubjectum, & à Joſepho Longo Marchione de S. Juliano emtum, reluit. FRANCISCUS Carafa, Fabii F. Jo. Franciſci Comitis de Montecalvo ſecundi N. *Ducis* titulum ſuper caſtello *Campilæti* à genitore ſibi donati, anno 1608. d. 16. Auguſti impetravit; in quo filium natu majorem, nepotesque ex eo duos ſucceſſores habuit, cumque hi improles deceſſiſſent, CAROLUS quartus Campilæti Dux uxori equidem poſſeſſiones ſuas utendas fruendasque reliquit, ſed onere aliquo in emolumentum Principis Cluſanenſis, agnati ſui, impeditas.

AD TAB. X.

ANTONII Carafæ, tertii gnati illius cui Malitiæ cognomen inditum fuit, ſtirpem Tabula decima orditur; cum auctoritate apud Alphonſum & Ferdinandum Reges Nea-

(z) Ciacc. Tom. III. p. 848. (a) Guicciard. Hiſt. Lib. XIX.

Neapolit: valuisse Aldimarius ex Zazzera refert, subjicitque eum à posteriore post Marini Martiani rebellionem arce Mondragonensi in Campania donatum eandemque ipso defuncto ab eodem Rege Ludovico ejus filio jure beneficiario perpetuo collatam esse. Huic aliquot fuerunt gnati; inter natu minores FRIDERICUS numerabatur; hunc præclaris corporis ac animi dotibus præditum, manuque strenuum & bellatorem bonum Andreas Carafa de Spina, S.Severinæ Comes, superius laudatus, egregiè charum habuit, ita ut spe prolis amissa, & facultate de bonis suis disponendi à Carolo V. Imperatore impetrata, multa in eum feuda donationis titulo transferret, quæ inter *Fanum Lucidi* in Calabria ulteriore erat, *Marchionatus* deinde axiomate in ejus gratiam ornatum; huic ille Comitatum Archiensem adjecit, ære acquisitum, quem deinde FERDINANDUS ejus gnatus, ut rem familirem ære alieno, à patre contracto, liberaret, iterum vendidit. Idem pacis ac belli studiis clarissimus ad cœlum eruditorum virorum elogiis evectus est, quorum multa Aldimarius recensuit: ex iis unicum huc lubet transscribere, quod *Jacobi Gaddi* est in Elogiis Oratoriis: *Poësi nobilissimæ*, ait ille, *divinæque facultati olim incubuere maximi Reges, Cæsares, Pontifices rati nobilitatem, gloriamque sibi ex ea amplificari, non imminui. ut quidam imperiti, ac desides majorum fumosis imaginibus & avita luce non sua nobiles arbitrantur. Horum opinione despecta Ferrantes Carafa, & Julius Cæsar Caracciolus Neapolitani Proceres, longè clarissimo, amplissimoque genere orti, Poësim amplexi sunt. Longum esset, ac supervacaneum, utriusque familiæ Heroes, Titulos, Principatus, affinitates, ac dignitates summas recensere. Id tantum attigisse sufficiat, utramque in primis haberi Neapolitanæ civitatis, quæ nobilitate equestri par est cuilibet in Europa, sedes voluptuosa olim summorum Principum, ac Poetarum, Musis hospita & gratiis; Italiæ deliciæ, naturæ matris benignissimæ amor & cura. Ferrantes S. Lucidi Marchio, Jacobi Sanazzarii avita memoria utriusque Poeseos Antistitis vestigia sectatus, politiori literatura nobilis, apprimè cultus, & cultor optimorum Hetruscæ linguæ Scriptorum in cunctis ingenii fœtibus dignoscitur. Hic multa & omnigena carmina Orationibus & Epistolis ad cunctos Christianæ Reipublicæ Principes sociata edidit, vel continentibus distractus negotiis, atque curis publicis æquè ac privatis, prudens Dynasta, & Aulicus & Academiæ Serenorum inventor. Julii verò Sonecti pauci sed elegantes eruditi, faciles ac numerosi, quibus Petrarcam imitari videtur, extant inter flores illustrium Poetarum ab Hieronymo Ruscello collectos, cujus uti Scriptoris eruditi, judicium minimè contemnendum est nobis, ut honorificum Carracciolo; Siquidem dulce & decorum est, non mori totum, sed vivere busto superstitem in albo præcellentium virorum.* Cæterum haud exigua Ferdinandi Marchionis San Lucidiani infelicitas hæc fuit, quod turbato mortalitatis ordine non gnati tantum unici, sed duorum quoque ex eo nepotum funera extulit; inter hos fœmella erat, BEATRIX nomina, quam avi hæreditas manebat, ea cum nondum matura viro, duodecennis quippe erat, nupsisset, in primo cum marito congressu venam rupit, hocque ex malo vitam amisit; quare in Ferdinandi possessiones JOHANNA, ex ejus fratre Jo. Francisco nata, successit; hæc ex primo viro Jo. Fr. Frangipanio gnatam unicam, ex altero Fr. Carafa Antii Marchione mares suscepit; horum natu major *Octavius Carafa*, ad quem materna hæreditas ob sexus prærogativam pertinebat, Marchionatum San Lucidianum magnis oneratum debitis, sorori suæ uterinæ, Eleonoræ Frangipaniæ, Nicolao Placido de Sangro nuptæ, renunciavit.

A fratre Friderici, Marchionis de S. Lucido primi, natu minore JOH. VINCENTIO illustris quoque descendit progenies; quam in præsentia sustentat ornatque MARIUS *Dux Jelciæ*, tertius filius Jo. Baptistæ, qui Hieronymi Marchionis Montisnigri hæreditatem, jure materno, adiit, nepos ELIGII, qui primus Dux Jelciæ & strenuus bello, fraterque fuit natu minor ASCANII & DETII; horum prior vitam privatam & ab ambitu remotam negociosæ prætulit, improlisque decessit; alter à Mario Carafa, Archiepiscopo Neapolitano, propatrui sui filio, eductus, ejus instinctu, puer adhuc, Clericalem habitum assumsit, pluraque sacerdotia obtinuit, & à

Clemente VIII. *utriusque Signaturæ Referendarius*, renuntiatus, atque anno 1598. in Lusitaniam collector missus est. Romam revocatus à Paulo V. Archiepiscopus Damascenus anno 1606. creatus, & legatione in Belgium ad Albertum Archiducem primùm indeque in Hispaniam ad Philippum R. *Nuncii Apostolici* dignatione honestatus, dum illic ageret inter Presbyteros Cardinales an. 1611. d. 17. Aug. cooptatus & denique an. 1613. Neapolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus in locum Octavii Cardinalis Aquavivæ præfectus est, quam *singulari quadam sapientia, incomparabili vitæ integritate, sanctioris Zeli fama, admirabili tum religione, tum amplitudine, insigni item clementiæ ac justitiæ laude* administrasse prædicatur.

AD TAB. XI.

ANTONIO Carafæ, Ludovici Domini de Mondragone filio natu maximo, cum à matre *Isabella Marrana* præter Alianensem Comitatum magna argenti vis relicta fuisset, ita ut ea inter illum fratresque medimnis divideretur, honorum cupiditas succrevit, quantum opes creverunt, itaque primò *Ducis Mondraconensis* deinde *Principis Astilianensis* titulos ab Imperatore Carolo V. petiit obtinuitque. Ambos LUDOVICO, filiorum suorum, quos complures habebat, natu maximo transmisit; hic opibus affluens novas subinde possessiones pecunia præsenti comparatas paternis adjecit, publicamque magnificentiam dilexit, ita ut vitæ cultu ac splendore & inprimis equilium frequentia ac præstantia proceres Neapolitanos omnes superaret; falcones etiam eo aluisse fertur numero, ut iis pascendis quadraginta quotidiè gallinæ requirerentur. Filium post se reliquit unicum ANTONIUM, qui celebratissimæ expeditioni maritimæ adversus Turcas anno 1571. auspiciis Pontificis Romani Regisque Hispaniæ susceptæ interfuit, & LUDOVICUM genuit, quartum Astiliani Principem. Hunc Philippus Hisp. Rex torque Ordinis *Aurei Velleris* decoravit, & *Magnatis Hispaniæ*, Ferdinandus Imperator autem *Principis S. R. Imperii* dignatione mactavit. Eidem uxorio jure obvenerunt *Sabloneta*, Imperialis & libera dynastia in Lombardia, Ducatus Trajectensis & Comitatus Fundensis in regno aliaque castella; Sabloneta tamen ob actionem, quam Dux Mantuæ in eam movit, ab Imperatore CLXM scutatis redimenda illi erat, cumque ejus possessionem cepisset atrox conspiratio adversus caput ejus inita, detecta fuit, quam complicum supplicio irritam reddidit. Ad extremum mundi curarum pertæsus in cœnobium sive domum *Novitiatus* Jesuitarum se abdidit, ibique supremum diem explevit; defuncto Joh. Baptista de Ursis è societate JEsu sequens scripsit epitaphium:

Aloysius Stilianens. Princeps
Dux Sablonetæ
Fortunæ suæ, nec servus, nec Dominus
fastigium ejus, nec quæsivit, nec speravit
Animique tranquillitatem
allegata cupiditate curis exolutus,
eruditoque pioque in otio
consuetudine assecutus Sapientum,
vitæ molestiis immunis
mortis quoque molestiis obiit immunis,
Anno æt. LX. Salutis humanæ MDCXXX.

Cum

Cum Ludovico, de quo modò dictum eft, ftirps Stiliani Principum virilis defecit; filii enim unici, nepotumque ex eo mafculorum funera vidit, itaque ad neptim ejus ANNAM ampliffima, quam reliquit hæreditas, pervenit; eam Rex Hifpaniarum Duci *Medinæ Turrium*, gratiofo fuo, & viduo facto, in matrimonium dedit, eique confummando illum Neapolim Proregis dignatione mifit, quam provinciam cùm fexennii fpatio obiiflet, indeque fub initium anni 1644. difcedere juffus effet, uxorem domi fuæ reliquit, ubi ea eodem adhuc anno vitam cum morte commutavit, tribus relictis filiis, quorum natu maximus *Nicolaus Guzman Carafa* in matris poffeffiones fucceffit, atq; an. 1689. fine prole defunctus vacuas fecit, Sabloneta ad Imperatorem ex lege beneficiaria devoluta. De ea gravis exarferat contentio inter Annam Carafam & Scipionem Gonzagam Principem Bozzolenfem, in confilio Imperiali aulico agitata, pofteriore feudi reftitutionem petente ob emortuam Ludovici Carafæ Pr. Stiliani & Ifabellæ Gonzagæ mafculam propaginem; fed caufa cecidit, lataque eft fententia fecundum Annam Carafam d. 2. Maji an. 1640. & conclufum, *illam ab inftituta actione abfolvendam, & in poffeffione Ducatus & feudi Imperialis Sablonetæ, omniumque ejus pertinentiarum manutenendam effe.*

Sed nec familiæ, à filiis Antonii, primi Principis de Stigliano, natu minoribus ortæ, feudis titulisque illuftribus caruerunt: namque ut de iis, quæ eadem Tabula XI. recenfentur, primo loco dicamus ad gnatum *Julii*, qui quartogenitus Antonii filius fuit, JOH. FRANCISCUM Marchionatus *Polinianenfis* jure uxorio devenit, & SCIPIONI, ultimo Antonii filio, à priore uxore *Ifabella Cajetano* jus in *Morconenfem* Comitatum, tunc oppignoratum, allatum eft, quo ufus pignus, appenfo argento, reluit, dictumque Comitatum JOH. ANTONIO, gnato fuo, transmifit; huic *Quaratenfis* Marchionatus hæres in matrimonium ducta eft; fed eo, uxore fine prole mortua, excidit, permanfit tamen in Carafenfi familia, emtus à Duce Andriæ. Quantumvis verò liberis Joh. Antonius deftitueretur, reliquum tamen vitæ inviduitate exegit parcè ac duriter fuum defraudans genium, licet *Clericus Apoftolicæ Cameræ* factus beneficia Ecclefiaftica maximi proventus adeptus effet; verùm fuprema voluntate arcam referavit, claufoque Plutoni vindicias fecundum libertatem dedit, fcriptis legatis ampliffimis, & inftituto hærede Xenodochio Virginis annunciatæ. (b)

AD TAB. XII.

HIERONYMUS, filius Antonii primi Principis de Stigliano fecundus, caftella *Filitto, Caftelnovo* & *S. Lorenzo* à patre accepit, fatorque extitit ftirpis Ducum Laurini & Principum S. Laurentii; namque JOH. ANTONIUS ejus gnatus cùm à Francifco Revertera infigne caftellum Laurinenfe in citeriore Principatu, æque ac illa funt, fitum XXMD. ducatis an. 1548. emiffet, *Ducis* titulum fuper idem an. 1591. d. 21. Octobr. obtinuit, in quo filium, dein nepotes duos, ac denique pronepotem *Joh. Baptiftam* fucceffores habuit; poftremi gnati cum fatum genitoris prævertiffent, filiæ autem monafticam amplexæ effent, ad fororem ejus natu majorem *Victoriam*, Jofepho Spinello nuptam, Ducatus ille cum reliqua hæreditate delapfus eft; LUDOVICUS, Joh. Antonii Laurinenfis Ducis primi filius tertiogenitus, Filittenfe & San Laurentianum caftellum ex paternis poffeffionibus fortitus, utrumque ad filium natu maximum HIERONYMUM transmifit, cui deinde Philippus IV. Hifp. Rex *Principis de Sancto Laurentio* axioma contulit; parem huic titulum fratri ipfius CAROLO uxor *Eleonora Galeota* attulit, *Principis Monafteracenfis* filia ac hæres;

(b) Aldimar. Lib. II. p. 338. & feqq.

res; quoniam verò nullam cum ea genuit prolem, ad fiscum regium Principatus ille devolutus, & Carolo Gattæ ob Orbitellum strenuè defensum traditus est.

AD TAB XIII,

FABIO Carafæ, tertio Antonii primi Principis Stilianensis gnato, Diomedes Carafa Dux Mataloni & Comes Cerreti, sobole destitutus, *Hieronymam* sororem suam in matrimonium collocavit, conservandis in Carafensi familia possessionibus suis; ivitque ille auctum hæreditatem futuram emtione Arientii, quod castellum haud procul à Matalono dissitum est; atque in eo filium natu majorem LELIUM successorem habuit, qui improlis decessit; MARTIUS verò natu minor avunculi hæreditatem adiit, factusque est *Dux Matalonensis secundus & Comes Cerreti;* idem militia exercitus supremam equitatus Neapolitani præfecturam gessit, genuitque *Diomedem* & *Robertam* Abellini Principissam, de cujus virtute ac laudibus, quibus à *Julio Cæsare Capuccio* posteritati commendata est in exegesi genealogiæ Caracciolanæ diximus. Diomede, Mataloni Duce quarto nati sunt MARTIUS & *Fabius*; ille gloria militari, in bello Insubrico parta, illustratus DIOMEDEM & JOSEPHUM suscepit, par nobile filiorum, quorum fides ac fortitudo illa enituit tempestate, qua populari & perniciosa seditione regnum ardebat & dividebatur: inter primos enim ex proceribus fuere, qui proregi manum operamque commodarunt, eo studio ac Zelo, ut maximam à Rege laudem gratiamque inirent, nec minorem rebellium invidiam ac persecutionem exciperent, quippe qui eorum capita licitati & prædia depopulati sunt, ædesque diripuerunt ac exusserunt; cumque JOSEPHUS infelici sorte in seditiosorum manus in ipsa urbe incidisset, confestim à truculento lanione capite truncatus est, quemadmodum *Aldimarius* refert. (c) Aliter *Brusonius* in Historia sua Italiæ rem enarravit, literisque prodidit, Matalonensem Ducem tunc in custodia ob causam indictam detentum, idoneum visum fuisse Consiliariis regiis, qui seditiosæ plebis pectora mulceret, placaretque, eò quod clientelis polleret & populo gratissimus esset; itaque in libertatem restituto id negotii datum fuisse; cum prodiisset in publicum, magna populi acclamatione exceptus est, sed ubi apparuit utrique parti eum assentari, ea fini ut duabus, quod ajunt, sellis sederet, suspectum sese & invisum utrinque reddidit, verbisque quibusdam contumeliosis in Thomam Anellum clam jactis, sed ad ejus populique aures perlatis, ita eum adversus se irritavit, ut ædes ipsius protinus diriperentur; Post aliquot dies cum urbem denuò ingressus esset, trecentis hominibus facinorosis & proscriptis stipatus, ut injuriam illam ulcisceretur, concursu multitudinis facto eò redactus est, ut fuga sibi consuleret, cumque eadem via illius frater Josephus Carafa salutem peteret, jaculo is ictus & prostratus, statimque à plebe dilaniatus est, non sine occulto, sicut *Brusonius* subjungit, Dei judicio, pœnam exigente tum crudelitatis, quam ergà Johannem Aurificem Principem de Sans ante annos haud ita multos exercuerat, quippe cujus supplicii, immeritò sumpti, auctor ex odio privato & spectator unà cum Duce Matalonensi fratre suo fuit, abscissumque illius ab humeris caput, in faciem prolapsum, pede percussit, ut sursum versum conspici posset, tum nefandi facinoris anno præterito patrati in Archiepiscopum eumque Rom. Ecclesiæ Cardinalem cui calce insultavit, occasione controversiæ in processione sanguinis Divi Januarii exortæ; ob hæc arbitratur scriptor citatus facinora contigisse, ut pes Josephi Carafæ à corpore avulsus, caputque amputatum in foro ad palum affixa & suspensa perstarent, usque ad Th. Anielli mortem. (d)

MARTIUM Carafam, viventem Mataloni Ducem, Diomedis, ultimo loco dicti filium

(c) Lib. II. p.
(d) Histor. Ital. Libro XV.

filium, Equitis consummatissimi encomio mactat *Aldimarius*, qui non tantùm sublimi Ordine, *Aurei Velleris*, à Carolo II. Rege Hisp. ipsi collato, decoratus, sed etiam virtutibus omnibus illustri viro dignis præditus sit, elegantia morum, affabilitate, humanitate & liberalitate, ideoque ab æqualibus effusissimè diligatur, ab inferioribus reverentissimè colatur. Fautorem præterea esse ait insignem Virorum in literarum armorumque studiis præcellentium, historiæ veteris & recentioris peritissimum, indeque præcepta hausisse stricti erga superiores obsequii & moderati in subditos imperii; bibliotheca etiam omni genere librorum referta instructum esse, qua multas diei fallat horas, & multorum denique mores vidisse ac urbes. Movit idem uxorio nomine actionem in Andriensem Ducatum post Caroli Ducis Andriæ octavi, ex fratre uxoris, sororeque sua nati, immaturam mortem, sed litem amisit, quemadmodum ad Tab. VII. dictum fuit.

Colobrarienses etiam Principes ex hac Matalonensium Ducum stirpe defluxerunt, qui Principatus ex eadem linea, in qua dictus initio hærebat Ducatus, ad hanc translatus est, matrimonio Hieronymæ Carafæ, Caroli Principis de Colobraro primi filiæ, cum FABIO Carafa, Martii Ducis Matalonensis quinti fratre. Hunc in eo excepere Principatu FRANCISCUS & FABRITIUS, ille gnatus, hic nepos, in quo virilis propago defecit, cùm duello adversus Jo. Baptistam Capuanum, qui dein Dux Miniani factus est, congressus, & in gula lethaliter vulneratus, ad plures abiisset. Permansit tamen hac in familia Colobrariensis Principatus, *Faustina* Laini Marchionissa, defuncti amita, hæreditatem ejus cernente, quam ad gnatam *Eleonoram* DOMINICO Carafæ, Josephi, de quo ante dictum est, filio, nuptam transmisit.

AD TAB. XIV.

GURRELLUM Carafam, qui quartus Antonii, cogn. *Malitiæ* filius fuit, mente magis quàm corpore sanum, eaque prudentia præditum fuisse, ut ei Ferdinandus Rex libenter aures præbuerit *Zazzera* memoriæ prodidit. GALEOTTUS, illius gnatus, Regi modò dicto egregiam pace & bello operam navasse prædicatur, cumque Friderico Regi dubiis rebus summa adhæsisset fide, non tantum ab eo fœminam illustri loco natam, & reginæ arcta cognatione junctam, sed etiam Comitatum Terræ novæ accepit, quo quidem post paulò cum Fridericus Rex, à Gonsalvo Corduba regno pulsus, illeque nihilominus dicto Regis quàm usurpatoris audientior esset, multatus fuit; uxori tamen ejus, jam viduæ factæ, Ferdinandus Catholicus Rex Hispaniæ, cùm Neapolin venisset, id damni Comitatu *Sorianensi* utcunque resarsit, postquam intellexisset, quanta sit mulieris, quantaque fuerit viri defuncti virtus. Numerosa iisdem fuit soboles, ex qua TIBERIUS Sorianensem Comitatum tenuit, emtaque *Nuceria* impetravit, ut ea in Ducatum erigeretur. Cum Hieronyma Borgia, Alexandri VI. Papæ è sorore nepti vel pronepti, genuit FERDINANDUM, Ducem Nuceriæ secundum, patrem ALPHONSI, qui ad ditiones avitas Marchionatum civitatis *S. Angeli* in Aprutio jure adjunxit uxorio; hinc filius ejus natu maximus FERDINANDUS non tantum *Dux Nuceriæ & Comes Soriani*, sed etiam *Marchio civitatis S. Angeli* audiit; quoniam verò sumptu & magnificentia modum excessit, & in medio vitæ largioris cursu morte interceptus est, æs alienum grande Ducatorum DCM filio FRANCISCO MARIÆ reliquit. Hic juventam peregrinando, ætatem virilem pœnè omnem in castris, extremam in carcere contrivit; post diuturna enim atque egregia servitia, quæ Philippo III. & IV. Hispaniatum Regibus præstitit, quibusque torquem *aurei Velleris*, dignationem *Magnatis Hispaniæ*, & denique bello in Catalonia flagrante insigne munus *Proregis & Capita-*

nei Generalis regnorum Aragoniæ ac Navarræ, tanquam laborum ac fidei decoramenta, sibi peperit, obtrectationibus æmulorum, quorum ante signanum fuisse ferunt Protonotarium Aragoniæ, invidia ei apud Regem conflata fuit, ita ut tandem in aulam accitus, cumque eò venisset, custodiæ mandatus fuerit, in qua post decimum mensem spiritum deposuit. Filium legitimum unicum post se reliquit, cui ex materna hæreditate, per transactionem cum matertera Hieronyma Pignatella, Comitatus *S. Angeli Longobardorum* obvenit, cùm econtra Marchionatus civitatis S. Angeli jam venditus esset; sed iste in flore ætatis gravi morbo correptus, atque infernalibus jaculis petitus improlis occidit, & funere mersus est acerbo, quo ditiones ejus ad fiscum regium devolutæ sunt; ex illis *Nuceria* Francisco de Moura Marchioni Castelli Roderici deinde fuit collata, & *Sorianensis* terra monasterio Patrum Prædicatorum ejusdem loci vendita, Baronatus verò *Vallislungæ* Emanueli Carafæ, defuncti fratri *notho*, quem hæredem in bonis *burgensaticis* instituerat, acerrimam post litem concessus est.

Ex Ducum Nuceriæ stirpe satæ etiam sunt familiæ Ducum *Noiæ* & *Cancellaræ*; posteriorem titulum FRIDERICUS Carafa, ex Antonio, Ferdinandi, quarti Ducis Nuceriæ fratre penultimo, natus, obtinuit, d. 27. Octobr. an. 1625. cum Cancellaram, in Basilicata sitam, pretio sibi comparasset. Vitæ munere nulla genita prole defunctus, Ducatum fratri ALPHONSO transmisit, equiti Ordinis Calatravensis; huic gnatus fuit, qui THOMAS appellatus est, & Aldimario vulgaribus vocabulis *Idea della bizarria è del valor* dicitur; quoniam verò is ante patrem vivis excessit, Cancellarensis Ducatus post Alphonsi obitum ad *Hippolytam* ejus filiam natu maximam, & cum ea ad Johannem *Ursinum*, Octavii Comitis Pacentrensis & Oppidensis gnatum, delapsus est. Cœterum notasse hic convenit Friderico & Alphonso Carafis, Cancellaria Ducibus, sororem à nonnullis tribui, cui nomen fuerit *Johannæ*, quæque primùm Francisco *Ursino*, Johannis modò dicti patruo, dein Fabritio *de Capua* Principi Morconensi nupserit.

Noiam in Barensi Provincia sitam POMPEJUS Carafa, qui etiam in numero fratrum natu minorum Ferdinandi, Ducis Nuceriæ quarti fuit, à Gisolpho Pappacoda, Capursi Marchione, anno 1592. emit, atque an. 1600. impetravit, ut *Ducatus* dignatione mactaretur, *in testimonium*, uti verba habent privilegii, *suorum majorum, ac totius familiæ meritorum & obsequiorum Neapolit. & Aragonensibus Regibus præstitorum*; commemoratur ibidem, quod ex Regulis Epiri materno genere descendat, quod pugnæ navali contra Turcas apud Echinadas cum Johanne Austriaco an. 1571. interfuerit, & in Flandria etiam militaverit. Ejus è filio Johanne nepoti CAROLO, tertio Duci Noiæ, *Bovianensis* ducatus accessit ab hæreditate Antonii Mariæ Caraccioli, ex fratre ipsius uterino nati, & in pueritia mortui, qui ducatus ad Juliam de *Lannoy*, Caroli matrem, per cessionem Franciscæ sororis suæ natu majoris, venerat, & quamvis is posteà alienatus fuerit, titulus tamen ab illo ejusque & posteris retentus est; idem verò Carolus *Noiæ & Boviani Dux* vicissim Rotilinnense feudum in Barensi provincia emit, & unà cùm reliqua ditione JOHANNI, filiorum suorum natu maximo transmisit. Huic ex re levi rixa cum Aquaviviis Conversani Comitibus orta est, quæ in mutuas exarsit iras, easque acerrimas, quemadmodum in genealogiæ Aquavivianæ exegesi narratum fuit; illæ verò detumuere, postquàm duello experiri inter utramque partem constitutum fuit, id in media Germania apud urbem Nurembergam ad effectum perductum est, die 16. Novembr. anno 1673. *Julio Antonio Aquaviva* & *Francisco Maria Carafa*, Johannis Duce Noiæ fratre, congressis, & æquo ferè Marte digressis, Carafa leviter in brachio sauciato.

AD

AD TAB. XV.

DIOMEDEM Carafam, qui Galeotti Comitis Terrænovæ ſuperiore tabula dicti filius natu minor fuit, ab ingenio & peritia artium equeſtrium, qua inter æquales enituerit, laudat Aldimarius, eumque legatione nomine civitatis Neapolitanæ apud Carolum V. Imperat, egregia fama functum eſſe refert. Ex ejus gnatis CÆSAR urbem Venetam ad habitandum voluptate propria delegit: eum enim reſp. Veneta militiis ſuis præfecerat.(e) FRANCISCVS, viri multis ſcientiis & ſingulari bonitate ornati encomio mactus, *Thalaſſiarchæ* officium, morte Gonſalvi Ferdinandi de Corduba Ducis Seſſæ vacuè factum, obtinuit, & præclarè geſſit; FERDINANDUS, bello ſtrenuus, expeditionis maritimæ, à Johanne Auſtriaco contra Turcas ſuſceptæ, pars fuit; eidem præmaturè mortuo frater paulò ante dictus hoc in æde S. Dominici Neapolis condidit epitaphium:

Lege Viator lege,
Quando tot bona parvum hoc tegit ſaxum.
Memoriæ Ferdinandi Carafæ Diomedis fil.
In quo morum ſuavitas, Candor animi,
Parritia integritas, militaris gloria,
Humanarum rerum ſcientia, floruere, deſiere.
D. Franciſcus frater P.
Anno Domini MDLXXXXIII.

OCTAVIUS Carafa, Diomedis filius natu minimus, à matérera eductus, & hæreditate centum mille ſcutatorum auctus eſt, quibus *Antium* ſive *Anſam* in Baſilicata ſibi comparavit, obtinuitque, ut ea in Marchionatum erigeretur; gnatos idem habuit Eccleſiaſticis & ſecularibus dignitatibus inſignes: namque DIOMEDES, vir ingenii cultiſſimi, à Clemente VIII. *Tricaricenſis Epiſcopus* creari meruit. PETRUS LUDOVICUS fratris veſtigia ingreſſus Romæ initio ſub Paulo V. *utriusque Signaturæ Referendarius* fuit, dein Ferrarienſis *Legatus*, tum *Prætor* Firmanus, poſteà ad Epiſcopatum Tricaricenſem ab Urbano VIII. atque ad legationem Colonienſem provectus eſt, cujus acta undecennalia latino ſignavit ſtylo, commentariumque typis exſcriptum Franciſco Cardinali Barbarino dedicavit. Denique ab Innocentio X. ſacra purpura ornatus & *Presbyter Cardinalis tit. S. S. Sylveſtri & Martini in Montibus* dictus eſt d. 6. Mart. an. 1645. Innocentio X. ſuperſtes conclave ingreſſus in ipſis comitiis ante electionem novi Pontificis apoplexia oppreſſus protinus expiravit, quatuor ſupra ſeptuaginta annos natus. TIBERIUS, vir diſertus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii atque animi celeberrimus, defuncto ſine liberis *Nicolao Berardino Sanſeverinate* Principe Biſiniani, Duce San Petrino & San Marcano, Comiteque Tricaricenſi, qui *Juliæ Urſinæ* uxoris ejus prioris avunculus fuit, univerſæ hæreditatis ab illo relictæ poſſeſſionem cepit, titulumque *Principis Biſiniani*, cum dignatione *Grandis Hiſpanici* conjunctum, aſſumſit. Gravis verò ea propter lis mox exarſit, Ludovico *Sanſeverinate* Comite Saponaræ ex capite *fideicommiſſi* aviti actionem movente, qua fervente cum Julia vivis exceſſiſſet, nuncupato hærede in bonis *feudalibus* Philippo III. Rege Hiſpan. in *allodialibus* verò & *burgenſaticis*, ut loqui amant, marito, novæ ortæ ſunt contentiones, intervenientibus Michaele Antonio *Urſino* Gravinæ Duce, nec non Ferdinando *de Mendoza & Alarcone*, Marchione Vallis Sicilianæ, quorum ille ex fratre, hic ex matertera defunctæ natus erat. Transactione tandem lis omnis à Rege compoſita eſt, qua Ludovico Sanſeverinati Principatus *Biſianenſis* cum

(e) Ciaccon. Hiſt. Pont. & Cardin. Tomo IV. p. 673.

cum *Grandatu* Hispanico, nec non Comitatus *Claramontius*, & Duci Gravinæ *San Marcanus* Ducatus cesserunt, Marchioni verò Vallis Sicilianæ XLM. *ducati* assignati sunt, & denique Tiberio Carafæ civitas *Belvederensis* in Calabria, in statu Bisinianensi comprehensa, *Principatus* titulo macta, collata, ipseque Eques Ordinis *Aurei Velleris* creatus fuit. Ad secunda verò Tiberius vota transiit cum *Maria Ruffa*, quæ etiam amplissimarum hæres erat possessionum, quoniam verò nec ex ea liberos suscepit, ad Ruffensem familiam illæ relapsæ sunt. Cæterùm cum gravis illa plebis seditio in civitate ac regno Neapolitano anno 1647. exarsisset, & Tiberius tum Proregem, quid ex ipsius re esset, tum populum officii sui frustrà admonuisset, neque aliud se fatigando nisi utriusque partis odium se quærere animadvertisset, Romam secessit, ibidemque supremum diem explevit, scripto hærede *Octavio* nepote suo ex fratre, sepultusque est in templo Farnesiano patrum Jesuitarum, ubi etiam fratris ejus *Petri Ludovici Cardinalis* ossa recondita fuerunt.

Ad OCTAVIUM Carafam, jam nominatum, qui patris sui Francisci successor in avito Marchionatu Antiæ, & patrui hæres in Principatu Belvederensi factus est, etiam Marchionatus *San Lucidanus* jure spectabat materno, sed hunc quia debitis valdè oneratus erat, repudiatum, *Dianoræ Tolfæ*, sorori suæ uterinæ, cessit. Ex ejus filiis secundogenitus, cui nomen erat FRANCISCO, Philippo IV. Regi Hispan. in Flandricis, Insubricis & Lusitanicis bellis stipendia fecit egregia fama, postea que inter Consiliarios Consilii *Collateralis status* regni Neapolit. adscitus est, in quo tandem Decanus fuit, prætereaque Dux *de Maira* in Calabria audiit. CAROLUS ejus frater natu major Marchionis Antiæ titulo usus fatum communis genitoris prævertit; at pater extitit FRANCISCI MARIÆ Principis de *Belvedere* viventis, Equitis *Aurei Velleris*, belli pacisque studiis ornatissimi, & summa prudentia, longa peregrinatione multoq; rerum usu parta, eminentissimi Ex filiis ejus unum in duello, quo cum Principe Vainio, genere Romano congressus est, occubuisse, in Novellis mense Majo hujus anni 1702. legimus.

AD TAB. XVI.

ULtimi inter Antonii cognomine *Malitia* gnatos, DIOMEDIS, stirps superest, ut narratione de illustri Carafensi familia defungamur: de isto ita *Fr. Ælius Marchesius*: *Diomedes Carafa, è filiis Malitiæ natu minor, sed vitute maximus omnium, domi forisque Regi Alphonso primùm, mox Ferdinando ejus filio talem operam præstitit, ut statim finito Andegavensi bello, eum Magdaloni, paucis etiam post annis Cerreti Comitem creaverit, ac deinde perpetuò inter intimos & cariores habuerit, penè traditis in ejus manibus regni gubernaculis: quo effectum est ut annuente Rege, fratres affinesque omnes in cœlum evexerit, cùm eos maximis affinitatibus amplissimisq; magistratibus decoravit; quorum gratia Langonissarum, Molisiorum & Camponiscorum procerum oppida, castella, atque opes amplissimæ ad eos transierint. Fortuna rerum domina nobilissimas familias prosternente, ut Malitiæ natos, nepotesque honestaret, qui quidem ejus muneribus divites effecti, frugalitate ac parsimonia quotidie ditiores evadunt, & hucusque oppida, atque castella, vicosque prope centum sibi peperere. Facius* refert Regem Alphonsum Diomedis Carafæ opera in expugnatione Neapolis præcipuè usum, eumque in numero exulum Neapolitanorum fuisse, qui nocte intempesta per aquæductum, canalemque & puteos haud nulla difficultate in urbem penetrarunt. (f) Bonis etiam studiis atque artibus expolitum rerumque & exemplorum veterum peritissimum fuisse Diomedem *Zazzera* prædicat, ita ut in omnibus consiliis suis præcepta & facta priscorum sibi haberet documento. In numeros statuasque & alia antiquitatis monumenta, quibus ædes suas exornare solebat, XVII. millia scutatorum, ingentem illa

(f) Histor. Lib. VII.

la ætate argenti ſummam, inſumſit, carminumque dulcedine claruit, & librum *de inſtitutionibus militaribus*, Neapoli poſteà typis excuſum, compoſuit.

JOH. THOMAS, Diomedis filius natu major, ſecundus Magdaloni ſive Matalonii Comes, magnaque apud Ferdinandum Regem in exiſtimatione fuit, ita ut eum copiis, quas Gallis in regnum an. 1495. erumpentibus, objecit, cum ſummo imperio præfecerit, ſed improſperè rem in pugna apud Ebulum geſſit: præerat, *Jovio* referente, qui prœlium illud diſtinctè deſcripſit, (g) regio exercitui *Thomas Carafa Matalonii Princeps, externæ militiæ prorſus ignarus, qui nihil in caſtra præter ſpectatam fidem & celebris familiæ nomen attulerat. Hic caſtigatis qui cauta & minus decora conſilia ſequerentur, omnes copias, veterum morem ſecutus, qui noſtris ſæpius funeſtus fuit, in quinque acies diviſit, quæ pari fronte ad ſimilitudinem directorum cornuum à medio agmine extendebantur. Inclinata acie Matalonius cæterique duces multis equitibus amiſſis, Ebulum fœda fuga petivere.* Ejusdem pugnæ *Guicciardinus* etiam mentionem fecit, ſed magis ſuccinctam, rem omnem ſequentibus complexus verbis: *Perſivus è regis Galliæ præfectus unus cum Helveticorum cohortibus, unaque Gallici equitatus parte Neapolim verſus contendit: cujus adventu cognito Ferdinandus ei obvium Ebulum usque Matalonæ Comitem cum exercitu majorem partem tumultuario, ex neceſſariis & amicis collecto miſit, qui quamvis numero longè ſuperiore cum hoſtem ad Parvum lacum (oppidum id eſt Ebulo vicinum) offendiſſent, eumque propius accedere conſpexiſſent, ſeſe in fugam dederunt.* (h) Idem Comes Matalonenſis autor fuit *ſtateræ*, qua Carafæ ex hac linea orti ab illis, qui ſpinam inſignibus ſuis induxerunt, diſtingui ſolent; ſtatera enim *ſymboli* loco uſus eſt; cum lemmate, ex Evangelio deſumpto: *Hoc fac & vives*; quod ſymbolum *nimis largum* Jovio viſum eſt, *quia ſtatera multa librentur;* ludibrium quoque eo debuit Perſivo, paulò ante dicto, cum is in Ebolenſi pugna rupta Aragoniorum acie vexillo Comitis Mataloni potitus eſſet, dixiſſe enim ferunt ſuo idiomate: *Par ma foy, que mon ennemy n'a pas fait ce qu' il a ècrit à l' entour de ſon peſon, parce q' il n' a pas bien peſé ſes forces avec les miennes.* (i)

Liberos quatuor dicto Comiti Matalonenſi Aldimarius tribuit, quorum in numero *Johannam*, Jo. Franciſco Pico Mirandulæ Comiti nuptam fuiſſe adverſus Zazzeram, cui ſoror illius dicta & Iſabella nominata eſt, aſſerit, iterumque in eo ab illo diſſentit, quod DIOMEDEM, filium Jo. Thomæ natu majorem ſecundum Matalonenſem Comitem, avique cognominis ſucceſſorem fuiſſe ſcribat, cùm reverà tertius fuerit, & patri ſucceſſerit. Iſti primo natus eſt loco JOH. THOMAS, *Cerretti Comes* dictus, hic inde à pueris armorum ſtudio & gloria tactus ita ſe in eis exercuit, ut dextra eorundem tractatione nemini concederet, cumque viros duos ſibi amicos & commilitones, videlicet *Joh. Antonium Caldoram* & *Lelium Caracciolum* viciſſet & neci dediſſet, priorem quidem ludicro certamine, alterum verò ſerio duello, ſtrenui ac maximè pugnacis famam adeptus eſt. Ea præcurrente in Belgium ad Carolum V. Imperatorem abiit, ingens famulorum agmen ſecum trahens, utque illi peritiam in armis ſuam oſtentaret, equeſtres maximo ſumptu inſtituit ludos, & menſibus tribus quatorve illic exactis in Italiam reverſus eſt, in bello Inſubrico Cæſari ſub Proſpero Columna adverſus Gallos militaturus; at ibi victorem reperit ſuum: cum enim in gratiam Proſperi fœminæ Mediolanenſi, cujus amore is flagrabat, cenam dediſſet & de *Fabritio Maramaldo*, à muliere illa fortè laudato ut Proſpero palparetur, detraxiſſet, ad duellum ab iſto provocatus eſt, & cum eo in agro Mantuano congreſſus occubuit, ſtratagemate, quo uſus & victoriam ſibi pollicitus eſt, in ipſius caput perniciemque redundante, quemadmodum *Aldimarius* prolixè retulit. Genitori ſuperſtiti ſicut triſte ſui deſiderium, ita ingens æs alienum reliquit, quod priusquàm ille diſſolveret, ex indignatione ſpiritum reddidit.

Zz DIO-

(g) Hiſtor. Lib. III.
(h) Hiſtor. Lib. II.
(i) Aldimar. Lib. II. p. 167.

DIOMEDES, tertius hujus nominis, à patre quinquennis, ab avo decennis relictus, in avitos succeffit comitatus, & postquam ex ephebis egreffus eft, militiæ rudimenta in exercitu Caroli V. Cæfaris fecit, in bello Senenfi verò alam cataphractorum, fumptibus inftructam fuis, rexit, & mandata fibi impigrè ac ftrenuè fecit, ita ut in Hifpaniam deinde profectum Rex *Ducis* dignatione mactaret, reverfoque ad penates privilegium transmitteret, quo eum Gubernatorem pace belloque in Hydruntina & Barienfi provincia creavit. Eo munere dum fungitur Lecciæ morbo correptus deceffit, cum paulò antequàm expiraret patentes ex Hifpania literas accepiffet, indices novi honoris à Rege ipfi deftinati, nempè ut *Siciliæ Prorex* effet. Quia prolem non habebat nepotem è forore fua Hieronyma, *Martium Carafam*, è linea Principum Stilianenfium oriundum, hæredem inftituit, quemadmodum fuperius dictum eft.

FRANCISCUS Carafa, quem Diomedes, fecundus hujus nominis, & tertius Matalonenfis Comes è fecundo fufcepit matrimonio, eodem mortis genere, quo fratrem ejus natu majorem periiffe diximus, è vivis fublatus eft, ab *Hectore Bobba*, viro in certationibus equeftribus primi nominis, quem provocârat, propè Carmaniolam interemtus, ficut *Aldimarius* refert; *Thuanus* verò *Moncatum* Pivarfii figniferum fuiffe fcripfit, qui Francifcum Carafam Pontificis agnatum commiffis haftis transfodit, & humi exanimem ftravit.(k) CÆSARI quoque, è tertio dicti Comitis conjugio prognato, cum fatorum malignitate colluctandum fuit; namque ob familiaritatem, quæ ipfi cum Ferdinando Sanfeverino Principe Salernitano, rebellionis reo, intercefferat, in cuftodiam & quæftionem datus, tormentis fatigatus, Golettam relegatus, & denique à Turcis capta urbe in fervitium abftractus eft. Anno autem 1578. redemtus, & venia gratiaque à Rege donatus Neapolim rediit atq; uxorem jam ætate provecta duxit. Vita defunctus præter liberos in tabula notatos, *nothum* etiam poft fe reliquit, cui nomen *Petro* & pofteritas fuit; hac nec legitimus illius gnatus DIOMEDES caruit: ab eo enim *Marchiones Baranelli* originem trahunt, quo feudo tituloque primò auctus eft SCIPIO, filius illius major natu, cùm *Antoniam Flaminii Carafæ March. Baranelli* (ex Ducum Andriæ ftirpe oriundo, ficut *in Exegefi Tabulæ* VII. dictum fuit) *filiam primogenitam* uxorem accepiffet; fed poftquàm ea improlis vivis exceffiffet, & feuda ac *burgenfatica* ad ejus fororem *Francifcam* jam monafticæ deftinatam, delapfa effent, curavit Diomedes, ut ifta alteri ex filiis fuis, JOSEPHO, nuberet, qui hoc matrimonio *Marchio Baranelli* factus eft, huncque titulum unà cum re ad gnatum fuum DIOMEDEM transmifit. Huic patruelis eft *cognominis*, qui antiquum & celebre Palatium veterum Matalonenfium Comitum poffidet, in cujus cavædio celebre illud *caput equinum æneum* videre eft, ab immani reliquum equo, qui, tanquam fymbolum civitatis, antiquitus ante Fanum Reftitutæ, ubi jam Archiepifcopales funt ædes, ftetit, cuique Conradus Rex Neapolitanus urbe, quæ obfequium ipfi detrectarat, potitus, frenum imponi, & hos infculpi fecit verfus:

Hactenus effrenis, Domini nunc paret habenis,
Rex domat hunc æquus Parthenopenfis equum.

Multo tempore, ut ex Bzovio Befoldus refert, (l) *extabat hic equus*, *ut erat frenatus*, *apud Neapolitanos*; *verum tamen*, *cùm vulgus ignarum à Virgilio Poeta certis fub conftellationibus factum, ad infirmitates equorum curandas valere*, *nimis fuperftitiofè crederet*, *adeoque fanandos equos ad ftatuam adduceret*, *anno qui fuit*, *1322. ex decreto Archiepifcopi in campanam conflata eft.*

Ex Joh. Thomæ, Comitis Matalonenfis fecundi, filio natu minore ROBERTO,

(k) Hiftor. Lib. XV. fub finem.
(l) De Reg. Neapol. p. 622.

TO, *Sesti* & *Roccæ Piperozzæ* Domino, propago etiam orta est, quæ in primo Colubrariæ Principe desiit. Hoc feudum ad Cicinellos anteà pertinebat, ex qua familia cùm ASCANIUS Carafa, Roberti nepos, uxorem duxisset, huicque è fratre Colubrariæ regulo neptis esset, *Eleonora Cicinella* dicta, cui de paterna hæreditate controversia cum Hectore Caracciolo erat, Ascanius judicio illam defendit, victoriaque mactus filio suo natu majori JOH. BAPTISTÆ in matrimonium collocavit, ex quo nati filii cùm improles è vita migrassent, CAROLUS, eorum patruus, Colubrariæ Dominus factus, atque à Rege Philippo III. Principis titulo auctus est, quem unà cum feudo gnata ejus Hieronyma ad Fabium Carafam, ex Matalonensibus Ducibus stirpis Stulianæ ortum, transtulit, sicut superius relatum fuit.

AD TAB. XVII.

OCcupat extremam Carafensis genealogiæ tabulam linea Comitum *Montis aurei* sive *Montorii*, è qua traxit originem JOHANNES PETRUS Carafa, qui *Pontifex Maximus*, assumto *Pauli IV.* nomine, fuit: Hic ab ineunte ætate quietioris vitæ, sicut videbatur, cupidus, totum se literis dedit, cumque Romæ in contubernio Olivarii Carafæ Cardinalis aliquot annis fuisset, & prima sacerdotalis disciplinæ rudimenta posuisset, à Julio II. Theatæ in Marrucinis Episcopus creatus fuit. Obitis posteà legationibus Neapoli, in Anglia & Hispania, cùm Brundusino Episcopatu à Carolo V. donatus esset, non solùm eum respuit, sed etiam Theatinum dimisit; relictaque urbe in montem Pincium concessit, ubi alienam à rerum humanarum cura vitam aliquot annos egit, & tres nactus socios, videlicet *Cajetanum Tienensem*, *Bonifacium Cellensem*, & *Paulum Consiliarium*, sacerdotum sodalitium instituit, qui paupertatem, castitatem & obedientiam more cœterorum professi & *Theatini* appellati sunt. Cum iisdem Venetiis plures annos cùm vixisset magna religionis & sanctitatis fama, à Paulo III. evocatus, & in Cardinalium collegium cooptatus, atque ob susceptum munus varia hominum fama jactatus est. Tandem post Marcelli II. excessum Pontifex renunciatus est, statimque post acceptam dignitatem rogatus, quanam ratione & ipse & Jo. Alphonsi fratris filii victuri essent? *magnificè*, inquit, *& ut summum Principem decet.* Itaque magna & sumptuosa admodum pompa coronam à Joh. Bellajo, Episcopo Ostiensi, sumpsit, severitasque illa, ex qua emendationem in Ecclesiastica disciplina quidam sperabant, *plerique*, ut *Thuani* habent verba, *verebantur*, citò in superbiam vertit; inerat quippe ei, sicut *Gratianus* literis prodidit, *ingenium ferox & pervicax, animus elatus vastusque, & adversanti nesciens cedere, prorsusque imperii nimius.* Inde ortæ inter ipsum & Carolum Cæsarem, & fraude suorum auctæ incitatæque simultates facilè in bellum apertum, & utrique periculosum, propinquis verò Papæ, etiam post ipsius obitum, exitiosum, eruperunt. Quinto Pontificatus anno senio affectus morbo aquæ intercutis decessit, tenuique pompa, metu populi, qui in statuam defuncti insigniaque Carafensis familiæ furenti rabie sævire cœperat, in Basilica Vaticana sepultus est: Septimo demum post mortem ejus anno Pius V. ut benè de se merito Pontifici gratiam referret, magnificum monumentum exstruendum curavit. (m)

JOHANNES, ANTONIUS & CAROLUS Carafæ, fratres, à patruo, Pontifice Maximo, in altum sublati fuisse videntur, ut lapsu graviori ruerent: *Postremum*, qui Hierosolymitanorum Equitum societati à primis annis nomen dederat, Neapolitanumque Prioratum fuerat adeptus, statim inito Pontificatu in Sacrum Senatum legit, ac summæ consiliorum omnium præposuit; *Antonium* Burgi & palatii custodem, deindeque Marchionem Montisbelli, quo Franciscum Balnei Comitem privârat;

(m) Thuanus Hist. Lib. XV. & XXIII. Gratianus de Casibus Viror. Illustr.

vârat, fecit; *Johannem* militiæ terreftri maritimæque præfectum, & fpoliis Columnarum locupletatum Paliani Ducem dixit; at hos fuapte natura ad omne vitiorum genus propenfos, cum tantis repentè aucti & cumulati effent opibus, tantò deteriores ac facinorofiores evafiffe, quantò plus autoritatis, licentiæ atque impunitatis erant nacti, *Gratianus* memorat. Quæ flagitia à fingulis patrata funt, non recipit enarranda hic fcripturæ modus; legique poffunt apud citatos jam nobis autores Thuanum *Hiftoriarum fui temporis Libro XVI.* & feqq. nec non Gratianum in eleganti *de Cafibus illuftrium virorum* libello. Caroli Cardinalis legatio in Galliam infignis maximè eft ad memoriam, & malignitatem animi ejus cognofcendam; illa enim per alterius rei fpeciem fufcepta, id unicè egit, ut Regem ad refcindendas inducias, quas paulò ante cum Hifpanis fecerat, & redintegrandum adverfus eos bellum, repetendumque armis regnum Neapolitanum impelleret, habita eum in finem Fontis bellaquei coram Rege oratione prolixa, omnique arte ad perfuadendum inftructa, quam *Thuanus* recenfuit; inde Lutetiam profectus, hancque regni metropolim, tanquam Pontificis legatus folicita pompa ingreffus, cùm fignum crucis, ut fit, ederet, verborum, quæ proferri mos eft, loco, ferunt eum, ut erat *fecuro de numine animo, & fummus religionis derifor*, occurfante paffim populo, & in genua ad ipfius confpectum procumbente, fæpius fecreta murmuratione hæc verba ingeminaffe, *Quandoquidem populus ifte vult decipi, decipiatur.* (n) Reverfus Romam poftquam ipfe fratresque ejus omnes prope arrogantiæ improbitatisque numeros impleviffent, & patientiam Romanorum maximorum, minimorumque defatigaffent, aufus tandem quidam eft referre ad Pontificem propinquorum fuorum fcelera; attonitus is ea audivit, ingentique dolore atque impetu exarfit, & protinus mifit, qui omnes, quicumque fe aliqua propinquitate contingerent, aditu & confpectu fuo prohiberet. Coacto in fequentem diem Senatu, gravi oratione prius de Patrum fide eft conqueftus, à quibus admonitum fe oportuiffet eorum, quæ contra remp. & exiftimationem fuam fieri animadverterent, deinde trucibus verbis in fuos invectus, Carolum Carafam Legatione Bononiæ, atque omni publica adminiftratione removit, Johannique & Antonio munera omnia ademit, atque ipfos & reliquos gentiles atque affines fuos, præter Alfonfum Cardinalem, Antonii filium, ante noctem excedere urbe, & in affignata cujusque exilio oppida abire imperavit, malum minatus, fi quis aliquem eorum ulla re juvaffet, profeffusque graviora meritos, adjecit ulcifcendi fui, ac dignas à fontibus pœnas repetendi palmam fucceffori fe relinquere. Nec falfus his minis fuit vates; Pius IV. enim, ejus fucceffor, Carolum & Alfonfum Cardinales, prætereaque Johannem Paliani Ducem cum Comite Alifæ, uxoris fratre & Leonardo Cardine, qui Romam reverfi, nihil tale fufpicabantur, in arcem Hadriani conjici juffit, Antonio aliisque fuga elapfis, & ex octo Cardinalibus judicium inftruxit, in quo caufæ cognitio inftituta, & nono demum menfe ad Pontificem relata, poftremoque in pleno confiftorio recitata eft. Dein *Carolus Cardinalis* Majeftatis damnatus, & judici capitalium rerum tradi juffus, in Hadriani arce carnificis manu nocte, quæ Non. Mart. an. 1561. præceffit, ftrangulatus eft. *Johannes* etiam ejus frater, & cum eo *Alifanus Comes* & *Leonardus Cardineus* morti addicti, & in carcere turris novæ fupplicio affecti funt: illi, præter quod cum Carolo fratre ad obfidendum fallendumque Pontificem confpiraffet, uxoris gravidæ cædes objecta eft, quam adulterii falsò accufatam, ftimulante Cardinali, per Alifanum, ejus fratrem, & Cardineum indicta caufa ftrangulandam curaverat, quam ob caufam ifti etiam, tanquam homicidii convicti, capite luerunt. Johannis laudatur conftantia, qua mortem fubiit, cum paulò ante amicos egregia oratione folatus effet, & ad filium literas faluberrimis monitis plenas nihil turbato animo fcripfiffet. Mitius cum ALPHONSO Cardinali actum, homine manfuetæ continentisque naturæ; is tamen in cædem Paliani uxoris confenfiffe, & quædam è Pontificis cubiculo, paulò ante ipfius obitum furripuiffe accufatus, CM aureis & Apoftolicæ Cameræ præfectura multatus eft. Exinde cum Neapolim ad curandum Archiepifcopatum fibi commiffum, fe recepiffet, ex mœrore deceffit, in flore

(n) Thuan. Libro XVII.

re ætatis, XXV. annos natus, genitore superstite. DIOMEDEM etiam, Johannis filium, hocque natum ALPHONSUM, Montorii Comites, fata præmature abstulerunt, priorem anno ætatis vigesimo, alterum uno grandiorem anno, à Ferdinando Loffredo, Trivici Marchione, in duello, cui rixa jocularis materiam præbuit, interfectum, (o) atque cum isto stirps Carafarum Montorii Comitum legitima emarcuit. Sed illegitima etiam, quæ à Diomede, Joh. Antonii Carafæ, primi Montorii Comitis filio naturali, orta est, defloruisse videtur: ex ea JOH. ALPHONSUS Ducis *Castelli novi* titulum gessit, atque in turbis intestinis, quibus anno 1647. agitatum fuit regnum, popularibus indeque Gallicis accessit partibus, quare à Philippo Rege perduellionis damnatus, feudisque multatus, & deinde amnistia generali exclusus est; post ejus mortem CAROLUS, ipsius frater, qui apud Cardinalem Gualtierium Magistri Cameræ munia obierat, Ducis *Castelli novi* & Domini *Collispetrini* titulos assumsit, sed paulò post vitam cum morte commutavit.

Explicit hic amplissima Carafarum genealogia, quatenus ab Aldimaro in Opere initio citato tradita fuit: quippe in Germania etiam nostra aliquis ex hac stirpe palmes floret, quem ex Principum *de Stigliano* ramo defluxisse auctor dictus obiter & generatim indicavit, nec ad enumerationem propaginis ex illo ortæ descendit: in præsentia claret in ea *Thomas Ferdinandus Carolus S. R. Imp. Comes Carafa de Stigliano S. Cæsareæ M. Cubicularius & Consiliarius Cameræ aulicæ*, cui uxor est gentilis, nempè *Maria Theresia Eleonora, nata Com. Carafa.* Inferior quoque Germania Carafas aliquando habuit, qui rem illic uxoresque & gloriam armis belli repererunt; hos *Sylvester de Petra Sancta in Tesseris Gentilitiis* ab Antonio Carafa, Ducis Nuceriæ quarti fratre, Hippolytæ Pappacodæ marito, derivavit; num verò progenies ex istis superstes sit, incompertum habemus.

(o) Aldimar. Libro II. p. 157. & Gregor. Leti Hist. Philippi II. Reg. Hisp. Parte II. Libro VIII. p. 224. ubi error illi obrepsit in nomine Comitis Montorii, quem Diomedem appellat, cum Ferdinandi nomen ei fuerit.





XIX.
CERDANA STIRPS.





ERDANÆ familiæ, quæ à Regibus Castellæ & Legionis oriunda, postquam in colum, ut loqui amant, delapsa esset, in Comitibus & Ducibus de Medina Celi, aliisque Hispaniæ proceribus refloruit, genealogia in Prodromo hujus operis inter stirpes *Stemmatis Desideriani* jam comparuit, sed talis, qualis tunc dari poterat, & disjuncta, quippe partem ejus priorem Tabula VIII. posteriorem Tabulæ XXV. & XXVI. dicti Stemmatis continent. Quamvis verò fastidiri aliàs soleat crambe bis cocta; hanc tamen non credo tædium lecturis allaturam, etiam fore spero, ut gratiæ mihi apponatur, quod ea, quæ die posteriori, quem discipulum esse prioris scitè Comicus dixit, didici, candidus impertio. Enim verò non continuò solum filo hic deducta conspicitur stemmatogra-

graphia Cerdarum, sed emendata etiam, imò omnibus numeris absoluta, utpote in ipsa Hispania magno constructa studio à *Gerardo Ernesto de Franckenau*, cujus multiplicem doctrinam cum plurima humanitate conjunctam superius laudavi. Plurima, quæ dubia hactenus & obscura fuerunt, certa hîc & illustria redduntur. Apparet primùm Marianam, cùm Ludovicum Clarimontis Comitem, cui Insulas Fortunatas Pontifex Rom. attribuit, nepotem Alphonsi Cerdæ cognomento *Exhæredis* dixit, haud prorsus à vero aberrasse; omnes autem scriptores, tum Hispanos tum Gallos, haud levi se implicuisse errore, quotquot Alphonso Cerdæ, modò dicto, uxores tribuerunt duas, & secundam fuisse tradiderunt Isabellam *de Antoing*, nescientes Alphonso illi gnatum fuisse homonymum, cui ista in matrimonium ducta fuit, ex quo non solùm Ludovicus ille, Princeps Insularum Fortunatarum, qui cum patruo suo ejusdem nominis confundi consuevit, natus est, sed etiam Carolus Comes Enculismensis & Franciæ Comestabilis, nec non Isabella, uxor Roderici Alvarez de Asturias, Domini de Gijon & Norogna, quam alii alterius Isabellæ, Ludovici Cerdæ & Eleonoræ Gusmanniæ filiæ, maritum primum perperam dixerunt, quos errores omnes *Ludovicus de Salazar & Castro*, Historicorum & Genealogorum Hispaniæ facilè princeps, in Historia familiæ Laranæ anno 1697. edita, detexit. Ex hàc porrò genealogia liquet, Joannem Cerdam, qui filiam Dionysii Regis Portugalliæ naturalem, in conjugio habuit, etiam in numero natorum Alphonsi Exhæredis fuisse, & palmitem Dynastarum *de Villoria* prosevisse, qui primogenito diuturnior fuit integro seculo. Posteriorem Cerdarum familiam quod attinet, exhibentur hîc propagines illegitimæ, Joannis Cerdæ Domini Turrisquadratæ Tabulâ I. & Ferdinandi Cerdæ Tabulâ II. ad hanc usque ætatem productæ, utraque enim viret, & altera quidem aucta Marchionatu *de la Rosa*; Thomæ Cerdæ præthereà, Marchionis *de Laguna*, soboles hîc recensetur; & tertia denique Tabula continuationem Marchionum *de Ladrada* repræsentat, quibus per connubia cum familia illustri *de Leyva* inita ditiones ac tituli insignes accesserunt; sed in hac æque ac in Ducum de Medinaceli domo mascula proles deficit. Quoad historiam utriusque familiæ Cerdanæ quia non est quod dictis in Exegesi Tabularum supra citatarum Stemmatis Desideriani addam, eò Lectorem remitto.

TAB.

COMITES DE CLARAMONTE ET MEDINACELI

1. FERDINANDUS, Cogn. de la CERDA, Alphonsi X. Cogn. Sapientis, Regis Hispan. & Electi Roman Imperatoris filius primogenitus, nat. 1254. † ante patrem in Ciudadreal An. 1275.

2. Alphonsus de la Cerda, cogn. *Exhæres*, Regis Castellæ titulum contra Sanctium patruum sumsit, sed An. 1303. abdicavit, obiit circa An. 1333. *Mafalda s. Mathilda, Aimerici VI. Vice-Com. Narbonens f.*

3. Ludovicus de la Cerda Com. Claromont. & Telamon. in Gallia. *Eleonora de Guzman, Alphonsi Perez de Guzman, cogn Boni f. qua cum Portum S. Mariæ in Bætica hæreditario jure accepit cum tit. Comitatus*, 1306.
— Johannes Alphonsus de la Cerda, Dn. de Gibraleon, † circa 1348. *Maria, Dionysii R. Portugall. fil. naturalis.* ⊙
— Margarita, de la Cerda, ux. *Philippi de Cabrera & Ribera, R. Sanctii IV fil.* † m. Jun. 1327.
— Agnes, de la Cerda, nup. *Ferdinando Rodriguez de Villalobos, Rico hom.*
— Alphonsus de Hispania, *Archidiac. Paris.* circa 1321. duxit dein ux. *Isabellam de Antoing, Vicecom. Gandav. Henrici Brabant. dicti de Lovania vid.* † 1327. ux. 6. Dec. 1354. ☾

4. Johañes de la Cerda, Dn. de Gibraleon, Alguasilius Supr. Hispali, occ. ibid. jussu Petri Crudelis. 1357. *Maria Coronel, Alphonsi Fernandez Coronel Dom. de Aquilar. f.*
— Ludovicus, *Telamonæ in Gall. Comes.*
— Alphonsus. † *infans.*
— Isabella de la Cerda, domus hujus hæres, nup. 1. *Roderico Perez Ponce dicto de Asturias*, 2. *Bernardo de Foix, Gastonis Phœbi III. Com. de Faix & Vicecom. Bearn. fil. natur. a R. Henrico II. creato Comiti de Medinaceli.* 1368.
— Eleonora de la Cerda, Dom. de Deza & Encilo.
— Maria de la Cerda, Dom. de Gibraleon, ux. *Pet. Nunnez de Guzman Dom. de Brizuela & Manzanedo*, † 1354.
— Alphonsus Fernandez de la Cerda, post Petri Regis mortem Ferdinando R. Portug. serviit, qui varia ei oppida donavit. *Ludovica de Meneses.*

5. (2.) Gasto de la Cerda, II. COMES de MEDINACELI & Portus S. Mariæ. *Mencia de Mendoza, Petri Gonsalez de Mendoza, Dom. de Hita & Butrago f.*
— Joannes Alphonsus de la Cerda, Dn. de Punhete & Sardoal in Portugal, & de Villoria in Castell.

6. Ludovicus I. de la Cerda, III. Comes de Medinaceli. *Joanna Sarmiento, Didaci Perez de Sarmiento, supr. Capitanei in Gallæcia fil.*
— Ludovicus de la Cerda, II. Dn. de Villoria, An. 1412. Capitaneus sub Ferdin. I. R. Arag.

7. GASTO de la Cerda, IV. Com. de Med. Celi *Vid. Tab. seq.* II.
— Joannes de la Cerda Dn. Turris quadratæ, contraxit matrimonium cum *Violanta de Zuniga*, quod consummatum non fuit, sed ex *rustica puella* districtus Turris quadratæ nothos suscepit.
— Maria de la Cerda, ux. *Jo. Alphonsi de Guzman, III Com. Niebla, I. Duc. Med. Sidon.* 1434.

8. Antonius de la Cerda, Dn. Turris quadratæ, legitimatus per Ferdin. Cathol. R. Hisp. Dominium suum permutavit cum Comite de Cifuentes. *Agnes Gomez de Ciudadreal, Alvari Gomez Secretarii regii Dom. de Pioz el Pozo, Alancon, los yelamos & Olmillos filia.*
— Petrus.
— Joannes.

9. Franciscus de la Cerda. Ux. *Anna del Marmol & Tovar.*

10. Antonius de la Cerda. Ux. 1. *Marina de Pisa.* 2. *Catharina de Ayala.*
— Isabella. Agnes. *obiere innuptæ.*
— Joanna.

11. (1.) Franciscus de la Cerda. — Hieronymus. — Joannes. — Andreas. *Obiere omnes sine liberis.*
— Anna de la Cerda. Ux. *Petri de Peralta.*
— Agnes.
— Eleonora.

12. Franciscus de la Cerda, Eq. S. Jac. Ux. *Lucia de Brizuela & Arteaga.*

13. Mariana de la Cerda, Ux. *Antonii Josephi Benedicti de Riano & Gamboa, III. Com. de Villariezo, Senatoris Urbani Burgensis.*

DOMINI DE LARA ET VILLORIA.

Uxor, *Blanca*, *Ludovici IX. Regis Franciæ filia*, *ducta* 1268. † 1320. 1.

Ferdinandus de la Cerda. Uxor, *Joanna Nunnez de Lara, dicta Columbina, sive la Palomilla, Joannis Nunnez de Lara, & Theresiæ Alvarez de Azagra fil. Henrici Infantis vidua*, † *1350. festo Trinit.* 2.

Blanca de Lara & Cerda, ux. 2. *Joannis Manuel Pr. Villenæ* 1327. † circa 1350.	Maria, nup. 1. *Carolo d'Evreux, Com. d'Estampes*, 2. *Carolo II. Com. Alenzon.* 1336. † 19. Nov. 1369.	Joannes Nunnez de Lara, Dn. Laræ & Biscajæ, Vexillifer supr. Castella & summus Præfectus domus regiæ Alphonsi XI, † Burgis 28. Nov. 1350. *Maria Dom. Biscajæ, Joannes Coclitis Dom. Biscajæ & Isabella de Portugal f.* † *circa 1350.*	Magarita, *monialis Ordin. Prædicat. in monast Caleruega*, † *circa* 1373.	3.

Ludovicus de España, Com. Claromontii, Pr. Insf. Fortunat. à Clem. VI. Pont. Rom. cr. Avenione 1344. Admir. Franc. 1341. *occ. in pr. Cressiac. contra Anglos 1346.*	Carolus de Hispan. Comestabilis Franciæ & Comes Engolism. occ. à Carolo II. R. Nav. in arce Aigle in Normand. 6. Jan. 1354. *Margarita, Caroli de Chatillon & Blois Duc. Britan. f.*	Isabella de la Cerda, nup. *Roderico Alvarez de Asturias Dom. de Gijon & Norogna.*	Lupus Nunnez de Lara, † inf.	Petrus Nunnez de Lara, Com. Majorgæ, Dn. de Castroverde, *nothus*, ex *Majore Legnizamon* † circa 1384. *Beatrix de Castro. ux.*	Nunius Dn. Biscaiæ & Laræ nat. 1348. † 20. Dec. 1351.	Joanna de Lara, ux. *Telli filii Alphonsi* XI. occ. à Petro Crud. R. 1359.	Isabella de Lara, ux. *Joannis, filii Alphonsi IV. R. Arag.* 1354. † 1359.	Didacus Nunnez de Lara, *nothus.*	4.

Uxor, *Maria Alvarez de Albornoz Dom. de Villoria.*

Theobaldus de Hispania, *nothus* ex *Cæcilia de Levy* genitus, Dn. de Mombrun, legitim. à Carolo VI. R. Fr. 1384. conatus est succedere patri in Comitatu Engolism, sed frustrà, obtinuisse tamen creditur dominium de *Lunel*, quod posteri ejus cum tit. de Hispania conservarunt. 5.

Ux. *Isabella de Roxas, Didaci Gomez de Sandoval, I. C. de Castro & Denia f.* 6.

Ludovicus II. de la Cerda, III Dn. de Villoria, Valtabladò, Escalona, Castrillo, Ventosilla, Alcaid. major Tolet. Consiliar. R. Joannis II. † 1469. *Francisca de Castagneda*, Joannis Rodriquez de Castagneda, Regi hom. fil. 7.

Maria. Mencia.

Joanna de la Cerda & Castagneda, IV. Dom. de Villoria, hæres unica, nup. *Didaco de Zuniga, Alvari primi Ducis de Arevalo* filio. 8.

Eleonora, nup. *Petro Aria de Avila.* Isabella, nup. *Francisco Zapata de Alarcon.* 9.

Joannes de la Cerda, *Canonicus Ecclesiæ Toletanæ, fundator majoratus.* Franciscus de la Cerda. *Hieronyma de la Zarate, Ferdinandi*, f. 10.

Maria. Mariana. Anna de la Cerda, † *inf.* Antonius de la Cerda, Dn. de Alanzon, Pioz, el Pozo & Yelamos, quæ dominia, ipsi, ut legitimo postero Alvari Gomez, fuerunt adjudicata in Consilio regio Madriti 1619. Ux. *Major de Obregon & Lasarte*, Guadalajaræ ducta, † 8. Aug. 1610. 11.

Joannes. Ludovicus. Mariana. Joanna. 12.

TABU

DUCES DE MEDINACELI MARCHIONES DE COGOL

7. GASTO DE LA CERDA, Ludovici I. de la Cerda, III Com. de MedinaCeli F. IV COMES de MEDINACELI, Capitaneus Generalis finium Castellæ. † anno ætatis 40.

8. Ludovicus II. de la Cerda, V Comes & I Dux Medinæceli, cr. 1491. † 25. Nov. 1501. Ux. 1. *Catharina Laso de Mendoza, Petri Laso de Mend. f. ob consanguinitatem dimissa nupsit Petro de Castilla, 2. Anna de Navarra & Aragon. Caroli Pr. Vianæ & Mariæ de Almendariz f. 3. Catharina Vique de Orejon, ex Portu S. Mariæ oriunda.*

9.	(2.) Eleonora de la Cerda & Navarra, ux. prima *Roderici de Mendoza I. March. de Cenete.*	(3.) Joannes de la Cerda II. Dux Med. Celi † 20. Jan. 1544. ux. 1. *Mencia vel Joanna Manuel, Alphonsi de Portugal C. de Faro f. 2. Maria de Silva, Joannis III. Co. de Cifuentes f. 1512. † 16. Aug. 1544.*	Joanna, *notha, ux. Alphonsi de Mendoza filii Com. de Monteagud.*	Alphons. de la Cerda, *nothus, Catharina Gomez de Ciudadreal.*

10.	1. Ludovicus, I. Marchio de Cogolludo cr. 1535. † improl. *Anna de Mendoza, Didaci Hurtado de M. III. Duc. Infantad. f.*	Gasto, III. Dux Med. Celi, anteà *monach. Ord. S. Hieron. & Eq. Ord. S. Joan.* † sine prole.	2. Joannes IV. Dux Med. Celi, Prorex Sicil. & Navar. Consil. Status Gubern. Belgii *Joanna Manuel, Sanctii de Norogna & Portug. Com. de Faro f.*	Catharina, nup. *Laurentio Suarez de Mendoza IV. Com. de Corunna.*	Aloisia, ux. 2. *Antonii Aria de Saavedra Pardo Dom. de Alagon, qui* † 1561.

11.	Joannes, V. Dux Med. Celi, M de Cogolludo. Eq. Aur. Vell. ux. 1. *Isabella de Aragon. Antonii II. Duc. Montalt. f. 2. Joanna de la Cueva & Lama March. Ladradæ, Gabrielis de Cueva, V. Duc. de Albuquerq.* vid.	Maria de la Cerda, *nup. Antonio de Aragon. & Cardona, IV. Duci de Montalto in Sic.*	Angela de la Cerda, *ux. 2. Petri de Luna & Peralta I. Duc. de Bibona, qui ob. 1575.*	Blanca de la Cerda, *nup. Ferdinando de Silva, VI. Com. de Cifuentes.*	Catharina de la Cerda, *ux. Francisci Gomez de Sandoval, I. Duc. de Lerma.*	Sanctius, al. Ferdinandus, de la Cerda Marchio Lagunæ cr. 16. Feb. 1599. ux. 1. *Agnes de Zuniga Dom. de Villoria, 2. Maria de Villena.*	Gasto de la Cerda.

12.	1. Joannes Ludovicus VI. Dux Med. Celi &c. Eq. A. V. † 24. Nov. 1607. 1. *Anna de la Cueva, Gabrielis V. Duc. Albuq. f. 2. Antonia de Toledo & Avila Gomesii II. March. de Velada f.*	Antonia, *ux. Bernardini Manrique M. de Aguilar.*	2. GUNDISALVUS de la Lama & Cerda, *vid. Tab. seq. III.*	Maria, *ux. Hurtadi de Mendoza M. de Cagnete,* † 7. Maji 1606.	Anonyma, *nupt. Alphonso de Alvarado II. Com. de Villamor.*	Isabella, *ux. Antonii de la Cerda Gomez de Ciudadreal Dom. de Pioz.*	Hieronyma Thomasa. *moniales in monast. S. Jacobi Madrit.*	Maria Theresia.

13.	1. Joanna de la Cerda, *nup. Antonio de Aragonia & Moncada, VI. Duci Montaltii.*	2. Antonius Joannes Ludovicus de la Cerda VII. Dux Med. Celi, M. de Cogolludo, Capit. Gener. Oceani maris, Consil. Status reg. & Dux Alcalæ per ux. *Annam Mariam Aloisiam Enriquez de Ribera Portocarrero, V. Duc. Alcalæ,* † ille 7. Mart. 1671.

14. Joannes Franciscus Thomas Laurentius de la Cerda Enriquez de Ribera & Portocarrero, VIII. Dux de MedinaCeli & Alcala, March. de Cogolludo, Alcala & Tarifa, Comes Portus S. Mariæ & de los Molares, Comestab. Aragon. Adelantus supr. Castellæ, Notarius supr. Andalus. & Algazilius major Hispalis, Eq. Aur. Vell. Præses Indiarum, Nobilis Cameræ reg. & Archipincerna (Sumiller de Corps) M. Stabuli Præf. Consiliar. Status & belli, & tandem primus Minister (el Privado) Caroli II. Regis, † 20. Febr. 1691. *Catharina Antonia de Aragon. Sandoval, Corduba & Cardona, Manrique de Padilla & Acunna, VIII. Duc. Segorbiæ & Cardonæ, Com. de S. Gadea, Buendia, Ampurias & Prades, March. de Comaras & Pallars*, Ludovici Ramon Folch de Arag. VI. Duc. Segorb. & Cardon. f. † m. Febr. 1697.

15.	Ludovicus Franciscus de la Cerda, Aragon. & Enriquez de Rib. IX. Dux Med. Celi, Prorex Neapol. 1699. jam Præses Indiarum ὕπατ *Maria de las Nieves Giron e Sandoval, Casparis Tellez Giron, V. Duc. Ossunæ fil.*	Felicia Maria de la Cerda & *Arag. nup. Ludovico Francisco Mauritio Fernandez de Cordoua & Figueroæ, VII. March. de Priego, D. de Feria,* 1675. qui obiit 1690.	Antonia, *ux. Melchioris de Guzman Davila & Osorio, M. de Villamanrique filio* 1676. † 15. Aug. 1679.	Anna Catharina, *ux. 2. Petri Anton. de Aragonia, Clavigeri Ordinis Alcant. hocq. an. 1690. mortuo nup. 2. Jo. Thomæ Enriquez de Cabr. XI. Admir. Cast.* 1697.	Joanna, *nup. Francisco Fernandez de la Cueva, X. Duci de Albuquerque* 6. Feb. 1684.	Theresia, ux. *Didaci de Benavides & Aragon,* M. de Solera 1682. † 24. Apr. 1685.

LUDO, LAGUNA, ET ROSA. 7.

Uxor. *Eleonora de la Vega & Mendoza, Eneci Lupi de Mendoza, primi March. de Santillana filia, cum qua oppidum Cogolludo accepit.*

8. Joanna de la Cerda, *nup. Alvaro de Mendoza. primo Com. de Castrogeriz.*

Enecus, al. Joannes de la Cerda, Dn. de Miedes & Mandayona, per ux. *Briandam de Castro, Garsiæ de Castro fil. Petri de Mendoza, Dom. de Almazan vid.*

9. Isabella, *nothа, ux. Petri Zapatæ de Ayala.*

Petrus de la Cerda, Eq. S. Jac. *Maria de Zuniga & Rainoso.*

Junicus vel Ludovicus, † *sine lib.*

Anna, *nup. Didaco Hurtado de Mendoza, I. Com. de Melito.*

Ludovicus de la Cerda, II. Dn. de Mandayona. *Francisca, Innici Lopez de Mendoza, II. Duc. Infantad. f.*

10. Ferdinandus de la Cerda, Eq & Commend. Ord. Alcant. † 3. Oct. 1579. *Anna de Bernemicourt Caroli Dom. de Lathieuloye in Belgio fil.* 1562.

Petrus de la Cerda, vixit Guadalaxaræ ἄγαμος. — Martina, *notha, monial.*

Ludovicus de la Cerd. *Francisca de Torres, Joannis Dom de Roitortello. f.* ☉

Martina, *ux. Alphonsi de Granada.* ☾

Francisca, *ux. N. Dom. de Luxan.*

Ludovicus de la C. *Maria Osorio.* ἄπαις.

Brianda de la C. *nup. Didaco Gomez Sarmiento de Villandrando, III. Com. de Salinas & Ribadeo.*

11. Maria Magdalena de la C. *ux. Alphonsi Tellez Giron.*

Anna, *nup.* 1 *Henrico Mendoza,* 2 *Garsia, Hurt. Mend. M de Cagnete,* 3. *Antonio de Leyva, M de Atela.*

Catharina *nup.* 1. *Antonio de Luna C. de Fuentiduegna,* 2. *Francisco de Villacis.*

Ludovicus, *nothus, Societ. Jesu,*

Ferdinandus de la Cerda, *nothus*, Eq. & Commend. S. Jac. Major domus R. Marianæ Austriacæ, † 10. Jul. 1665. 1. *Catharina de Ocariz.* 2. *Angela de Tieio & Monroy II. March. Rosa, Francisci I. March. de la Rosa* f.

Agnes, *ux. Joannis de Torres, sobrini sui.*

Alphonsus de la Cerda & Granata, successor Petri Cerda, avunculi sui. *Eleonora de Villar.*

Catharina de Granada.

12. (1.) Franciscus de la Cerda, Commendat. Oreiæ & Vexilli f. Supr. Ord. S. Jac. *Joanna de Ribadeneira X. Dom. de Caudilla, Alvari de Zuniga f. Joannis Hurtadi de Mendoza vid.*

(2.) Ferdinandus de la Cerda & Trejo, nat. 1641. IV. MARCH. de la ROSA, *Commendat. de las casas de Corduba in Ord. Alcant. Joanna Dentice & Casteli, Vincentii Duc. de Peraino in Sicil f.*

Angela Maria del S. Sacramento, *monial. in monaster. reg Discalceat. Madr.*

Petrus de la C. *Collegii major. Archiepiscop. socius.*

Ludovicus de la C. *Eq. Calatr.*

Josephus de la C. *Colleg. major, Archiep. socius.*

Petrus de la Cerda. *Hieronyma Maria de Lignan.*

Martina de la C.

13. Ferdinandus Vincentius de la Cerda & Trejo, Eques Ord. S. Jac. natus Madriti 27. Jan. 1680.

14. Antonia de la Cerda, *nup. Casparı de Haro, Duci de Carpio. March. de Liche,* † 16. *Jan. 1670.*

Anna Catharina de la Cerda, *ux. Joan. Thomæ Enriquez de Cabrera, XI. Admiralis Castellæ, VII. Duc. de Medina de Rioseco,* † m. Mart. 1697.

Thomas de la Cerda, III. Marchio de Laguna, Capit. Gener. Maris Oceani, Consiliar. Indicus, Prorex Mexic. & Supr. Major Domus Reginæ Marianæ Palatinæ, Magnas Hisp. cr. 22. Jun. 1689. Perpetuus m. Apr. 1692. † d. 22. Apr. ejusd. anni. *Maria Aloisia Manrique de Lara & Gonzaga XI. Com. de Paredes, Vespasiani Gonzagæ ex Duc. Guastalæ & Maria Agnetis Manrique de Lara X. Com. de Paredes f. Cameraria major reginæ Marianæ Palatinæ 1694.*

15. Laurentia, *ux. Philippi Alexandri Columnæ Duc. de Tagliatotto, Comestab. Neap.* 1681. † 10. Aug. 1697.

Isabella, *nup. Philippo Antonio Spinolæ Duci del Sesto 1682.*

Maria & Josepha, *ob infantes.*

Maria Nicolesa, *nup. Didaco Velez de Guevara, Com. d'Ognate.*

Franciscus Paulus de la Cerda n. 1675. † 1681.

Emanuel Manrique de la Cerda. & Gonzaga, n. 2. Aug. 1678. † *sesquiennis.*

Maria Francisca Manrique, n. 22. Dec. 1676. † *triennis.*

Josephus Manrique de la Cerda & Gonzaga, IV. Marchio de la Laguna, nat. 5. Jul. 1683.

TABULA III.

MARCHIONIS DE LADRADA, COM. DE BAGNOS.

12. GUNDISALVUS de la LAMA & CERDA, Johannis de la Cerda, V. Ducis de Medina Celi ex Joanna de la Cueva & Lama March. Ladradæ F. IV, MARCHIO de LADRADA.
Catharina de Leyva & Gamboa, Petri de Leyva, Capitanei generalis triremium Sicularum, & Eleonoræ de Gamboa filia ac exasse hæres.

13. Joannes de la Cerda, Leyva, Cueva & Arteaga, V. March. de Ladrada, XIIIvir Ord. S. Jac. Nobilis Cameræ Regius & Mexici Prorex, tandemq; Carmelita 1676.
Mariana Isabella de Leyva, II. Com. de Bagnos, Marchionissa de Leyva, Sanctii de Leyva, I. Com. de Bagnos, ex Antonio Leyva, majore Petri supra dicti fratre nati, filia.

Petrus de la Cerda Leyva & Arteaga.

Sanctius de la Cerda, Leyva, Cueva, & Arteaga.

Catharina de la Cerda & Leyva.

14. Petrus de Leyva & de la Cerda, III. Comes de Bagnos, VI. Marchio de Ladrada, XIIIvir Ord. S. Jacobi, Nobilis Cameræ regius, & primus Stabuli Præfectus atque an. 1692. d. 6. Novemb. à Carolo II. creatus Magnas Castellæ.
Ux. 1. *Maria de Alencastro, Alphonsi de Alencastro, M. de Portoseguro, & I. Ducis d' Abrantes f.* 1654. 2. *Joanna de Silva & Mendoza, Friderici de Silva Portugal & Mendoza, V. March. de Almenara, fil. Francisci Lopez de Ayala Velasco, VIII. Com. de Fuensalida vid. 1682.*

Ursula de la Cerda & Leyva, uxor prima *Christophori V. Portocarrero de Guzman Enriquez & Luna, Com. IV. de Montijo, VIII. March. de Algava.*


15. 1. Theresia de Leyva. Dama Reginæ Marianæ Palatinæ, nup. Madriti d. 29. Mart. 1693.
Emanueli de Moncada fratri VI. Marchionis de Aitona.

XX. CHI-



XX.

CHISIÆ FAMILIÆ GENEALOGIA.





Uercus, quæ ſcuti ſuperius delineati primum & quartum laterculum implet, *Roboream* familiam deſignat, è qua originem traxit Julius II. Papa, Chiſiorum, ſicut in Exegeſi legere eſt, benefactor; mons autem, ſuper quam ſtella fulget, *Chiſiæ* gentis teſſeram exhibet gentilitiam.

1. RANIERIUS, Rolandi F. vixit

2. Ardengus COMES Ardingesciæ, 1 72.

3. Uguccio Comes *Ardingesciæ*, 1110. | Reginerius.

4. Bernardus, cogn. *Malpollone*, Comes *Orgiæ* 1156 - 1167. | Opizzinus, Comes *Orgiæ*.

5. Tancredus Comes de *Fornoli*, 1202. | Scolarus Comes de *Fornoli*, 1213. | Bernardinus, 1202.

6. Ardengus Comes de *Fornoli*. | Ranuccius de *Macereto*, 1209.

7. Anselmus 1218. Uxor, *Ciuntiera*. | Aricus de *Macereto*. | Terius de *Macereto*, 1248. | Tancredus. | Chisius.

8. CHISIUS de *Macereto*, 1294 - 1320. | Mina. | Ranierius. | Bernardinus dictus *Puccius*. | Assasia, ux. *Sassi de Monte Orgiale*. | Johannes.

9. Laurentius Chigi, 1352. *Alexia Fai*. | Bernardus, *Abbas ad S. Salvator*. | B. Johannes, *Eremita Augustinianus Congreg. Leccet*. 1300 - 1363. | Margarita, ux. *Michaelis Berti*.

10. Hannibal Chigi. *Francisca Berti*. | Antonius Chigi. ☾ | Petrus Chigi. ☉

11. Augustinus Chigi. *Johanna Guidarella*. | Bartholomæa nup. *Bartholomæo Cecchi*. | Agnes. uxor *Nicolai Agnoli*. | Alexia | Laurentius Chigi. 1. *Johanna Dinia*. 2. *Lucia Borgesia*. 3. *Angela Manella*.

12. MARIANUS CHIGI, *vid. Tab. II.* | Benedictus Chigi. *Catharina Turamina*. | Matthæus Chigi. | Francisca, ux. *Nicolai Toretti*. | Chisius. | Agnes, ux. *Francisci Vieri*. | Galganus Chigi. | Antonius Chigi. *Margarita* N.

13. Christophorus Chigi. *Sophonisba Marsilia*. | Nicolaus Chigi. | Feliciana, nup. *Thomæ Venturio*.

14. Scipio Chigi. *Leonora Bellantia*. | Lælius Chigi. | Frat. Camillus Chigi, *Commendator Fani*. | Julius Chigi.

15. Camillus Chigi. *Laura Mignanella*. | Fr. Christophorus Chigi, *Commendator Fani*. | Sephonisba, nup. *Bandino Tolomeo*.

16. Jacobus Chigi. *Acritia Ninia*. | Lælius Chigi. | Fr. Horatius Chigi, *Eq. Melit. Commendat. Fanens.* | Hieronyma, ux. *Pomponii Orlandini*.

17. Franciscus Chigi. *Virginia Guglielma*. | Christophorus Chigi. | Camillus Chigi. *Portia Geria Pannelina*. | Catharina, ux. *Caroli Piccolomini Mandolidæ*. | Fr. Carolus *Eq. Melit. Commendat. Fanens.* | Faustina, ux. *Armenii Petrucci*.

18. Jacobus Chigi. *Victoria Augustina*. | Faustina, ux. *Galgani Sozzini*. | Acrisia, ux. *Marii Cerretani*. | Catharina, *monialis*. | Sophonisba. | Quintilia. | Hieronyma.

LA I.

An. 1049. & circiter. 1.

Coneſtagius. Bernardinus. 2.

Ranuccius Comes *Ardingeſc.* Adelaſia uxor *Rugieri, Bernardi F.* 3.

Ugolinus Comes *Orgiæ.* Aldobrandinus Comes *Orgiæ.* Guido Comes *Orgiæ.* 4.

Orgeſius de *Orgia*, 1202. Aldobrandinus Comes de *Fornoli*, 1213. 5.

Maſtinellus de *Macereto*, 1228. Ranierius Comes de *Fornoli*, 1228. 6.

Flordollanus Comes *Orgiæ*, 1229. Montanellus, 1248. Ranierius. Pepo, 1254. 7.

Auguſtinus. Thomas, dictus *Longus.* Nellus. 8.

Ambroſia, nup. *Joann. Chriſtophoro Marſilio.* Auguſtinus. Petrus. *Attilia Cinuzzia.* Michael. *Bartholomæa Nicoluccia.* 9.

B. Angela, nup. 1. *Minuccio de Gheri*, 1350. 2. *Bindo Caſini*, 1375. 3. *Cennino Vanucci.* 1376. 4. *Ghiro Solazzi*, 1386. & denique *Sanctimonialis.* 10.

Chiſius Chigi, *monachus Olivitanus*, 1442. Matthæus Chigi. Laurentius Chigi. Margarita, ux. *Johannis Bruni.* Paulus. 11.

Franciſcus Chigi. Lucas Chigi. Marianus Chigi. Jo. Maria Chigi. Antonius Chigi. Jacobus. Chiſius. Auguſtinus Chigi *Caſtellanus Arcidoſſi.* 12.

Bartholomæa, uxor *Petri Binducci.* 13.

Fauſta, nup. *Paridi Bolgarino.* 14.

Lælius Chigi. Olimpia, ux. *Hieronymi Petrucci.* 15.

Fauſtina, nup. *Joh. Baptiſtæ Guglielmo.* Scipio Chigi. *Flaminia Piccolomini, Bartholomai ex Carolidis f.* 16.

Laurentius Chigi. 1. *Hieronyma Orlandina.* 2. *Portia Borgeſia.* Johannes Chigi. *Livia Piccolomini, Franciſci Dom. Madanellæ f.* Bartholomæus, dictus poſteà D. *Valerianus, Abbas Olivitanus.* Dianora, ux. *Hieronymi Tancredi.* 17.

Scipio Chigi. Johannes Chigi. Camillus Chigi. Horatius Chigi. Flaminia, *monialis* dicta *Maria Gertrudis.* Catharina. Laura. 18.

12. MARIANUS CHIGI, Augustini F.

13.	Sigismundus Chigi. *Sulpitia Petruccia, Pandulphi Dom. Senarum f.*	Margarita, ux. *Johannis Cinugi*	Alexandra, nup. *Galeatio Saracino.*	Hieronyma, nup. 1. *Antonio Borgesio*, 2. *Petro Piccolomineo.*

14.	Marius Chigi. 1. *Claudia Columna*, 2. *Hortensia Ginuccia*, 3. *Agnes Bulgarina.*	Pandulphus Chigi.	Alphonsus.	Sigismundus. *Laura Sergarda.*	Cassandra, nup. *Fabio Placido.*	Virginia, ux. 1. *Julii Altdosii*, 2. *Alexandri Bulgarini.*	Hortensia, nup. *Sinulpho Ottierio.*	Augustus Chigi. 1. *Leonora Piccolominea Hieronymi ex Mandolid. f.* 2. *Olympia Bulgarina.*

15.	Flavius Chigi. *Laura Marsilia, Alexandri f. Antonii Mignanelli vidua.*	Fortunius.	Hortensia, nup. *Flaminio Brandino.*	Camilla, ux. *Æmylii Piccolominei de Rusticin.*	Fabius.	Leonora, ux. *Alphonsi de Testa.*	Sigismundus.	Angelus.	Sulpitius, dictus *Octavius.*	Augustinus Chigi *Olympia Piccolominea Æmylii ex Carolis f.*	Virginia ux. *Hieronymi Bandinelli.*

16.	Augustus Chigi † Senis 1651. 1. *Olympia de Ciaja dicta Chisia*, 2. *Francisca Piccolominea, Bernardini ex Dom. Triana f.*	Marius Chigi, nat. 1594. Rom. Ecclesiæ Polemarchus, † 16. Nov. 1667. *Berenice de Aciaria (Ciaja)* 1626. † 23. Nov. 1667.	Fabius Chigi, nat. 13. Febr. 1599. R. E. *Presb. Cardinalis*, cr. 1652. PONTIFEX MAX. cr. 1655. dictus ALEXANDER VII. † 22. Maji 1667.	Sigismundus.	Catharina, *monialis* dicta *Soror Martha.*	Agnes, *monial.* d. *Sor. Maria Agnes.*	Ersilia, *monial.* d. *Sor. Lutegardis.*	Hortensia, *monial.* d. *Sor. Alexandra.*	Flavia, *monialis.*

17.	1. Augustinus Chigi PRINCEPS de Farnese, nat. 1630. *Maria Virginia Burgesia, Pauli Pr. Rossani f.* 25. Apr. 1659.	Virginia nup. *Johanni Bapt. Piccolomineo Dom. Modanella.*	Olympia ux. *Julii Gori Pannelini.*	Laura 2. *monial.* dicta *Soror Maria Palcheria.*	Sigismundus Chigi, nat. 1648. *Diaconus Cardinalis* cr. 1667. † 30. Apr. 1678.	Flavius Chigi, nat. 1631. *Presbyter Cardinalis* cr. 1657. *Archipresbyter S. Joh. in Later. Episc. Portuens. & Subdecanus S. Collegii* 1689. † 13. Sept. 1693.

18.	Augustus Chigi Princeps de Riccia, nat. 1662.	Marius Chigi.	Sigismundus. †	Constantia, nup. *Æmilio Altieri Duci de Monterano* 1697.	Laura.	Sulpitia.	Angela.	Olympia.	Agnes.	Rosa.	Leonora.	Berenice.	Anna.
					m	o	n	i	a	l	e	s.	

Uxor, *Margarita Balda.* 12.

Franciscus Chigi. *Baptista Gattescia.* ☾	Laurentius Chigi.	Everasia. ux. *Andreæ Bellanti.*	Augustinus Chigi Dn. de *Portercole.* 1. *Margarita Saracina,* 2. *Francisca Ordeascia.*	Angelus.	13.

Alexander Chigi. *Laura Marescotta.* ⊙	Ludovicus Chigi. *Francisca Spiriti.*	Belardinus Chigi. *Capitan. Laura Plana.* ☾	Laura, ux. *Bartholomæi Staffæ Capitanei.*	Margarita, nupt. 1. *Camillo Columnæ,* 2. *Sarræ Columnæ,* 3. *Jo. Andreæ Carafæ.*	Camilla, nup. *Juliano Salviato.*	Laurentius Chigi. *Laura Capizucca.* △	Augustinus.	14.

Aurelius.	Eleonora, nup. *Henrico de Ciaja.*	Hieronymus, *Eques Melit.*	Curtius Chigi. *Aglaura Petruccia.*	Penelope, nup. *Johan. Baptistæ Placido.*	Sulpitia ux. *Flaminii Piccolominæi de Triana.*	Franciscus Chigi. *Lucretia Poggia.*	Hippolyta, ux. *Ursini Sprechi.*	Ovidia, nup. *Dominico Bonello.*	Artemisia, ux. *Adriani Fani.*	Augustinus Chigi. *Hortensia Gabrielia.*	15.

Æmylia, ux. *Valerii Beltramini.*	Franciscus Chigi. *Laura Nerucia.*	Alexander.	Ludovicus Chigi. *Pacifica Feliciana.*	Laura, ux. *Petri Francisci Bussi.*	Poggius.	Laurentius Chigi. *Dianora Montoria.*	Victoria, nup. *Paulo Gualtierio.*	Clarice, nup. *Lelio Camajano, Equiti.*	16.

Agnes, uxor *Ansani Zondodari.*	Aglaura, *monialis,* dicta *Soror Faustina.*	Hieronyma, nup. *Carolo Mariæ Lancio.*	Laurentius Chigi. *Laura Lancellotta.*	Franciscus.	17.

Bonaventura Zondodari Marchio de S. Quirico. Cæcilia Astalla 1679.	*Marcus Antonius Zondodari, Eques & Commendat. Melit.*	*Antonius Felix Zondodari, Vicelegatus Bonon.*	*Alexander Zondodari, Abbas.*

Magdalena. Alexandra. moniales.	Ludovicus Chigi.	Joannes.	Portia.	Hortensia.	Lucretia.	Franciscus.	Bernardinus.	18.



EXEGESIS HISTORICA.



HISIÆ familiæ originem & decora *August. Oldoinus*, Operis Ciacconiani de Pontif. & Cardinal. continuator, solito prolixius descripsit, cujus verba, cum liber paucorum teratur manibus, non pigrabimur referre: *Chisiorum familia Maceretum oppidum ditionis Senensis à quatuor abhinc seculis possedit. Nunc præter ruinas, & balnea salutifera nihil de eo reliqui fecit vetustas. Recenset inter suos plures claros viros; videlicet* Ranuccium, *qui anno 1200. &* Anselmum, *qui anno 1248. Making Maceretі Domini floruerunt.* Anselmus *enim unus ex quinquaginta Nobilibus Senensibus, electus est, ad assistendum Federico Cæsari in bello Parmensi.* Chisius *Anselmi filius, à quo posteri* Chisii *dicti, non modò parentis Dynastiam, hæreditario jure sibi obvenientem, sed virtutes quoque adiit, & clarus suo ævo floruit in patria.* Marianus *Reipublicæ Senensis Orator primùm ad Carolum VIII. Gallicum Regem, deinde ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem electus, ejusdem Caroli jussu Rempublicam in integrum restituit.* Scipio *ejusdem Reipublicæ Orator, Henricum secundum, tum Marignani Marchionem, & Cosmum Florentiæ Ducem adiit. Senas deinde ab exercitu Cæsareo obsidione cinctas militiæ princeps defendit.* Sigismundus *Patrimonii Petri Thesaurarius*, Augustinus junior, *Xenodochii Senensis Rector, Catharinæ Ducis Mantuæ, ac Principum Mediceorum Matthiæ, & Leopoldi summus Præfectus, ac Consiliorum primus. Eandem familiam supra modum illustravit* B. Joannes Chisius *religiosi Ordinis Eremitarum S. Augustini clarum sidus. Floruit etiam pernobilis hæc gens propinquitatibus multis magnisque; affinitate enim maxima familias plures in Italia claras arctè complectitur; nonnullas tantùm indicabo.* Sigismundus & Franciscus *Chisii germani fratres, Sulpitiam Pandolfi Petruccii Senensis Dynastæ filiam primus, alter Baptistam, unicum germen nobilis familiæ de Gatta Viterbii, proximique agri Dominæ, in uxores duxerunt.* Marius *Sigismundi filius Claudiam Columnam in matrimonio habuit. Virginiam autem sororem suam Julio Alidosio Fori-Cornelii Principi locavit.* Augustinus senior *Urbi, ac Orbi universo clarus Margaritam filiam Siarræ Columnæ in primis nuptiis, & in secundis Julio Carafæ tradidit.* Camillam *alteram filiam Juliano Salviato, Cosimo Florentiæ Duci arcta propinquitate conjuncto, in nuptias dedit.* Laurentius *ejusdem Augustini filius, Margaritæ & Camillæ frater Lauram Capisucchiam nobilem Romanam duxit.* Augustinus *senioris nepos, Laurentii ac Lauræ filius Hortensiam ex Dominis Eugubii splendidis natalibus ortam sibi junxit. Ædificia in variis Italiæ urbibus extructa ab hujusce familiæ viris, eandem illustrarunt.* Franciscus *Palatium Viterbii*, Scipio *Vici villam*, Augustinus & Sigismundus *Senense Palatium, quod benè inhabitarunt Paulus III. & Julius III.* Augustinus *Romanum, aliudque in Portu Herculis Etruriæ ad Chisiæ familiæ ditionem olim spectante.* Christophorus *Fanense, Aramque maximam Ecclesiæ Eremitarum S. Augustini Senis extruxit.* Sigismundus *in eodem Templo Altare erexit, Petri Perusini tabula, & marmoreis ornamentis illustre.* Angela B. *Joannis neptis opulentum patrimonium Eremitanis Senensibus S. Augustini jam marito vidua, cum se divino famulatui devoveret, concessit.* Aurelius *Cœnobium Refugii pro sacris virginibus construxit, annuisque redditibus ditavit, ejusdemque Cœnobii Templum ornavit.* Augustini *Sacella in S. Mariæ de Populo, & S. Mariæ de Pace Templis*

plis à fundamentis excitata satis superque in urbe conspicua sunt. Julius II. Romanus Pontifex cum è sacro fonte Camillum *Chisium suscepisset, puero vix nato Fanensem S. Joannis Hierosolymitani Commendam dono dedit, & Chisiæ familiæ insignia propria* quercu *ditavit.* (a)

Antiquitatem, illa, quàm *Oldoinus* innuit, majorem originemque splendidiorem ostentat genealogia, Senis ad nos allata & superioribus tabulis exhibita: ea enim Chisiorum stirpem inde ab undecimo repetit seculo, & Comites *Ardengesciæ*, *Orgiæ & Fornoli* enumerat, quibus duodecimo inprimis effloruit. Romæ sub Julii II. Pontificatu primitus videntur inclaruisse Chisii, cùm ille AUGUSTINUM Chisium sacro præfecisset ærario, cujus officii partes ita iste fertur explevisse, ut pecunia nec Pontifici ad bella, quæ gessit, quæque immensos requirebant sumptus, nec sibi ad luxuriam defuerit; de hac *Bælius* ex Hadr. Junii animadversionibus *in Dictionario Histor. & Critico* sequentia retulit: *Privatum hominem ad prodigiosi luxus enormem licitationem non macelli unius, sed peregrini quoque orbis conturbatricem aspirasse quis non merito maximo demiretur? Is fuit* Augustinus quidam Chiesius, *Romanus Trapezites, qui Leoni X. Pontifici maximo totique purpurei Senatus cœtui, exterorumque Regum legatis, ob filium ab illo baptismi lavacro tinctum, splendidissima, ut ita dicam, repotia constituit, in quibus non satis fuit eduliorum omnis generis missuumque exquisitissimorum apparatui modum omnem ademisse, nisi etiam lances, pinaces, cæteraque cùm escaria vasa, tùm potus instrumenta ex argento affabrè facta omnia in Tiberis præterlabentis alveum inani luxus ostento præcipitarentur, idq; non uno modo, sed pluribus quoque vicibus, quotiescunque scenicum illud ferculorum & mensarum choragium mutandum foret. Atque ista parvo constitisse æstimandum erat, nisi & alieno ex orbe petitarum immani pretio avium, quas Psittacos nominamus, solæ linguæ variis in patinis conditæ, ultimo ferculo omnem luxus ostentationem longè superassent.*

Majorem genti suæ splendorem & solidius in urbium regina stabilimentum seculo peperit decimo septimo FABIUS Chisius, Flavii & Lauræ Marsiliæ filius: is amœno ingenio studiisque liberalibus præditus cùm Romam vigesimo & septimo ætatis suæ anno venisset, ita brevi illustratus est tempore, ut ab Urbano VIII. Papa primo anni 1629. mense *Referendarius utriusque Signaturæ* crearetur; sub ejusdem deinde auspiciis Ferrariensis Legationis vices difficillimis belli, pestis, aliarumque calamitatum publicarum temporibus cum laude obiit, eademque tempestate exercitus Pontificii Curatoris munere functus est; in insula Melitensi postea agens, *Quæsitoris* dignatione, Episcopatu Neritonensi in Salentinis auctus est. Inde *Apostolicus Nuncius* ad tractum Rheni & provincias inferioris Germaniæ ab eodem Urbano missus, atque ab ejus successore Innocentio X. Conventui Monasteriensi & Osnabruggensi, pacis sanciendæ ergo instituto, eodem honoris titulo interesse jussus campum nactus est, in quo versatile ipsius ad omnia ingenium decurreret: ad eum enim nec non Aloisium Contarenum, Venetæ reip. Oratorem, opera *mediationis*, ceu loqui amant, ferè omnis rediit, nec tamen per illum stetit, quo minus multa rationibus & utilitatibus Romanæ Ecclesiæ adversantia decernerentur. Nonnemo publico tradere sustinuit scripto, Chisium tunc nutasse in religione, atque ex frequenti cum Protestantibus conversatione propensionem ad eorum dogmata contraxisse, ita ut viro sibi cognato & æquè animo fluctuanti Comiti Pompeio mutatæ religionis auctor extiterit, & seriò secum constituerit, post finitam legationem & rationem ejus Papæ redditam, solum & sacra vertere, sed per honores, qui Romam reverso collati sunt, illam veritatis sementem, quæ nondum penitus nec in profundum radices egerat, suffocatam fuisse, quemadmodum *Bælius* in opere citato uberius retulit. Verum narratis hisce præter alia maximè refragatur aversatio à Protestantium colloquio commercioque, quam ille Monasterii præ se tulit, quamque *Vicquefortius* in eo reprehendit. (b) Pace facta Chisius Coloniam indeque munere legationis suæ expleto, Romam rediit, statim ab Innocentio Papa *Secretarius Status*, ceu vocant, atque an. 1652. d. 19. Febr. *Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ de Populo* creatus, cumque Innocentius sub anni 1655. initium ad plures abiisset, Pontifex Maximus omnibus suffragiis d. VII. Aprilis renunciatus est, ALEXANDRI VII. nomine assumpto. Gessit Pontificatum duodecim annorum spatio, insignem præcipuè

(a) Tom. IV, p. 688. & 689. (b) Vol. I. de l'Ambassadeur, p. 648.

molesta contentione, quæ ei cum Rege Galliæ orta est ex facinore, à Corsis militibus prætorianis adversus Crequium istius Legatum Romæ admisso, nec aliter, quàm submissâ displicentiæ reverentiæque testificatione, cujus Papæ nepos, ***Flavius Cardinalis Chisius***, internuncius apud Regem esset, expiando. Ornatui urbis mirè studuit, plateas vicosque multos laxavit & ad regularem formam reduxit, ædificia vetera splendidè restauravit, nova magnificentissimè exstruxit; Gymnasium, quod ***Sapientiam*** vocant, à Leone X. institutum perfecit, & bibliothecâ, omnis generis libris refertâ, instruxit. Literatos viros plurimi fecit, eorumque consuetudine quotidiè, sicut ***Oldoinus*** memoriæ prodidit, utebatur pomeridianis horis. Poesim tamen, in qua magna cum laude floruerat, quamque ne inter graviores quidem curas jam major natu unquam dimiserat, postquam ad Pontificatum pervenit, in honore quidem habuit, magnis etiam ingeniis ad eam excolendam prœmio excitatis, sed ipse non amplius attigit; ultimaq; ejus carmina fuisse idem refert viginti hexametra, quæ è Comitiis Vaticanis ad Ferdinandum Furstenbergium jocabundus scripsit elegantissimè de forma & statu comitiorum.

Initio Pontificatus sui Alexander VII. speciem præbuit abolituri malum sedis Romanæ inveteratum, quod ***Nepotismum*** vocant; prohibendo Roma consanguineos suos, & jurando se nunquam eos ibi excepturum; verùm nondum præteriit annus, cùm tepefieret ille Zelus, & storgæ cederet, appareretque humani nihil à Papa alienum esse, id quod etiam à Pasquino verbis, è Symbolo Niceno irreligiosè desumptis, illi exprobratum est. Data itaque propinquis suis facultate Romam adventandi, obviam eis processit, ex Cardinalis Palavicini, ut ajunt, consilio, ne scilicet juramentum violaret suum, nec Romæ, sed extra urbem, media propè in via illos excepit. MARIUM fratrem Gubernatorem Status Ecclesiastici, FLAVIUM ejus filium Cardinalem ***Patronum*** creavit; AUGUSTINUM, ex alio fratre, jam vita defuncto, natum castro S. Angeli præfecit, eidemque matrimonii opulentissimi fœcundissimique conciliator fuit & ***Farnesium*** Imperiale feudum in Etruria, ***Ricciamque*** in Latio Principis dignatione tenenda, paravit. SIGISMUNDO, Augustini fratri, puero decenni, in ordinem militiæ Hierosolymitanæ adscripto, ***Prioratum*** Romanum contulit. Hunc deinde Clemens IX. Alexandri successor purpura decoravit, decimum & nonum agentem annum, & denique mors etiam ætate virentem abstulit. Sed Alexander natos quoque ex Sorore uterina ***Honorata Mignanella***, Firmano ***Bichio*** nupta, honoribus fortunisque auxit; namque ***Antonium Bichium*** Cardinalem An. 1659. dixit, ***Petrum Mariam*** Episcopum Tudertinum fecit, ***Johannemque*** ejus fratrem, Ordinis Melitensis Priorem, præfectura Pontificiæ classis & legatione ad Magnum Etruriæ Ducem decoravit, ***Rutilium*** Bichium verò, eorundem fratrem, M. Etruriæ Dux inter Equites Ordinis S. Stephani cooptavit; hic ducta in uxorem ***Catharina Piccolominea*** ex ***Rusticinis*** stirpem propagavit suam, pater factus ***Hannibalis*** Comitis de ***Scorgiano***, qui ***Annam Eleonoram Augustinam*** in conjugio habet, ***Galgani*** Abbatis, ***Marii*** Equitis Melit. & ***Caroli***, qui ille videtur esse, quem Alexander VIII. Ann. 1690. ex Auditore Generali Cameræ Apostolicæ Cardinalem creavit.

FLAVIUS Chisius, Marii F. cujus jam mentio facta est, in prima creatione Cardinalium, à patruo d. IX. Apr. An. 1657. facta, purpuræ honorem & titulum S. ***Mariæ de Populo*** obtinuit, prætereaque Præfectura Firmana ac Tiburtina, Legatione Avenionensi, & summæ proxima potestate in omnem Romanæ Ecclesiæ ditionem auctus est: his posteà cumuli instar accessere Præfectura justitiæ, Archipresbyteratus Basilicæ Lateranensis, præfectura bibliothecæ Vaticanæ, & aliquot monasteriorum sodalitatumque patronatus, & denique Episcopatus Tusculanus, cumque ad ***Subdecani*** in Sacro Collegio gradum pertigisset, Portuensis. An. 1664. legationem ad Regem Galliæ ob causam, quam supra tetigimus, obiit, ***Legati à latere*** charactere insignitus, in qua negotii tædium oblectamentis sibi familiaribus fefellisse, comemque se jucundum & facilem ita præbuisse perhibetur, ut post discessum infirmiori etiam sexui magnum sui reliquerit desiderium. Longinquo tandem morbo, intemperantiore vita contracto, implicitus,

plicitus, ſecundo ſupra ſexageſimum ætatis anno animam efflavit, ſcripto hærede Principe *Auguſtino Chiſio*, patrueli ſuo, ea lege, ut intra biennii ſpatium nepoti ipſius è ſorore Marchioni *Zondedario* X. millia ſcutatorum exſolveret; hunc quippe in nomen & ſtemma Chiſiæ familiæ adſcivit, ejusque commodo ex bonis ſuis in Senenſi territorio ſitis *fidei commiſſum* inſtituit, cùm jam An. 1679. Marchionatum SanQuiricenſem, à Magno Duce Etruriæ ſibi collatum, eidem donaſſet. Fratri quoque dicti Marchionis *Alexandro Zondedario* Abbatias duas vivens adhuc tradidit, neque cœteros eorum fratres, quorum nomina unà cum illis in Tabula II. legere licet, beneficiorum ſuorum exſortes reliquit, imò ſororem etiam illorum in conditionem ſe dignam collocavit, Marchioni *Clementi Vitellio* Anno 1683. nuptui datam.





INDEX TITULORUM,

In hoc opere occurrentium,

Secundum vulgarem illorum appellationem adornatus.

Literis R. Pr. D. M. C. & Dn. diversa axiomatum genera, nempe *Regum*, *Principum*, *Ducum*, *Marchionum*, *Comitum* & *Dominorum* designari ex abundanti fortassis lectorem monemus.

H. de *Hie-*

de *Val-*

HUMANE LECTOR,

Errata quædam, sensum fortassis impedientia aut genealogiæ ordinem turbantia, *ita lege & corrige*: pag. 4. *generat.* 12. lin. 4 *lege* 1250. pag. 11. *gener.* 13. † 1275. p. 36. lin. 11. *corpus ejus* Catanam *deportatum*. p. 42. lin. 14. *ante fin.* An. 1348. p. 44. lin. antepen. eo cogito, p. 122. & 123. *not. in generatione* 12. *enumeratos* Joanne II. Com. de Uregna, & Leonora de Vega natos esse, *præter Petrum nothum*, qui Roderici Giron filius fuit. *pag. ead. gen.* 14, *lin.* 4. *lege* † 23. Nov. 1573. p. 126. *gen.* 10. *Petro de Acugna marito Theresiæ de Sarmiento subjice* signum ☾, iis quippe nati sunt *Petrus & Joannes de Acugna*. Pag. 148. *gener.* 8. *Cæsar* Michael Angelus *de Avalos*, p. 156. *l. antep.* indolem, *p.* 192. *l.* 4. Totilam, *p.* 197. *l.* 11. laudandum, *p.* 239. *Generat.* 8. *not.* II. & III. *Comit. Palenæ* ex secundo Matthæi Francisci conjugio ortos esse, *illorumq; fratrem nothum Jo. Franciscum* patrem fuisse *Ferdinandi & Matthæi*, & *generat.* 10. *Jo. Hieronymum & Jacobum* Ludovico, *Ferdinandum verò & Octavium* Friderico natos esse. *Pag.* 263. *gener.* 17. *l.* 3. *lege* 2. *Antonio* Caracciolo. *p.* 283. *l.* 35. Caraccolis. *p.* 315. *lin. ult. not. Margaritam*, X. Ducis Andriæ esse filiam, *p.* 323. *gener.* 13. *not. Julium & Franciscum Carafas* Horatii, *Marcum Antonium & cæteros* Jo. Vincentii esse filios, *p.* 326. *gener.* 15. *Josepho subjice* sign. ⊙, pater enim is fuit Dominici *è regione sub eodem signo locati*. *p.* 338. *l* 6. *lege* copiam *fecerit*. *p.* 352. *l. ult.* eum. *p.* 359. *l.* 16. Patritia. *p.* 365. *l. ult.* superstes. *p.* 371. *gener.* 9. *Petro de la Cerda add.* sign. ☾, pater enim is fuit Ludovici.

FINIS.



